Universidad de Chile
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

OMNIA OPERA

ARISTOTELIS STAGIRITAE

OMNIA, QVAE EXTANT, OPERA,
NVNC PRIMVM SELECTIS TRANSLATIONIBVS,
EMENDATIONIBVS EX COLLATIONE
græcorum exemplarium, scholiis in margine illustrata, nouo
etiam ordine digesta: Additis præterea non nullis
libris nunquam antea latinitate donatis.

AVERROIS CORDVBENSIS IN EA OPERA
Omnes, qui ad nos peruenere, Commentarii.

NON NVLLA SVPER ADDITA DVBIA, FIGVRAE,
notationes, nunquam antea editæ, vt Auerrois media in libros Metaphys.
commentatio: eiusdem de Spermate libellus.
GRAECORVM, ARABVM, ET LATINORVM MONVmentâ quædam, ad hoc opus spectantia.
MARCI ANTONII ZIMARAE IN ARIST. ET AVER. DICTA CONTRAdictionum solutiones, quibus nunc additissimus doctissimorum
virorum solutiones 100.
HAEC AVTEM OMNIA TVM EX PRAEFATIONE,
tum ex indice librorum clarius innotescunt.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Venet. decreto.
VENETIIS MDLX.



AD PRAESTANTISSIMVM CRETAE INSVLAE ARCHIEPISCOPVM PETRVM LANDVM IN ARISTOTELIS OMNES LIBROS, ET AVERROIS COMMENTARIOS

Zacariæ Zenari Præfatio.

EX EORVM sermonibus, qui ex insula ista, quam tu diuinarum legum iure moderaris, quotidie ad nos proficiscuntur, satis constat, PETRE LANDE, vir clarissimi, nullam earum virtutum in te desiderari, quibus eos præditos esse decet, quos in amplissimo sacerdotio voluntas diuina constituit. summã in Deum pietatem, in omnes homines beneuolentiã, studium vero conseruandæ religionis, & ab omni pernicioſarum opinionum labe defendendæ, tantum in te esse prædicant, quan-

tum vbique nunc, deprauatis multorũ men tibus, ratio temporum requirit. itaque magnum tibi, ac familiæ tuæ, cuius antiquitas pariter & nobilitas celebratur, maximum vero Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ ex tua virtute decus & ornamentum accedit. Hoc igitur nomine cũ omnes te boni plurimum diligant, diuq; incolumem esse velint: mea tamen inter omnes voluntas proprio quodam excellit officio. multa enim erga me, meosq; profecta a te sunt, quæ si obliuiscar, hominẽ esse me nõ putem. Sed profecto, nisi desciscã a me ipso, nisi hæc mihi meus, & hi, quibus nunc vxor, sensus eripiantur, meã tuorum in me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio. idq; cum exploratum mihi sit, tibi quoque cuperem esse non obscurum. quod vt assequerer, iniui rationẽ tibi fortasse non iniucundam, meæ certe cupiditati in primis oportunam. nam cum antiquius mihi nihil esset, quàm vt meam erga te singularem obseruantiam, a summa quidem integritatis, doctrinæ, benignitatis tuæ admiratione exortam, proprijs vero minime

vulgaribus in me beneficijs auctam, non solum vni tibi, verum alijs etiam patefacerem: casu accidit, vt præclara illa, quibus omnis libero digna viro scientia continetur, Aristotelis monumenta cũ eruditissimis Auerrois commentariis emitterem. quæ tuo inscripta nomini, & quo te studio colam, & quàm id merito faciam, per orbem terrarum disseminata non ijs tantum, qui viuunt, sed futuris etiam gentibus indicabunt. nam quo studiosis liberalium doctrinarum essent gratiora, summa a doctissimis viris adhibita est, magnis meis sumptibus, industria. Primum loca propemodũ innumerabilia sunt emẽdata: deinde, ordo egregius, ad vtriusq; scientiã vehementer aptus, incognitus antea, non minimo studiosorum commodo est excogitatus: tum in libros Metaphysicorum addita est, iampridem a philosophis expetita, nunc primum a nobis edita, Auerrois interpretatio, quam præstanti ingenio doctrinaq; vir, Elias Cretensis ex Arabica lingua in latinam cõuertit: postremo in ea parte, quæ Spuriorum & Contradictionis ap-

pellatur, centum adiecimus ſummorum philoſophorum argumenta contraria, quæ in libri margine, ſuo quodque loco reſpondens, ſtella indicat; adiecto Auerrois de Sperma-te vtiliſsimo libro, eiuſdem Eliæ diligentia nunc primum latinitate donato. Acceſſerunt eruditiſsimæ adnotationes, in margine adſcriptæ, obſcuriſsima loca pauciſsimis verbis illuſtrantes: ex quibus minimo labore maximum fructū ſtudioſi percipient. Et quoniam infinita quædam eſt, admodumq; recondita tum Ariſtotelis, tum etiam Auerrois doctrina, indicem locupletiſsimū, egregia quæque colligentē, exquiſito conficiendum ſtudio curauimus. Quæ ſimul omnia, diligenter impreſſa, tuo nomine inſignita ad te mittimus, futurum ſperantes, vt hoc, quidquid muneris eſt, nequaquam aſperneris. non enim ignoramus, tuæ dignitati, tuisq; meritis præſtantiora deberi: ſed neq; hoc tempore præſtare nobis maiora licet: et, animum noſtrum cum ipſa re ſpectari, vt hęc ab illo ſubleuetur, eſt humanitatis tuæ, quam ſummam eſſe & vno omnes ore confirmant, & ipſe ſum expertus. Ego, pro meo in te ſingulari ſtudio, nihil, quod ad te colendum attineat, vnquam prætermittam: Deumq; ſummum orare non deſinam, vt tibi, cuius optimis inſtitutis niti ſalutem iſtius inſulæ fatentur omnes, vitam diuturnam, nullis perturbatam infortunijs, omnibus affluentem bonis, largiatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LIBRORVM OMNIVM QVI IN HOC ARISTO. ET AVER. OPERE IN VNDECIM VOLVMINIBVS DISTINCTO CONTINENTVR.

IN QVO QVAE HABENTVR TIBI ex præfatione noſtra diffuſius ſunt replicata,

NVNC COMPENDIOSIVS TRADVNtur, librorum videlicet ordo & interpretum nomina Libri vero, qui vel nuper ſunt additi, vel denuo fidelius tranſlati, aut ſumma diligentia caſtigati, intueberis.

IN PRIMO TOMO.

PORPHIRII Platonici prædicabilium liber vnus. char.1
Ariſtotel. Stageritæ Prædicamentorum liber vnus. char.13
Gilberti Porretani ſex principiorum liber vnus. char.35
Ariſt. Stageritæ Perihermenias libri duo. char.41
Ariſtotel. Stageritæ Priorum Analiticorum libri duo. charte 61
Ariſt. Stageritæ Topicorum libro octo. char.178
Ariſt. Stageritæ Elenchorum libri duo. char.274
Auer. Cordu. in vniuerſam hanc Logicæ partem Epithomæ charte 310
Auer. Cordu. & quorundam veterum Arabum in Prædicabilia, Periher. & Prior. Anal. Quæſita, mira quadam ſerie nunc primum ordinata. char.334
Omnia ſumma quidem diligentia, caſtigata, & ad maximum redacta candorem, in ſummas ac ſectiones non hactenus diuiſa, id vero præcipue in lib. Prædi. & Priorum factum eſt.
Epithomata Auer. ac quæſita adeo mendoſa, manca obſcuraq; viſebantur hucuſq;, vt ſtudioſo cuiq; penè intelligibilia forent: Nos autem ne in Logica potiores Auer. perirent labores, tum tranſlationum collatione, tum per capita diuiſione, margineis poſtillis, quoad potuimus, caſtigatiora abſolutioraq; ac clariora reddere ſtuduimus, quo Auer, laboribus vtilius fruatur ſtudioſus.

IN SECVNDO TOMO.

ARIST. Poſteriorum Analiticorum libri duo, cum duplici textu: vetus tamen iuxta Auer. textum ordinatus. char.1
Auer. in eodem expoſitio media varijs, quibus ſcatebat mendis purgata, & ſecundum propria contextus loca, ſtudioſorum commoditati, nunc primum digeſta. char.1
Eiuſdem in eoſdem expoſitio magna, hactenus manca, & deprauata, nunc aliorum conuerſione ope, & margineis poſtillis quam innumeris reddita eſt abſolutiſſima. charte 1
Auer. in eoſdem Epithomæ, hucuſq; in diſtincte, inordinataq; inter logicalia epithomata ſqualebant ſitu, nunc primus, & poſtillis illuſtrauimus, & ad maximam reddimus claritatem. char.223
Auer. Quæſita poſteriorißica, nullo ſeruato ordine, inter cætera latebant quæſita, nunc primum erroribus, & mendis purgata, ſuis reſtituimus locis. char.231
Epiſtolas Analiticas Auerrois, & clariſſimorum quorundam Arabum hactenus in intelligibiles, nunc primum ordinauimus, & illuſtrauimus. char.246

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adiecimus nunc primum nonnullas locorum. Aristotel. & Auer. contradictionum solutiones, ex Marci Antonij Zimarae, & aliorum celeberrimorum philosophorum lectionibus & scriptis, summa diligentia & labore, studiosorum vtilitati, excerptas. char.249.a

IN TERTIO TOMO.

ARIST. *Rhetoricorum libri tres Georgio Trapezuntino interprete.* char.1
Auer. Cordu. Paraphrasi in tres libros Rheto. Abramo de Balmes interprete. char. 52
Rhetorica ad Alexandrum Francisco Philelpho interprete. char. 116
Epitomae in librum Rhetorices Auer. char.139
Poetica Aristotel. Alexandro Pacio Florentino interprete charte 145
Auer. Paraphrasis in librum Poeticae Arist. Abramo de Balmes interprete. char.159
Epitomae Auer. in librum Poeticae. char.168
Aristote. Moralium Nichomachiorum libri decem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. char.180
Magnorum Moralium libri duo, Georgio valla Placentino interprete. char.319
Moralium Eudemiorum libri quatuor: Primus, Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintum, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nichomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis sint. char.352
De virtutibus libellus, Alexandro Chamaillardo interprete. char.383
Politicorum libri octo, Leonardo Aretino interprete. charte 387
Oeconomicorum libri duo, sed vnus in duas diuisus partes, Aretino interprete. char.468
Eorundem Oeconomicorum libri duo, Bernardino Donato Veronensi interprete, primi quidem dimidium e Graeco ab ipso translatum: reliquum vero, cum Graecum codicem non haberet, paraphrasi expressum. char.479
Secundus vero, qui in latinis alijs codicibus non nisi paucis legebatur, e Graeco translatus. char.482
Libri quidem omnes diligentissime castigati, ac in summas collecti, & in capita diuisi.
Auer. in decem libros Moralium Nichomachiorum expositio diligentissime castigata, ac singuli ipsius textus capitibus aptissime subordinata: cum prius transpositi multis in locis legeretur.
Paraphrasis in libros Platonis de Rep. Iacob Mantino interprete. char.491
Leonardi Aretini in libros Oeconomicorum explanatio. charte 470
Ante vero singula opera appositae sunt ipsorum translatorum praefationes, & in moralia Eudemia ipsius Aretini: doctissimae quidem, ac non parum ad eorum, quae in ipsis tractantur, intelligentiam conferentes.
Summarum, ac capitum index in voluminis initio.

IN QVARTO TOMO.

ARISTO. *De Physico auditu libri octo ex optimis codicibus castigati, ac studiosorum commoditati rerum praecipuarum Aristo. Auer. vero digressionum Dubiorum, & Documentorum, quae iu hoc continentur Tomo, indicem vsusq; in visum adiecimus.*
Auer. in eos Proœmium nunc primum summis vigilijs castigatus. char.1
Commentaria in eosdem magna, simul cum ipsius textu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplarium antiquorum, doctissimorumq; virorum collatione exemplarium emendata, ac non parum claritatis adepta.
Marci Antonij Zimaræ Quæstio de primo cognito ab omnibus erroribus nuper castigata. char.348

IN QVINTO TOMO.

ARIST. Stagiritæ de Cælo, & Mundo libri quatuor, ex optimis exemplaribus recogniti, in summas, ac capita diuisi. char.5
Auer. Cordubensis in eosdem Commentarium, & Paraphrasis: omnia castigata, & mendis purgata: Paraphrasis tamen nunc primum iuxta commentarij sectionē, textui vnicuiq; distributa. char.5
Aristo. Stagiritæ de Generatione, & corruptione libri duo, clariores quam hactenus impressi. char.275
Auer. Cordubensis in ambos expositio duplex. Media 5. & Paraphrasis: Mediam iuxta textus partitionem, Paraphrasin vero per capita digessimus: cuncta mendis purgata margineis illustrauimus postillis. char.313
Auer. Cordubensis, Tractatus de Substantia Orbis, huic philosophiæ parti apprime necessarius, in septem capita nouiter sectus, castigatior, & quàm hactenus absolutior. charte 319

IN SEXTO TOMO.

METHEOROLOGICORVM libri quatuor, cum Auer. Media expositione suis collocata locis, postillis, & figuris quàm pluribus referti. c.5
De Plantis, seu vegetabilibus libri duo, nunc primum innumeris locupletati postillis char.73
De Historia animalium libri 9. Theodoro Gaza interprete, summarijs, & postillis quam plurimis illustrati. char.84
Decimus vero nuper a Natale de Comitibus Latinitatæ donatus. char.193
De partibus animalium libri quatuor Theodoro Gaza interprete, cum Auer. Paraphrasi, singulis in serta partibus. char.198
De Animalium incessu, Nicolao Leonico interprete, additis quam plurimis margineis postillis. char.271
De causis proprietatum elementorum liber postillis, et sectionibus mirifice ornatus. char.279
De causis liber. char.286

IN SEPTIMO TOMO.

ARIST. De Anima libri tres. char.1
De Sensu, & Sensibilibus. char.245
De Memoria, & Reminiscentia. char.154
De Somno, & Vigilia. char.160
De Somnijs. char.162
De Diuinatione per somnum. char.166
De Animalium motu. char.172
De Generatione animalium libri quinque, Gaza interprete. char.177
De longitudine, & breuitate vitæ char.263
De Iuuentute, & Senectute, Vita, & Morte, & Respiratione. char.267
De Sanitate, & Morbo libri initium. char.276
Physiognomicorum liber plurimis in locis castigatus atq; in capita diuisus. char.77
De spiritibus libellus in capita distinctus. char.284
De Coloribus libellus, a Simone Portio Neapolitano latinitatæ donatus. char.290
Commentarij in tres libros de Anima. char.1

Commentum quintum libri tertij de Anima ultra Antiquam translationem, à Mantino latinitate donatum. char.96
Trigesimum sextum commentum eiusdem libri ab eodem translatum. char.120
Paraphrasis in librum de sensu, & sensibilibus. char.150
In librum de Memoria, & Reminiscentia, char.157
In librum de somno, & uigilia, de somnijs, de diuinatione per somnum. char.168
In libros quinque de Generatione Animalium, suis quibusq; in locis collocata Mantino interprete. char.178
In librum de longitudine, & Breuitate uitæ. char.266
Omnia sẽ optimis exemplaribus, ut & alia eius opera, castigata, ac ad maximum candorem redacta.
Quæsitum Augustini Suessani de sensu agente. char.295
Summarum item, & Capitum index.

IN OCTAVO TOMO.

ARIST. *Metaphysicorum libri Quatuordecim, denuo castigati, ac in summas, & capita diuisi.* char. char.5
Auer. in septem libros Media expositio, ab Helia Cretensi in latinum conuersa, nunquam antea excussa, summis uigilijs elaborata. char.5
Auer. in.12. eosdem libros Antiqua commentaria, cum duplici textu ex Antiquissimis Exemplaribus castigata. c.20
Proœmiũ in duodecimum librum, quod Paulus. Israelita primo, postea uero Iacobus Mantinus in Romanam conuertit linguam. char.311. & 313
Epitome in eosdem Metaphysicorum libros, Mantino interprete cum Arist. testibus, ut eis respondent, in margine citatis. char.370
Theophrasti Metaphysicorum liber. char.400
Summarum ac capitum index in Tomi Initio.

IN NONO TOMO.

AVER. *colliget libri septem nuper diligentissime castigati.* char.9
Collectaneorum item sectiones tres, tribus colliget libris, Secundo Quinto, Sexto, & Septimo respondentes, à Ioanne Bruierino Campegio elegantissime latinitate donatæ post antiquam translationem ob studiosorum commodum appositæ sunt. char.144
Summarum & capitum index in uoluminis initio habetur, præterquam index cãticorum, qui ante librum illum præfixus est. char.176
Commentaria in AVICENNAE *Cantica diligentissimæ emendata, unà cum eiusdem Auicennæ textu in partes, tractatus, ac Capita distincto, atque castigationibus Andreæ Bellunensis exornato.* char.178
Auer. Tractatus de Theriaca nunc summa, ac omni diligentia castigatus. char.247
Arist. Problematum Sectiones duæ de quadraginta, Theodoro Gaza interprete, plerisque in locis ex collatione Græcorum codicum emendatæ. char.253
Alexandri Problematũ libri duo. Theodoro Gaza interprete, nonnullis in locis ad exemplarium Græcorum ueritatẽ emendati. char.348

IN DECIMO TOMO.

DESTRVCTIO *Destructionum Philosophiæ Algazelis, Calo Calonymos Hebræo interprete, cum Augustini Suessani expositione: In Metaquidem in sexdecim diuisa disputationes: In physicis autem in quatuor, quas idem Latinis donauit.* c.1
Tractatus de Animæ Beatitudine. char.1

Cui addita est Epistola de Intellectu, quæ idem est cum dicti libelli parte, eodem Calo interprete. char.358

IN VNDECIMO TOMO.

ARIST. *de rebus auditu admirabilibus liber. Natale de Comitibus Veneto interprete.* char.1
Arist. de Xenophane, Zenone, & Gorgia. Natale de Comitibus Veneto interprete. char.11
Arist. liber de Mundo. Gulielmo Budæo interprete. char.17
Aristotel. Quæstiones Mechanicæ, Nicolao Thomæo interprete. char.27
Arist. de lineis insecabilibus, Necnon Georgij Pachymeri ea de re Compendium, hactenus falso Aristote. ascriptum: Nunc vero fidelissime è Græco in Latinum sermonem conuersum: Iulio Martiano Rota interprete. char.39
Solutiones Contradictionum in dictis Arist. & Auer. Marci Antonij Zimaræ, & quorundam aliorum præclarissimorum philosophorum vt signo stellæ, suis in locis extant. charte 48
Super octo libros physicorum char.48
Super libros quatuor de Cœlo. char.133
Super libros de Generatione, & corrup. char.137
Super libros tres de Anima. char.143
Super libros de Sensu, & Sensibilibus, & de Somno, & Vigilia. char.179
Super quatuordecim libros Metaphysicorum. char.180
Super libros de Substantia Orbis. char.213
Super nonnullos libros Colliget. char.215
Auer. Tractatus de Spermate nuper ab Helia Crætensi trãslatus, & omni diligentia emendatus. char.218

FINIS.



Tomus primus operum

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

Logicæ partem complectens vniuersam, quæ compositiuam, iudicatiuam, necnon inuentiuam concernit,

CVM AVERROIS CORDVBENSIS, SOLERTISSIMI peripateticæ disciplinæ interpretis, nariis in eandem commentariis.

RESTITVIMVS SVO CVIQVE LOCO Auerr. Epithomata, ac Quæsita iuxta librorum ordinem.

ACCESSIT HVIVS TOMI DIGRESSIONVM Index, typis hactenus haudquaquã excusus.

OMNIA AD VETEREM CONVERSIONEM, SECTIONIBVS tamen, summarijs, argumentis, atq; postillis illustrata, in nouum alioqui facilitorem, venustioremq; digesta formam.

Quæ hic continentur septima ostendet pagina.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS M D L X.

ARISTOTELIS VITA
EX DIOGENE LAERTIO.



ARISTOTELES, Nicomachi Phæstiadisq; filius, Stagirites fuit. Porrò Nicomachus, à Nicomacho Machaonis filio, Aesculapijq; nepote originem duxit, vt Hermippus in eo libro, quem de Aristotele scripsit, tradit. Cõuixit aũt Amintæ, Macedonũ regi, medicinæ & amicitiæ gratia. Hic inter oẽs Platonis discipulos maxime excelluit, voceq; gracili, vt Timotheus Atheniensis in libro de Vitis refert, & exilibus cruribus, paruisq; oculis fuit, veste insigni, & annulis, ac tõsura vtens. Natus est autem illi & filius, Nicomachus, ex Herpylide concubina, vt Timotheus ait. Recessit à Platone, dum adhuc superuiueret. Vnde dixisse illũ tradunt, Aristoteles in nos recalcitrauit, nõ secus atq; in matrem pulli geniti. Refert Hermippus in vitis, cum Athenienſium legatus ad Philippum profectus esset Aristoteles, Academicæ scholæ præfectũ fuisse Xenocratem: Cum vero reuersus esset, scholamq; sub alio vidisset, elegisse in Liceo περιπατον, illicq; vsq; ad vnctionem deambulãdo, cum discipulis philosophari solitum, atq; inde peripateticum appellatũ esse. Alij idcirco sic vocatum asserunt, q̃ ex ægritudine conualescẽti, ac deambulanti Alexandro, assistens, quædam disserere soleret. Vbi vero iam plures esse cœperant, sedens docebat, dicens,

Silere turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propositam quæstionem discipulos vnà exercebat simul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchũ profectus est, Atarnensium tyrannum, quẽ alij quidem delicias, ac lusus ipsius fuisse tradunt, alij vero sibi affinitate iunctum tradita ei filia siue nepte, vt refert Demetrius Magnesius ī libris de poetis, ac scriptoribus æquiuocis, qui & Eubuli seruum Hermiam fuisse ait, Bithynum genere, quem & dominũ suum enecasse. Porrò Aristippus in primo de antiquis deliciis libro, Aristotelem ait Hermiæ cõcubinam adamasse, quam ille cum sibi per-

De vita, & mor. philosoph. libr. 5.

Arist. præceptus Platonis discipulus.

Arist. cur peripateticus dictus.

Arist. præceptor Alex. Macedonis

misisset, duxisse eã, et gaudio elatũ immolasse mulieri, vt Athenienses Eleusinæ Cereri, Hermiaq; pæana scripsisse, qui ἔνδον, hoc est, intus scriptus est. Hinc in macedonia apud Philippũ vixisse, atq; ab eo Alexandrũ filium erudiendum accepisse, petisseq; instaurari solum patriũ à Philippo euersum. Id vbi impetrasset, dedisse illis leges. In schola quoq; leges tulit imitando Xenocratem, vt decennialẽ principem facerent. Vbi vero Alexandro instituendo satis visus est nauasse operam, eumq; sibi deuinxisse, cõmendato illi cognato Callisthene Olynthio, Athenas concessit. Eũ audacius, q̃ par erat alloquentem regem, & minime illi obsequentem, ab ipso increpitum asserunt versu, admonente, ni talia loqui desisteret, mature periturum, quod & factum est: versus autem sic habet,

Qualia mi loqueris, vereor sis nate superstes.

Namq; Hermolao in Alexandrum insidiarũ socius fuisse deprehensus, cauea ferrea circunduci, pædore atq; squalore oblitus, leoni postremo obiectus est, sicq; excessit è vita. Enimuero Aristoteles Athenas profectus, cum illic tredecim annis docuisset, clàm in Chalcidẽ concessit, q̃ ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, siue, vt Phauorinus ait in omnimoda historia, à Demophilo, q̃ hymnum in eum, quẽ præ diximus Hermiæ scripserit, quodq; hoc epigramma statuæ, quæ in Delphis est, incidi curauerit.

Impius hunc quondam Persarum morte tyrannus
Mulctauit, violans iusq; nefasq;, virum.
Nam, neque collato oppressit certamine, verum
Insidiose hominis vsus amicitia.

Hic vero, vt ait Eumolus in quinto historiarum, aconitum bibens, mortuus est septuagesimo ætatis anno. In quem est nostrum hoc epigramma,

Nuper Aristotelem, læsa vt pietate nocentem
Detulit Eurimedon sacrificus Cereris.
Ille aconita bibens subterfugit. certe aconiti
Hoc erat iniustum vincere sacrificum.

Idem vero refert ipsum Platoni trigenariũ se disciplinam dedisse, sed profecto fallitur. Namq; septimo decimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Est aũt hymnus huiusmodi.

Encomium virtutis.

Virtus laboriosa generi mortaliũ, honestissimũ vitæ humanæ incitamentũ. Pro tua siquidẽ forma ò virgo, expetenda est in Græcia mortis conditio, & grauiũ assiduorũq; laborũ tolerantia. Talẽ nimirum inseris hominum animis fructum plane immortalẽ, & auro præstantiorẽ, parentibusq; ipsis, somnoq; dulcissimo. Nam in gratiã tuam Iouis Hercules, & Ledæ filij multa perpessi sunt, qui quid possent, opere declararunt. Quin & tui desiderio Achilles, & Aiax ad inferos penetrarunt, tuæq; formæ luculentissimæ gratia Atarneæ ciuem Solis priuauit lumine. Quo enim clarus spectatusq; rebus gestis? Hunc immortales meæ auctiorem reddent musæ, quæ Iouis hospitalis decus augere solent.

Primam hunc orationem iudicialem pro seipso scripsisse, cum huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda historia author est, ac dixisse Athenis,

Et pyra nata pyris, ficusq; in ficubus extant.

Natiuitas Arist.

Ait aũt Apollodorus in chronicis, natũ illũ anno primo nonagesimæ nonæ olympiadis, perrexisseq; ad Platonẽ decimoseptimo ætatis anno, annosq; viginti apud eũ fuisse cõmoratũ. Tum vero venisse Mitylenem, principe Eubulo, quarto anno centesimæ octauæ olympiadis. Verũ, Platone primo anno functo vita, sub Theophilo profectũ esse ad Hermiã, mansisseq; annos tres. sub Pythodoto aũt se contulisse ad Philippũ secundo anno centesimæ nonæ olympiadis, Alexandro quintumdecimum iam annum ætatis agente. Athenas vero concessisse secundo anno centesimæ vndecimæ olympiadis, atq; in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum perrexisse Chalcidem, tertio anno centesimæ quartædecimæ olimpiadis, morboq; perisse, cũ esset annorum ferme sexaginta trium. Quo etiam tempore Demosthenes in Calabris defunctus sit sub Philocle. Fertur autem ob Callisthenis insidias in Alexandrum, infensum fuisse regi, illumq; ad eũ contristandũ Anaximenem extulisse, ac misisse Xenocrati dona. Lusit in eũ epigrãmate Theocritus Chius, vt ait Ambryon in libro de Theocriti vita, in hunc sensum,

Mors Arist.

Hermiæ eunuchi simul, Eubuliq; sepulchrum,
Mente vacans, vacuum strvxit Aristoteles.
Timon quoque sic illum agit,
Sed neq; Aristotelis leuitas miseranda loquacis.
Hæc vita philosophi fuit.

Arist. testamentum.

Cæterũ, nos ipsius quoq; testamenta legimus in hunc ferme modũ. Bene quidẽ ac rite erit. Quid si quid contingerit ita legauit Arist. Curatorẽ quidem oĩum et per oĩa iußit esse Antipatrũ. Quoad vero Nicanor adolescat, curatores ac tutores instituit Aristomenẽ, Timarchum, Hipparchũ, Cliotelẽ, & Theophrastũ si voluerit, ac si curã suscipere velit filiorũ & Herpylidis, rerumq; oĩum. Cũq; puella fuerit matura viro tradi illã Nicanori. Sin vero puellæ quippiã contigerit, qđ absit, vitaq; prius q̃ cõnubio iũgatur, siue ẽt postq̃ nupserit, anteq̃ filios procreet, excesserit, Nicanor dominus esto, vt de puero, & de cæteris digne nobis, ac sese disponat. Curet aũt Nicanor et de puella, & de puero Nicomacho, nihil vt illis desit, patris ac fratris vna implens munus. Quòd si Nicanori quidpiam contigerit, quod absit, siue priusq̃ puellam duxerit, siue postq̃ duxerit, nondum filijs natis, q̃ quidẽ ille instituerit, ea rata sunto. Sin aũt voluerit, & Theophrastus puellæ curã habeat. Sin aliàs curatores, habito cũ Antipatro cõsilio, et de puella et de puero disponãt, vt eis videbitur optimũ. Curam aũt habeant tutores, et Nicanoris mei, & Herpylidis memores. Nãq; erga me studiosa plurimum fuit, cæterorumq; oĩum: et si virũ accipere voluerit, curent, ne indigne nobis locetur. Dẽtq; illi præter ea, q̃ antea acceperat, de nostra substantia, talentũ argenti, tresq;, si voluerit, famulas, et ancillã, quã habet, et Pyrrheũ puerũ. At, si qdem in Chalcide habitare voluerit, hospitiũ, quod ad ortũ est: sin aũt in Stagyris, parternã domũ. Vtrũ vero horũ maluerit, studeant ꝓcuratores domũ ita necessaria suppellectile instruere, vt et sibi honeste, et Herpylidi sufficienter instructa videatur. Curæ sit aũt Nicanori et Myrmecẽ puerũ nõ ĩdigne nobis ad suos referri, Cũ eius, quas cepimus, facultatibus. Si aũt & Ambracis libera, cumq; puella viro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillãq;, quã habeat, dari iubeo. Sed et Thaleti ꝑ-

ter ancillam, quã habet emptã, drachmas mille, et ancillulam. Simo quoq;, absq; priore pecunia, si puerũ aliũ, siue puerũ emi, siue pecuniã dari. Tychonẽ esse liberũ, cũ puella nupserit, Philonẽq;, et Olympiũ, eiusq; filiorũ. Porrò eorũ, qui mihi famulãtur puerorum, nullũ vendi volo, sed hæredes eis vti. Cum vero adulti erunt, pro merito dimitti liberos volo. Curent itẽ vt consummentur q̃ Gryllioni sunt traditæ exculpẽdæ imagines. Vbi vero perfectæ erunt, suis ĩponantur locis. Nicanoris quoq; ac Proxeni quã sculpendã cogitabã matrisq; Nicanoris. Arimnesti vero, q̃ perfecta est, suo statuatur loco, vt sit ipsius monumentũ, quia sine liberis defunctus est. Matris quoq; nostræ Cererẽ in Nemea locet, aut vbicũq; videbitur. Vbi vero tumulũ fecerit, ibi et Pythiadis sublata ossa condat, sicut ipsa ꝑcepit, sistat, et seruari Nicanoris uotũ, qđ pro illo nouimus. Animalia lapidea cubitorũ quatuor Ioui seruatori, ac Mineruæ seruatrici in Stagyris. Hæc testamentorum ipsius series fuit.

Fertur aũt ollas plurimas reptas esse, Lyconẽq; dicere, illũ in pelui calentis olei lauari solitũ, oleũq; nenumdare. Quidam utrẽ calentis olei stomacho illũ imponere consueuisse tradunt, & cũ se ad quiescendũ cõponeret, æneam sphæram tenere in manu pelui subiecta, eo consilio, ut cũ dormientis manu excussa sphæra ĩ subditũ æreũ uas ĩcidisset, sono illius excit' exurgeret. Arist. conuiuus.

Eius esse ꝑclaras istas sũas legimus, Interrogatus quidnam mẽdaces lucrarẽtur? ut cũ uera, inquit, dixerit, nõ illis credat. Aristotel. apophtegmata.

Cũ sibi probro daretur, q̃ flagitioso homini misericorditer tulisset opẽ: nõ, inquit, mores miseratus sum, sed hominem.

Amicis, ac discipulis ista consueuerat dicere, ubicũq; moraretur: Aspectus quidẽ a circũfuso aere lumen accipit, animus autem à disciplinis liberalibus.

Sæpe numero cũ in Athenienses inuehereturꝫ aiebat illos frumẽta, et leges inuenisse, uerũ frumẽtis q dẽ uti, nõ aũt legibus.

Studiorum liberaliũ amaras radices, fructus autem dulces esse asserebat.

Rogatus quidnã cito cõseneſceret, gratia, inquit.

Quid sit spes uigilantis, ait, insomnium.

Diogene caricã porrigente, cogitans nisi acciperet, usum esse,

meditatus sumens Diogenē ait caricā simul cū vsu pdidisse.

Rursus ab eo porrectam accipiens, atque puerili more in sublime eleuans cū dixisset, magnus Diogenes, eā illi reddidit.

Tria dicebat pueris esse necessaria, ingenium, exercitationem, disciplinam.

Audierat aliquando se a quodā maledictis esse lacessitum. Tum ille, absentem, inquit, etiam verberet.

Dicebat pulchritudinē pl⁹, q̄ eplis oēs valere ad cōmēdationē.

Pleriq; Diogenē ita statuisse asserūt, ipsum aūt donū formæ dixisse: Socratē vero modici tēporis tyrānidē, Platonē naturæ priuilegiū, Theophrastū tacitā deceptionē, Theocritum vero eburneum detrimentum, Carneadem regnum solitarium.

Rogatus quo differrent docti ab indoctis, quo inquit, viuentes à mortuis.

Eruditionem dicebat inter prospera esse ornamentum, inter aduersa refugium.

Parentes, qui liberos erudiendos curassent, longe honorabiliores esse bis, qui solū genuissent. Eos enim viuendi tantum, illos etiam bene beatéq; viuendi authores esse.

Gloriāti cuidā q̄ magnæ esset vrbis ciuis, noli, inquit, hoc attendere, sed an dignus sis magna & illustri patria.

Rogatus quid sit amicus, vna, inquit, anima in duobus corporibus habitans.

Homines pleroſq; dicebat ita esse parcos, ac si semper victuri essent: alios tā prodigos, ac si continuo morituri.

Percōtanti cur honesta forma præstātibus diutius cōgredimur, cæci, inquit, huiusce interrogatio est.

Rogatus quid ex philosophia lucratus fuisset hoc, inquit, vt iniußus ea facia, quæ pleriq; per legum metum faciant.

Interrogatus quo pacto discipuli egregie proficerēt: Si excellentiores, ait, prosequētes tardiores non morentur.

Loquaci homini cū illū improbe pbris multis obtudisset, dicēti, nū te satis obtudi? Hercle, inquit, nō tibi animū aduerti.

Causanti cur stipē nō bono homini dedisset, nā & ita cōtigisse ferunt: Non, inquit, homini dedi, sed humanitati.

Rogatus erga amicos quales esse debeamus: quales, inquit, eos

erga nos esse optamus.

Iustitiā dicebat virtutē animi vnicuiq; scdm dignitatē distribuentē. Disciplinā optimū esse dicebat viaticū ad senectutē.

Refert Phauorinus in secūdo commentariorum illum crebro dicere solitū: O amici amicus nemo.

Et ista quidē ad illū referūtur.

Aristo, scripta.

Conscripsit autē et cōplura volumina, q̄ vt summa ingenij illius vis, ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, subnectēda necessario existimaui.

Libri.

De iustitia libros quatuor, de poetis tres, de philosophia tres, de republica duo, de rhetorica Gryllus vnū, Nerinthus vnū, Sophista vnū, Menexenus vnū, Amatorius vnū, Conuiuium vnū, de diuitijs vnū, Exhortationū vnū, de aīa vnū, de præcatione vnū, de nobilitate vnū, de voluptate vnū, Alexander seu de colonis vnum, de regno unū, de doctrina unū, de bono tres, de Platonis legibus tres, de eiusdem reip. duos, Oeconomicus unū, de amicitia unum, Quid sit tolerare siue tolerantia unum, de disciplinis vnum, de his, quæ in contentionem cadunt duos, Solutiones, eorum quæ in contentionē veniunt, quatuor, Diuisiones sophisticæ quatuor, de contrarijs vnum, de speciebus & generibus vnū, de proprijs vnū. Cōmentaria, ἐπιχειρηματικὰ tres. Propositiones de uirtute tres, Obiectiones vnum, de his quæ quot modis dicuntur, siue secundum propositum, vnū, de elementis tres, de scientia unū, de perturbationibus iræ unū, Moralium quatuor, de principio unū, Diuisiones. xvij. Diuisibilū unū, de interrogatione & responsione duo, de motu unum, Propositiones unum, Propositiones cōtentiosæ quatuor, Syllogismi unū, Priorum analyticorū nouē, Posteriorū analyticorū maiorū duo, de quæstionibus ad disciplinā pertinentibus octo, de meliore unū, de idea unū, Termini Topicorū septem, Syllogismorū duo, συλλογιστικὸν & diffinitiones unū, de eligibili & accidenti unū, de ijs, quæ ante locos sunt, unū, Topicorū ad diffinitiones duo, Perturbationū unū, Diuisibilium unum, Mathematicus unum, Diffinitiones. xiij. Epicherematum duo, de uoluptate unū, Propositionū unū, de uoluntario unum, de pulchro unum. Quæstiones epicherematicæ. xxv. Quæstiones

de amicitia duo, Q̃ones de aĩa unũ, Politicorũ duo, Politicæ additionis, sicut Theophrasti, octo, de iustis duo, Artiũ introductio duo, Artis rhetoricæ duo, Ars unũ, alia ars duo, Methodi cum unũ, Artis Theodecti introductionis unũ, Artis poeticæ libros duos, Enthymemata rhetorica, de magnitudine vnũ, enthymematũ diuisiones unũ, de dictione duo, de cõsilio unũ, Collectiõis duo, de natura tres, Physicon unum, de Archytæ philosophia tres, de Speusippi Xenocratisq; philosophia unũ, ex Timæi Archytæq; disciplinis sumpta unũ, Aduersus Melissi dicta unũ, Aduersus Alcinæonis dicta unũ, Aduersus Pythagoricos unũ, Aduersus Gorgiã unũ, Aduersus Xenocratẽ unũ, Aduersus Zenonis scita unũ, de Pythagoricis unũ, de aĩalibus noue, Anatomorũ octo, Electio anatomorũ unũ, de cõpositis aĩalibus unũ, de fabulosis aĩalibus unũ, de non gignendo unũ, de plantis duo, Physiognomicõ unũ, Medicinalia duos, de monade unũ, Signa tẽpestatũ unũ, astronomicon speculatiuus unũ, de motu unũ, de musica unũ, Memoriale unũ, Homericarum ambiguitatũ sex, Poetica unũ, Naturaliũ scdm elemẽta xxxviij. Inspectorũ pblematũ duos, Liberaliũ disciplinarũ duos, Mechanicus unum, Problematũ ex Democrito, sex, de lapide, unũ, Parabolæ unũ, Inordinata xij. Expositageneratim. xiiij. Iura unũ, Olympionice, unũ, Pythionicæ musices unũ, Pythicus unũ, Pythionicorũ argumẽta unũ, Dionysiacæ victoriæ unũ, de tragœdijs, unũ, Doctrinæ vnũ, Prouerbia unũ, Lex cõmẽdatitia unũ, Legũ, q̃ tuor, Prædicamẽtorũ, unũ, de iterptatione, unũ. Respub. urbiũ. clviij.

Epistole. Seorsumq; ad Philippũ depopulari, paucorũq; & optimatũ, & tyrannorũ rep. epistolæ. Selymbriorũ epistolæ, ad Alexãdrũ quatuor, ad Antipatrũ nouem, ad Mentorẽ vnũ, ad Aristonem vnam, ad Olympiadẽ vnam, ad Hephæstionem unam, ad Themistagoram vnam, ad Philoxenum vna.

Carmina. Ad Democritũ versus, quorũ initiũ est, Sancte deũ, Elegiæ, quarũ est initiũ, Formosæ matris filia: Sunt in summa uersus oẽs plus minus quadragesies quinquies mille, trecenti & triginta. Hæc librorum illius series, hic numerus, in quibus quid agat summatim exponendum est.

Aristotelicæ philosophiæ scopus. Duplicem esse philosophiæ rõnẽ, alterã versari circa actus,

appellariq; πρακτικὴν alterã in intelligẽtia et speculatione cõsistere, & θεωρητικὸν, dici. Ad actionẽ pertinere ethicen, et politicen, qua in parte tũ de publica, tũ de familiari re agi. Ad intelligẽtiã Physicen logicenq; referri. Porro logicen instrumentũ esse exactissimũ. Eius cũ geminã destinationẽ ac scopũ subiecisset, verisimile ac verũ, ad vtrãq; duarũ maxime rerũ viribus nititur. Nãq; ad verisimile seu probabile, oratoria & dialectica, ad verũ aũt analytica & philosophia vsus est, nihil omnino omittens eorũ quæ vel ad inuentionẽ, vel ad iudicium, vel ẽt ad vsum pertinerent. Enimuero ad inuentionis adminicula, atq; ad eas res, q̃ speculationi et arti inseruiũt, propositiõũ multitudinẽ tradidit, ex quibus q̃ones probabiliũ epicherematũ elicere affatim licet. Porrò ad iudicandũ analytica prior a, & posteriora cõscripsisse, prioribus assumptionũ iudicia pmittẽs, posterioribus collectionis examen tradens. Cæterum ad iudicãdũ ea, q̃ sub certamẽ cadũt, quæq; in interrogatione versantur, & cõtẽtionẽ sophisticorũ argumẽtorũ, atq; syllogismis atq; his similibus. Veritatis vero iudiciũ earũ quidẽ, quæ secundũ imaginationẽ sunt actionũ, sensum definiuit. Moralium vero, vbi de re publica, ac domestica, vbi de legibus agitur mẽtẽ, finẽ aũt vnũ exposuit, virtutis vsum in vita perfecta. Felicitatẽ ait plenitudinẽ ex tribus maxime bonis cõstantẽ, iis nimirũ, quæ in animo sunt, quæ & priora viribus appellat, iis, q̃ ad corpus attinẽt, vt sunt bona valetudo, fortitudo, pulchritudo, cæteraq; his similia, atq; ijs, q̃ extrinsecus veniũt, diuitijs, nobilitate, & claritudine, atq; in hunc modũ cæteris, quibus tertiũ locũ assignauit. Virtutẽ ad beatam vitam sibi minime sufficere dixit, quippe corporis bonis, exterioribusq; indigere. Miserũ atq; infelicẽ fore sapientẽ, siue doloribus afficiatur, siue inopia, & cæteris hmõi incõmodis prematur. Vitiũ autẽ ad miseriã atq; infelicẽ vitam sufficere, quantũlibet corporis affluat bonis. Virtutes ait nõ se inuicem sequi. Fieri.n. posse, vt prudens qnispiam, ac iustus, idemq; intẽperans atq; incontinẽs sit. Sapientem quidẽ non omnino perturbationibus vacare, verũ perturbari modice dixit. Amicitiam æquitatẽ esse definiuit reciprocæ beneuolẽtiæ. Eius tres species esse tradidit. Esse quip-

Felicitas cõplexa.

Amicitia triplex.

pe aliam cognationis, aliã amatoriã, tertiã hospitalẽ. Amorẽ nõ modo cõgressionis, verũ & philosophiæ esse. Amaturũ quoque sapientẽ, neq; accessurũ ad rẽpublicã, ducturũq; vxorẽ, & cũ rege vna victurũ. Tribus aũt generibus vitæ cõstitutis, primo qd in speculatione, sequẽti quod in actu, & tertio quod ĩ voluptate cõsistit: Speculatiũ genus semper prætulit. Liberales disciplinas ad apprehensionẽ virtutis multũ cõferre sensit. In descriptione rerũ naturaliũ præter cæteros rationem maxime secutus est, adeo vt minimarũ quarũq; rerũ reddiderit causas. Vnde & naturaliũ cõmentariorũ cõplura scripsit volumina.

Diuinã prouidentiã fatus est Aris.

Deũ sicut & Plato incorporalẽ diffiniuit, eiusq; prouidentiam ad cælestia vsq; pertingere, ipsum vero immobilem esse. Porro terrena omnia ad cælestiũ congruentiam, ordinemq; disponit. Præter elemẽta ista quatuor esse & quintũ aliud, ex quo cælestia consistant, eiusq; motũ orbicularẽ esse variũ. Animam itẽ incorporeã, primamq; esse ἐντελέχειαν corporis nempe naturalis & organici potentia vitã habentis. Est aũt ea iuxta illũ

Entelechia duplex. Exponitur. Animę definitio.

duplex. Entelechiam vero appellat, cuius sit species quædã incorporea. Altera ex his quidẽ secundũ potẽtiam, vt est Mercurius in cera, informis quidem, sed idoneus ad percipiẽda lineamẽta, sicut itẽ in ære statua. Sedm vero habitũ entelechia dicitur ea, quæ est cõsummatæ ac perfectæ Mercurij statuæ. Naturalis aũt corporis dixit, nam sunt corpora alia quidẽ manu & arte elaborata, vt sunt quæ ab artificibus fiunt, puta turris, atque nauis. Alia vero sic a natura prodeunt vt arbores, & animaliũ corpora. Porro organici dixit, hoc est, ad aliquid parati & conditi, vt est ad videndũ oculus, aurisq; ad audiendũ. Virtute aũt vitã habentis, vt puta in seipso. Virtute autẽ vel potẽtia minus est secundũ efficaciã. Secundũ actionẽ aũt, vt vigilans habere animã dicitur. Secundũ habitũ aũt, vt dormiẽs. Vt igitur & hic intelligatur, adiecit potentia. Multa igitur eiusmodi & alia, & de aliis multis in hunc modũ philosophatus est, quæ perlongũ esset numerare. Cũctis.n. in rebus summo studio atq; industria fuit, inuẽtionisq; incredibili copia viguit,

Scriptorum Arist. numerus.

vt ex his, quæ supra annotauimus voluminibus cõstat, quæ ad quadrigentorũ numerũ fere perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nam sunt & alia complura, quæ ipsi ascribuntur volumina atque sententiæ. Verũenimuero octo fuere Aristoteles. Primus hic ipse. Secundus qui Athenis rempub. administrauit, cuius etiam iudiciales leguntur orationes, sane quàm elegantes. Tertius, qui Iliadem Homeri scripsit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit. Quintus, qui cognominatus est Mythus, Aeschinis Socratici necessarius. Sextus Cyrenaicus, qui de poetica scripsit. Septimus pædotriba, cuius meminit Aristoxenus in Platonis vita. Octauus grammaticus obscurus & ignobilis, cuius de pleonasmo ars legitur. Huius autẽ Stagyritæ philosophi complures quidem fuere discipuli, sed omnibus maxime præcelluit Theophrastus, de quo suo loco dicendum est.

Aristoteles. quot fuerũt.

DE VITA AVERROIS EX EIVSDEM, & aliorum scriptorum libris excerpta.



AVERROES quoque medicus, cognomento Commentator, philosophus quidem & ipse apud Cordubam Hispaniæ urbem hoc tempore florum, ut ex Secundo libro eius, qui de Cœlo tractat, Commento 110. & 111. habetur. Fuit enim a natiuitate Christi anno M C L. ut asserit Conciliator, & Aegidius Romanus in suis quolibetis Libro Secundo quæstione de unitate intellectus. Vbi uerba hæc habentur. Nam Commentator summus Auerroes, non est diu, quòd fuit. Nam dicitur filios suos in curia Federici primi cognomento Barbarossæ Imperatoris fuisse, qui temporibus nostris obiit. Fuit ergo dictus Auerroes tempore, quo fides christiana erat ualde dilatata. Constat autem quòd apud christianos erat solemnis mentio de statu animarum separatarũ. Et ideo Auerroes, qui fuit isto tempore, potissimum debuit uidere hoc inconueniens. Multa autem composuit, & adeo excellenter in omnes Aristotelis libros scripsit, ut Commentatoris cognomentum promeruerit: deinde de Substantia orbis, de Theriaca, librum quoque pulchrum de medicina Colliget appellatum, ac alia multa edidit. Amicorum tamen, ac medicorum æmulus dictus fuit, ut palàm in eius libris manifestum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EORVM, QVAE IN HOC PRIMO ARIST. OPERVM TOMO CONTINENTVR, SERIES.

PORPHIRII platonici prædicabilium liber vnus. charta. 1. a
Aristotelis stagiritæ Prædicamentorum liber vnus. char. 13. a
Gilberti Porretani sex principiorũ liber vnus. char. 35. f
Aristotelis stagiritæ Perihermenias libri duo. char. 41. a
Aristotelis stagiritæ Priorum Analiticorum libri duo. char. 61. a
Aristotelis stagiritæ Topicorum libri octo. char. 178. a
Aristotelis stagiritæ elenchorum libri duo. char. 274. d
Auerrois Cordubensis in vniuersam hanc logicæ partem Epithome. char. 310. a
Auerrois Cordubensis, & quorundam veterum Arabum in Prædicabilia, Periherm. & prior. Anal. Quæsita, mira quadã serie nunc primum ordinata. char. 334. b
Omnia, summa quidem diligentia, castigata, & ad maximum redacta candorem, in summas ac sectiones, non hactenus diuisa, id vero præcipue in libr. prædicam. & priorum factum est.
Epithomata Auerr. ac quæsita adeo mendosa, manca, obscuraque visebantur hucusque, vt studioso cuique pene in intelligibilia forent: Nos autem, ne in logica potiores Auerr. perirent labores, tũ translationum collatione, tum per capita diuisione, margineis postillis, quoad potuimus, castigatiora absolutioraq; ac clariora reddere studuimus, quo Auer. laboribus vtilius fruæ studiosus.

AVERR. DIGRESSIONVM, QVAS HIC TOMVS CONTINET, INDEX.

GENVS generalissimum prædicamenti substantiæ est corpus ex materia & forma compositum. prædicab. Cap. II. char. 4. d
Auerr. cur exposuerit librum prædicab. & quo pacto dicatur necessarius. prædicab. Cap. VI. char. 12. d
Futura contingentia non eueniunt de necessitate. 1. Periherme. Cap. VI. char. 47. f
Propositio inexistens an sit necessaria, contra Alexan. & Theophr. 1. Prior. Cap. II. char. 63 b
An detur quarta figura contra Gal. 1. Prio. Cap. VIII. ch. 78. c
Conclusio sequitur ne maiorẽ, an minorẽ. 1. Prior. Cap. X. ch. 81. d
Definitio, diuisio, & propriũ ipsius possibilis. 1. Prio. Cap. XIII. char 88. a
Quo differant propositio necessaria, & absoluta, contra Abumazar Them. & Alex. 1. Prio. Cap. XV. char. 95. c
De resolutione syllogismorum. 1. Prior. Cap. XXX. char. 128. c
Quod nihil colligatur in conclusione, quod in præmissis non fuerit positum. 1. Prio. Cap. XXX. char. 129. c
Radix dicti de omni an sit eadem in primo, & secundo contra Abumaz. 2. Prior. Cap. V. char. 146. c
Dubitatio Ménonis non ea methodo, qua a platone, ab Aristo. soluitur. 2. Prior. Cap. XXVI. char. 167. c
Loca quid sint, & an sint finita, ex Alex. Theophr. Them. & Abumaz. 1. Top. in calce. char. 191. c
De vi, & vtilitate artis topicæ. 8. Top. Cap. 6. char. 273. a
Quænam sit Artis sophisticæ vtilitas. 2. Elench. Cap. XX. ch. 309. a

Reliquas digressiones logicas in Epithome. & Quæsitis videto.

IN QVINQVE SEQVENTES PORPHIRII VOCES, SEV PRAEDICABILIA ARGVMENTVM.



NTEQVAM in Arist. adyta recipiamur, a Porphyrio uelut ab ædituo excipiamur, qui uoces nobis communes illas insusurrabit, Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, atque Accidens. Genus illud esse docens, quod de pluribus etiam specie, Speciem, quæ de pluribus tantùm numero differentibus dicatur. sic tamen, ut interrogati Quid est, utrumque respondeamus. Summa esse genera decē, quæ semper despiciant, infimas autem species multas quidem, sed numerabiles, quæ tantum suspiciant quæ media sint, & alterutra, summis atque infimis interiecta, desungi utroque munere, semperque sursum colligi, deorsum dissipari. Dici de inferioribus, quæ supra sint, retrorsus non dici, de nullis individuis, id est, quorum proprietates in uno, altero non concurrāt, quæ quoniam comprehendi numero nequeunt, nullum cum philosopho habere commercium. Differentiam de specie quoque discrepantibus prædicari, suggeri eam tamen, quærenti Quale quid est. Genera his diuidi, species compleri, subire formæ uicem, sicuti materiæ subeat genus, atque ad eorum substantiam conducere, quæ sub genere eodem sunt. Proprium quod uocatur, speciei competere uni toti, & perpetuo. Aduenire accidēs, & abire, sed illo incolumi, quod subiicitur. iam & inesse eidem posse, & non inesse, cumque nec genus, nec species, nec differentia, nec proprium sit, alio tamen usquequaque fulciri. Nam quæ communia cunctis, quæ quibusdam, quæ nonnullis propria, quæ singulis, facile his cognitis tutemet indagabis.



QVINQVAE VOCES,
QVAE PORPHYRII PHILOSOPHI CELEBERRIMI, AD CHRYSAORIVM, PRAEDICABILIA NVNCVPANTVR,
BOETIO SEVERINO INTERPRETE,
Cum Auerrois Cordubensis expositione.

PRAEFATIO.

A



VM sit necessarium, Chrysaori, & ad eam, quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinā nosse quid sit Genus, & quid Differētia, quid Species, quid Proprium, & quid Accidens: & ad definitionum assignationem, & omnino ad ea, quæ in diuisione, vel demonstratione sunt, vtilia: de ista rum rerum speculatione compendiosam tibi traditionem faciens, tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea, quæ ab antiquis dicta sunt, aggredi, altioribus quidem quæstionibus abstinens, simpliciores vero mediocriter coniectans. Mox de generibus, & speciebus, illud quidem siue subsistant, siue in solis nudis intellectibus posita sint: siue subsistentia corporalia sint, an incorporalia: & vtrum separata a sensibilibus, an in sensibilibus posita: & circa ea consistentia, dicere recusabo: altissimum enim est huiusmodi negotium, & alterius maioris egens inquisitionis. Illud vero, quemadmodum de his, ac de propositis magis probabiliter * antiqui tractauerunt, & horum maxime peripatetici, tibi nunc tentabo monstrare.

In .7. meta. quæst. hæ determinant.

λογικῶς magis logicè.

INtentio in hoc tractatu est explanatio eius, quē continet liber Porphyrii, in introductionem ad scientiam rationalem: cum currit consuetudo, vt inchoentur libri logicæ in eo. D. quod præcessio in scientia quid est genus, quid differētia, quid species, quid proprium, & quid accidens, est necessaria in disciplina libri prædicamētorum Arist. Et ipsa etiam vtilis est in compositione definitionū. & in diuisione, & in demonstratione. Et. d. illud ideo, quia definitiones componuntur ex generibus & differentiis: & diuisio quidē est generum per differentias, & demonstrationis propositionū partes, sunt hæc prædicata quinque. D. & postquā hoc vidi, vt ponam librum abbreuiatum, in quo compilabo scientiam, quæ est apud antiquos de his rebus sub breuitate, secundum modum introductionis præter, quod intendam ad quæsita non logicalia, quæ sunt in his rebus: Q cur est inquisitio de generibus, & speciebus, vtrum sint inuenta extra intellectū,

Sicut ipsa sunt in intellectu: aut inuentio ipsorum sit in intellectu tantum: Et si sint inuenta extra intellectum, sicut ipsa sunt in ipso: quæ sit eorum inuentio? vtrum sint corporea, vel non corporea: & si non sunt corporea, vtrum sint separata, an non separata, Sed inquisitio ex his rebus est ex eo, quod est inuentum ex parte, qua ipsa sunt logicalia: & rememorabor ex hoc solum * rememmoratione, secundum consuetudinem peripateticorum.

* al. ex hoc proprie inter lri.

De genere. Cap. I.

Generis multip. ex acceptio.

VIdetur autē neq; genus, neq; species simpliciter dici. Genus.n. dicitur & aliquorum quodammodo se habentium ad vnum aliquid, & ad se inuicem collectio. Secundū quā significationem. Romanorum dicitur genus, ab vnius, scilicet nauicudine (dico autem Romuli) & multitudinis habentium aliquo modo admuicem eam (quæ ab illo est) cognationem, secundum diuisionem ab aliis generibus dictū. Dicitur aūt, & aliter rursus genus, quod est vniuscuiusq; generationis principium: vel ab eo, qui genuit, vel ab eo loco, in quo quis genitus est. Sic.n. Orestē qui dem dicimus a Tantalo habere genus, Hylum autem ab Hercule: & rursus Pindarū quidē Thebanū esse genere, Platonē vero, Athenien sem. Etenim patria principium est vniuscuiusq; generationis, quēadmodū & pater. Hæc aūt videtur promptissima esse significatio. Romani.n. sunt, qui ex genere descendunt Romuli: & Cecropidæ, qui a Cecrope, & horū proximi. Et prius quidē appellatū est genus vniuscuiusq; generationis principiū, dehinc ēt, & multitudo eorum qui sunt ab vno principio, vt a Romulo. quā diuidentes, & ab aliis

Interpr. vertit Rom. eo q̄ esset nonor. verum intex. græc. lepit hæraclidarum.

Cōparatio.

separātes dicebamus, oēm illam collectionē esse Romanorū genus. Aliter aūt rursus, genus dicitur cui supponitur species. Ad horū forte tasse similitudinem dictū: etenim principiū quoddā est hmōi genus earum, quæ sub ipso sunt specierū. Videtur ēt multitudinē continere oēm spērum, quæ sub eo sunt. Tripliciter igitur, genus cum dicat,

Generis, de quo apd philosophos sermo est, diffinitio. Idem 2. thop. c. 2.

de tertio apud philosophos sermo est, qd ēt describentes assignauerunt, Genus eē dicētes, qd de pluribus, & differentibus spē in eo, qd quid est, prædicatur, vt animal. Eorū.n. quæ prædicant, alia quidē de uno dicuntur solo, sicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc: alia vero de pluribus, quēadmodū genera, & species, & dfiæ, & propria, & accidentia cōiter, sed non proprie alicui. Est aūt genus quidē, ut animal: Spēs vero, vt hō: Dfia aūt, vt rōnale: Proprium, vt risibile:

Declarat io diffinitionis.

Accidens, vt albū, nigrū, sedere. Ab iis vero, quæ de vno solo prædicantur, differunt genera, eo, qd hæc de pluribus prædicantur. Ab iis aūt, quæ de pluribus, a spē bus quidē: qm̄ species etsi de pluribus p̄dicatur, non tamen de differentibus specie, sed numero: hō. n. cū sit species, de Socrate, & Platone prædicatur, qui non specie differūt, sed numero. animal vero cū sit genus, de homine, & boue, & equo prædicatur, qui differunt a se inuicem specie, nō numero solū. A proprio vero differt genus, qm̄ proprium quidem de vna sola specie, cu-

A ius est proprium, prædicatur, & de iis (quę sub ipsa specie sunt) in diuiduis: quemadmodum risibile de homine solo, & de particularibus hominibus: genus autem non de vna specie prædicatur, sed de pluribus, & differentibus. A differentia vero, & ab iis, quæ communiter sunt accidentia, differt genus: quoniam etsi de pluribus, & differentibus specie prædicantur differentię, & communiter accidentia: non tamen in eo, quod quid est prædicantur, sed in eo, quod quale quid est. Interrogantibus enim aliquibus, quid est illud, de quo prædicantur hæc, genus respondebimus, differentias autem, & accidentia non respondebimus: non.n. in eo, quod quid est, prædicantur de subiecto, sed magis in eo, quod quale quid est. Interroganti.n. quale quid est homo, dicimus, quoniam rationale: & quale quid est coruus, dicimus, quoniam niger. Est autem rationale quidem differentia, nigrum uero accidens. Quando autem quid est homo interB rogamur, animal respondemus: est aūt hominis genus, animal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab iis, quę de vno solo sicut, quæ sunt indiuidua, prædicantur: de differentibus vero specie, separat ab eis, quæ sicut species prædicantur, uel sicut propriatin eo autē quod quid est prędicari, diuidit genus a differētiis, & cōiter accidēti bus. quę nō in eo qđ qd est, sed in eo qđ quale qd est, vel qūo se habet vnumquodq;, prædicantur de iis, de quibus prædicantur. Nihil igit superfluum, neq; minus, continet generis dicta descriptio notionis. Corollariū.

DIxit, Et genus, & species nō dicunt simpliciter. i. de intētione vna. Cum genus dicatur * de tribus intentionibus. Quarum vna est congregatio, vel proportio relata patri vno *, sicut dicitur genus arabum, & genus adam, propter comparationem ipsorum ad tarabadam, & ad adam. Et secū da est principium generationis, pater, aut & locus, & de his nō agitur, sicut dicitur adam esse genus hominum, & hispaniam esse genus hispanorum. Et tertia est, de qua agitur in hac arte: & illa est, cui subijcitur species: & transtulerunt quidam huic intentioni nomen generis famoliores huius artis, propter comparationem ipsius ad illas duas intentiones notas, apud vulgus: quoniam illud genus est principium speciebus, quæ sunt sub eo, sicut pater, & locus, sunt principium generationis. & est etiam continens multitudinem, sicut comprehendit gnus relatum ad patrem vnum * multitudinem, quæ est sub eo. D. & hanc intentionem tertiam, quæ est illa, de qua hic dicitur: significauerunt antiqui per hoc, quod dixerunt, q̄ genus prædicatur de multis differentibus specie, ex via quid est, sicut animal prædicatur de equo, asino, & hoīe, ex via quid est vnūquodq; ipsorum, i. rīdetur de vnoquoq; ipsorum ad qōnem factam p quid est: sicut, si quæratur quid est equus, & quid est asinus? rīdetur nāq; q̄ animal: & hō, & equus, & asinus, sunt multa differentia in specie. D. & est quidem genus, prædicatur de pluribus, propterea quia q̄ rerum prædicatarū, quædam prædicant de vno, & sunt prædicata singularia, & quædā prædicantur de pluribus numero, quæ sunt genera, & species, & differentiæ, & propria, & accidentia, quæ prædicantur de pluribus, non quæ prædicantur de vno tantum. Exēplū generis est animal, qđ cōprehendit hominē, & alia. Exēplū speciei est homo, qui comprehendit Socr. & Plato. Exēplū dfię est rōnale homini. Exēplum proprii recipibile scientiæ eidem. Exemplum accidentis statio, inclinatio, sessio. D. q̄ genus differt ab indiuiduis, eo q̄ dicitur p̄dicari de pluribus, & differt etiam a reliquis quatuor prædicatis de pluribus. A specie quidem, in eo q̄ ipsa prædicatur de pluribus differentibus numero, sicut homo, qui prædicatur de Socra, & Plat, qui differunt numero. Sed animal, qđ est

* Aalias dicitur supra.
* Als patrum.

genus homini, prædicatur quidem de homine, & equo differentibus specie. Et in hoc, ꝙ dicit de differentibus specie, differt genus a specie vltima, & propter hoc non est diffinitio generis vera, ꝙ ipsum est communius duorum animalium, in quibus oportet ꝙ respondeatur in responsione quid est, sicut diffinuit iam vna diffinitione: sed quod est, sub quo ordinatur species, sicut definiunt ipse prius.* D. & a proprio iam differt genus, quia proprium prædicatur de specie vna, & est species, cuius est proprium, & de individuis, quæ sunt sub illa specie, sicut receptibile scientiæ, quod prædicatur de homine tantum, & de vnoquoque singulari homine, sed genus prædicatur de speciebus multis numero. D. & differt genus a differentijs, & accidentibus omnibus, per hoc, quod dicitur ꝙ prædicatur in eo, quod quid est, cum differentia, & accidens prædicentur de re, cuius est differentia, aut accidens, ex vla qualis est, non quid est. Nam, cum quæritur a nobis de homine quale animal est? dicimus quod est rationale. Et similiter, cum quæritur de corpo per quale, iam respondetur per accidens eō sequens ipsum, verbi gratia, vt dicatur, quale animal est? & dicatur nigrum, & rationale est differentia, & nigrum accidens. Sed in responsione quid est, respondetur genus, sicut, si quæreretur de homine quid est? respondetur animal. Per hoc ergo, ꝙ accipitur in diffinitione generis, ꝙ ipsum est prædicatum de pluribus, separatur a rebus particularibus: & per hoc, ꝙ dicitur in ea differentibus specie, separatur a specie, & proprio: & per hoc, quod dicitur in eo quod quid est: non ex vla qualis est, separatur a differentijs, & accidentibus. Iamq; significatum est super hoc, quod huius designatio generis, neq; superfluum, neq; diminutum continet, licet dixerimus in quibus continet diminutionem.

Alia ſra hꝫ bet, & pp hoc ē diffinitio gñis vera, ꝙ ipm ē eōrũ duorũ vñũ, in quibus oportet qd rñdeat in rñsione qd ē, ſicut definiunt Abumazar, Alpharabi, aut qd eſt, &c. pſens tñ verior vī, cui cor rñdēt verba, q ūi I fine (licet dixerim' i qb' continet diminutiōē.) Zimara legebat pīnt loc ſic: & in hoc differt genus ſpē vltima, & eōi cat ei ſpēs medias, & pp hoc ē definitio gñis vera, qd ipſum eſt cōe duarũ ſpeciẽ, &c.

Obiectio.

Soluto.

Nota hic nō eſſe dicendū Priami, ſed primum. Euripid. verſus.

Spēi variæ definitiōes.

De ſpecie. Cap. II.

SPecies autem dicitur quidem & de uniuſcuiuſq; forma, ſecundum quam dictum eſt, primum quidem ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autē ſpecies et ea, quæ eſt ſubaſsigna to genere, ſecũdum quam ſolemus dicere hominem quidē ſpeciem animalis: cum ſit genus animal, album autem coloris ſpeciē, triangulum verò figuræ ſpeciem. Quòd, ſi etiam genus aſsignantes ſpeciei meminimus dicentes, quod de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quid eſt, prædicatur: & ſpeciem dicimus id, quod ſubaſsignato genere eſt. Noſſe oportet, quoniã & genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrumq; vtriuſqueiceirgo neceſſe eſt in vtrorumq; rationibus vtriſq; vti. Aſsignant ergo & ſic ſpeciem. Species eſt, quæ ponitur ſub genere. Et de qua genus in eo quod quid eſt, prædicatur. Amplius autem ſic quoq;, Species eſt, quæ de pluribus & differentibus numero in eo, quod quid eſt, prædicatur. Sed hæc quidem aſsignatio ſpecialiſsimæ eſt, & quæ ſolum ſpecies eſt, non autē etiam & genus: aliæ vero erunt etiam non ſpecialiſsimarum. Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoq; prædicamento ſunt quædam generaliſsima, & rurſus alia ſpecialiſsima: & inter generaliſsima, & ſpecialiſsima ſunt alia, quæ genera, & ſpecies dicuntur eadē. Eſt autem generaliſsimum quidem ſupra quod nullum aliud ſit ſuperueniens genus. Specialiſsimum autem eſt, poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſsimum autem, & ſpecialiſsimũ, alia quæ genera, & ſpecies ſunt eadem, ad aliud quidem, & ad aliud ſumpta.

A Sit autem in uno quidem prædicamento manifeſtum quod dicitur. Subſtantia eſt quoddam, & ipſa genus, ſub hac autem eſt corpus, ſub corpore autem animatum corpus, ſub quo animal, ſub animali uero rationale animal, ſub quo homo: ſub homine uero Socrates, & Plato, & qui ſunt particulares homines. Sed horum ſubſtantia quidem generaliſsimum eſt, & quod genus ſolum: homo vero ſpecialiſsimum, & quod ſolum ſpecies: corpus autem ſpecies quidem eſt ſubſtantiæ, genus uero animati corporis, & animatum corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus uero animalis: animal autem ſpecies quidem eſt corporis animati, genus uero rationalis animalis: ſed rationale animal ſpecies quidem eſt animalis, genus vero hominis: homo vero ſpecies quidem eſt rationalis animalis, non autem genus particularium hominum, ſed ſolum ſpecies: & omne, quod ante indiuidua proximum eſt, ſpecies erit ſolum, non etiam genus.

De alijs rōnali Platoni cū eſt & gē tilium.

B Quemadmodum igitur ſubſtantia, cum ſuprema ſit, eo quod nihil ſupra eam ſit, genus eſt generaliſsimum: ſic etiam homo, cum ſit ſpecies, poſt quam non eſt alia ſpecies, neq; aliquid eorum, quę poſſunt diuidi, ſed ſolum indiuidua (indiuiduum enim eſt Socrates, & Plato, & hoc album) ſpecies erit ſolum, & ultima ſpecies, & (vt dictum eſt) ſpecialiſsima: quæ uero ſunt in medio eorum quidem, quæ ſupra ipſa ſunt, erunt ſpecies, eorum autem, quæ poſt ipſa ſunt genera. Quare hæc quidem duas habent habitudines, eam, quæ eſt ad ſuperiora, ſecundum quam ſpecies ipſorum eſſe dicuntur: & eam, quæ eſt ad poſteriora, ſecundum quam genera ipſorum eſſe dicuntur. Extrema vero unam habitudinem: nam & generaliſsimum ad ea quidem, quæ poſteriora ſunt, habet habitudinem, cum ſit genus omnium id quod eſt ſupremum: eam uero, quæ ad ſuperiora, non habet, cum ſit ſupremum, & primum principium, & (vt diximus) ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus: ſpecialiſsimum autem vnam habet habitudinem, eam quæ eſt ad ſuperiora, quorum eſt ſpecies, eam uero, quæ eſt ad poſteriora, non diuerſam habet, ſed etiam ſpecies indiuiduorum dicitur: ſed ſpecies quidem dicitur in diuiduorum, velut ea continens: ſpecies autem ſuperiorum, velut quæ ab eis cōtinetur. Determinant igitur generaliſsimum genus ita, quod cum genus ſit, non eſt ſpecies. Et rurſus, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſsimum vero, quod cum ſit ſpecies, nō eſt genus. Et cum ſit ſpecies, nunquam diuiditur in ſpecies. Et quod de pluribus, & differentibus numero in eo, quod quid eſt, prædicatur. Ea uero, quæ in medio ſunt extremorum, ſubalterna vocant genera, & ſpecies, & vnumquodque ipſorum ſpeciem eſſe, & genus ponunt ad aliud quidem, & aliud ſumptum: ea enim, quæ ſunt ante ſpecialiſsima, vſque ad generaliſsimum aſcendentia, & genera dicuntur, & ſpecies ſubalterna. Sicut Agamemnon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & ultimum Ioues. Sed in familiis quidem ple-

C

Credideriſt multi veterũ philoſophorũ dees alia ee rōnalia, cęterum immortalia.

Corollariũ.

Corollariũ. 1 2

Definitio. GG. 1. 2

Definitio. SS. 1. 2 3

Definitio mediorum.

Declaratio in familijs.

Differentia. Conclusio 1

runq; ad vnum reducuntur principium: verbi gratia, ad Iouem: in generibus verò, & speciebus non sic se habet. Neq; enim est commune vnum genus omnium ens, nec omnia eiusdem generis sunt secundum vnum postremum genus, quemadmodum dicit Aristoteles: sed posita sint (quemadmodum in prædicamentis dictum est) prima decem genera, quasi prima decem principia. Et si quis omnia, entia uocet, æquiuocè (inquit) nuncupabit, & non vniuocè: si enim vnū esset commune omnium genus ens, vniuocè entia dicerentur. Cùm verò decem sint prima, communio secundum nomen est solum, non etiam secundum rationem, quæ secundum nomen est. Decem igitur generalissima quidem sunt: specialissima verò in numero quidem, quodam sunt, non tamen infinito: indiuida autē, quæ sunt post specialissima, infinita sunt. Quapropter usq; ad specialissima à generalissimis descendentes iubebat Plato quiescere, descendere autē per media diuidentes specificis differentiis: infinita vero (inquit) relinquenda sunt, neq; enim eorum disciplinam posse fieri. Descendentibus igitur ad specialissima necesse est diuidentes per multitudinem ire: ascendentibus verò ad generalissima, necesse colligere multitudinem in vnum. Collectiuum enim multorum in vnam naturam, species est, & etiam magis id quod genus est: particularia verò, & singularia econtrario semper in multitudinem diuidunt id, quod vnum est. Participatione enim speciei, plures homines vnus: particularibus autem & singularibus vnus, & communis plures: diuisiuum enim semper est, quod singulare est: collectiuum autem, & adunatiuū quod commune est. Assignato autem genere, & specie, quid sit vtrū que eorum, & genere quidem vno, speciebus vero pluribus (semper enim in plures species diuisio generis est) genus quidem semper de speciebus prædicatur, & omnia superiora de inferioribus: species autem neque de proximo sibi genere, neque de superioribus, neque. n. conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine: minora vero de maioribus minime. neque enim dices animal esse hominem: quemadmodum hominem dices animal. De quibus autem species prædicatur, de iis necessario, & speciei genus prędicabitur, & generis genus vsque ad generalissimum. Si enim verum est Socratem hominem dicere, hominem autem animal, animal autem substantiā, verum est, & Socratem animal dicere, atque substantiam. Semper enim cum superiora de inferioribus prædicentur, & species quidem de indiuiduis prædicabitur: genus autem, & de specie, & de indiuiduo: generalissimum vero de genere, vel de generibus, si plura sint media, & subalterna, & de specie, & de indiuiduo. Dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus, & speciebus, & indiuiduis: genus autem, quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis, & indiuiduis: solū autem species de omnibus indiuiduis: indiuiduum autem de vno solo particulari. Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album, & hic veniens Sophroniſci filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit vnumquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates, nunquam in alio quolibet erunt particularium eædem. Eæ vero, quæ sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eædem in pluribus, magis autem, & in omnibus particularibus hominibus, in eo quòd homines sunt. Continetur igitur indiuiduum quidem sub specie: species autem sub genere. Totum enim quoddam est genus, indiuiduum autem pars, species vero & totum est, & pars: sed pars quidem alterius, totum autem non alterius, sed in aliis: in partibus enim totum est. Igitur de genere quidem, & specie, & quid generalissimum, & quid specialissimum, & quæ genera eadem, & species sunt, quæ etiam indiuidua, & quot modis genus, & species dicātur, sufficiēter dictū est.

Corollariū. 1

Corollariū. 2

Coroliariū. 3

Cōclusio 2

Idem in antepræd. c. 4.

Cōclusio 3 Idē in antepræd. cap. 3.

A

Indiuiduum aūt de vno solo. hic elicitur vnam indiuidui definitionē: & duas illi definitiones assignant.

Corollariū.

Recollectio

B

Species dicitur de duabus intentionibus. Vna est forma rerum, secundum quā dicitur, species Priami digna est imperio. Et intentio secunda, de qua est hic intentio, est vniuersale, quod subijcitur generi, quod ante definitum est, quod est magis proprium * quam illud, secundum quod dicitur, homo est species animalis, & animal genus eius, & similiter quod album * est species coloris, & color est genus albi. D. & non est contra nos, quod, cum nos definiuimus genus, posuimus in definitione eius speciem, cum diximus ipsum de pluribus prędicari differentibus specie: &, cum definiuimus speciem, diximus species est id, quod subijcitur generi, & ordinatur sub eo: quoniam vnumquodq; ipsorum dicitur in relatione ad suum compar, & de proprietate relatiuorum est quod vnumquod q: recipiatur in definicione sui comparis, præter quod accidat ex hoc, impossibile. Iamq; designatur species per hoc, quod prędicatur de pluribus differētibus numero ex via quod quid est: & inter has designationes non est differentia, nisi quia hæc designatio comprehendit speciem vltimam tantum, quæ est id, quod est species tantum, præter quod sit genus: sed definitio prima comprehendit omnes species, in qua dicitur, quod est ordinata sub genere, & magis propria ipso: &

C

oportet vt intelligatur ex hoc, quod dicit ꝙ definitio vera generis, in qua non communicat ei species media, est quod est vniuersale comprehendens speciem, & ordinatum super ipsam ex via quid est, & non definitio, quam narrauit ante: quia in illa (sicut diximus) communicat cum eo species media. Et, cum vtrum q: genus, & species dicatur in relatione ad suum compar: & sicut in vnoquoq; prędicatorum sunt quædam, quorum quoddam intrat sub alio: est manifestum quod in vnoquoque ipsorum sunt vniuersalia, quæ dicuntur esse genera, & species: genera in comparatione ad sua superiora: & ipsa sunt vniuersalia media*, quæ sunt inter vniuersale primum, & vltimum inuentorum in eodem prædicamento: & primū vniuersale dicitur genus generum: cum non inueniatur genus supra ipsum, in comparatione cuius dicatur species: & vniuersale vltimū dr in eo ꝙ sit species spērum: cū non inueniatur vle sub eo, in comparatione cuius nominetur genus: sed illa, quæ sunt inter ea dicuntur genera, & species pp duas habitudines, v. g. in prædicamento substantiæ. Substantia quidem est genus, & sub ipsa est corpus, & sub corpore aīatū corpus, & sub alato corpe animal, & sub aīali rōnale, & sub rōnali hō, & sub hoīe, Sortes, & Plato, & alii singulares homines: & substātia in hoc prædicamento est genus generū: & hō est species spērum: sed corpus quidem est species substantiæ, & genus corporis animati: & corpus animatum est species corporis, & genus animalis: & animal est species corporis

* S. vle qđ est spēs.

* Concretum ꝑ abstracto.

De ꝓprietate relatiuorū est quod vnūquodq; recipiat in definitione sui cōparis. Idē 9. me. c. 11. & 6. topic.

* Alias vniuersalia vocata.

animati, & genus animalis rationalis: & animal rationale species est animalis, & genus hominis: & homo est species animalis rationalis, & non est genus alicuius, cum prædicetur de particularibus hominibus, s. de individuis: ergo est species tantum. Et vniuersale quidem in summa nominatur genus in comparatione ad suum inferius, species in comparatione ad suum superius: & vniuersale sit primum, quia inuenitur ei proportio vna tantum, & est proportio ad suum inferius, est genus tantum: & vniuersale vltimum, quia non inuenitur ei nisi vna proportio, s. ad suum superius, est species tantum: & media inter hæc duo, quia inueniuntur proportiones in eis duæ, sunt genera, & species. Et oportet vt scias, quod substantia posita est in exemplo hoc, pro genere generum secundum sententiam dicentis, quod materia & forma intrent prædicamentum substantiæ, & substantiæ separatæ. Et similiter ponit rationale genus hominis secundum viam, & sententiam illius, qui dicit q rationale est genus hominis, & angeli. Verum apud illum, qui putat quod ratio * in vtroque est secundum æquiuocationem nominis, non est genus: Sed secundum illum, qui videt quod id, quod intenditur in prædicamentis, est comparatio vniuersalium rerum sensibilium, erit genus generum corpus. Iamq; definiunt genus generum in hoc, q genus est, & non est species: & definiunt ipsum, q hoc, quia ipsum est non habens genus supra se: & definitur species specierum, quæ, cum sit species, non est genus: tunc quæ est species individuibilis in species: & quæ prædicatur de pluribus differentibus numero ex vtà quid est, vt dictum est. Et media quidem sunt genera. & species: genera in comparatione ad suum inferius, species in comparatione ad suum superius: & non accidit in omnibus generibus inuentorum, * sicut accidit in generibus parentelæ: quod est, quia genera parentelæ ascendunt omnia ad patrem vnum, sicut adiabir & arabiber: & non elevantur genera inuentorum ad suum vniuersale commune ipsis omnibus: quoniam eis inuentum non est omnibus genus: nec inuentur genus, ad quod elevantur omnia genera primarii sed omnia genera ascendunt ad decem genera prima, quæ sunt decem prædicamenta, super quibus nō inuentur prædicamentum continens ipsa: & illud est, quia nomen conueniens ipsis est dictum per communitatem nominis, aut per modum modorum consecutionis, non vnioce: & si esset inuentum eis commune, esset nomen inuenti dictum de eis vnioce. Igitur, cum sint decem genera prima, communitas inter ea est in dictione inuenti tantum, non in definitione: genera generum secundum hoc erunt decem: sed species specierum quidem sunt multæ, sed comprehensæ, neq; sunt infinitæ: sed singularia, in quæ diuiduntur species, sunt infinita: & ideo non comprehenduntur per differentias, quibus diuiduntur species vltimæ: quia istæ differentiæ sunt infinitæ, & quod est infinitum non comprehenditur in scientia. Et quando descendimus per diuisionem per genera generum in species specierū, inuenimus quidem in hoc opere, vt reducamus vnum in multa; & cum ascendimus ad genera generum, inuenimus in hoc opere, vt aggregemus multa in vnum quod est, quia quanto magis ascendit genus, est minus notificans, & magis aggregans ea, quæ sunt sub eo & quanto magis descendit, est magis notificans, & minus aggregans: & in vtroque eorum est aggregatiuum, s. genus & species: sed genus magis aggregat, & species minus. Sed rationes quidem individuæ sunt econtrario generis, & speciei, s. q separant absq; eo, quod aggregent: quod est, quia semper diuidunt species, sicut est diuisio hominis in Sor. & Pla. & singularia semper diuidunt, & minime * aggregant. Sed quia tam narrauimus quid species, & quid genus, & quod est vnum genus speciebus multis: quoniam genus, quidem diuiditur in species multas, & quod generis prædicatio semper verificatur de specie, & similiter genus generum, et vniuersaliter omne, quod est supra prædicatur de eo, quod est subtus, cum sit communius ipso: sed species quidem non prædicatur de genere propinquo, neq; remoto, s. prædicatione vniuersali: quia non conuertitur in prædicatione: quō res, quæ prædicantur de rebus, aut sunt æquales illis rebus, de quibus prædicantur, aut cōtores ipsis: & æquales conuertuntur in prædicatione, sicut dicitur omnis equus est hinnibilis, & omne hinnibile est equus. Sed quæ sunt communiores non conuertuntur in prædicatione,

Digressio, qua ostendit corpus commune ex substantia & forma esse genus substantiæ, & non substantiam. de hoc vide 2. cæli. c. 49. & vide eūm 12. me. t. c. 26.

* Alias videt qd rōnale.

* i. entium.

De ente vide 4. me. c. 2. & 5. met. 13. 14. & 10. me. cō. 8. & 12. me. 19. et 20. & in. 7. me. c. 15. & 1. phy. 13. & 3. me. c. 10.

Spēs spālissimæ sūt terminatæ, sed individua sūt infinita.

* I. & vniuersalia.

A sicut est generis de specie, & speciei de individuis, sicut animal, quod est communius, quam homo: quoniam verum est, quod omnis homo est animal, & non conuertitur: & res, de quibus prædicatur species, de ipsis prædicatur genus illius speciei necessario, & genus illius generis, donec finiatur prædicatio apud genus generum: vt, si dicatur Sor. est homo: verificatur de eo genus animalis, quod est corpus nutribile sensibile, cum hoc sit ita. Res ergo communis prædicatur de eo, quod est sub ea semper, & propter hoc prædicatur species de individuis, & genus de specie, & genus generum prædicatur quidem de vltima specie, & de individuis ipsarum, & species vltima quidem prædicatur de individuis tantum, & individuū prædicatur de vno tantum. Et hoc, qd dixit, non verificatur nisi in individuis accidentium: quia individua substantiæ non prædicantur de aliquo secundum cursum vniuersalem: & ideo hęc assignatio est vera: quod individuum non prædicatur de multis, * non quæ est, quod prædicatur de vno, sicut ipse assignauit. Dixit & illud, quod disponitur per hoc, quod est vnum, dicitur individuum: quoniam constat ex proprietatibus, quarum aggregatio non est posis ibi le inuenti eadem in corpore in aliquo alio individuo: quoniam summa, ex qua constat Sor. non est possibile vt inueniatur in aliquo alio ab eo, sed proprietates hominis communis inueniuntur in pluribus, qui sunt singulares homines: & propter hoc prædicatur de omnibus individuis hominum: ergo species continet individuum: & genus continet speciem: & genus est simile toti: & individuum est simile parti: & species est simile toti in respectu, & est simile parti in respectu, & eius similitudo toti est, quia continet individuum, & parti, quia genus continet ipsum. Iam diximus quid est genus, & quid species, & quid genus generū, & quid species specierum, & quæ media, & quæ sunt genera in respectu, & quæ species in respectu, & quid individua, & quot modis dicitur genus, & species.

* In individuis accidētium verificatur tm, qd de vno solo p̄dicantur. Vide hanc assignationē ab Ari. 1. periherm. c. 5. in princi.

De differentia. Cap. III.

Diuisio differentiarum prima.

DIfferentia uero communiter, & proprie, & magis proprie dicitur. Communiter quidem differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadā differt quocūque modo, vel à seipso, vel ab alio. Differt enim Socrates à Platone alteritate quadam, & ipse à seipso, & puero, & iam uiro, & iam faciente aliquid, vel quiescente, & semper in aliquo modo habendi se alteritatibus spectatur. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando in separabili accidente alterum

C ab altero differt. Inseparabile uero accidens est, vt nasi curuitas, cæsitas oculorum, cicatrix cum ex vulnere occalluerit. Magis proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando specifica differentia differt: quemadmodum homo ab equo specifica differētia differt, rationali qualitate. Vniuersaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens, sed ea, quæ cōmuniter, & proprie sunt, alteratum faciunt: illæ vero quæ magis propriæ sunt, aliud. Differentiarum ergo aliæ quidem alteratū faciunt, aliæ uero aliud. Illæ quidem quæ aliud faciunt, specificæ vocantur: illæ vero quæ alteratū, simpliciter differentiæ. Animali enim differentia aduenies rationalis, aliud facit, & speciem animalis facit: illa vero quæ est mouendi alteratum solum à quiescente facit: quare hæc quidem aliud, illa uero alteratum solum facit. Secundum igitur aliud facientes differentias, diuisiones fiunt à generibus in species, & definitiones assi-

Cōmunitas.

Diuisio a

Corollariū.

gnantur: quæ sunt ex genere, & huiusmodi differentiis. Secundum D
Diuisio 3 autem eas, quæ solum alteratū faciunt, alterationes solum consistūt,
& aliquo modo habentis se permutationes. A superioribus ergo rur
sus inchoanti dicendum, differentiarum quidem alias esse separabi-
les: alias vero inseparabiles. moueri enim & quiescere, & ægrum
esse, & sanum esse, & quæcunque his proxima sunt, separabilia sunt:
at vero aquilum esse, vel simum, vel rationale, vel irrationale, inse-
parabilia sunt. Inseparabilium autem aliæ quidem sunt per se, aliæ
Diuisio 4 uero per accidens. Nam rationale per se inest homini, & mortale,
& disciplinæ esse perceptibile: at vero aquilum esse, vel simum, per
accidens, & non per se. Illę igitur, quæ per se sunt, in substantiæ ra-
tione accipiuntur, & faciunt aliud: illæ vero, quæ secundum accidēs,
nec in substantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud, sed alteratū.
Et illæ quidem, quæ per se sunt, nō suscipiunt magis, & minus: illæ ve
ro quæ per accidens (etsi inseparabiles sint) intensionem accipiunt, E
& remissionē. Nam neq; genus aut magis, aut minus prædicatur de
eo, cuius fuerit genus: neque generis differentię, secūm quas diuiditur.
Ipsæ enim sunt, q̄ vniuscuiusq; rationem complent: esse aūt vnicuiq;
vnū, & idem, neq; intēsionē neq; remissionem suscipiens est: aquilū
Diuisio 5 aūt esse, vel simum, vel coloratum, aliquo modo & intenditur, & re-
mittitur. Cum igitur tres species differentiæ considerentur, & cūm
hæ quidem sint separabiles, illæ vero inseparabiles: & rursus, inse-
parabilium cum hæ quidem sint per se, illæ vero per accidens: rursus, ea
rum, quæ per se sunt differentiarum, aliæ quidem sunt secundū quas
diuidimus genera in species, aliæ vero secundum quas ea, quæ diuisa
sunt, specificantur: vt cum per se differentiæ omnes huiusmodi ani
malis sint, animati, & sensibilis: rationalis, & irrationalis: mortalis,
& immortalis: ea quidem, quæ est animati et sensibilis, differentia
Animalis definitio. constitutiua est substantiæ animalis (est enim Animal, substantia
animata sensibilis) ea vero, quæ est mortalis et immortalis differen F
tia, & quę rationalis & irrationalis, diuisiuæ sunt animalis differen-
tię: per eas enim genera in species diuidimus. Sed ea quidem, quæ
diuisæ sunt differentiæ generū, completiuæ sunt, & constitutiuæ spe
cierum. Diuiditur enim animal rationali & irrationali differentia:
& rursus mortali, & immortali differentia: sed rationalis, & morta
lis differentiæ constitutiuæ sunt hominis: rationalis vero & immor-
Platonicum est istud. talis, Dei. Illæ vero, quæ sunt irrationalis, & mortalis, irrationa-
lium sunt animalium. Sic etiam & supremæ substantiæ cum diuisiuæ
sint: animati, & inanimati differentiæ: sensibilis, & insensibilis: ani
mata, & sensibilis congregatæ ad substantiam, animal perfecerunt:
animata vero, & insensibilis perfecerunt plantam. Quoniam ergo
eædem aliquo modo quidem acceptæ sunt cōstitutiuæ, aliquo modo
autem diuisiuę, specificę omnes vocantur: & his maximē opus est
ad diuisiones generum, & definitiones specierum, sed non iis, quę se-

A cundum accidens inseparabiles sunt, nec magis iis quę sunt separabi
les. quas etiam determinantes dicunt. Differentia est, qua abundat Definitio differentiæ prima.
species a genere. Homo enim animali plus habet, rationale, & mor-
tale: animal enim ipsum neque nihil horum est. Vndenam igitur ha Dubium.
bebunt species differentias? Neque enim omnes oppositas genus ha
bet, quoniam in eodem simul haberet opposita: sed quemadmodum Solutio.
probant, potestate quidem habet omnes sub se differētias, actu uero
nullam: ac sic neque ex iis, quę non sunt, aliquid fit: neque opposi-
ta in eodem erunt. Desiuiunt autem eam & hoc modo. Differentia
est, quę de pluribus, & differentibus specie in eo quod quale quid Definitio 2
est, predicatur. Rationale enim, & mortale de homine predicantur
in eo, quod quale quid est homo, dicitur: sed non in eo, qđ quid est:
qđ est enim homo nobis interrogatis, conueniens est dicere animal:
quale autem animal inquisitis, quoniam rationale, & mortale est, con
B uenienter assignabimus. Rebus enim ex materia, & forma constan- Analogia physica.
tibus, vel ad similitudinem proportionemq; materię, & formę,
constitutionem habentibus: quemadmodum statua ex materia qui
dem est ære, ex forma autem figura: sic & homo cōmunis, & specia
lis ex materia quidem similiter proportionaliterq; consistit ex gene
re, ex forma autem differentia. Totum autem hoc animal rationale
mortale, homo est: quemadmodum illic statua. Describunt autem Definitio 3
huiusmodi differentiam & hoc modo. Differentia est, quod natum
est diuidere ea, quę sub eodem genere sunt. Rationale enim, & irra-
tionale, hominem, & equum, quę sub eodem genere sunt, (quod est
animal) diuidunt. Assignant autem & hoc modo. Differentia est, Definitio 4
qua differunt à se singula. Nanq; homo, & equus secundum genus
non differunt, sunt enim animalia, vt nos, sed additum rationale di
siunxit nos ab illis: & rationales sumus & nos, & diu: sed mortale Platonicū.
appositum diuisit nos ab illis. Interius autem perscrutantes differen
tiam, dicunt non quodlibet eorum, quę sub eodem genere sunt, diui
C dentium, esse differentiam: sed quod ad esse conducit, & quod quid Definitio 5
erat esse, & eius rei pars est. Neq; enim quod natum est nauigare, est
hominis differentia, etsi sit proprium hominis: dicimus enim, ani
malium hæc quidem apta esse ad nauigandum, illa vero minimè, di-
uidentes hominem ab aliis: sed aptum natum esse ad nauigandum,
non est substantię completiuum, nec eius pars: sed aptitudo quędā
solum, iccirco quia non est talis, quales sunt quę specificę dicuntur
differentię. Erunt ergo specificę differentię, quęcunque alteram fa-
ciunt speciem, & quęcunq; in eo, quod quid erat esse accipiuntur.
Et de differentiis quidem ista sufficiant.

DIfferentia similiter de tribus dicitur intentionibus, communis, propria, & propria proprie. Et dicitur differentia communis, qua diuersificatur aliquid ab aliquo, aut qua diuersificantur dispositiones vnius rei in seipsas: quoniam diuersificantur Sortes, & Plato propter diuersitatem, quæ est inter ipsos per se, idest in substantia. Et diuersificantur dispositione eius in se-

ipso: quia modo inuenis, postea vir, & vt aliquid faciat, & illud nõ faciat in alio tempore. Et vniuersaliter omne, quo diuersificatur substantia, aut diuersificantur propter ipsum substantiæ, nominatur differentia communis. Sed differentia quidem propria est, qua diuersificatur aliquid ab aliquo per accidens inseparabile: sicut cæsitas in oculo, & vestigium in plaga concaua. Sed differẽtia, quæ est proprie propria, est, qua fit diuersitas per differentiam renouantem speciem: sicut est diuersitas hominis ab alijs animalibus per rationem: quoniam ratio est differentia, quæ renouauit speciem hominis: & vniuersaliter omnis differẽtia rei, in qua inuenitur diuersitas. Sed differentia cõmunis, & propria non renouat inuentũ aliquod. Differentia vero proprie propria renouans inuentum nominatur diuersitas, quæ renouat inuenta diuersa, differentia renouans species. Et quæ non renouat inuenta, alia nominatur differentia absolute, verbi gratia, quia animal, cum additur ei ratio, renouatur inuẽtum, & species ex speciebus: sed motus, cum additur animali, non renouat aliud, sed aufert ab eo quierem tantum. Ergo differentiarum, quædam est renouans inuentum aliud, & quædam renouans per alterationem. Et differentiæ, quæ renouant inuentum, sunt quibus diuiduntur genera in species, & per eas complentur definitiones. Sed species aliæ differentiarũ sunt innouantes in dispositionibus diuersitatem, & non in substantijs rerum. Et differentiarum est alia diuisio: quod est, quia ipsarum, quædam est separabilis sicut motus, & quies, & sanitas, & ægritudo. & quædam est inseparabilis: Eius autem, quæ est inseparabilis sunt duæ diuisiones, s. aut substantialis, aut accidentalis & accidentalis est: sicut timitas in naso, & substantialis est, sicut ratio in homine, & acceptibile scientiæ. Et substantialis est, quæ accipitur in definitione substantiæ rei illius, cui inuenitur, & renouat, sicut dictum, inuentum aliud a genere, cui additur. Sed quæ est secundum viam accidentis, non sumitur in definitione substantiæ rei, de qua prædicatur, & non renouat speciem aliam, sed renouat per mutationem, & alterationem tantum. Sed differentiæ substantiales non suscipiunt magis neque minus, quod est, quia, sicut non est vna species animalis magis species * quam alia: sic est dispositio generis in differentijs diuidentibus speciem. s. quod non prædicatur de illis, de quibus prædicatur secundum magis & minus: quoniã ipse sunt completes definitiones specierum renouatarum ab ipsis, & dantibus ipsis esse, & in inuentione non superant se adinuicem res inuentæ, quoniam, non est res ex rebus inuenis, de qua sit verum, quod sit magis inuenta quam alia sed differentiæ accidentales recipiunt additionem & diminutionem, quãuis sint ex differentijs inseparabilibus quia iam inuenitur nasus magis & minus declinãs quã alius. Sed & differentiarum substantialium, quædam sunt constitutiues genera media, & quædam diuidentes ea, verbi gratia, animal, cum sit genus medium, differentia constitutiuæ, scilicet quæ complent eius definitionem, & renouant ipsum sunt, scilicet nutribile & sensibile, & ipsa sunt plena * substantia animalis: cum sit animal corpus nutribile & sensibile. Et ei sunt differentiæ diuisiuæ, sicut rationale & irrationale: quoniam animal quoddam est rationale, & quoddam irrationale: & differentiæ diuisiuę generis medij sunt etiam constitutiuæ specierũ, quæ sunt sub illo genere, sed generi alteri est differentia diuisiua, & non differentia constituitiua cum sit omnis differentia diuisiua generis, cõstitutiua speciei, ex quo * non est genus generi alteri non est differentia constitutiua, sed diuisiua. Et species quidem non vltimæ est differentia diuisiua & constitutiua: ex qua est constitutio ei, quæ est sub genere alteri, & speciei vltimæ, quæ omnia dicuntur species ergo est nomen * quod dicitur in hac differentia substantiali quod ipsa est, quæ renouat speciem. Dixit, & necessitas in diuisione generum, et compositione definitionum est in his differentijs: qñ diuisio non erit per differentias accidentales, neq; definitio. Dixit namque diffiniunt has differentias: & vna definitionis est, quod differentia est, qua superant species genus: quod est, quia in differentia hominis, quæ est rationale, superat homo animal, quod est genus ipsius: & illud est, quoniam hæc differentia non est inuenta in animali in actu: quoniam, si esset ei inuenta in actu, non inueniretur ei eius oppositum, quod est priuatio rationis, p quæ diuiditur animal in exemplo posito animal, aliud rationale, aliud irrationa-

* A. 1. magis animal.

* .i. tota.

* Alias quã constituit, et ex quo.

* Alias necessarium

le: sed inueniuntur quidem sicut actu in speciebus quæ sunt sub animali: & in hoc sermone est debilitas D. insuper diffiniunt differentiam etiam per hoc, quod est prædicarum de pluribus differentibus specie in eo quod qualis res, & non in eo quod quid. Et illud est, quod quando interrogamur de homine quid est, respondemus quidem primo per genus ipsius, quia respondemus animal: & cum quæritur ei qualis est? respondetur rationalis: & definitio quidem hominis completur per hanc summam & hoc est propterea, quia omnis res compolita est ex materia & forma, aut ex rebus similibus materiæ & formæ, & genus est sicut materia, & differentia sicut forma: & postquam res est ita, est aggregatum generis & differentiæ ipsa substantia rei, secundum quod in intellectu est sicut substantia ipsius, secundum quod est extra intellectum ex materia & forma. Iamq; diffiniuerunt differentias substantiales etiam per hoc, quod sunt, de quarum proprietate est, vt separent inter res, quæ sunt sub genere vno & eodem, sicut ratio & nõ ratio, quia ipsa separat inter hominem & equum intrantes sub genere animalis, ex quo est huius separatio: & quandoque per res in substantia speciei, & quandoq; non sunt differentiæ, quæ sunt in substantia specierum, addiderunt in hac diffinitione quod est id quod separat inter species in esse earum, & substantia ipsarum qđ est: quia ars nauigandi est propria hominis, & separat inter ipsam, & alias species animalis: sed non est separans ab alio partem, quæ sit substantiæ ipsius, sicut separat ratio, & propter hoc non diuiditur per ea animal in hominem, & non hominem, sicut diuiditur per rationale & irrationale: quod est, quia, cum dicimus q dam est, cui inuenitur ars nauigandi, & quidam, cui non inuenitur, non fit diuisio per illud in hominem & non hominem: cum sit hæc differentia non renouans speciem sub genere rationalis; sed ratio renouat hominem, cum diuidimus per ipsam animal.

Idem primo de ala. c. 5.

De proprio. Cap. IIII.

PRoprium vero quadrifariam diuidunt. Nam & id, quod soli alicui speciei accidit, etsi non omni, proprium dicitur: vt homini, medicum esse, vel geometram. Et quod omni accidit, etsi non soli: quemadmodum homini esse bipedem. Et quod soli, & omni, & aliquando: vt omni homini, in senectute canescere. Et quod soli, & omni, & semper: quemadmodũ homini, esse risibilem. Nam etsi non semper rideat, tamen risibilis dicitur, non quòd rideat semper, sed quòd aptus natus sit vt rideat: hoc autem ei semper connaturale est, vt equo hinnibile. Hæc autem dicunt propriè propria: quoniam etiam conuertuntur. Si quid enim equus, hinnibile est: & si quid hinnibile est, equus est.

Propriũ diuisio. Vide. 1. Topi. c. 2.

PRoprium dicitur secundum quatuor intentiones: quarum vna est, quæ accidit alicui speciei soli, sed non toti, vt est inuentio medicinæ, & geometriæ in homine. Et secunda est, quæ accidit speciei toti, sed est communis ei, & alij, vt esse bipedem homini. Tertia, quæ accidit soli, & toti, sed in alio quo tempore, vt canescere in senectute, & senescere. Intentio quarta est, secundum qđ dicitur proprium secundum veritatem, & est vniuersale, qđ conuenit toti speciei, & soli, & semper: sicut risibile homini inest secundum aptitudinem * non secundum actum. Et de natura huius proprij est, vt conuertatur cum eo, cuius est proprium: quoniam omnis homo est risibilis, & econuerso: & similiter omnis æquus est hinnibilis, & econuerso.

* alias primam fidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

De accidente. Cap. V.

Descriptio accidētis prima. Diuisio.

ACcidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: nanq; id eius separabile est, & illud inseparabile: est enim dormire, separabile accidens: nigrum vero inseparabiliter coruo, & Aethiopi accidit. Potest enim subintelligi & coruus albus, & Aethiops nitens colore, præter subiecti corruptionem. Definitur autem hic quoq; : Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse. Et quod neq; genus est, neq; differentia, neq; species, neq; proprium: semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus igitur determinatis, quæ proposita sunt (dico autem genere, specie, differentia, proprio, accidente) dicendum est quæ eis communia sunt, & propria,

Descriptio.

Descriptio.

ACcidens est, quod æstimatur esse, & euanescere absq; eo, quod æstimetur corrupi subiectum eius, aut generari. Et illud diuiditur in duas diuisiones, scilicet in separabile, & in non separabile, sicut est somnus, qui est accidens separabile ab animali, & sicut nigredo, quæ est non separabilis a coruo, & ab æthiope: quod est, quoniam imaginari potest coruus albus, & æthiops similiter absq; eo, quod imaginetur corruptio ex illo hominis, aut corui, econtrario generis, & speciei. Diffiniunt etiam accidens per hoc, quod possibile est in ipso vt inueniatur vni, & eidem, & non inueniatur: & quod ipsum est, quod non est genus, neq; species, neque differentia, neque proprium, & ipsum est semper stans in substantia. Et definitio prima comprehendit separabile, & inseparabile, & secunda comprehendit separabile tantum.

Diserimẽ inter primã & secũdam de finitionẽ accidentis.

De communitatibus, & differentiis quinque vocum. Cap. VI.

In quibus genus, species, differentia, proprium, & accidens conueniant.

COmmune quidem est omnibus de pluribus prædicari, quemadmodum dictum est. Sed genus quidem, de omnibus sub se speciebus, & indiuiduis, & differentia similiter: species autem de iis, quæ sub ipsa sunt indiuiduis: at uero proprium de specie, cuius est proprium, & de iis, quæ sub specie sunt indiuiduis: accidens autem & de speciebus, & de indiuiduis. Nam animal de equo, & boue prædicatur, quę sunt species: & de hoc equo, & de hoc boue, quę sunt indiuidua. irrationale vero & de equo, & boue, & de iis, qui sunt particulares, prædicatur: species aũt ut homo solum de iis, qui sunt particulares homines prædicatur: proprium vero de specie, cuius est proprium, & de iis, quæ sub specie sunt indiuiduis: vt risibile de homine, & de iis, qui sunt particulares: nigrum aũt & de specie coruorum, & de iis, qui sunt particulares, quod est accidẽs inseparabile: & moueri de homine, & de equo, quod est accidẽs separabile: sed principaliter quidẽ de indiuiduis, secundo uero loco de iis, quæ continent indiuidua. Commune aũt est generi, & differentiæ continentia specierum. Continet enim & differentia species, etsi non omnes quæ genera. Rationale enim etsi nõ continet ea,

In quib' genus, & differẽtia conueniant.

A quæ sunt irrationalia, vt genus, quemadmodum animal; tamen continet hominem, & Deum, quæ sunt species. Et quæcunq; prædicantur de genere, vt genere, & de iis quæ sub ipso sunt speciebus prædicantur: & quæcunq; prædicantur de differentia, vt differentia, & de ea, quæ ex ipsa est, specie prædicabuntur. Nam, cum genus animal sit, non solum de eo prędicantur vt genere substantia, & animatum, & sensibile, sed etiam de iis, quę sunt sub animali speciebus omnibus prædicantur hæc, vsq; ad indiuidua. Cumq; differentia sit rationale, prædicatur de ea vt differentia, id quod est ratione vti, & non solũ de eo quod est rationale, sed etiam de iis, quæ sunt sub rationali speciebus, prædicabitur ratione vti. Commune autem est perempto genere, vel differentia, simul perimi quæ sub ipsis sunt. Quemadmodum enim si non sit animal, non est equus, neq; homo, ita si non sit rationale, nullum erit animal, quod utatur ratione.

Platonicum

Propriũ aũt est generi de pluribus prędicari, quàm differentia, &
B species, & proprium, & accidens. Animal enim de homine, & equo, & aue, & serpẽte prædicatur: quadrupes uero de solis quatuor pedes habentibus: homo vero de solis indiuiduis: & hinnibile de equo solum, & de iis, qui sunt particulares: & accidens similiter de pauciori-
bus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus: non eas, quę cõplent substantiã generis, sed quæ sunt diuisiuæ. Amplius. Genus continet differentiã potestate (animalis enim hoc quidem rationale est, illud vero irrationale) differentiæ vero non cõtinẽt genera. Amplius. Genera quidem priora sunt iis, quę sunt sub se positæ, differẽtiis, propter qđ simul quidem eas auferũt, nõ aũt simul auferuntur ab eis. Sublato enim animali, aufertur rationale, & irrationale: differentiæ vero non amplius simul auferunt genus. Nam etsi omnes interimantur, tamẽ substãtia animata sensibilis subintelligi põt, q̃ est animal. Amplius, Genus quidem in eo, quod quid est:
C differẽtia vero in eo qđ quale quiddã est (quemadmodũ dictum est) prędicatur. Amplius, Genus quidem vnum est secundum unam-
quanq; speciem, vt hominis id, quod est animal: differentię vero plurimæ sunt, vt rationale, mortale, mentis & disciplinę perceptibile, quibus ab aliis animalibus differt. Et genus quidem consimile est materiæ, formę vero differentia. Cum autem sint & alia communia, & propria generis, & differentiæ, nunc ista sufficiant.

In quib' genus & differentia differant.

Genus autem & species commune quidem habent de pluribus (quemadmodum dictum est) prędicari. Sumatur autem species, vt species solum, non etiam vt genus, si fuerit idem species, & genus. Commune autem, iis est, & priora esse iis, de quibus prędicantur: & totum quoddam esse vtrunq;.

In quib' genus & species conueniant.

Differunt autem, eo quod genus quidem continet species sub se, species vero continetur, & non continet genera: de pluribus enim genus, quam species, prędicatur. Amplius, Genera præiacere opor-

In quib' genus, & species differãt

ter,& informata specificis differentiis perficere species: vnde & prio ra sunt naturaliter genera, & simul interimentia, sed quæ non simul interimantur: & species quidem cum sit,est & genus omnino: genus vero cum sit, non omnino erit species. Et genera quidem vniuoce de speciebus prædicantur, species vero de generibus minimè. Amplius. Genera quidem abundant earum, quæ sub ipsis sunt, specierū continentia: species vero à generibus abūdant propriis differentiis. Amplius. Neque species fiet vnquam generalissimum: neq; genus fiet vnquam specialissimum.

Communia generis et ,p prij.

Generis autem, & proprii commune quidem est, sequi species. Nam si homo est, animal est: & si homo est, risibile est. Et æqualiter prædicari genus de speciebus, & proprium de iis, quæ illo participant, indiuiduis: æqualiter enim & homo, & bos animal est, & Cato, & Cicero risibilis est. Commune autem est etiam vniuoce prædicari genus de propriis speciebus, & propriū de iis, quorū est propriū.

In quib' genus, et ,ppiū differant.

Differunt autē, quoniam genus quidem prius est, posterius vero proprium. Oportet enim esse animal, dehinc diuidi differentiis, & propriis. Et genus quidem de pluribus speciebus prædicatur: proprium verò de vna sola specie, cuius est proprium. Amplius, Proprium quidem conuersim prædicatur de eo, cuius est proprium: genus vero de nullo conuersim prædicatur. Nam neq; si animal est, homo est: neq; si animal est, risibile est. Sin vero homo est, risibile est, & econuerso. Amplius, Proprium omni speciei inest, cuius est proprium, & soli, & semper: genus vero omni quidem speciei inest, cuius fuerit genus, & semper, non autem soli. Amplius, Species quidem interemptæ, non simul interimunt genera, quorum sunt species: propria vero interempta, simul interimunt ea, quorum sunt propria: & iis, quorū sunt propria, interēptis, & ipsa simul interimūtur.

Hic a Græco nunc euanuit.

In quibus genus, et accidens conueniant.

Generis vero, & accidentis commune est, de pluribus (quemadmodum dictum est) prædicari, siue separabilium illud accidens sit, siue inseparabilium. Et enim moueri, de pluribus: & nigrum de coruis, & de omnibus Aethiopibus, & aliquibus inanimatis prædicatur.

In quib' genus & accidēs differāt.

Differt autem genus ab accidente: quoniam genus ante speciē est, accidentia vero speciebus posteriora sunt. Nam etsi inseparabile sumatur accidens: tamen prius est illud, cui accidit, quàm accidens. Et genere quidem quę participant, æqualiter participant: accidente vero non æqualiter. Intensionem enim, & remissionem suscipit accidentium participatio, generum vero minime. Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter subsistunt: genera vero, & species naturaliter priora sunt indiuiduis subsantiis. Et genera quidem in eo, quòd quid est, prædicantur de iis, quæ sub ipsis sunt: accidentia vero in eo, quod quale aliquid est, vel quomodo se habeat vnumquodq;. Qualis enim est Aethiops interrogatus, dicis, niger: & quē admodum se Socrates habeat, dicis, quoniam sedet vel ambulat.

Genus

A Genus igitur quo ab aliis quatuor differat, dictum est.

Contingit autem etiam vnumquodque aliorum differre ab aliis quatuor Quare cùm quinq; quidem sint, vnumquodq; autem ab aliis quatuor differat, quater quinque, hoc est viginti sunt omnes dfiæ, sed nō ita se hēt. Sed semp deinceps enumeratis, & secundis qui dē vna differentia deficientibus (ppea quoniā iam sumpta est) tertiis verò duabus, quartis verò tribus, quintis verò quatuor, decem omnes sunt, Quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quo differt à differentia, & specie, & proprio, & accidente, dictum est. quatuor igitur differentiæ. Differentia verò quo differat à genere dictum est, quando quo differt genus ab ea dicebatur: reliquum est igitur quo differat differentia, à specie, proprio, & accidente dicatur, & sunt tres. Rursus species quo quidem differat à differentia, dictum est, quando quo differt à specie differentia dicebatur: quo etiam differat species a genere dictum est, quando quo differt genus á specie dicebatur: reliquum est igitur, vt quo differat species a proprio, & accidente dicatur, duæ igitur sunt hæ differentię. Proprium autem quo differat ab accidente relinquetur: nam quo a specie, & differentia, & genere differat, prędictum est, in illorum ad ipsum differētiis. Quatuor igitur sumptis generis ad alia differentiis, tribus verò differentię, duabus autem speciei, vna verò proprii ad accidens, decem erūt omnes: quarum quatuor, quæ sunt generis ad reliqua, superius demonstrauimus.

Secūdis, tertiis, quartis, quintis, quæ secundo sunt loco, tertio, quarto, quinto, ita Hermolaus exponit.

B

Commune ergo differentię & speciei est, æqualiter participari, homine enim æqualiter participant particulares homines, & rationali, differentia. Commune verò est & semper adesse iis, quę illis participant. Semper enim Socrates rationalis est, & semper Socrates homo.

In quibus spēs, & dria conuenant.

Proprium autem differentię quidem est in eo, quod quale est, prędicari: speciei verò in eo, quod quid est. Nam & si homo velut quale quid accipiatur, non tamen simpliciter erit quale, sed secundum id quod generi aduenientes differentię eum constituerunt. Amplius: Differentia quidē in pluribus sępè speciebus cōsideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus: species verò in solis iis, quę sub specie sunt, indiuiduis est. Amplius. Differentia prior est ea specie, quę est secundum ipsam. Simul enim ablatum rationale interimit hominem: homo verò interemptus, non aufert rationale, cùm sit Deus. Amplius: Differentia quidem componitur cum alia differentia (rationale enim, & mortale compositum est in substantia hominis) species verò speciei non componitur, vt gignat aliam aliquam speciem: Quędam enim equa cuidam asino permiscetur ad muli generationem: equa autem simpliciter, asino cō posita, nunquam perficeret mulum.

C

In quib' species, & dria differant.

Platonicū

Differentia verò, & proprium commune quidem habent, æquali-

In quib' dif-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferẽtia, & p. prium conue niant.

In quib' differẽtia, & p. prium nõ cõ uemant.

In quibus differẽtia, & accidens cõuenant.

In quib' species, & proprium conuenant.

In quib' species, & proprium differant.

In quib' species, et accidens conuenant.

ter participari ab iis, quæ illis participant. Aequaliter enim rationalia, rationalia sunt & risibilia, risibilia sunt. Et semper, & omni adest sic commune vtrisq; Etsi enim curretur qui bipes est, tamen ad id, qđ natum est, semper dicitur: quoniam & risibile in eo, quod natum est, semper dicitur, sed non in eo, quod semper rideat.

Proprium autem differẽtiæ est, quoniam hæc quidem de pluribus speciebus dicitur sæpe, vt rationale de Deo, & homine: Proprium vero dicitur de vna sola specie, cuius est proprium. Et differentia quidẽ illis est consequens, quorum est dria, sed non cõuertitur: propria vero conuersim prædicantur de iis, quorũ sunt propria, pp id qđ cõuertunt.

Differentiæ autem, & accidenti commune quidem est, de pluribus dici. Commune vero est, & ad ea, quæ sunt inseparabilia accidentia, semper, & omni adesse. Bipes enim semper adest omni homini, & omnibus coruis nigrum esse similiter. Differũt autem, quoniam differentia quidem continet species, & non continetur (continet.n. rationale Deum, & hominem) accidentia vero aliquo quidem modo continent, eo q in pluribus sint, aliquo vero modo continentur eo, quod non vnius accidentis susceptibilia sint subiecta, sed plurium. Et differentia quidẽ in itensibilis est, & irremissibilis: accidentia vero magis, & minus suscipiunt. Et impermixtæ quidem sunt contrariæ differentiæ, mixta vero nonnunquam sunt contraria accidentia. Huiusmodi quidem communiones, & proprietates differentiæ, & cæterorum sunt. Species vero quo quidem differt a genere, & differentia dicti est in eo, qđ dicebamus quo genus differt a cæteris, & quo dria differt a cæteris: reliquũ est quo differt a proprio, & accidente, vt dicat.

Speciei autem, & proprii commune quidem est adinuicem conuersim prædicari. Nam, si homo est, risibile est, & si risibile est, homo est. Risibile vero, quoniam secũdum id quod natum est ridere, sumendũ, sæpe iam dictum est. Cõe aũt est, æqualiter esse. Aequaliter. n. adsunt species iis, quæ de illis participant: & propria iis, quorũ sunt propria.

Differt autem species à proprio, quoniam species quidem potest et aliorum genus esse: proprium uerò, & aliarum specierum esse proprium, impossibile est. Et species quidem ante subsistit, quàm proprium: proprium uerò post fit in specie. Oportet enim hominẽ esse, vt sit risibile. Amplius, Species quidem semper actu adest subiecto: prium verò aliquando, & potestate. Homo enim semper actu est Socrates: non uerò semper rider, quãuis natus sit semper ut sit risibilis. Amplius, Quorum termini sunt differentes, & ipsa sunt differentia. Est autem speciei quidem sub genere esse, & de pluribus, & de differentibus numero in eo quod quid est, prædicari, & cætera huiusmodi: proprii uerò, & soli, & omni, & semper adesse.

Speciei uerò, & accidentis commune quidem est de pluribus prædicari. Raræ verò sunt aliæ communitates, propterea quòd quã plurimum distant ab inuicem accidens, & id cui accidit.

In quib' species, & accidẽs differãt.

Propria verò sunt vtrisq; speciei quidem in eo, quod quid est, prædicari de iis, quorum est species: accidentis autem in eo, quod quale quiddam est, vel quomodo se habens est. Et vnamquamq; substantiam vna quidem specie participare, pluribus autem accidentibus, & separabilibus, & inseparabilibus. Et species quidem præintelliguntur accidentibus, & si etiã sint inseparabilia (oportet enim esse subiectum, vt illi aliquid accidat) accidẽtia verò posteriores generis sunt, & adventitiæ naturæ. Et speciei quidem participatio æqualiter est, accidentis verò, & si inseparabile sit, non æqualiter. Aethiops. n. Aethiope habebit colorem uel intensum amplius, uel remissum secũdũ nigredinem. Restat autem de proprio, & accidente dicere: quo enim proprium a specie, & differentia, & genere differt, dictum est.


In quib' proprium, & accidens cõuenant.

Commune autem proprio, & inseparabili accidẽti est, q præter ea nunquam consistant illa, in quibus considerant. Quẽadmodũ. n. præter risibile non subsistit hõ, ita nec pter nigredinẽ subsistit Aethiops. Et quẽadmodũ semper, & oĩ adest propriũ, sic & inseparabile accns.

In quibus proprium, & accidens differant.

Differunt autem, quoniam proprium vni soli speciei adest, quẽadmodum risibile homini, inseparabile verò accidens, vt nigrum, non solùm Aethiopi, sed etiã coruo adest, & carboni, & hebeno, & quibusdam aliis. Amplius, Proprium conuersim prædicatur de eo, cuius est propriũ, & æqualiter est: inseparabile verò accidens conuersim nõ prædicatur. Et proprii quidem æqualis est participatio: accidentium verò vel magis, vel minus. Sunt quidem aliæ communitates, vel proprietates eorum, quæ dicta sunt: sed sufficiunt etiam hæ ad discretionem eorum, communitatis q; traditionem.

Demonstratio, quæ ostenduntur habitudines, & cõmunitates vniuscuiusq; horum quinq; vniuersalium, & numerus earum.



CVm ergo definiuimus omnes res, quarum præcessit definitio, scilicet illorum quinque, oportet, vt dicamus in quibus rebus communicant. & in quibus differunt. Dicamus ergo quod commune eis omnibus est, q prædicantur de pluribus: sed genus, & differentia prædicantur de speciebus, & de individuis, quæ sunt sub illis. & species de individuis, quæ sunt sub ea tantum, scilicet

D

species vltima, & proprium prædicatur de speciebus, & de singularibus, quæ sunt sub illa specie, & accidens prædicatur de singularibus, & de speciebus. Et est prædicatio generis de speciebus, & singularibus, sicut est prædicatio animalis de equo, & cane, & de individuis eorum, sicut species de cane demonstrato. Et exemplum prædicationis differentiæ de speciebus, & de individuis, sicut irrationale de equo, & cane, & individuis eorum: & hoc quidem certificatur in differentiis, quæ non sunt differentiæ speciebus vltimis. Et exemplum predicationis speciei vltimæ tantum est prædicatio hominis de Sorte, & Platone, & de quolibet individuorum hominum. Et exemplum prædicationis proprii de specie, & singularibus est prædicatio ipsius risibilis de homine, & de quolibet individuo hominis. Et exemplum prædicationis accidentis inseparabilis de speciebus, & individuis est prædicatio nigredinis de coruo, & æthiope, & de singularibus eorum. Et exemplum accidentis separabilis est prædicatio motus, & quietis de homine, & equo, & de individuis eorum: hoc est ergo, in quo communicant in respectu prædicationis, & diuersificantur.

Et est commune generi, & differentiæ quod cõprehendant plus specie vna: & est, quia differentia multas comprehendit species, quamuis sint pauciores, quam comprehendit genus: quod est, quia irrationale comprehendit species multas, quamuis sint pauciores eis, quas comprehendit animal, quod est genus: & hoc quidem verificatur de illis, quæ sunt præter differentias vltimarum specierum. Et communicant genus & differentia: quoniam omne, quod prædicatur de vnoquoque ipsorum ex via, qua est genus, aut differentia prædicatur de eo, quod est sub eis, verbi gratia, quia animal, quod est genus, & corpus nutribile prædicatur de eo ex via qua est genus, & ipsum est prædicatum, quod est sub animali, verbi gratia, de homine & equo: & similiter rationale est differentia, & cooperari ratione est prædicatum etiam de eo, quod est sub animali ex via, qua est differentia, & ipsum prædicatur de omnibus individuis rationalibus. Et communicant genus, & differentia: quoniam, cum auferatur vtrunque, auferatur quod est sub eis: quoniam, sicut cum, non inuenitur animal, non inuenitur equus, & asinus, similiter, cum auferatur ratio, non inuenitur animal cooperans ratione: & hoc est, in quo communicant genus, & differentia.

Sed quod est proprium generis & non differentiæ. Primum quidem, quoniã prædicatur genus de pluribus quam differentia, & species, & proprium, & accidens: quod est, quia animal, quod est genus, prædicatur de homine, & equo: differentia vero de paucioribus, quam animal, verbi gratia, rationale predicatur in minus quam animal, & similiter quadrupes, & similiter homo. Et sic etiã est res in accidente manifesta, quod prædicatur de paucioribus, quam genus rei, in qua inuenitur illud accidens: & hoc quidem inuenitur in accidentibus, quæ sunt magis propria, quam illud genus. Et appropriatur generi præter differentiam. Secundo, quia genera comprehendunt differentias, & non econuerso, animal. n. aliud rõnale, & irrõnale, quæ ambæ sunt differẽtiæ non cõprehendunt genera. Et appropriatur ei tertio, quod genera priora sunt differentiis per naturã, & propter hoc auferuntur differentiæ per ablationem generum, sed non econuerso: quod est, quia cum auferrur animal, auferrur rationale: sed, cum auferrur rationale, non auferrur animal: & hæc est dispositio generis cum differentiis diuisis, & non constitutis. Et appropriatur ei quarto, quod genus est vnum in vnaquaque specierum: & est, quia non inuenitur speciebus multis plus quam vnum genus in ordine vno: sed vni speciei inuenitur plus differentia vna, sicut ratio homini & intellectus, & receptio scientię. Et appropriatur ei quinto, quod genus assimilatur materiæ, differentia vero formæ: sexto generi proprium est in eo ꝙ quid prædicati, & differentiæ in eo ꝙ quale. Iam ergo hæc est sufficiens scientia, qua genus, & differentia communicant, & in quo differunt, vel appropriantur, & si inueniantur ei aliæ communitates, & differentiæ.

D. & genus & species communicant (vt diximus) quod ambo prædicantur de pluribus, & quod ambo præcedunt per naturam res, de quibus prædicantur. Et diuersantur in hoc, ꝙ genus comprehendit species: sed non econuerso, ꝙ

Vide primo pri. 28.

A

est, quia genus communius est, quam sit species. Et diuersificantur etiam, qꝺ genus præcedit speciem per naturam, quod est, quia species constituitur cum coniungitur cum genere differentia: & propter hoc genera sunt priora speciebus naturaliter: quia, cum auferuntur genera, auferuntur species, sed nõ econuerso: species, vero non sunt, cum non inueniuntur genera, & non econuerso. Et diuersificantur in hoc etiam, quod genera prædicantur de speciebus vniuoce: sed species non prædicantur de generibus. Diuersificantur etiam in hoc, quod genera abundant supra species, quæ sunt sub eis in hoc, quod continent ipsas, & species abundant supra genera differentiis, quæ sunt propriæ ipsis: & illa abundant ex parte communitatis, & hæc ex parte compositionis, scilicet species. Diuersificantur etiam in hoc, quod non erit species genus generum, nec genus specierum secundum aliquam dispositionem: & oportet vt intelligas has comparationes inter genera, & species de eo, quod species sunt spẽs, & gña sunt gña, nõ ex eo, quod accidit speciebus vt sint genera, neque generibus vt sint species.

D. & genus, & proprium cõmunicant in hoc, quod ambo sequuntur in esse & in inuentione, vel in essentia speciei: & illud est, quia, cum est homo, qui est species, inuentum est animal, quod est genus, & similiter risibile est inuentum, quod est proprium. Et communicant etiam, quia genus prædicatur de omnibus

B

speciebus æqualiter, & proprium prædicatur de omnibus, quæ communicant in ipso æqualiter: quod est, quia homo non est minus animal, quam hos, nec plus, & Sortes & Plato sunt risibile æqualiter, id est non diuersificantur hoc modo secundum plus, & minus. Et communicant etiam, quia genus prædicatur vniuoce de speciebus, & proprium prædicatur vniuoce de omni eo, cui inuenit illud proprium: quoniam risibile prædicatur de Sorte, & Platone vniuoce, sicut animal prædicatur vniuoce de bone & equo.

Sed in hoc diuersantur, quia genus antecedit proprium inuentum in speciebus, quod est, quia animal antecedit naturaliter propria, & differentias, quę inueniuntur in speciebus, in quas diuiditur: quod est, quoniam, cum genus auferrur, auferuntur propria, sed non econuerso, & cum inueniuntur propria, inuenitur & ipsum. Secundo etiam diuersificantur in hoc, quod proprium conuertitur in prædicatione cum eo, cuius est proprium: genus vero non conuertitur cum eo, cuius est genus: quoniam verum est dicere, omnis homo est risibilis, & econuerso: sed non potest dici, omne animal est homo, sicut omnis homo est animal. D. commune est, &c.

Genus quidem, & accidens communicant: quoniam ambo prædicantur de pluribus, siue sit accidens separabile, siue inseparabile: quod est, quia motus prædicatur de pluribus, quod est accidens separabile, sicut prædicatur nigredo de coruo, & æthiope, & de rebus multis, a quibus non separatur.

C

Et diuersificantur genus, & accidens in hoc, ꝙ genus præcedit accidens per naturam, sicut species eius antecedit ipsum, verbi gratia, homo enim præcedit colorem inuentum in eo: & animal præcedit ipsum: & illud est manifestum in accidentibus separabilibus. Differunt etiam, quia accidens prædicatur de his, quæ communicant in ipso secundum magis, & minus, genera etiam nõ prædicantur de speciebus, quæ communicant in ipso secundum magis & minus: quod est, quia quidam nigrorum hominum est intensioris nigredinis, quam quidam, & non est intensioris animalitatis, quam alius homo, neque equus quam homo: & hoc ideo propterea, quia accidentia inuentuntur secundum primam intentionem in singularibus, & singularia diuersificantur in additione & diminutione: & genera quidem & species præcedunt per naturam singularia, neque sunt inuenta in singularibus. Et quod dixit verum est quidem semper dictum in formis, scilicet si inuenirẽtur sicut genera, & species extra intellectum. Diuersificantur etiam genera, & species, & accidentia per hoc, quia genera, & species prædicantur in eo quod quid est: accidentia autem in eo quod quale est, aut quo modo est. Cum enim quæritur de æthiope quale est? dicitur quod est niger, & cum quæritur de Sorte quomodo est? dicitur bene vel male.

Iam ergo dictum est in quo differat genus a reliquis, & consequitur vt sint hęc

quinque non sicut diuersitates inter ea. 5. 4. 3. 2. & vna, quod est: quia ex quo sunt. 5. & diuersitates. 4. tam sunt diuersitates. 20. scilicet multiplicando. 4. per. 5. Cum ergo abiecerimus ab eis. 10. iteratas, remanebunt decem, cuius exemplū est: quia genus diuersificatur a reliquis in. 4. & differētia similiter in. 4. nisi quia diuersitas illius ad genus est eadem, quod diuersitas generis adipsum: remanēt ergo diuersitates differentiæ ad tria, scilicet ad proprium, speciem, & accidens. Similiter species habet. 4. diuersitates, de quibuss proiiciuntur duæ, quę sunt diuersitates eius ad genus: quoniam iam rememorata est, in diuersitate generis ad ipsam, & diuersitas ad differentiam, qua dictum est in diuersitate differentiæ ad ipsam: & remanent duæ diuersitates ad proprium, & ad accidens. Similiter proprio sunt quatuor, & proiiciuntur tres memoratæ, & remanebit vna, quæ est diuersitas eius ad accidens. ergo decem diuersitates abiiciuntur, & decem sunt inuētę. & quia tam narrauimus a quatuor remanentibus, oportet vt dicamus in quo diuersificetur differentia a tribus residuis, scilicet, specie, proprio & accidente, & erunt ex illo tres diuersitates. Deinde rememorabimur in quo differat species a proprio, & accidente: & sunt duæ diuersitates: postea rememorabimur in quo differant species a proprio & accidente, & sunt duæ diuersitates: postea rememorabimur in quo differant proprium & accidens, & est vna diuersitas: erunt ergo diuersitates decem. Et propter hoc inueniuntur communitates ipsorum decem. B

Dicemus ergo quod res communis differentiæ, & speciei est ꝙ omnibus, de quibus prædicantur, prædicantur æqualiter, non secundum plus & minus: quia non inuenitur vnus homo magis homo, quam alter, neque magis rationale, quam alter, nisi quis velit per rationalitatem rem accidentalem intelligere. Et communicant etiā ꝙ inueniūtur in rebus, de quibus semper prædicātur. Sor. enim semper est rationalis, & semper est homo.

Et differunt, quia differentia prædicatur in quale, species vero in quid, quamuis respondeatur ad quæstionē per quale, species: & hoc ex parte qua accidit ei vt differentiam habeat: & etiam, quia differentiæ inueniuntur in speciebus plus vna, sicut est inuentio quadrupedis in animalibus multis differentibus specie, & species quidem est in individuis, quæ sunt sub ea: & hæc diuersitas est inter species & differentias. Et diuersificantur inter se etiam per hoc, ꝙ differentia est prior, qđ est, quia cū auferē irrationale auferetur asinus, sed cū inuenitur asinus inuenitur irrationale: & hoc quidem de differentiis, quæ inueniuntur in pluribus vna specie. Et diuersificantur a specie, eo ꝙ differentia quandoque componitur cum alia differentia in definitione, verbi gratia, rōnale, & mortale accepta in definitione hominis secundum finem illius, qui putat ꝙ rationale continet hominē & angelum: quoniam est homo quidem compositus ex rationali, & mortali: & non componitur species ex duabus speciebus: quamuis componatur individuum speciei ex individuis duarum specierum diuersarum, sicut est compositio muli ex equa & asino, sed non componuntur species muli ex speciebus equi & asini, sicut componitur homo ex animali rationali, & animali mortali: quoniam mulus est medium inter equum, & asinum, & est ex parte communi inter eos: & hæc est species alia compositionis, præter compositionem differentiarum, si concedatur, ꝙ sit compositio speciei cum specie, & Porphyrius negat eam: & similiter est, ut sit hæc compositio, quæ est compositio specierum mediarum ex extremitatibus, & illa est præter compositionem rei ex differentijs definiti. F

De ista spē cōpositionis asini cum equa. vide 7. Met. c. 28.

Et commune est differentiæ, & proprio: quia ea, in quibus communicāt, æqualiter prædicantur: quoniam non sunt quædam rationalia magis rationalia quā alia: sub ea similiter risibilia communicant: & in hoc æqualiter inueniuntur, & semper rebus, de quibus prædicantur omnibus in est: quoniam bipes inuenitur semper bipes, & si priuetur pedibus in aliquo ꝛpe aliquissimam intentio dicit nostri est, cum dicimus quod est bipes semper, id est, est natum ad hoc vt sint ei duo pedes tantum: & similiter risibile semper inest homini, non quod semper rideat in actu, sed propterea ꝙ est aptum natum ad hoc. Et appropriatur differentiæ quod dicitur de speciebus multis: sicut ratio, quæ dicitur de homine, & angelo secundum sententiā illius, qui videt ꝙ ratio dī vniuoce de ambobus, sed proprium quidem prædicatur de specie vna tantum.

A Et diuersificātur differentiæ a proprio in eo, quod differētiæ nō cōuertuntur, & propria conuertuntur semper.

Et differēta & accidens inseparabile cōsicant: quoniam inueniuntur in eis, de quib' prædicant semp. & in oibus eis insunt: quia coruus semp est bipes, & niger.

Et diuersificātur: quia differēta nō superat res, cuius est dīa, t. non superat habens dīam dissinitiuam, sicut ratio: qm nō superat eā homo. Sed accidēta quidē comprehendunt ex parte, & ex parte comprehenduntur: comprehendunt quidē ex eo quod sunt prædicata de multis, & cōprehēduntur, propterea, quia subiecta ipsorum non sunt appropriata vni accidenti, sed tam inuenitur in eis accidens oppositum illius, sicut nigredo continet multas species hominis, & nō hominis, quæ plus est quā species hominis, & nō hominis, & homo comprehēdit nigredinē, cū tam inueniatur qđ est nigrū, & nō nigrū: & ēt quia dīa nō suscipit additionē, & diminutionē, sed accidētia recipiunt additionē & diminutionē: & ēt quia differentiæ cōtrariæ non permiscentur vt sit ex eis mediū, sicut est admixtio albi cum nigro. & erit ex eis viride & rubeum, & alia media: istæ ergo sunt res, in quibus communicant differentia, & alia remanentia, & in quibus differunt. Iamque remansit vt dicamus, in quo diuersificatur proprium, & accidēs. & in quo cōicant. B

Dicamus ergo quod species, & proprium communicant in hoc, quod vtrunq; ipsorū conuertitur cum suo compari, quod est, quia si est hō inuētus, est risibile, et ecōuerso. cōicant ēt quod ambo inuenīnt semper in rebus, de quibus prædicant.

Et diuersantur species, & proprium in hoc, quod possibile est vt species sit genus alijs, & proprium non est possibile vt sit aliarum rerum præter illas, quarū est proprium: & etiam quia inuentio speciei præcedit, & inuentio proprij sequit inuentionem speciei: quod est, quia si inuenitur homo, sequitur illud, vt sit risibile: & si inuenitur risibile, oportet vt fuerit prius hō: & est, quia species inuenit actu, & potentia semper. Sor. enim semper est homo in actu, sed in actu ridēs semper non, sed est in potentia semper rides: & etiam res, quarum definitiones sunt diuersæ, ipse sunt diuersæ: & iam ostensum est quod definitiones horum sunt diuersæ: quod est, quia iam dictum est in definitione speciei, quod est ordinata sub genere, & quod prædicatur ex via qđ quid est de individuis: & dī in definitione proprij quod ipsum est res, quæ inuenitur alicui soli, & omni, & semper.

Et cōicant species, & accidens, qūm prædicantur de pluribus. Dixit, Et in quo cōicāt parū valde: quod ē ꝙp multā elōgationē, q̄ ē iter accidēs. & rē. cui accidit.

Et appropriatur vtriq; ipsorū, quia species prædicantur de eo, cuius est species ex via quod quid est, & accidens prędicat in eo quod quale est, aut quō est. Et C vna quæque substantiarum sensibilium habet speciē vnā, & tū habet multa accidētia separabilia, & inseparabilia. Amplius, qa spēs ꝑcedit intellectu accītia, q̄uis inseparabilia accītia: qđ est, qa tam remanet subiectū inuentū, & tūc accidit ei illud, quod accidit: & est accidentibus renouatio post species, & natura ipsarū intrat super eas. Iāq; remansit super nos vt narremus rem propriē & accidentis.

Et illud, in quo cōicāt proprium, & accidens inseparabile, est, quia non est possibile vt inueniatur habens proprium, neq; habēs accīs inseparabile, præter proprium & accidens: quod est, quia non est possibile vt inueniatur hō præter risibile: sīt non est possibile vt inueniatur æthiops præter nigredinem: & ēt quia sicut proprium inuenitur toti rei, & semper, similiter & accidens inseparabile.

Et diuersificātur in hoc, quod propriū inuenitur speciei vni, accidens aūt inseparabile pluribus, quasi diceret, nigredo inuenit coruo, & æthiopi, ebeno, & rebus multis nō sepabilibus, neq; indiuisibilibus: & cā in hoc, quia ,ppriū cōuertit ī ꝓdicatiōe cū eo, cuius est ,ppriū, sed accīs non conuertit cū eo, cui accidit. Amplius quia ,ppria nō diuersificant in ꝓdicatione scdm magis & minus, accidentia vero sic. Et iā inueniunt res plures, in quibus cōicāt. & appropriant præter res, quas narrauimus: sed istę sunt sufficientes in eo quod intendimus in eis, & descriptione istarum rerum, & statu super communitates suas, & diuersitates. Et hic explicium intentiones, quas continet hic liber introductorius.

Digressio, q̃ condit cãm, p pter q̃ exposuerit libꝝ Porphyrii, & quo ille liber tale non est simplr necessarius.

Et illud est, quod mouit me ad expositionem eorum, quidam socioꝝ nostrorum desideratium speculari, de habitatoribus Musicæ, quorum Deus misereatur in hoc. Et iõ pigritatus hoc facere propter duas res, vna quarum est, quia non videtur mihi q̃ hic liber introductorius sit necessarius in aliqua parte huius, cum non sit, quod dicitur in eo, commune huic arti, sicut existimãt quidam: quia id, quod dicitur in definitionibus harum rerum, si est demonstrabile, est pars demonstrationis, & si est probabile, est pars libri topicorum. Sed rememorauit Porphyrius has res, vt sciatur quid significant hęc nomina, cum egit de eis Aristote. in libro suo, non vt istę sint definitiones: & secundum modum istum non est pars huius artis, sed intelligitur ex Abumazar: quod est pars illius, & hoc est vnum, quod pigritauit me ab expositione ipsius cum expositione librorum Aristote. Et secunda est, quia sermo huius viri intelligitur per se in hoc introductorio, sed secundum intentionem in appropinquatione super quæstum rememoratoris, facere eos lucrari bonum omni modo lucri, quemadmodum æstimat in eo, q̃ voluntate & desiderio ad scientias induxit me ad explanandum, & ampliandum intellectum in hoc, & in quodam eius, quod rememoratur ex his rebus. Iam expergefacti sumus sup plurimum illorum, & in quoddam est consideratio, & locus hic his rebus. & Deus est satisfaciens, & rectificans.

Prædicabilium Porphyrii cum Auerroe Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS PRAEDICAMENTA,

BOETIO SEVERINO INTERPRETE, Cum Auerrois Cordubensis expositione.

Summa libri secundum Auer.

Liber prædicamentorum in tres secatur partes.

In prima a cap. 1. vsq; ad cap. 6. ponit quasdam definitiones, diuisiones, & regulas, quæ sunt quasi suppositiones, ad prædicamenta.

In 2. a cap. 6. vsq; ad. 12. explicat quot, & quid sint prædicamenta, & eorum propria.

In. 3. a cap. 12. vsq; ad finem, declarat quinque ad prædicamentorum notitiam necessaria, a latinis post prędicamenta vocata.

De æquiuocis, & vniuocis, denominatiuis, & eorum, quæ dicuntur, diuisio. Cap. I.

Definitio æquiuocorum

ÆQVIVOCA dicuntur, quorũ nomen solum commune est, secundum nomen verò, substantiæ ratio diuersa: vt animal, & homo, & quod pictum est. Horũ enim solum nomen commune est, secũdum nomen verò, substantiæ ratio diuersa. Si enim quis assignet quid sit eorũ vtrunq; quo animal est, propriam assignabit vtriq; rationem. Vniuoca verò dicuntur, quorum nomen commune est, & secundùm nomen eadem substantiæ ratio: vt animal & homo, atq; bos. communi enim nomine, horum vtrunq; animal nuncupatur, & est ratio substãtię eadem. Si quis enim assignet vtriusq; rationem, quid vtrumque est quo animal est, eandem assignabit rationem. Denominatiua verò dicuntur, quęcunq; ab aliquo, solo differentia casu, secundum nomen habent appellationem: vt à grammatica grammaticus, & à fortitudine fortis.

Hic ratio, p definitione accipitur.

Definitio vniuocorũ.

Definitio denominatiuorum.

INtentio in hoc sermone est explanare sententias contentas in libris Aristote. in arte logicæ, & acquirere * eas secundum posse, & hoc, secundum vsum nostrum in reliquis libris eius, & incipientes à primo libro eius in hac arte, qui est liber prædicamentorum, dicemus quod liber iste diuiditur in tres partes. Prima est, sicut proœmium, in qua primo ponit de quibus tractare intendit in hoc libro: nam comprehendit res pertinentes eis, quæ vult dicere, sicut principia, sup posita, & definitiones. In secunda narrat prædicamenta decem, sigillatim describendo vnumquodq; ipsorum propria eorum descriptione, & diuidendo in species suas proprias, * & dando proprietates suas. In tertia vero docet consequentia, & accidentia communia omnium prædicamentorum, vel plurium in eo quod prædicantur.

* alias complere.

diuisio istius libri.

* alias probabiles.

Pars prima.

In prima parte sunt capitula quinque: in quorum primo narrat dispositiones quasdam entium in eo, quod significantur per dictiones. In secundo narrat quid est substantia, & accidens secundum speculationem huius artis, scilicet vniuersalis substantia, & singularis, & vniuersale accidens, & singulare. In tertio docet quod prædicatum, quando prædicatur de subiecto, notificando substantiam eius, & de illo prædicato prædicatur aliud prædicatum notificans substantiam eius, tunc hoc vltimum prædicatum denotat substantiam subiecti primi. In quarto narrat, quæ genera possint communicare in differentijs diuidentibus, & quæ non possint illud. In quinto affert diuisionem entium diuisorum in decem prædicamenta, & adducit exempla huius, & docet quod affirmatio, & negatio non sequuntur entia diuisa, quæ significantur per dictiones simplices, imo sequuntur composita secundum quod significantur per dictiones compositas.

Primæ partis. Cap. I.

Æquiuoca dicuntur ea, quorum nomina sunt communia, id est æquiuoca sunt, quibus non inuenitur aliquid commune, & associabile, nisi nomen tantum, sed definitio cuiuscunq; eorum declarans substantiam eius, secundum quod significat illud nomen commune eis, diuersificatur a definitione alterius, & est propria suo definito: vt nomen animalis prædicari de homine picto, & de homine rationali: nam definitiones eorum sunt diuersæ, & non inuenitur in eis aliquod commune, & associabile nisi nomen tantum, quod est animal. Ea autē, quorum nomina sunt vniuoca, sunt quorum nomen est idem & commune, & definitio declarans substantiam eorum secundum significationem illius nominis. est etiam eadem, vt animal prædicatur de homine, & de equo, qm̄ nomen animalis est commune eis, & eorum definitio significat eandem substantiam, id est corpus nutribile sensibile, quę est definitio animalis. Denominatiua autem sunt, q̄ appellantur nomine dispositionis, quę est in eis: sed nomina eorum sunt diuersa a nomine illius dispositionis in casu, quia comprehendunt subiectum illius dispositionis cum ipsa: vt fortis a fortitudine, & facundus a facundia.

Vniuoca.


Denoiatiua.

De complexis, & incomplexis. Cap. II.

Eorum, quę dicuntur, alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia uerò sine complexione. Et ea igitur, quę secundum complexionem dicūtur, sunt: vt homo currit, homo uincit. Ea uerò, quę sine complexione dicūtur, sunt: vt homo, bos, currit, vincit. Eorum quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto uerò nullo sunt, vt homo de subiecto quidem dicitur quodam homine, in subiecto uero nullo est. Alia autem in subiecto quidem sunt, de subiecto autem nullo dicuntur. In subiecto verò esse dico, quod cum in aliquo sit, nō sicut quędam pars, impossibile est esse sine eo, in quo est: vt quædam grammatica in subiecto quidē est, in anima, de subiecto uero nullo dicitur. Et hoc album in subiecto quidem est corpore, omnis.n. color in corpore est. Alia vero de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt: vt scientia in subiecto quidē est, in anima: de subiecto uerò dicitur, ut de grammatica. Alia uerò neq; in subiecto sunt, neq; de subiecto aliquo dicuntur, vt quidā homo, & quidā equus. Nihil.n. talium neq; in subiecto est, neq; de subiecto aliquo dicitur. Simpliciter aūt quæ sunt individua, & numero singularia, de subiecto nullo dicuntur: in subiecto autem nihil aliqua prohibet esse: quedam.n. grammatica in subiecto est, at de subiecto nullo dicitur.

Dici de subiecto, hic aliud nō est, quam supius de inferiori prædicari.

4. ph. t. c. 23



Complexiō consistentium, & inconsistentiū descriptio.

Dispositionum autem significatarum per dictiones, quędā sunt simplices, vt, homo & equus: quędam compositę significatę per compositas dictiones, vt homo est, vel equus currit: eorum, quæ sunt, quædam prædicāntur de subiecto, & non sunt in subiecto, s. quæ denotant de omni, de quo prædicantur substantiam, & quidditatem eius, & non denotant omnino aliud, quā substantiam eius: & hæc est substantia vniuersalis, vt animal, & homo: qm̄, cū prędicantur de aliquo, notificāt subam & quidditatē eius, non rem aliquā omnino extra quidditatē. Quędā vero sunt in subiecto, s. nō sicut pars eius, & nō possunt esse sine subiecto, neq; prædicantur de subiecto omnino. s. in eo qđ quid est: & hoc est accidēs singulare demonstratum, vt hęc nigredo demonstrata, & hæc albedo existens in C corpore demonstrato: qm̄ omnis color est in corpore. Quædā aūt prædicāntur de subiecto, & sunt in subiecto, s. prædicantur de duobus: de vno cuius notificat qđditatē eius: de alio vero nō: quia sunt pars subsistię illius, cuius denotāt quidditatē: sed nō sunt pars illius eārum, cuius non notificant quidditatē: sed esse earū est in subiecto: & hoc est accidēs vniuersale: vt prædicatio scientiæ de anima, & de grāmatica, nā grāmatica est scięntia, & scięntia est in anima: cū aūt p̄dicatur de grāmatica, denotat eārū eius: qm̄ est genus cōueniēs, vt rādeatur ad qđ est grāmatica: cū aūt p̄dicat de aīa, & dī esse in aīa scięntia, denotat aliqđ extra subam eius. Quędā aūt non prædicātur de subiecto oīno. s. p̄dicatione denotāte subam eius. neq; sunt in subiecto. s. quia nō p̄dicantur de subiecto, denotādo aliquid extra subam eius: & hæc est suba singularis demōstrata, vt Sor. & Plato. quæ non p̄dicantur de aliquo naturaliter p̄dicatione denotāte subam subiecti, neq; prædicatione nō denotāte ipsum: ergo suba tam cōis, quā singularis est id, qđ non est in subiecto oīno: & accidens siue vniuersale, siue singulare est id, qđ est in subiecto: & vniuersale, siue accidens sit, siue substantia est id, qđ dicitur de subiecto, & individuum tam accidens, quam suba est id, qđ non dicitur de subiecto: deinde diuersificatur vniuersalis substantia a singulari eius, quia vniuersalis dicitur de subiecto, singularis vero non.

Prima Regula. Cap. III.

QVando alterū de altero prædicatur ut de subiecto: quæcunq; de eo,quod prędicatur, dicuntur, omnia etiam de subiecto dicentur: Vt homo de homine quodam p̄dicatur, animal uero de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur. quidam enim homo, & homo est,& animal.

QVando prædicatur aliquid de subiecto prædicatione denotante substantiā eiusdem,deinde prædicatur de illo prędicato aliud prædicatū denotans etiā substantiam eius,ipsum etiam denotat substantiam illius subiecti, cuius denotauit prædicatum primum: vt homo, cum prædicatur de Sor. & Plato. denotat substantiam eorum. & cum de homine prædicatur prædicatum secundum denotans substantiam eius, vt animal, tunc necessarium est vt denotet substantiā Sor. & Pla. quorum substantiam denominauit homo.

Secunda Regula. Cap. IIII.

Vide,1.top. cap.4.&.6. top.

DIuersorum generum & non subalternatim positorum, diuersę sunt species, & differentię: vt animalis,& scientię. Animalis enim differentię sunt,gressibile,bipes,& volatile,& aquatile. Scientię vero nulla earum est:neq; enim scientia á scientia differt,in eo quod bipes est. Subalternorum verò generum,nihil prohibet easdem esse differētias: superiora enim de iis, quæ sub ipsis sunt generibus prędicantur: quare quęcunq; differentiæ prædicati fuerint, eædem erunt etiā subiecti.

Alia litera, suprema nō prędicantur de quolibet generū existentium sub gñe supremo, & dīæ diuidētes genus supmū, nō cōstituentes genera subta existētia,sub eadē necessitate diuidāt illā, sicut genus supremum.

GEnera diuersa, & non sub ordinata alia sub aliis, scilicet non subalternata, differentias habent diuersas in specie: vt differentiæ diuidentes animal, sicut gressibile,& volatile,vel aquatile sunt aliæ, quam differentiæ diuidentes scientiam: nam animal est sub genere substantiæ: scientia vero sub genere qualitatis: qualitas autem,& substantia sunt genera suprema,non posita alia sub aliis. Genera autem subalterna,nihil prohibet opinari differentias ipsorum esse eiusdem speciei, vt animal,quod diuiditur per aquatile, & terrestre, & diuiditur per ea nutribile: animal autem ordinatur sub nutribili. Causa aūt huius est, q differentiæ diuidentes genus * supremum, prædicantur necessario de generibus existentibus sub genere ipso supremo, eo quod ipsum supremum prædicatur de quolibet generum existentium sub genere supremo. Cum igitur differentiæ, diuidentes genus supremum, non constituent genera subalterna existentia sub eo, necessario diuidunt illa, sicut genus supremum: quia, cum prædicentur, & non constituunt, erunt diuisiuæ.

Diuisio.

Decē genera generalissima.

De decem prædicamentis generatim. Cap. V.

EOrum, quæ secundum nullam cōplexionem dicuntur: singulum,aut Substantiam significat, aut Quantitatē, aut Qualitatē, aut ad Aliquid,aut Vbi, aut Quando, aut Situm esse,aut Habere,aut Agere,aut Pati. Est autem Substantia quidem,vt figuraliter dicatur, vt homo,equus. Quantitas autem,vt bicubitum,tricubitum. Qualitas,vt

album,grammaticum. Ad aliquid, vt duplum,dimidium,maius. Vbi verò,in foro,in Lycio. Quando autem, vt heri,superiore anno. Situ vero esse,vt iacet,sedet. Habere autem,ut calceatum esse, armatum esse. Agere uerò,ut secare,urere. Pati,ut secari,uri. Singula igitur eorum,quæ dicta sunt, ipsa quidem secundum se,in nulla affirmatione dicuntur,uel negatione. Horum autem ad seinuicem complexione, affirmatio,uel negatio fit. Videtur autem omnis affirmatio uel uera, uel falsa esse: eorum autem, quæ secundum nullam complexionem dicuntur,nullum neq; uerum, neque falsum est: ut homo,album,currit, uincit. Conclusio.

DIctiones vero simplices significātes simplicem intellectum, ex necessitate significant vnam decem rerum, scilicet aut substantiam, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliqd,aut vbi,aut quando, aut situm, aut habere,aut agere, aut pati. Substantiam, vt homo & equus. quantitatem,ut bicubitum tri cubitum. qualitatem, vt album & scientia. ad aliquid, vt duplum & dimidiū. vbi vt de domo. quando vt heri. situm vt iacens sedens: habere,vt calciamentum aut armamentum. agere vt vrere & secare. pati secari & vri. Singula autem istorum,quando accipiuntur separatim, non significantur per affirmationem neq; per negationem. quando autem componuntur, tunc accidit affirmatio & negatio, sicut dicimus, hæc est quantitas, hæc non est quanitas. & cum affirmatio & negatio sint, veritas intrat & falsitas: intentiones * enim simplices non recipiunt veritatem,neq; falsitatem: vt homo per se,& album per se, nisi cum componuntur,vt homo est albus,possibile enim est vt hic sermo sit verus, vel falsus: ergo, cum compositione accidit affirmatio & negatio, & veritas & falsitas.

* A.1.res autem.

De substantia. Cap. VI.

5. met.te.15. Definitio substantiæ primæ. Definitio secundæ substantiæ.

SVbstantia autem quæ proprie,& principaliter, & maxime dicitur, est, quę neq; de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto aliquo est: vt quidam homo,& quidam equus. Secunde autem substantię dicuntur species, in quibus eę (quę principaliter substantię dicuntur) insunt, & eę quidem, & harum specierum genera: vt quidam homo, in specie quidem est in homine,genus verò speciei animal est. secundæ igitur hę substantię dicuntur: vt est homo,atq; animal. Manifestum est autem ex iis, quę dicta sunt, quoniam eorum quę de subiecto dicuntur, necesse est & nomen,& rationem de subiecto prędicari: vt homo de subiecto quodā homine dicitur, prędicatur etiam & nomen: hominem enim de quodam homine prędicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prędicabitur. quidam enim homo,& homo est,& animal rationale,mortale: quare & nomen,& ratio de subiecto prędicabitur. Eorum uerò quę in subiecto sunt, in plurimis quidem neq; nomen,neq; ratio prędicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prędicari aliquando de subiecto, rationem uero impossibile est: vt album cum in subiecto sit corpore, prędicatur, de subiecto (dicitur enim corpus album) ratio verò, albi nunquam de corpo

re prędicabitur. Alia uero omnia aut de subiectis dicũtur primis substantiis, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum ex iis, quę singula proponuntur: vt animal de homine prędicatur, ergo & de quodam homine animal prędicabitur. Nam, si de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rursus color in corpore est, ergo & in quodam corpore. Nam si nõ in aliquo esset singulorum, nec omnino in corpore: quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantiis, aut in subiectis eis sunt. Non ergo existentibus primis substantiis, impossibile est aliquid aliorum esse. Omnia enim alia aut prędicantur de eis, aut in subiectis eis sunt: quare non existentibus primis substantiis, impossibile est aliorum aliquid esse. Secundarum vero substantiarum, magis substantia est species, quàm genus. Propinquior enim est primæ substantiæ: si quis enim assignet primã substantiam quid est, ꝓbabilius, & conuenientius assignabit speciẽ, quam genus assignans: vt hominem quendam manifestius assignabit, hominem, quam animal assignans. Illud enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem communius. Et cum quandam arborem assignauerit, manifestius assignabit assignando arborem, quã plantam. Amplius Primę substantię ideo quod aliis omnibus subiiciuntur, & omnia alia uel de ipsis prædicantur, uel in ipsis sunt, ꝓpter hoc maxime substantiæ primæ dicuntur. Quemadmodum autẽ primæ substantię ad alia omnia se habent, sic & species ad genus se habet. Subiicitur enim species generi, genera enim de speciebus prędicantur: species autem cum generibus non conuertuntur. Quare & ex his species genere magis substantia est: Ipsarum verò specierũ, quęcunq; non sunt genera, nihil magis alterum altero substãtia est. Nihil enim familiarius assignabis de quodam homine, hominem assignando, quam de quodam equo, equum. Similiter autem & in primis substantiis, nihil magis alterum altero substantia est. Nihil enim magis quidam homo substantia est, quàm quidam bos. Meritò autẽ post primas substantias, sola aliorum omnium species, & genera secundę substantiæ dicuntur: sola enim hæc, eorum, quæ prædicantur, primam substantiam indicant. Quendam enim hominem si quis assignauerit quid est, speciem quidem, quam genus, assignando familiarius demonstrabit, & manifestius faciet, hominem assignando, quàm animal. Aliorum verò, omnium quicquid assignauerit quis, assignabit extraneè, velut album, aut currit, aut aliud quodcũque talium assignans: quare meritò hæ solę aliorum secundæ substantiæ dicuntur. Amplius, Primæ substantiæ, eò ꝙ aliis omnibus subiiciuntur, & omnia alia de illis prædicantur, vel in ipsis sunt, ꝓpriissimæ substantiæ dicũtur. Sicut aũt primę substantiæ ad alia omnia se habent, ita genera, & species primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent: de his enim reliqua omnia prædicãtur: quendã enim hominem dices grãmaticum esse, ergo & hominem, & animal

Corollariũ.

Conclusio 2

Conclusio 3

Cõclusio 4

Cõclusio 5

grãmaticum dices. Similiter autem & in aliis. Cõmune autẽ omni substantiæ, est in subiecto non esse. Prima nanq; substantia, nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarum vero substantiarũ constat quidem etiam, sic, quia nulla est in subiecto. Homo enim de subiecto quidem quodam homine dicitur, in subiecto verò nullo est, neq; enim in quodam homine homo est: similiter autem & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, non etiã est animal in quodam homine. Amplius, Eorũ, quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto aliquando nihil prohibet prædicari, rationem verò impossibile est: secundarum uerò substantiarum de subiecto ratio prędicatur, & nomẽ: rationem autem hominis de quodam homine prędicabis: & animalis similiter. Quare non erit eorũ substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autem proprium substantię hoc, sed & differentia eorũ est, quę non sunt in subiecto. Bipes enim, & gressibile de subiecto quidem quodam homine dicitur, in subiecto verò nullo est: neq; enim in homine est bipes, neq; gressibile: ratio quoque differentiæ de illo prædicatur, de quocunq; ipsa differentia dicitur. Velut, si gressibile de homine prædicatur, & ratio gressibilis de homine prædicabitur: est enim homo gressibilis. Non vos verò conturbent substantiarum partes, quæ ita sunt in toto, quasi in subiecto sint, ne fortè cogamur eas non esse substantias confiteri: nõ enim sic in subiecto esse dicebantur, quasi partes essent. Inest autem substantiis, & differentiis omnia vniuocè prędicari. Omnia enim, quæ ab his prædicata sumuntur, aut de indiuiduis prædicantur, aut de speciebus. à prima nanque substantia nulla est prædicatio: de nullo enim subiecto dicitur: secundarum uerò substantiarum, species quidem de indiuiduo prædicatur, genus uerò & de specie, & de indiuiduo. Similiter autem & differentię, & de speciebus, & de indiuiduis prædicantur: & rationem quoque suscipiunt primę substantię specierum, & generum, & species generũ. Quęcunque enim de prędicato dicuntur, eadem et de subiecto dicentur. Similiter autem rationem differentiarum suscipiunt species, & indiuidua. Vniuoca autem sunt, quorum & nomen commune est, & ratio eadem: quare omnia, quę à substantiis, & differentiis sunt, uniuoce prędicantur. Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare, & in primis quidẽ substantiis indubitabile, & uerum est, quoniam hoc aliquid significant. Indiuiduum enim, & unum numero est, quod significatur. In secundis vero substantiis videtur quidem similiter, propter, appellationis figuram, hoc aliquid significare, quãdo quis dixerit hominem, vel animal, non tamen verum est, sed magis quale aliquid significant: neq; enim vnũ est qd subiectum est, quemadmodũ primę substantię, sed de pluribus homo dicitur, & animal. Non aũt simpliciter quale quid significat, quemadmodũ albũ (nihil enim aliud significat album, quam qualitatẽ) at species, & ge

Commu. 1

Dubium.

Solutio. Comm. 2

Comm. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus circa substantiam qualitatem determinant, qualem enim quan- D
dam substantiam significant: plus autem in genere determinato fit,
quam in specie: dicens enim animal, plus complectitur, quam qui ho
minem. Ineſt autem ſubſtantiis nihil illis eſſe cõtrarium. Primę enim
ſubſtantię quid erit contrarium? ut cuidam homini, uel cuidam ani-
mali, nihil eſt contrarium. At vero nec homini, nec animali aliquid
eſt contrarium. Non eſt autem hoc ſubſtantiæ proprium, ſed etiam
multorum aliorum, vt quantitati: bicubito enim, vel tricubito nihil
eſt contrarium: at vero nec decem, nec alicui talium: niſi fortè quis
multum pauco dicat eſſe contrarium, uel magnum paruo. Deter-
minatorum vero quantorum nullum nulli eſt contrarium. Videtur
autem ſubſtantia non ſuſcipere magis & minus. Dico autem non,
quoniam ſubſtantia non eſt à ſubſtantia magis & minus ſubſtan-
tia (hoc enim dictum eſt quoniam eſt) ſed quoniam vnaqueque
ſubſtantia, hoc ipſum quod eſt, non dicitur magis et minus: vt ſi eſt E
hæc ſubſtantia, homo, non erit magis & minus homo, nec ipſe à ſeip
ſo, nec alter ab altero, non enim eſt alter altero magis homo, ſicut
eſt album alterum altero magis album, & alterum altero magis bo-
num: ſed & ipſum à ſe magis & minus dicitur: vt corpus cum ſit al
bum, magis nunc album eſſe dicetur, quàm prius: & cum calidum ſit,
magis & minus calidum dicitur. Subſtantia vero non dicitur magis
neq; minus: nihil enim homo magis nunc homo, quàm prius dici-
tur: neq; aliorum quicquam, quæ ſubſtantiæ ſunt: quapropter non
recipiet ſubſtantia magis & minus. Maximè verò proprium ſubſtã
tiæ eſſe videtur, quod cum vnum, & idem numero ſit, contrariorũ
ſuſceptiuum eſſe: quale in aliis quidem non habet quiſquam qd' pro
ferat, quæcunq; non unt ſubſtantiæ, quod cum ſit vnum numero,
ſuſceptibile contrariorum ſit velut color, qui eſt vnus, & idem nu-
mero, non dicitur albus, & niger: neq; eadem actio, & una numero,
praua, & ſtudioſa. ſimiliter autem et in aliis quęcunq, non ſunt ſub
ſtantię. Subſtantia verò cum vnum, & idem numero ſit, capax contra
riorum eſt: vt quidam homo, cum unus, & idem ſit, aliquando quidẽ
albus, aliquando ſit niger, & calidus, & frigidus: & prauus, & ſtu-
dioſus: in aliis autem nullis, aliquid tale videtur. Niſi quis forſitan
inſtet, dicens orationem, & opinionem contrariorum eſſe ſuſceptibi-
lia: eadem enim oratio vera, & falſa videtur eſſe: veluti ſi vera ſit ora-
tio, ſedere quendam, eo ſurgente ipſa eadem falſa erit: ſimiliter autẽ
& de opinione, ſi quis enim verum putet aliquem ſedere, ſurgente
eo falſo putabit eandem, de eodem opinionem habẽs. Sed & ſi quis
hoc ſuſcipiat, tamen modo differt: nam ea, quę in ſubſtantiis ſunt, ip-
ſa quidem mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorum. Frigidum enim
ex calido factũ muratum eſt (alteratum enim eſt) & nigrũ ex albo,
& ſtudioſum ex prauo: ſimiliter aũt & in aliis vnumquodque eorum
mutationẽ ſuſcipiens, ſuſceptibile contrariorum eſt. Oratio nanq;
& opinio

Commu. 4.

Commu. 5.

Quod quãti tati nihil ſit cõtrariũ, fu-
lius videbi-
tur in prædi
camẽto quã
titatis.

Nullum nul
li eſt contra
riũ. duæ ne-
gationes ne-
gãt. & tamẽ
eſt, ac ſi dica
tur, nullum
alii cuilibet
eſt cõtrariũ.

Commu. 6.

Obiectio.

Solutio.

A & opinio, ipſa quidem immobilia omnino perſeuerant: cum vero
res mouetur, contraria circa ipſam fiunt. Oratio nanque eius, quod
ſedeat aliquis, permanet eadem: cum vero res mota ſit, aliquando
quidem vera, aliquando autem falſa dicitur. Similiter autem eſt in
opinione, quapropter ſaltem hoc modo, proprium ſubſtantiæ eſt, vt
ſecundum mutationẽ ſuiipſius ſuſceptibilis ſit contrariorum. Si quis Alia ſolutio
autẽ recipiat etiam hæc, orationem, & opinionẽ ſuſceptibilia eſſe cõ
trariorum, non eſt hoc verũ. Oratio nanque, & opinio non in eo q
ipſa aliquid recipiãt, contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur, ſed eo Idẽ ifrà cap.
q circa alterũ aliqua paſsio facta ſit. nam in eo q res eſt, aut non eſt, de priori. &
in eo ẽt oratio vera, vel falſa eſſe dicitur, non in eo q ipſa ſuſcepti- 9. me, t. c. 22.
bilis ſit contrariorũ. Simpliciter enim a nullo, neque oratio, neque opi
nio mouetur: quapropter non erunt ſuſceptibilia contrariorũ, cum
nulla contrarii ſit paſsio in eis facta: verum ſubſtantia in eo q ipſa
B contraria recipiat, in hoc ſuſceptibilis eſſe contrariorũ dicitur. Lan-
guorem enim, & ſanitatem ſuſcipit, & candorem, & nigredinem, &
vnumquodque talium ipſa ſuſcipiendo, contrariorum ſuſceptibilis
eſſe dicitur. Quare proprium erit ſubſtantiæ hoc, q cum vnum, &
idem numero ſit, ſecundum ſuiipſius mutationem, ſuſceptibilẽ con-
trariorum eſſe. De ſubſtantia quidem hæc dicta ſunt.

ET HAEC pars diuiditur in ſex diuiſiones: in prima diuiſione rememoratur
prædicamentum ſubſtantiæ: in ſecunda prædicamentum quantitatis: in ter-
tia prædicamentum relationis: in quarta prædicamentum qualitatis: in quin
ta prædicamentum actionis, & paſsionis: in ſexta prædicamentũ poſitionis, &
quando, & vbi, & habere.

Diuiſio prima: & huius diuiſionis, 14. ſunt differentiæ. In prima do-
cet quod ſubſtantia eſt duorum modorum, prima, ſcilicet & ſecunda, & tra-
ctat de vnaquaque ipſarum. In ſecunda docet quid ſint ipſæ ſubſtantiæ ſe-
cundę. In tertia inſtruit, q ſubſtantiarũ ſecundarum ſunt illę, quæ dicuntur de
ſubiecto: & earum ſemper proprium eſt quod nomẽ ipſarum, & definitio, præ-
dicatur de ſubiecto ipſarum: & quod illud non inuenitur in illis, quæ ſunt in ſu-
C biecto, quæ dicuntur accidentia. In quarta docet, quod omne, quod eſt præter
ſubſtantiam primam, indiget in eſſe ſuo ſubſtantia prima. In quinta docet, quod
ſpecies ex ſubſtantijs ſecundis, dignior eſt vt ſit ſubſtantia, quam genus: &
ſubſtantiæ primæ, quæ ſunt individua, digniores ſunt in hoc quam ſpe-
cies: & quod cauſa in hoc eſt quaſi ſimilis, ſcilicet in hoc, q ſi individuum di-
gnius eſt nomine ſubſtantiæ, quam ſpecies, ſic ſpecies dignior eſt nomine
ſubſtantię, quam genus. In ſexta inſtruit, quod ſubſtantiarum ſecundarum,
quę ſunt in ordine vno, non eſt vna dignior vt ſit ſubſtantia, quam alia,
& ſic etiam primarum. In ſeptima docet modum, ſecundum quem dignę ſunt
ſpecies inuentę in hoc prędicamento, & genera vt nominentur ſubſtantię ſe-
cundę, & ſunt prędicata de ſubiecto abſque prędicatis in ſubiecto, quę ſunt
accidentia: & modum, ſecundum quem docet, vt individua nominentur ſub-
ſtantię primę. In octaua deſignat ſubſtantiam abſolute ſingularem, aut vniuer-
ſalem, & affert in ea proprietates ſeparantes inter ſubſtantias ſecundas, & ac-
cidentia abſoluta. In nona docet, q in iſtis proprietatibus, quibus differunt
ſubſtantię ſecundę, & accidentia, communicant cum eis differentię. In de-
cima docet, quod omnes ſubſtantię ſecundę, & differentię ſunt ex vniuocis.
In vndecima rememoratur dubitatio, qua exiſtimatur ſubſtantias ſecundas
accipi pro primis, & quod ſunt ſpeciei vnius. In duodecima docet, quod ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re proprium est ex proprietatibus huius prædicamenti, ꝙ non habet contrarium, & quod in hac proprietate communicat ei aliquod prædicamentorum aliorum. In tertiadecima docet, quod ex proprietatibus huius prædicamenti est, quod non recipit minus neque plus, & quod alia prædicamenta recipiunt ea. In quartadecima docet, quod dignior proprietatum prædicamenti substantiæ est, quod recipit contraria, & disputat ad hoc, & soluit dubitationem accidentem in hoc.

DIVISIO PRIMA.

Sermo de substantia.

Vide 1. ph. cō. 5.

Differentia prima, & substantiarum duo sunt modi, primæ, & secundæ: substantia namque dispolita ꝙ sit prima, & ipsa est dicta substantia secundum veritatem, & anterioritatem, & est singulare substantiæ, cuius præcessit designatio, scilicet ꝙ non dicitur de subiecto, neque est in subiecto, verbi gratia, homo, cui innuitur hic, & ęquus, cui innuitur hic.

Differentia secunda, illæ autē, in quibus dicitur, ꝙ ipsæ sunt substantiæ secundæ, sunt species, in quibus inueniuntur singularia secundum modum similitudinis inuentionis partis in toto, & genera harum specierum etiam, verbi gratia, quia Sortes, cui innuitur ꝙ est in specie eius, scilicet in homine, & homo in genere, suo, quod est animal: ergo Sortes, cui innuitur, est substantia prima, & B homo prædicatum de ipso, & animal, ambo sunt substantiæ secundæ.

Differentia tertia, & manifestum est ex eo, quod dictum est in proœmio huius libri, ꝙ eorum, quæ dicuntur de subiecto, & sunt substantiæ secundæ, iam opus est necessario nomen, & definitionem prædicari de illo subiecto, verbi gratia, quia nomen hominis dicitur vere de Sorte, cui innuitur, & similiter eius definitio, quia nos dicimus de Sorte quia ipse est homo, & dicimus de eo ꝙ est animal rationale, quod est definitio hominis vere: quæ autem dicuntur in subiecto, sunt accidentia, secundum plurimum non prædicantur de subiecto, cui non innuitur nomen, neque definitio, verbi gratia, albedo, ipsa namque non prædicatur de corpore, vt dicatur corpus est albedo, neque definitio eius, vt dicatur ꝙ corpus est color disgregans visum: accidit autem iam in aliquo subiectorum * vt prædicetur nomen absque definitione, verbi gratia, sermo noster in lingua arabica de raharim, nummus est percussio ęris imperialis: sed definitio percussionis non prædicatur de rahari, sed consignificatur super illum, per nomina denominata, iam vere dicuntur de subiecto nomina ipsorum & definitiones, sed definitio non prædicatur de subiecto prædicatione demonstrante substantiam eius, sicut prædicantur definitiones substantiarum de ipsis subiectis, verbi gratia, quia album est in subiecto, id est, in corpore, & C corpus iam dispositur per ipsum, & prædicatur de ipso, & dicitur quod ipsum corpus est album, definitio vero albi non prædicatur penitus de corpore ex parte, qua monstrat substantiam ipsius.

Moneta est impressio vel percussio Regis: definitio eius percussionis nō prædicatur de moneta.

* a, l. siue sit ex eo secundū quod dicit de subiecto: aut ex eo quod est in subiecto indiget substātijs primis.

Differentia quarta, & omne, quod est præter substantias primas, quæ sunt singularia, * aut est ex eo, secundum quod dicitur de subiecto, aut ex eo, quod est in subiecto: & illud est manifestum per inquisitionem, & inductionem, scilicet ipsa indigere subiecto, verbi gratia, quia animal nempe vere prædicatur de homine, propter vere ipsum dici de homine quodam, cui innuitur: quia nisi verificaretur de aliquo singularium hominum, non verificaretur prædicatio eius de homine, qui est species: & similiter species coloris quippe verificatur prædicatio in corpore propter inuentionem eius in corpore aliquo, cui innuitur hoc: necesse est ergo quod illud, quod est præter substantiam primam, aut dicatur de ipsa, aut in ipsa sit, id est, de substantia prima, aut in ipsa: & post quam illud est ita, si non inueniatur substantia prima, non est via ad inuentionem alicuius ex substantijs secundis, neque ex accidentibus.

Differentia quinta, d. & substantiarum secundarum species digniores sunt nominari substantiæ, quam genera, quia propinquiores substantijs primis sunt, quam genera: quia, cum respondetur per vnūquodque ipsorum duorum id in-

A terrogationem quid est singulare, ꝙ est substantia prima: responsio conuenies est ex vi quæstionis in eo, ꝙ quid est: sed responsio per speciem ad quæstionem per quid, est completioris doctrinæ significans: singulare enim innuitur formis & conuenientibus ei, ꝗ ꝙ est responsio per genus illius, verbi gratia, respō sio respondentis ad quæstionē quid est Sor. ꝙ est homo, est completius docens sortem, quā ꝙ respondeatur quod est animal, quoniā humanitas Sort. est magis proprium ꝗ animalitas: & ita est communis dispositio ipsius cum proprio: & ita hoc est vnum, quo apparet quod species dignores sunt nomine substantialitatis ꝗ genera. Et signum aliud eiā est: quia, ex quo substantia prima prædicatur sic, quippe nomine similiter & definitione: illa inuenitur dignior substantijs secundis, & accidentibus: propterea cæteræ rerū, aut prædicantur de ipsis, aut sunt in ipsis. Et est dispositio generū apud species ipsas dispositio omnium rerum apud substantias primas, scilicet quia substantiæ primæ sunt substantiationes * ceteris rebus sicut species est substantialior generibus: quia genera prædicantur eriā de ipsis spectebus, sicut reliquæ rerū prædicantur de substantijs: & non conuertitur res, vt prædicentur species de generibus, sicut non conuertitur res in reliquis rerū in prædicatione, v el cum substantijs primis, scilicet quia non prædicantur substantiæ de eis, opus est necessario vt sint species B dignores nomine substantiæ, quam genera.

* a, l. substātię subiecta.

Differentia sexta, & nāque specierū substantiarū, quæ non sunt genera vna, non est dignior nomine substantiæ quā alia: non enim est responsio tua de Sorte quod est homo clarior ꝗ respōsio tua de hoc ęquo, cui innuitur, ꝙ est ęquus: & iste homo, qui est de numero primarū substantiarum, dignior non est nomine substantialitatis, ꝗ hic equus, cui innuitur, ꝙ est ęquus.

Differentia septima, & nāque species substantiarū primarū, & genera earum dicuntur substantiæ secundæ magis ꝗ alia, quæ prædicantur in eis. ex eo ꝙ, quando respondetur per aliquā earū in responsione quid est substātia prima, est responsio notificans ipsum, quāuis sit responsio per speciē docens sortius, sed cum respondetur in illa per illud, quod est præter hoc, est responsio nō sequēs, neque proportionata quæstioni, verbi gratia, quia si responderit homo in responsione quid est Sor. ꝙ est homo, est propinquius docens, quam ꝙ est animal, nam, cū quæritur de sor, quid est. conuenientius assignatur homo quam animal: quāuis sint ambo docentes quidditatē eius: sed, si respondetur ꝙ est albus, aut bicubitus, iam erit responsio per rem extra naturā ab eo, & rem extra existentē a natura ipsius, necessariū ergo est vt dicātur hæ substātię secūdę præter alia ex reliquis prædicamentis: & hoc est vnum, ex quo apparet quare appropriantur speciebus substantiarum primarum & generibus ipsarū nominis substantiæ præter alia prædicamenta sua. Et iam apparet per hoc etiam ꝙ proportio substantiarū primarū ad reliquas res est proportio specierū substantiarum & generū ipsarū ad ea, ꝗ sunt præter ipsa. f. aliorū vniuersaliū prædicamentorū: & est, sicut cæterę res oēs inueniuntur in eis, quemadmodū diximus, sic cętera vniuersalia ꝑdicamentorū inueniūtur i substātijs secūdis. f. ꝗa vniuersalia eorū inueniunt in vniuersalibus suis, sicut singularia ipsorū inueniūtur in substātijs primis, verbi gratia, ꝗa grāmatica inuenit in hoie, & bicubitū in corpore, C

Vide secundo ph. 38.

Differentia octaua. d. & illud, quo communicant omnes substantiæ singulares, similiter & vniuersales, est, ꝙ non inueniuntur in subiecto: & illud est quia substantiarum duo sunt modi primæ, & secundæ: primæ namq; sicut dictū est, nō sunt in subiecto & nō de subiecto: secūdę substantię nō sunt i subiecto, & pp hoc iā prędicaī nomē ipsarū: & definitio de subiecto, secūdę igitur de subiecto & nō in subiecto. ergo ꝙ concludit duos modos est, ꝙ non sunt subiecto.

Differentia nona d. & iam dixtimus ꝙ illud, quo appropriant substātię secūdę, est, qđ dīr de subiecto, & nō sunt in subiecto, cū propter hoc, iam prædicaī nomē ipsarū, & definitio de subiecto, secundū ꝙ dicūtur de subiecto, & ꝙ quæ sunt in subiecto, iam accidit vt dicatur in quibusdā noīs ipsorum, quia sunt de subiecto, sed definitiones ipsorum non nisi quia hoc, quod inuenitur ex illa his substantijs secundis non est propriū eis, quia differentia est eorū, quę dicū-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur de subiecto, & non sunt in subiecto, verbi gratia, quia rationale dicitur, quod ipsum dicitur de homine, non in eo quod est inuentum in eo, sicut inuenitur albedo in corpore. demum iam inueniuntur differentiæ, & iam ꝙ vere dicitur nomen equi & definitio de subiecto, sicut innuitur illud in substantijs secundis: quoniam rationale, & definitio eius, quę est tangens in speculatione, & cognitione prædicantur de homine ex via quid. Neque est dicendum ꝙ faciat nos errare in sermone: quoniã rationale, & vniuersaliter differentiæ inueniuntur in subiecto, & sunt res, quorum sunt differentię, sicut inuenitur rationale in homine, sic accidentia inueniuntur in subiecto, sicut inuenitur albedo in corpore: rationale.n. inuenitur in subiecto, scilicet in homine, sicut pars eius, & non est res ita in albedine cum corpore: & ideo est opus vt intelligatur ex sermone nostro in descriptione accidentiũ, quod ipsa sunt in ipso, non sicut pars eius. s. quia subiectum inuenitur prꝫter ea.

Differentia decima. d. ex eo, quod appropriatur substantijs secundis cũ differentijs est: quia omne, quod prędicatur ex eis prędicatur nempe prędicatione vniuoca: & illud, quia existimo ꝙ prędicatur ex eis, siue prędicatur de individuis, siue de speciebus, cum non prędicantur substantię primę de aliquo penitus. species nanque prędicatur de singularibus, sicut homo de Sorte. & genera prędicantur de speciebus, & singularibus. De substantijs nanque primis iam necesse est vt prędicentur definitiones specierum suarum, & generũ suorum, sicut prędicãtur de eis nomina ipsarum. De speciebus nempe manifestum est, sed de generibus ipsarum patet ex eo quod prꝫcessit: & illud est, quia genus dicitur de specie, & species de substantia prima, quę est singulare. iam enim dictum est quod omne, quod dicitur de prędicato dicto de subiecto, ipsum dicitur etiam de ipso subiecto: & hęc est dispositio generis cum specie, & singulari, & ita prędicantur definitiones differentiarum de singularibus, & speciebus. Et postquam hoc est ita, & iam dictum est ꝙ res quarum & nomina sunt vniuoca, sunt quarum nomen & definitio est vna & eadem, & necesse est ergo vt sit ex propijs differentiarum, & rerum, quę sunt in hoc prędicamento, quod prędicatio eorum de omnibus, de quibus prædicantur, sit secundum viam prędicationis rerum vniuocarum in nomine suo, non secundum viam rerum denominatiuarum nominibus suis.

* a.l. aut ꝑp hoc quod in vsus ipsorũ.
* a.l. & eidẽ sicut nominis significãtis significationẽ suã,
* a.l. addebatur. Sicut separat albũ rem dispositam p ipsum sed separat one in subsitãtia rei,

Differentia vndecima. d. Iamque putatur ꝙ omnis substantia quippe significet super substantiam, cui innuitur, quę est singulare. De substantijs nanque primis res est manifesta, quod ipsę significant super singularia, quibus innuitur: quoniam quod significatur ex nominibus ipsarum super ipsa est res vna numero, & substantiarum secundarũ iam existimatur quod nomina significantia super ipsa propter assimilationem ipsarum nominibus singularium, aut propter cooperationem ipsarum * loco nominum singularium significant super illud, cui innuitur: sed non est sic: significant. n. qd quodcunque singulare, qd accidit cum sit subiectum huius nois nõ vnũ & idem nominis significati significatione sua* super substantiam primam. & illud est, quia Sor. & Pla. significant super illud, cui innuitur tantum, sed homo & animal, super quodcunque accidat, & vniuersaliter genus, & species significant quidem super multa, sed ipsa cum hoc separant illa vniuoce ab alijs, quę sunt extra se non separatione, qua est signum vel nota tãtum.* Species nanque, & genus ponuntur ad differendum prędicatum in substantia sua ab aliquo, nisi quia genus est magis includens, quam species: & illud est, quia nomen animalis includit illud, super quod significatur nominẽ hominis, cum sit animal genus hominis.

Differentia duodecima. d. Et ex propijs prędicamenti substantię est, quod non habet contrarium, quia non inuenitur homini, nec animali contrarium proprie. verum in hoc proprio communicant ei prꝫter ipsum ex prędicamentis, verbi gratia in quantitate: non enim inuenitur biceltro, neque decem, neque alicui currenti hoc cut su contrarium, nisi dicatur quod paucum in quantitate est contrarium magno, & magnum paruo: sed species quantitatis discreta, manifestum est ex re ipsarũ qd, non sunt contraria, vt quinq;, & tria, & decem.

A Differentia decimatertia. d. Et ex propijs substantię est, ꝙ nõ recipit plus neque minus, neque volo quod non sit substantia dignior vt inueniatur substantia quam alia substantia, quia illud iam posuimus, cum dicimus quod particularia sunt substantię digniores substantialitate quam alia vniuersalia eorum. sed volo quod nõ prędicantur species ex ea, neque genus de singulari magis prędicatione ipsius de singulari alio, neque prędicantur de ipso magis in vno tempore quam in alio tempore. Sor enim non est magis animal, quam Pla. neque Sor. est magis animal hodie quam cras: sed hęc res alba est intensioris albedinis quam alia, & Sor. erit magis albus hodie quam heri.

Differentia decimaquarta. d. Iamque putatur quod maxime proprium substantię est quod vna & eadem numero in seipsa, est susceptibilis contrariorũ: & hoc apparet inductione: nulla enim res eadem numero inueniri potest, quę susciptat contraria: idem nanq; color numero non est susceptibilis albedinis, & nigredinis, neque actio vna & eadem recipit laudem, & vituperium, & ita currit res in alijs prędicamentis, quę substantia non sunt: sed substantia vna quippe & eadem inuenitur receptibilis contrariorum, verbi gratia, quia Sor. cui inuenitur nunc iustus, nunc impius, nunc calens, nunc frigens. Iamque sequitur in hac inductione dubitatio quędam propter orationem &
B opinionem: & illud est, quia iam putatur quod ambo recipiant contraria, & illud est, quia oratio, & opinio in hoc ꝙ Sor. est stans sunt verę. & cum sedet sunt falsę: iam ergo inuenitur oratio vna & eadem recipiens verum & falsum, scilicet ambo contraria. & si hoc concedatur ꝙ ipsa est recipiens contraria: tamen inter duo dicta est differentia: & illud est, quod receptibile contrariorum in substantia quippe, recipit ea in hoc ꝙ transmutantur in seipsa, & dimittit vnum contrariorum, & recipit aliud. sed oratio quidem & putatio non recipiunt verum & falsum per transmutationem in seipsis, sed per mutationem rei, a qua dependet putatio extra intellectum in re ipsa, verbi gratia, quia putatio quod Sor. sedet recipit quandam veritatem, cum Sor. sedet, & falsitatem, cum stat Sor. Erit ergo proprium substantię, secundum concessum, ꝙ hęc sit receptiua contrariorum ꝙ ipsa est, quę recipit contraria per motum in seipsa. Et dignius est vt dicamus quod hic non est receptio contrariorum: & illud est, quia oratio & putatio cum disponuntur nunc per veritatem, nunc per falsitatem, non disponuntur per illas super hoc, quod veritas sit aliquid renouatum in eis per se, & falsitas aliud in tempore alio, sicut renouatur albedo in Sor. in tempore aliquo per se, & nigredo in tempore alio. sed veritas quidem, & falsitas in oratione sunt relatio quędam, & proportio sequentes immutationem rei, in qua est putatio, vel oratio, & non renouationem alicuius rei per se. Et postquam illud est ita, iam est opus quod sit proprium substantię quod vna & eadem numero sit susceptibilis contrariorum. Et hoc est, ad quod peruenit sermo illius vltimus in substantia.

Veritas, & falsitas loratione sunt relatio quędã.

C

De quantitate. Cap. VII.

Diuisio quãtitatis prima. Vide 5. met. t. c. 18.

QVANTITATIS autem, aliud est continuum, aliud est discretum: & aliud quidem ex habentibus positionẽ ad seinuicem in ipsis partibus constat: aliud autem ex nõ habentibus positionem. Est autem discreta quantitas, vt numerus & oratio: continua vero, vt linea, superficies, corpus. amplius autem prꝫter hæc tempus, & locus. Partium etenim numeri nullus est communis terminus, ad quem copulantur partes eius, vt quinque, si sunt denarii partes, ad nullum terminum communem copulãtur quinq; & quinq;, sed semper discreta sunt: & tria, & septẽ ad nullum communem terminum copulantur. Neque omnino ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

beas in numero communem terminum partium accipere, sed semper discretæ & separatæ sunt: quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autem & oratio discretorum est. Quòd etenim quantitas est oratio, manifestum est: mensuratur enim syllaba: breui, & longa. dico autem cum voce orationem factam: ad nullum enim communem terminum particulæ eius copulantur, non enim est communis terminus, ad quem syllabæ copulentur, sed vnaquæque diuisa est, ipsa secundum seipsam. Linea vero cõtinuum est: est enim sumere communem terminum, ad quem partes eius copulantur, id est, punctum: & superficiei, lineam. Plani nanque partes ad aliquem communẽ terminum copulantur. Similiter autem & in corpore habeas sumere communem terminũ, lineam, vel superficiem, ad quam corporis partes copulantur. Est aũt taliũ & Tempus, & Locus: præsens enim tẽpus, copulatur ad præteritũ, & ad futurũ. Rursus locus continuorum est: & locum enim quendam partes corporis obtinent, quæ ad communem terminum copulantur. ergo & loci partes, quæ obtinent singulas corporis partes, ad eundem communem terminũ copulantur, ad quem & corporis partes: quapropter continuus erit & locus. Ad vnũ enim communem terminum eius partes copulantur. Amplius autem, Alia quidem constant ex partibus, quæ in eis sunt, positionem habentibus ad seinuicem: alia aũt ex non habẽtibus positionem. vt lineæ quidem partes positionem habent ad seinuicem: singulũ nanq; eorum situm est alicubi, & habes vnde sumas, & assignes vbi vnũquodque situ est in plano, & ad quam partem reliquarum copulatur. similiter autem & partes plani positionem habent aliquam: similiter nanque assignetur vnumquodq; vbi iacet, & quæ copulantur ad seinuicem: sed & soliditatis quoque similiter & loci. In numero autem non poterit quisquam ostendere, quemadmodũ partes eius positionem aliquam habent ad seinuicem, aut vbi iacent, aut quæ partes ad seinuicem connectuntur: neque ea, quæ temporis sunt, non enim permanent partes temporis. Quod autem non est permanens, quomodo positionem aliquam habebit? Sed magis ordinem quendam particularum dices habere, quod aliud quidem prius sit temporis, aliud vero posterius. Sed & de numero similiter, eo quòd prius numeratur vnus, quam duo, & duo quam tria, & sic habebũt aliquem ordinem, positionem vero non multum accipies. Sed & oratio similiter, nihil enim permanent partes eius: sed dictũ est, & non potest hoc amplius assumi. Quapropter non erit vlla positio partiũ eius, siquidem nihil permanent. Igitur alia ex habentibus positionem partibus constant, alia ex non habentibus positionem. Proprie autem quanta dicuntur, quæ dicta sunt: alia vero omnia secundum accidens. Ad hæc enim aspicientes, & alia dicimus quanta: vt multum dicitur albũ: eo q; superficies multa sit: & actio longa, eo quòd tempus multum sit, & motus multus. Neque enim

Locus a superficie non differt. vide Aristo. in 4. Physi.

Diuisio quãtitatis secũda.

Ad positionẽ tria requiruntur, ordo partiũ, permanentia, & continuatio ad aliq; terminũ cõem.

Conclusio.

horum singulum, per se quantum dicitur: vt si quis assignet quanta actio est, tempore definiet annuam, vel sic aliquo modo assignans: & album quantũ quid sit assignans, superficie definiet: quanta enim fuerit superficies, tantum album esse dicet. Quare sola proprie, & secundum seipsa dicuntur quanta, quæ dicta sunt: aliorũ vero nihil per se: sed si forte, per accidens. Amplius, Quantitati vero, nihil est contrarium. In definitis enim manifestum est, quoniam nihil est contrarium: vt bicubito, vel tricubito, vel superficiei, vel alicui talium: nihil enim illis est contrarium. Nisi quis forte dicat multum pauco esse contrarium, vel magnum paruo. Horum autem nihil est quanticas, sed magis ad aliquid. Nihil enim per seipsum magnum, vel paruum dicitur, sed eo quòd ad alterum refertur: vt mons quidem paruus dicitur, milium vero magnum, eo quòd hoc iis, quę sunt sui generis, maius sit. illud iis, quæ sui sunt generis, minus: ergo ad aliud est eorũ relatio. Nam, si per seipsum magnum, vel paruum diceretur, nunquam mons quidem aliquando parvus, milium vero magnum diceretur. Rursus in viço quidem plures homines esse dicimus, Athenis vero paucos, cum sint illis multo plures: & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, cum sint plures. Amplius, Bicubitum vero, & tricubitum, & vnumquodque talium quantitatem significat: magnum vero vel paruũ non significat quãtitatem, sed magis ad aliquid, quoniam ad aliud consideratur magnum & paruum: quare manifestũ est, quoniam hæc ad aliquid dicuntur. Amplius, Siue aliquis ponat quantitates esse hæc, siue non ponat, nihil illis contrariũ est: quod enim non potest sumi per seipsum, sed ad solam alterius relationem refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium? Amplius, Si sunt magnum, & paruum contraria, contingit enim simul contraria suscipere, & ea ipsa contraria, contingit enim simul idem paruum esse, & magnum: est enim ad hoc quidem paruum, ad aliud vero ipsum magnũ: quare idem & paruũ & magnũ eodem tempore esse contingit, quare simul contraria suscipit: sed nihil est, quod videatur simul contraria suscipere posse. Verũ substantia quidem, susceptibilis enim contrariorũ esse videtur: sed nullus simul sanus est, & ager: neq; albus, & niger est simul: nihilq; aliud simul contraria susciepiet. Et eadem sibiipsis continget esse contraria: nam, si est magnum paruo contrarium, ipsum autem idem simul est magnum, & paruũ, ipsum sibi erit contrariũ: sed impossibile est aliquid sibiipsi esse contrarium. non est igitur magnum paruo contrarium, neque multum pauco: quare vel si non ad aliquid hæc quis dicat, sed quantitatis, nihil contrariũ habebũt. Maxime autem circa locum esse videtur contrarietas quantitatis: sursum enim ei, quod est deorsum, contrarium ponunt, locum qui in medio est deorsum dicentes, eo quòd plurima distantia est mediętatis ad mũdi terminos. Videntur & aliorum contrariorum ab his

Commu. 1.

Instantia 1. Solutio.

Alia solutio

Instantia 2. Vide ,p hoc Gilbert. porret. i lib. sex pricip. cap. de vbi circa finem.

Commu. 2. afferre definitionem: quę enim plurimum a seinuicem distant sub eodem genere, contraria esse definiunt. Non videtur autem quantitas suscipere magis & minus vt bicubitum: neq; enim aliud est alio magis bicubitum: neq; in numero, vt tria quam quinq; nihil magis dicuntur, quinque quam tria: nec tempus aliud magis & minus dicitur tempus: nec in vllo eorum, quæ dicta sunt omnino magis & minus dicitur: quare quantitas non suscipit magis & minus.

Commu. 3. Proprium autem maxime quantitatis est, quòd æquale, & inæquale dicitur. Singula quęque enim earum, quæ dictæ sunt quantitatum, æqualis, & inæqualis dicitur: vt corpus, æquale & inęquale dicitur: & numerus, & tempus, æquale, & inæquale: & oratio, æqualis, & inęqualis: similiter autem & in aliis, quæ dicta sunt, vnumquodque æquale & inæquale dicitur. In cæteris vero, quę quantitates nõ sunt, non multũ videbitur æquale, & inęquale dici: vt dispositio æqualis, & inęqualis non multum dicitur: sed magis similis, & dissimilis. & album æquale, & inęquale non multum dicitur, sed simile, vel dissimile. Quare quantitatis maxime sit proprium, æquale, & inæquale dici.

DIVISIO SECVNDA.

Sermo de quantitate.

* 3.l. partes De definitione prędicamenti vide 2. ℊ anima. 30.

QVOD dicitur in hoc prędicamento comprehenditur septem differentijs. In prima docet definitiones * quantitatis præcipuas, quæ sunt discreta, & continua, & habens positionem, & non habens. In secunda docet quot de generibus quantitatis famosis intrant sub continua, & quot eorum sub discreta. In tertia docet quod horum generum est intrans sub positione, & quod ipsorum est non intrans sub eadem. In quarta instruit, ꝙ septem numerata ex generibus quantitatis, sunt genera inuenta famosa quantitatis per se, & ꝙ alia, quæ putantur ꝙ sint quantitates, consequuntur illa ex parte inuentionis horum generum in eis. In quinta docet ꝙ de propriis quantitatis est, ꝙ non est ei contrarium, & soluit dubitationes, quibus putatur ꝙ inueniantur contraria in ea. In sexta docet, ꝙ de proprijs quantitatis etiam est, ꝙ non recipit magis & minus, sicut est dispositio in substantia. In septima docet ꝙ vere proprium quãtitatis, in quo nõ cõicat aliquod aliud ab ea, est æquale & inęquale.

Differentia prima. d. Et quantitatis est continua, & discreta, & ipsius est, cuius partes habent positionem apud alias, & ipsius est, cuius partes non habent positionem.

Differentia secunda. d. Et discretæ sunt duæ, numerus, & oratio. Continuæ vero quinque, vt linea, superficies, & corpus, & quid comprehendit ea, vt est tempus, & locus. Et numerus quidem est ex quantitate discreta, quoniam quãtitas discreta est, in qua non potest fieri, vt accipiamus terminum communem ad quem continuentur partes, ipsius scilicet vna cum alia. V. g. decem, non continuantur eius partes, quę sunt quinque ad alia quinque, quę sunt partes eius alię in termino communi: * neque tria, quę sunt in eis cum septem: sed omnes partes eius, scilicet decem sunt discretę vna ab alia. De oratione autem manifestum est ex re ipsius, quia est quantum: quoniam mensuratur per partem ipsius, & illa est minus, quo possibile est loqui: & illud est incisio extensa vt e, & breui sicut a: & ipsa etiam est discreta, cum non inueniatur in partibus suis terminus communis continuans vnam alteri, & illud est quia incisiones sunt discretę, vna scilicet ab alia. Linea autem & superficies, & corpus, & tempus,

2.l.v.g. quinque & quinque ad decẽ nõ continuãtur, qa sunt partes eius alię, & ex numero.

A & locus, sunt ex quantitate continua, quoniam possibile est vt inueniatur in vnaquæque earum, eis communis terminus continuans vnam partium eius alteri. in linea est punctus, in superficie linea, in corpore superficies, in tempore instans. Et illud est, quia partes lineæ continuantur puncto, & superficiei partes lineæ, & in superficie partes corporis, & in tempore continuantur partes, quæ sunt præteritum, & futurum, & in loco, quia partes corporis implentes locum continuantur termino communi, necesse est quòd partes loci sint etiam cõtinuatæ termino communi. & si hoc est, ita ergo est ex quantitate continua.

Differentia. 3. d. Et quantitas quidem, quæ constat ex quibusdam partibus habẽtibus positionem, vnam apud aliam, est linea, superficies, corpus, & locus. Et intentio vt sit partibus quibusdam positio apud quasdam est, vt sint omnes partes eius inuentæ simul, quia cum ipsæ non sint simul, non erit parti positio apud quandam aliam, & quòd sit, vt quancunque partem acceperis, inuenias eam in parte terminata illius partis quantitatis, siue supra, siue subtus, & continuam cum parte determinata ipsius. ver. g. quia omnes partes lineæ, cum sint inuentæ simul, est positio vnius apud aliam: & vnaquæque ipsarum est in parte determinata, & continuatur parti determinatæ, & est pars, quam sequitur: & sic est dispositio in partibus superficiei, & partibus corporis, & partibus loci: quoniam partes loci sunt inuentæ, sicut partes corporis, quod implet B locum suum: siue sit locus vacuitas ipsa, aut superficies complectens corpus extra, sicut videtur Aristot. sed numeri quidem partibus non inuenitur vnumquodque istorum trium, scilicet quòd sint simul, & quòd sit vnaquæque earum in parte determinata & continua parti determinatæ. Et illa dispositio est in tẽpore & oratione, scilicet quòd non inueniuntur partes eorum simul, cum sint partes temporis, & partes orationis, quibus non inuenitur fixio, & non consequitur prior anteriorem: sed in partibus quidem temporis, & in partibus numeri, ordo quidem est, nam quoddam temporis procedit quoddam eius quod posterius sit. Et in numero. nam duo sunt priusquam tria, sed quòd sit eis posito non.

Differentia quarta d. Et ista genera sunt prima ex generibus quantitatis secundum veritatem, & maxime quantitas dicuntur, quia alia, quibus accidit quantitas per accidens, & secundario, dicuntur quantum mediante vno istorũ, de quibus dicitur quantitas secundum veritatem. verb. g. quia nos dicimus, quod ista albedo, cui innititur, est magna, propterea quia est in superficie magna. & ita quidem dicitur in actione, quòd est longa, propterea quia ipsa est in tempore longo. Et hoc apparet ex eo, quòd si quæratur quanta est hæc actio C dicitur vnius anni, & si quæratur quantum est hoc album, dicitur trium brachiorum, aut quatuor. determinatur ergo & mensuratur actio per tempus, & album mensuratur per applicationem ad superficiem, quæ est tria brachia, vel decem, & si hæc essent quantitas per se, mensurarentur seipsis.

Differentia quinta, ex proprijs quantitatis est, quòd non est eis contrarium penitus, siue sit continua, siue discreta: quinque namque tribus non sunt contraria, ita linea & superficies, neque potest vere dici, quòd paucum, & multum sint quantitates discretæ contrariæ, neque magnum, & paruum sunt quantitates continuæ contrariæ per duas res, quarum vna est, quòd non sunt paucum, & multum quantitates, sed relationes, neque magnum, & paruum, multum & paucum dicuntur in relatione ad aliud, & propter hoc est possibile vt in vno, & eodem sint magnum & paruum, paucum & multum: magnum in relatione ad aliud, & paruum in relatione ad aliud, dicimus enim de monte quod est paruus, & de filamo quod est magnum, cum paritate sibimet & magnitudine montis, & si esset aliquid paruum, aut magnum in seipsum, per hoc, quòd sit dispositio stans in seipso per se, sicut albedo, quæ est in corpore non disponeretur mons aliquo modo per paruum, & filamum per magnum, & hoc est vnũ, quo apparet ꝙ quantitati non est contrarium. s. ex parte, qua hæc sunt ex alio a prædicamento quantitatis: iamque apparet ꝙ magnum, & paruum non sunt contraria, siue posuerimus ea ex prædicamento quantitatis, siue non posuerimus

mus. Et illud est, quia non intelligitur per se, sed intelligitur quidem in comparatione ad aliud. Vnde non est possibile vt ei aliquid sit cõtrarium: & illud est. D

Contraria quæ sint.

quia contraria sunt illa, quorum esse cuiusq; est in vltimitate longitudinis alterius: quod aũt dicitur in relatione ad aliud, ab eo non inuenitur aliquid, quod sit in vltimitate longitudinis ab eo, cum dicatur in relatione ad res in finitas. Significatio tertia est, & est, quoniam si esset magnum contrarium paruo, inueniretur res vna recipiens contraria simul: res nãq; vna, & eadem iam disponit per hoc, q̃ est magna & parua in relatione ad duas res. ergo si disponitur per illud eadem viam contrarietatis. s. per se, & eodem q̃ disponitur corpus per hoc, q̃ est album, & nigrũ, inueniretur contraria in subiecto vno: & esset possibile illud inueniri album, & nigrum, quod est falsum. Est ergo impossibile in duobus cõtrarijs, vt coniungantur in subiecto vno, & nõ in duabus partibus: sicut est impossibile illud in alijs oppositis: Et iam, si magnũ esset contrarium paruo, esset aliquid contrarium sibipsi, cũ aliquid disponitur per hoc, q̃ ipsum est magnũ & paruum. Cum aũt simul posuerimus q̃ sint contraria, sequitur q̃ sint illę duæ dispositiones stantes in substantia rei vnius, & eiusdem & magnum, & paruum simul: opus ergo est q̃ sit aliquid contrariũ sibipsi: & hoc est in vltimitate impossibilitatis. Iamq; manifestum est q̃ magnũ & paruum, multũ & paucũ non

Dubium.

sunt contraria, siue concedamus q̃ sint quantitates, siue non. Et matus, quo putatur q̃ contrarietas sequitẽ quantitatem, est in genere eius, quod est locus: quia locus superior, qui est conuexũ orbis, putatur contrarium loco inferiori, qui est mediũ mundi. s. locus terræ, qui est conuexũ aquæ, & cuiusdam partis aeris. videntur nãq; hæc duo loca contraria, postq̃ vnusquisq; eorũ est in vltimo elongationis, vnus. s. a suo contrario, donec non inueniatur elõgatio longior ab eo, & propter apparentiam istius intentionis in eis, inuenistur definitio reliquorũ contrariorum ab hoc nomine, & dixerũt in definitione ipsorũ q̃ sunt illa inter, quæ est elongatio in esse vltimato lõgitudinis, cũ sunt in genere vno, & ipsi vo sunt hic per elongationem, elongationem in esse, & non elongationem in spatio. Et vr, vt opinor, q̃ sit cõtrarietas hæc sequens quãtitatem in eo, q̃ est vbi, & non in eo, q̃ est quãtitas, neq; in eo, q̃ est ad aliquid, sed superius & inferius, sed hæc est res accidens relationi, sicut accidit quantitati: & propter hoc nõ est necesse ex hoc, vt credatur q̃ sequatur relationẽ contrarietas.

Vide 10. me taph. cõ. 13. Solutio.

Differentia sexta ex proprijs quantitatis est, q̃ non recipit minus, neq; magis: non enim est hæc quantitas, cui innititur bicubita, magis hac, quæ est bicubita: neq; tria magis q̃ tria: neq; etiã in tempore, dato q̃ est magis, q̃ tempus aliud. Et in his duobus proprijs cõicant quantitas, & substantia. s. in hoc, q̃ nõ est eis contrarium, & in eo, q̃ non recipit minus & magis.

Differentia septima. Sed illud, quod est proprium proprium quantitatis, est æquale & inæquale, quod est præter quantitatem, non disponitur per hoc. v. g. quia de qualitate non dicitur æquale neq; inæquale, sed dicitur simile & dissimile: & illud, quod dicimus q̃ hæc albedo est similis huic albedini, & dissimilis, & non dicimus q̃ est æqualis & inæqualis, nisi per accidens: erit ergo super hoc magis proprium ex proprijs quantitatis æquale & inæquale dici. F

De ad aliquid. *Cap.* VIII.

Definitio. 5. met. tex. com. 20.

AD aliquid verò talia dicũtur, quæcunq; hoc ipsum quod sunt, aliorũ esse dicunt, vel quomodolibet aliter ad aliud. vt maius hoc ipsum quod est altero dicitur, aliquo enim maius dicitur: & duplum alterius dicitur hoc ipsum quod est, alicuius enim duplum dicitur: similiter autem & alia, quæcunq; huiusmodi sunt. At vero sunt etiam & hæc ad aliquid, vt habitus, dispositio, scientia, sensus, & positio. Hæc enim omnia, quæ dicta sunt,

A hæc ipsa quæ sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, & non ad aliud quiddam. Habitus enim alicuius habitus esse dicitur, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio, & alia quidem similiter. Ad aliquid igitur sunt, quæcunque hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud: vt mons magnus dicitur ad alium montem (magnum enim ad aliquid dicitur (& simile alicui simile, & cætera talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus, & statio, & sessio positiones quædam, positiones verò ad aliquid sunt: iacere autem, & stare, vel sedere, ipsa quidem non sunt positiones, denominatiuè verò dicuntur ab iis) quæ dictæ sunt) positionibus. Ineſt autem contrarietas in iis, quæ sunt ad aliquid: vt virtus vitio contrarium, cum sit vtrunque eorum ad aliquid: & scientia ignorantiæ. Non autem omnibus iis, quæ sunt ad aliquid, insunt contra- Commu. 1.

B ria: duplo enim nihil est contrarium, neque dimidio, neque vlli talium. Videntur autem magis & minus ea, quæ ad aliquid sunt, susciperе. Simile enim, & dissimile magis & minus dicitur: & æquale, & inæquale magis & minus dicitur: cum vtrunque sit ad aliquid. Simile enim alicui simile dicitur, & inæquale alicui inæquale. Non autem omnia, quæ sunt ad aliquid, suscipiunt magis & minus: duplum enim non dicitur magis & minus duplum, nec aliquid talium. Omnia autem, quæ sunt ad aliquid, ad conuertentiam dicuntur. Vt seruus, domini seruus: & dominus, serui dominus esse dicitur: & duplum, dimidii duplum: & dimidium, dupli dimidium: & maius, minore maius: & minus, maiore minus. similiter autem & in aliis. Sed casu aliquoties differunt secundum locutionem: vt disciplina, disciplinati disciplina dicitur: & disciplinatum, disciplina disciplinatum: & sensus, sensibilis sensus: & sensibile, sensu sensibile. At verò aliquoties non videbitur conner-

C ti, nisi conuenienter ad quod dicitur assignetur. Sed peccet is, qui assignat, vt ala si assignetur auis, non conuertitur, vt sit auis alæ: non enim prius conuenienter assignatum est ala auis. neque enim in eo quòd auis est, ala auis dicitur, sed in eo quòd alata est: multorum enim & aliorum alæ sunt, quæ non sunt aues. Quare, si assignetur conuenienter, & conuertitur: vt ala, alati ala est: & alatum ala alatum. Aliquoties autem forte & nomen fingere necesse erit, si non fuerit nomen impositum, ad quod conuenienter assignetur: vt remus, si assignetur nauis, non est assignatio conueniens, neque enim in eo quòd nauis est, in eo eius remus dicitur. sunt enim naues, quarum remi non sunt: quare non conuertitur. nauis enim non dicitur remi nauis. Sed fortè conuenientior assignatio erit, si sic quodammodo assignetur: remus, remitæ rei remus est, aut quomodocunque aliter: nomen enim non est positum. Conuertitur autem si conuenienter assignetur: remitum enim remo remitum est. Si-

Commu. 2.

Commu. 3.

Cõclusio 1.

Cõclusio 2.

Aliqñ fingere noia rebus necesse est

Universidad de Deusto
Biblioteca

militer autem & in aliis: vt caput conuenientius assignabitur capitati caput, quàm si animalis assignetur: neque enim in eo quòd est animal, caput habet: multa enim animalia sunt, capita non habentia. Sic autem fortasse facillimè quis sumet, quibus posita non sint nomina: si ab iis, quæ prima sunt, & iis, ad quæ conuertuntur, nomina ponuntur: vt in iis, quæ prædicta sunt, ab ala alatum, a remo remitum. Omnia igitur, quæ ad aliquid dicuntur, si conuenienter assignentur, ad conuertentiam dicuntur: quoniam si ad quodlibet aliud assignentur, & non ad id, ad quod dicuntur, non conuertuntur. Dico autem quoniam neque eorum, quæ indubitanter ad conuertentiam dicuntur, & nomina eis posita sunt, nihil conuertitur, si ad aliquid eorum, quæ sunt accidentia assignentur, & non ad id, ad quod dicuntur: vt seruus, si non domini assignetur, sed homini, vel bipedis, vel cuiuscunque talium, non conuertitur: nanque dici non potest, homo est serui homo, non enim conueniens est assignatio. Amplius, Si autem conuenienter assignetur ad id, ad qd dicitur, omnibus aliis sublatis: quæcunque accidentia sunt, relicto solo illo, ad quod assignatum est conuenienter, semper ad ipsum dicetur: vt si seruus ad dominum dicitur, circunscriptis omnibus, quæ accidentia sunt domino, vt esse bipedem, vel scientię susceptibilem, vel hominem, relicto verò solo quòd dominus est, semper seruus ad ipsum dicetur: seruus enim domini seruus dicitur. Si autem non cõuenienter ad id, ad quod dicitur, assignetur, circunscriptis omnibus aliis, relicto eo solo, ad quod assignatum est, non dicetur ad ipsum: assignetur enim seruus hominis, & ala auis, & circunscribatur ab homine esse dominum, non iam seruus ad hominem dicitur: cùm enim dominus nõ sit, neq; seruus est. Similiter & de aue, si adimatur eam alatam esse, non enim amplius erit ala ad aliquid: cùm enim non sit alatum, nec ala erit alicuius. Quare oportet assignari ad id, ad quod conuenienter dicitur: & si sit nomen positum, facilis erit assignatio: si autem non sit fortasse necessarium erit nomen fingere: si autem sic assignetur, manifestum est quoniam omnia ad conuertentiam dicuntur. Videntur autem ad aliquid, simul esse natura: & in plurimis quidem verum est, in aliquibus verò non verum. simul enim duplũ, & dimidium sunt: & cùm sit dimidium duplum est: & cùm sit dominus, seruus est: & cum sit seruus, dominus est. similiter autem his, & alia. Simul autem hæc auferunt seinuicem si. n. nõ sit duplum, nõ erit dimidium: & si non sit dimidium, non erit duplum. Similiter autem & in aliis, quęcunq; talia sunt. Non autem in omnibus relatiuis verum videtur, esse simul natura. scibile enim scientia prius videbitur esse: nanq; in pluribus subsistentibus rebus scientias accepimus, in paucis verò, vel nullo quisquam hoc perspiciet, simul cũ scibili scientiam esse factã. Amplius, Scibile sublatum simul aufert scientiã, scientia uerò simul non aufert scibile. nam si scibile non sit, non erit scien-

Regula.

Commu. 4.

Cõclusio. 3.

ria, nullius enim erat scientia: scientia verò si non sit, nihil prohibet esse scibile: vt circuli quadratura si est scibilis, scientia quidem eius nondum est, illa verò scibile est. Amplius, Animali quidem sublato non erit scientia: scibilium verò plurima esse contingit. Similiter his sese habent ea, quæ de sensu sunt: sensibile enim prius, quàm sensus esse videtur: sublatum enim sensibile simul aufert sensum: sensus verò sensibile non simul aufert. sensus enim circa corpus, & in corpore sunt. sensibili autem sublato, aufertur & corpus, sensibile enim corpus est: cùm autem corpus non sit, aufertur sensus, quare simul aufert sensibile, sensum: Sensus verò sensibile non simul aufert: sublato enim animali, sensus quidem aufertur: sensibile autem erit corpus, vt calidum, dulce, amarum, & omnia alia quęcunque sunt sensibilia. Amplius, Sensus quidem simul cum sensitiuo sit, simul enim sit animal, & sensus, sensibile verò ante animal, & sensum est: ignis enim, & aqua, & alia huiusmodi, ex quibus ipsum animal constat, antè sunt, quàm animal omnino sit, vel sensus: quare prius sensibile quam sensus esse videbitur. Habet autem dubitationem, vtrum nulla substantia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur: an hoc contingat secundum quasdam secundas substantias. Nam in primis substantiis verum est, nam neque totæ, neque partes primarum substantiarum dicuntur ad aliquid: nam quidam homo, non dicitur alicuius quidam homo: neque quidam bos, alicuius quidam bos: Similiter autem & partes. quædam enim manus, dicitur non alicuius quędam manus, sed alicuius manus: & quoddam caput, non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem & in secundis substantiis, atque hoc quidem in pluribus: vt homo, non dicitur alicuius homo: nec bos, alicuius bos: nec lignum, alicuius lignum: sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestũ est, quoniam non sunt ad aliquid. In aliquibus verò secundis substantiis, habet aliquam dubitationẽ: vt caput, alicuius caput dicitur: & manus alicuius dicitur manus: & singula huiusmodi. quare hęc fortasse ad aliquid esse uidebuntur. Si igitur sufficienter eorum, quę sunt ad aliquid, definitio assignata est, aut nimis difficile, aut impossibile est ostendere, quòd nulla substantia eorum, quę sunt ad aliquid, dicitur. Si aũt non sufficienter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum est esse, ad aliquid quodam modo se habere, fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior verò definitio sequitur quidem omnia ea, quę sunt ad aliquid, non tamen hoc eis est esse, quòd sunt ad aliquid, quòd ea ipsa quę sunt, aliorum dicuntur. Ex his ergo manifestum est, quòd si quis aliquid eorũ, quæ sunt ad aliquid, definitè sciet, & illud, ad qđ dicit, definitè sciturus est. Palam itaq; & ex his est: si. n. mouit aliquis quid dam, quod aliquid est (est aũt esse iis, quę ad aliquid sunt, idẽ ac ad aliquid aliquo modo se habere) & illud nouit, ad qđ hoc aliquo mõ se habet. Si enim non nouit omnino ad quod hoc aliquo modo se ha-

Hippocrates Chius conatus est circuli quadraturã demonstrare: cuius demõstratiõnẽ affert Georgius Valla ca. 8. li. 2 suæ Geometriæ.

Dubium.

Definitio. 2.

Corollariũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet:neq; si ad aliquid hoc aliquo modo se habet,noscet. Sed in singulis palàm hoc est:vt si quid nouit quis definitè, quia ad duplum est, & cuius duplum est,mox definitè nouit: si verò nullius definitorum nouit ipsum duplum esse,neq; si sit duplum omnino nouit. Similiter autem & hoc aliquid si nouit quis quod melius est definitè,& quo melius est statim definitè necessarium est nosse. Propter hæc, non indefinitè sciet quia hoc est peiore melius. suspicio enim hæc est, non scientia:non enim sciuit exactè, quod est peiore melius, si enim sic accidit,nihil est deterius ipso. Quapropter palam est, quia necessarium est,si nouerit quis aliquod relatiuorum definitè,& id, ad quod dicitur, definitè nosse. Caput verò,& manus, & eorum singula, quæ substantiæ sunt,ea ipsa quæ sunt,sciri definitè possunt: ad quod verò dicantur,non est necessariũ scire.cuius enim hoc caput,vel cuius hęc manus sit, non est scire definitè:quare non erũt hæc ad aliquid. Si verò non sunt hæc eorũ,quæ sunt ad aliquid,verũ erit dicere,quia nulla substantia aliquid eorũ est,q̃ sunt ad aliquid. Fortasse aũt difficile sit de huiusmodi rebus confidenter asserere, nisi id sæpè pertractatũ sit:dubitasse aũt de horum vnoquoq; non est inutile.

Dubitare de singulis nõ est inutile. vide pro hoc 1. topi. cap.1.

DIVISIO TERTIA.

Sermo de prædicamento relationis.

ISTVD prædicamentum comprehenditur octo differentijs. Prima est in descriptione rerum relatiuarũ, & de numeratione earũ secũ maneriem explì. Secũda in hoc,q̃ iam inuenitur contrarietas in relatione. Tertia in hoc, q̃ quiddam relationis recipit magis & minus. Quarta est in hoc, q̃ ex ꝓprijs relatiuorum est, q̃ vnũquodq; amborum redit per conuersionẽ, cum accipiunt per nomina sua significantia super ipsa ex eo,q̃ sunt relatiua:cũ eis est nomen, aut cũ ponitur ipsis duobus nomen ,qñ non est eis ambobus nomẽ. Quinta in hoc,q̃ duo relat iua,cũ accipiuntur per nota significantia super ipsa ambo, ex eo q̃ sunt ambo relatiua,& conuertibilia dispositio,qua vnũquodq; amborũ refertur suo cõpari,cognoscitur a reliquis dispositionibus inutẽis in ambobus relatiuis,per hoc,q̃ cũ auferuntur reliquæ dispositiones, & remanet illa dispositio,nõ auferetur illa proportio,quæ est inter illa ambo relatiua: & cũ auferẽ illa dispositio,auferetur proportio:sed,cũ accipiuntur,non quidem scim q̃ sunt relatiua conuertibilia,nõ sequit * cũ auferuntur reliquæ res,quæ sunt in ambobus relatiuis,& remanet illa dispositio,qua proportionatur suo cõpari,vt remaneat proportio. Sexta est in hoc,q̃ ex proprijs relatiuorũ est, q̃ ambo inueniantur simul per naturã. & cũ auferetur vnum amborũ, q̃ auferetur reliquum, & soluit quod accidit ex dubio. Septima,in positione eius,in quo possibile est vt dubitetur ex substantiatã vtrum inueniatur in eis aliquid de relatione, & soluit illud dubiũ in iteratione descriptionis præcedẽtis relationis, & emẽdatione eius per conditionem rei,quæ cõsequitur relatiua vere:& data est descriptio prima per principiũ apparentiæ,& famositatis,cuius intẽtio est discipulũ facilius erudire: translatio quidẽ discipuli a re probabili ad rem certã, est leuius q̃ docere ipsum acquirere veritatem certam a principio. Obiaus,q̃ cum conditionatur in descriptione relatiuorũ, conditio,qua erit ambobus descriptio appropriata, & decens substantiã ipsorum amborum,inuenit q̃ ex proprijs suis est q̃, cum scitur vnũ amborum,scitur & aliud necessariotet q̃ per illud ostẽditur,q̃ nõ ex substantia aliquid,quod numeretur ex relatione,& docet cum hoc difficultatẽ

* alias & sequitur.

solutionis horum dubiorum in hoc loco cum facilitate dubitationis in eis, & causa in illo est,q̃ speculatio hæc in ipsis est secundum famosum.

Differentia prima d. Et res relatiuæ sunt, quarum quidditas, & esse dicitur in cõparatione ad aliud, siue per se, vt magnum & parum, siue per coniunctionẽ proportionis, sicut idẽ & similia. V. g. maior enim quidditas dicitur in comparatione ad aliud: ipsum nãque est maius alio, & similiter duplũ est duplum ad aliquid & habitus, & dispositio, & sensus, & scientia sunt ex relatione. oium nanque horũ quidditas dicitur in comparatione ad rem aliam, & illud est, quia habitus est habitus ad aliquid, & scientia ad scitũ, & sensus ad sensatũ, & similiter magnũ ad parum, ambo.n. ipsa dicuntur in comparatione, & simile & dissimile. ipsum nanque simile, alicui simile dicitur, & accubitus, & statio, & sessio, sunt ex positione, & positio ex relatione aliquo modo. iacebit nãque, & stabit, & sedebit, non ex positione sunt, sed ex rebus denominatis ex nominibus ex positione, videlicet quæ est in prædicamento positionis.

Differentia secunda d. Iam sequitur res relatiuas q̃ sint contrariæ, & exemplum illius sunt virtus & vitium: sunt enim relationis ambo, quæ contraria, & similiter scientia & ignorantia. vnũquodq; amborũ est ex relatione, suntq; contrariæ ambæ, nisi quia non inuenitur hoc omnibus relatiuis: duplum nanque non habet contrarium, neque triplum.

Differentia tertia d. Et similiter recipit quoddam relatiuorũ minus & magis: simile nãq; & dissimile, & æquale & inæquale vnũquodq; scilicet amborũ est ex relatiuis: iãq; erit aliqd simile magis q̃ aliud simile alicui, & similiter inæquale. quoddam vero ex ipsis ipsis non recipit illud. duplum nanque non est magis, aut minus duplo.

Differentia quarta d. Et ex proprjs relatiuorum est q̃ vtrunque ipsorum redit super suum compar in proportione conuersionis. V. g. seruus est seruus dñi, & dñs serui duplũ est medietatis duplũ, & medietas est medietas dupli, & similiter in reliquis suis: & siue sint nomina relatiuorum diuersa, sicut duplum & dimidiam, siue sint eadẽ, sicut amicus & frater, siue sit vnum eorũ denominatũ a secũdo, sicut scitũ & scientia. & sensus & sensatũ vnũquodq; nãq; istorũ dr in cõparatione ad illud, cui cõiungitur. Iãq; putatur q̃ hæc proprietas nõ est inuenta multis rerũ relatiuarũ, cũ non comparatur res illi, cui nõ coniungitẽ recta relationc. i. nõ inuenitur q̃ vniuscuiusq; relatio comparetur suo cõpari ex via quid est, sed erit relatio vnius ipsorũ ad alium ex via quid est, & alterius per accidẽs, aut erit vtriusque ipsorũ non ex via quid est. V. g. si referamus alam plumas habenti, & dicamus plumatum habet alam, non fit conuersio. s. q̃ ala sit plumati ala, quia non refertur ala plumato ex via quid est habens pennas, cum sit iam inuentum illud, cui est ala, non habens pennas: proportio ergo alæ non est ei ex parte, qua est habens pennas, neque proportio habẽtis pẽnas ad alã est ei ex parte, qua est habẽs pẽnas: & ꝓpterea nõ erit hmõi relatio recta. Et cũ cõmutatur hoc, & accipitur proportio recta: & dicitur alatũ est alatũ alę, & redit hic per conuersionẽ, & est q̃ ala est alati ala: aut dicemus pennatum cũ alatum cum penna, & ala pennę est ala pẽnati: q uapropter, cũ nou fuerit relationi nomẽ rectæ significans super eã ex eo q̃ est recta, & illud aut ambobus relatiuis, aut vni ipsorum, iam erit necessarium referenti, vt ponatur vtrisque ipsorum nomẽ, aut vni eorũ ex eo q̃ comparantur. V. g. quia remus, si cõparetur barcę, non erit comparatio recta. Propterea, quia, non ex parte, qua est barca, refertur ei remus, cum iam inueniatur barca, cui non est remus quemadmodum remus quippe refertur barcæ ex parte, qua est remus, & propter illud non redit in conuersione, vt dicatur q̃ barca est barca remi, quemadmodum dicimus quod remus est remus barcæ. & si volueris vt sit relatio recta ad duo extrema accepta sedm vnam dispositionẽ ab ambobus, necesse vt dicas remus est remus barcæ rematæ, tunc.n. verificat q̃ barca remata est barca remi, quia quemadmodũ remus quidẽ est remus barcæ fixæ, & barca, de cuius proprietate est vt sit ei remus, est barca remi. Et exẽplum illius ẽt est, cũ comparatur caput capitato, est relatio æqualis, sed cũ comparatur animali non est ęqualis tanimali nãq; non est

Inter relatiua debet esse relatio æqualis idẽ s. me. t. c. 2.

caput ex via, qua est animal, cum iam inueniat animal non habens caput, hæc ergo via est referenti necessaria, vt ambulet per eam in eo, ꝙ non habet nomen ex relatione. videlicet. vt ponatur ei nomen significans super relatiua ex parte, qua sit relatio vtriusque æqualis. sicut dicimus in ala & remo: & cum hoc sit ita, omnia enim relatiua, cum accipiuntur secundum rectitudinem ex via, qua sunt relatiua, non ex via, qua sunt sub alio prædicamento, inueniuntur habentia hanc proprietatem semper, & est quod vtrunque ipsorum redit per conuersionem ad compar suum. sed cum refert vnum eorum ad aliud, & capitur vtrũque ipsorum transitorie, & secundum dispositionem accidentem ex dispositionibus inuentis in relatiuis consequentibus relationem, & non capiuntur secundum dispositionem, qua sunt ambo relatiua, & proportionatum vtrunque eorũ ad aliud, non redeunt conuertibiliter: & si est vtriusque nomen positum ex parte, qua sunt relatiua, multo magis, cum non est nomen significans super ipsa ex parte, qua sunt relatiua. verb. gr. quia seruus, si non comparatur domino, quod est nomen relationis, sed comparatur homini bipedi, & similibus ex rebus inuentis in eo, non redit conuertibiliter: quia homo non est homo in eo, quod est ei seruus, sed dominus est dominus in eo, quod est ei seruus, sed si accipiatur dominus loco hominis redeunt conuertibiliter.

Differentia quinta. Et proprium est huic dispositioni. s. per quam sequitur proportio relatiuorum: quia, cum auferemus reliquas dispositiones accidentes relatiuis, quibus erit relatio non recta, non auferetur proportio inter relatiua: sed si eleuabimus illam dispositionem, tolletur proportio. ver. g. quia si seruus, cum dicitur in relatione ad dominum, & auferemus a domino reliquas dispositiones, quibus possibile est proportionari seruum, sicut quia est homo, & bipes, & alia. & non auferetur ab eo dominus, proportio serui ad ipsum non tolletur, cum vero referamus seruum ad hominem, aut bipedem, & auferatur ab eo dominus, proportio, quam dicit seruus ad ipsum tolletur. quia non erit seruus, cũ non erit dominus, proportio ergo recta est dispositio, qua tollitur proportio p eius ablationem, & non tollitur per ablationem alterius: & hoc rememoratus est tanquam canonum ad discernendum dispositionem, qua erit proportio recta. Dixit. Et intentio huius proportionis, qua erit relatio recta, cum erit nomen relatiuis significans super vtrunque ex eo, ꝙ est eis hæc proportio, est facilis. sed cum non erit super vtrunque nomen, iam erit difficile illud, sed tunc est necesse ꝙ inueniatur illa dispositio hoc canone, & remouetur relatiuis nomen significans super vtrunque ex eo, ꝙ inuenitur vtriusque illa proportio.

Canon inuenendi correlatiua.

Differentia sexta. dicamque putatur ꝙ ex propriis relatiuorum est, ꝙ inueniantur simul per naturam, & hoc est euidens plurimis ipsorum. duplum namque, & dimidium inueniuntur simul, quia, cum inuenitur vnum amborum, inuenitur & aliud, & cum aufertur vnum ipsorum, tollitur aliud. Nisi quia iam sequitur in hoc dubium quoddam propter quædam relatiua: cum enim putatur ꝙ scitum præcedit scientiã, propterea quia, scia quidem cadit vt in pluribus rei, postquam præcedit esse eius, sed cum esse eius in paucioribus. & si est illud ita, non est scitum vnum penitus, cuius esse & scientia sint simul per naturam, & etiam scitum euidenter præcedit per naturam scientiam: & illud est, quia, cum tollitur scitum, tollitur & scientia, sed non, cum aufertur scientia, aufertur & scitum: & hoc est signum prioris per naturam, sicut dicetur postea.

Dubium.

Cap. de prio. in principio. & 5. meth. & 19. Et exemplum illius est quadratura circuli, de qua inquisiuerunt, qui præcesserunt ex geometricis, & nondum inuenitur: si igitur hæc est scibilis, iam hucusque scientia eius non est inuenta. & si non est scibilis, non est possibile sciam eius inueniri postea, & etiam homo cum tollitur, tollitur scientia: namque inuenitur scirum, & homo non inuenitur: & hoc idem dubium sequitur sensus & sensatum, quoniam iam putatur ꝙ sensibile præcedit sensum, ppea ꝙ sensibile cũ perimitur, perimitur cũ eo sensus. sed si sensus perimitur non sequitur quod sensibile perimatur, & illud ideo, quia sensibile & sensus non inuenitur, nisi in corpore. cũ ergo tollitur sensibile, tollitur corpus: & cũ tollit corpus, sensibile tollitur & sensus, sed non p ablationẽ sensus tollit sensibile, quoniam iam possibile

possibile est ꝙ perimatur aial, & si corpus sensibile inuctũ, sicut corpus calidũ & frigidum, & ẽt quia sensus inuenitur cum inuentione animalis, sensibile ergo inuenitur ante inuentionem animalis: aqua nãq; , & ignis, & reliqua elemẽ ergo inuenitur ante inuentionem animalis: aqua nãq; , & ignis, & reliqua elemẽta, ex quibus est constantia animalis, sunt antequam inueniatur animal: propter hęc ergo omnia putatur ꝙ sensatum præcedat esse sensus. Sed expositores soluũt hanc dubitationem per hoc, ꝙ capiantur sensus, & sensatum, & scientia, & scitum, siue in potentia, siue in actu inueniuntur simul, & hic est vera in eis illa prioritas. Sed dubium consequitur, cum capitur vnum ipsorum in potentia, & aliud in actu: sed postquam fuit inuentio, quę est in potentia non famosa, dissoluit solutionem huius dubitationis ad locum alium, propterea quia ipse loquitur hic in illis rebus secundum locum famosum.

Solutio.

Act. loqtur de relatione sedm famosi tatem. Idẽ 3. ph. 4.

Differentia vij. d. Ex eo, in quo est locus dubitationis, est, verum in substantia sit aliquid, quod sit substantia ad aliquid, & hęc dubitatio accidit in quibusdam substantiis secundis, sed in primis quidem non accidit, & illud est, quia videtur ꝙ non dicatur in aliquo ipsorum, vt sit relatiuũ, neq; totum, neq; pars, quia non dicitur in hoc homine, cui innititur ꝙ est homo ad aliquid. & similiter est dispositio in parte, cui innititur, quia non dicitur manus quædam, cui innititur ꝙ sit manus hominis cuiusdam, aut equi cuiusdam, sed dicitur manus hominis aut equi & sic quidem comparatur speciei, & non singularibus: & similiter apparet res in pluribus substantiis secundis, quoniam non dicitur quod homo est hõ ad aliquid, neq; taurus est in hoc, ꝙ est ad aliquid in eo ꝙ taurus, videlicet substantia, sed sicut est in eo, vt est possessio possidentis, verum in quibusdam earum sequitur in hoc hæc dubitatio. & est ꝙ caput dicitur in eo, ꝙ est caput ad aliquid, & manus manus ad aliquid, & similiter in similibus horum, sed manus & caput significant super substantiam: erit igitur super hoc, quod iam putatur, ꝙ multę substantię intrant relationem, dixit nisi quia, si tam fuerit sufficiẽs definitio rerum relatiuarum, cum diximus quod relatiua sunt res, quarum quid dicitur in comparatione. solutio huius dubitationis erit difficilis, aut impossibilis: & illud est, quia iam apparet ex re huius substantiæ, ꝙ quidditas eius dicatur in comparatione, sed si est descriptio vera rerum, quæ sunt relationes, quod vtræque sunt duæ res quarum vtriusque quidditas dicitur in relatione ad comparem sibi ex parte, qua inuentio illius quidditatis est, vt sit relatiue ad coniunctum suum, & non in quaque specie accidat specierum relationis. solutio dubitationis erit leuis: definitio namque prima consequitur omne, quod numeratur in principio cogitationis relationum, sed hæc definitio sequitur quidem in eo, quod est relatiuum in veritate non secundum principium cogitationis. Et vult quidem in hoc, secundum ꝙ cogito, ꝙ caput si est significans super substantiam, & est quidem relatiuum ad hominem non ex relationis natura, sed propter relationem accidentalem, scilicet quæ non est substantia rei relatæ, & est quam continet descriptio prima, scilicet accidentalis: sed illud, quidem, in cuius amborum substantia est relatio, est sicut paucum, & multũ: quoniam vtrunque ipsorum est in substantia sui comparis: & illud est quod continet descriptio secunda, s. vera.

Dubium.

Differentia octaua. d. Et manifestum ex hac definitione vera in relatiuis, ꝙ ex proprie propriis, est, ꝙ cum scitur vnum duorum secundum complementum, scitur aliud necessario, quoniam homo, cum scit quod hoc est relatiuũ, & est quidditas vnius duorum relatiuorum habens esse in proportione ad relatum secundum, manifestum est ꝙ, cum scit quidditatem vnius duorum relatiuorum, iã scit quidditatem alterius. & si non erit scientia eius in quidditate vnius duorum relatiuorum, non erit scientia, secundum quod est, sed putative, & sophystice. Et hoc est etiam manifestum ex inductione. verbi gratia, ex scientia, ꝙ hoc est duplum complete, iam scitur res, cui ipsum est duplum secundum complementum, & similiter, qui scit ꝙ est melius, iam scit quo est melius, nisi sit scientia illa existimatio non certa, quoniam nisi sciat illud, de quo dicitur ꝙ est melius eo, iam est possibile ꝙ non sit aliquid inferius in bonitate, & erit fermo eius ꝙ est melius falsus, & ex hoc apparet ꝙ manus, & caput non sunt ex relatiuis meris, quoniam

Dria inter primũ, & secundũ relatiuorũ diffinitionem. Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam scitur quidditas vtriusq; ipsorum ex parte, quæ sunt substantiæ secundum complementum absq; eo q̃ sciatur res, cuius est caput, neq; cuius rei est manus: dixerit, nisi quia in summa, iudicio secundum veritatem eius, q̃ distinctum est relativum ab alijs prædicamentis. & q̃ esse relationis est ex eis quę, sunt difficilia, de nec considerentur multotiens: in dubitatione vero in eis non est inutilitas.

De qualitate. Cap. VIIII.

Prima qualitatis species. Vide 5. met. te. 19.

Habitus. Dispoūo.

QValitatem verò dico, secundum quam quales quidem esse dicuntur. Est autem qualitas eorum, quæ multipliciter dicunt. Et vna quidé species qualitatis, habitus, & dispō, dicunt. Differt aũt habitus à dispone, q̃ permanẽtior, & diuturnior est. Tales vero sunt scientię, & virtutes. Scientia. n. vt esse permanentiũ, & eorũ, quæ difficile moueãtur, si quis vel mediocriter sumat scientiam: nisi grandis permutatio facta sit, vel ab ęgritudine, vel ab aliquo huiusmodi. Similiter autem, & virtus, vt iustitia, & castitas, & singula talium, non videntur posse moueri, neq; facile permutari. Dispositiones vero dicuntur, quæ sunt facile mobiles, & cito permutabiles: vt calor, & frigiditas, & ægritudo, & sanitas, & quęcunq; alia huiusmodi: afficitur enim quodammodo secundum eas homo, cito aũt permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex sanitate in ægritudinem transit. Similiter aũt & in aliis, nisi forte quę earum contingit per temporis longitudinem in naturam cuiusque transferri, & immobilis, vel difficile mobilis existens, quam iam quilibet habitum vocet. Manifestum est autem, quoniam hæc volunt habitus dicere quæ sunt diuturniora, vel difficile mobilia: nanq; in disciplinis non multum retinentes, sed facile mobiles, non dicuntur habitum habere, quamuis sint ad disciplinam peius, meliusue dispositi: quare differt habitus a dispositione, quod hæc quidem facile mobilis sit: ille vero diuturnior, & difficilius mobilis. Sunt autem habitus, & dispositiones: dispositiones vero non necesse est habitus esse. qui enim retinent habitum, & quodammodo dispositi sunt ad ea, quæ habent vel peius, vel melius: qui autem dispositi sunt, non omnino retinent habitum. Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugillatores, vel cursores, vel salubres, vel insalubres dicimus: & simpliciter quæcunque secundum potentiam naturalem, vel impotentiam dicuntur. Non enim quoniam sunt dispositi aliquo modo vnũquodque huiusmodi dicitur, sed quòd habent naturalem potentiam, vel impotentiam facile quidem facere, vel nihil pati: ut pugillatores, vel cursores dicuntur, non quod sint dispositi aliquo modo, sed q̃ habeant potentiam naturalem hoc facile faciendi. Salubres vero dicuntur, eo quod habeant potentiam naturalem vt nihil a quibuslibet accidentibus facile patiantur, insalubres vero quòd impotentiam habeant naturalem nihil facile ab accidentibus patiendi. Similiter his, durum, & molle se habent: durum enim dicitur, quod habeat potentiam non facile secari: molle vero quod eiusdem ipsius habeat impotentiam. Tertia vero species qualitatis est, passibiles qualitates, & passiones. Sunt aũt huiusmodi vt dulcedo, & amaritudo, & austeritas, & omnia his cognata: amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Et quoniam igitur hæ qualitates sunt manifestum est: quęcũq; enim has susceperint, qualia dicũtur secundũ ipsas: vt mel, quoniam dulcedinem suscipit, dicitur dulce: & corpus albũ, quoniam albedinem suscipit. Similiter autem & in cæteris. Passibiles vero qualitates dicũtur non q̃ ea, quæ illas susceperint qualitates aliquid patiantur: neq; enim mel, quoniam aliquid passum sit, dicitur dulce, neq; aliquid aliud huiusmodi: similiter autem his, & calor, & frigus, passibiles qualitates dicũtur, non quòd ea, quę illas suscipiunt, aliquid passa sint, sed quoniam secundum sensus vnaquaque dictarum qualitatum passionis effectiua est, passibiles qualitates dicuntur: dulcedo enim passionem quandam secũdum gustum efficit, & calor secundùm tactum. Similiter autem & albæ. Albedo autem, & nigredo, & cæteri colores non eodem modo iis, quæ dicta sunt, passibiles qualitates dicũtur, sed eo quod ipsę ab aliqua passione innascuntur. Quoniam enim fiunt propter aliquam passionem multæ colorum mutationes, manifestum est: erubescens enim aliquis, rubeus factus est: & timens, pallidus: & vnumquodq; talium. quare etiam si quis natura aliquid talium accidentium, perturbatio ùmve passus est, similem colorem verisimile est eum habere. Quę enim affectio nunc in eo quod verecundetur, circa corpus facta est, etiam secundùm naturalem constitutionem eadem fiet affectio, vt & naturalis color similis sit: quæcunq; igitur talium accidentiũ ab aliquibus passionibus difficile mobilibus, & permanentibus principium sumpserũt, passibiles qualitates dicuntur: siue enim secundùm naturam constitutionem pallor fit, aut nigredo, qualitates dicũtur (quales enim secũdùm eas dicimur) siue propter ægritudinem longam, vel propter æstũ aliquid tale contingit, vel nigredo, vel pallor, & non facile prętereũt, vel etiam in vita permanent, & passibiles qualitates istæ dicũtur: similiter enim quales secũdùm eas dicimur. Quæcũq; vero ex iis, quæ facile soluũtur, & cito transeũtes fiũt, passiones dicuntur, qualitates vero minime: non enim aliqui secundùm ipsas dicuntur quales: neq; enim qui propter verecũdiam rubeus factus est, rubeus dicitũr: neq; cui pallor propter timorẽ venit, pallidus est, sed magis eo, q̃ aliquid passius est: quare passiones quidé huiusmodi dicũtur, qualitates vero minime. Similiter aũt his, & secũm animã passibiles qualitates, & passiones dicũtur, quęcũq;. n. mox in nascendo ab aliquibus passionibus difficulter mobilibus fiũt, qualitates dicũtur, & ipsæ: vt amẽtia, mẽtis alienatio, & ira, & alia hmõi: quales enim secũm eas dicũtur, id est, iracũdi, atq; amentes. Similiter autem, & quæcunq; alienationes non naturales, sed quæ ab ali-

Qui. n. retinent habitũ. Iuera græca paulo aliter nunc habet, vt ex notis agnoscitur.

Secũda qualitatis species Naturalis potentia, aut impotentia.

Tertia qualitatis spẽs. Passio, Passibilis qualitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus aliis accidentibus factæ sunt difficile prætereuntes, & omni D
no immobiles, qualitates sunt etiam huiusmodi: quales enim, &
secundum eas dicuntur. Quæcunque vero ab iis quæ facile, & cito
prætereunt, fiunt, passiones dicuntur: ut si quis contristatus, ira-
cundior fiat. Non enim dicitur iracundus, qui huiusmodi passio-
ne iracundior est, sed magis quia aliquid passus: quare passiones qui
dem huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime. Quarum vero
genus qualitatis est figura, & circa vnumquodque constans forma.
Amplius autem ad hæc rectitudo, & curuitas, & si quid aliud his si-
mile est: secundum enim vnumquodque eorum quale quid dicitur.
Triangulum enim, vel quadrangulum esse, quale quid dicitur, &
rectum, aut curuum, & secundum etiam formam vnumquodq; qua
le dicitur. Rarum vero, & spissum, & asperum, & lene putabun-
tur quidem quale quid significare, sed aliena huiusmodi putatur es-
se a diuisione, quæ circa qualitatem est: quandam enim positionem
magis videntur partium vtrunque monstrare. Spissum enim dici- E
tur, eo quod partes sibi ipsis propinquę sint: rarum vero eo, quod
distent a se inuicem: & lene quidem, quod in rectitudinem aliquo
modo partes iaceant: asperum vero, quod hæc quidem superet, il-
la vero sit inferior. Et fortasse alius quicunque modus apparuerit
Definitio 3. lium. qualitatis, sed fere qui maxime dicuntur hi sunt: qualitates itaque
sunt, quæ dictæ sunt. Qualia uero sunt, quæ secundum has deno-
minatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his. In pluribus si
quidem, & fere in omnibus denominatiue dicuntur, vt a candore
candidus, & a grammatica grammaticus, & a iustitia iustus. Simi-
liter & in aliis. In aliquibus vero, eo quod non sunt posita qualita
ti nomina, non contingit ea, quæ dicuntur, ab iis denominatiue di-
ci: vt cursor, aut pugillator, qui secundum naturalem dicitur po-
tentiam, a nulla qualitate denominatiue dicitur: non enim posita
sunt nomina potentiis, secundum quas isti quales dicuntur, sicuti F
disciplinis, secundum quas pugiles, vel palæstrici secundum di-
spositionem dicuntur. Pugillatoria enim, & palęstrica disciplina
dicitur: quales vero ab his denominatiue dicũtur, qui disponuntur.
Aliquando autem, & posito nomine non dicitur denominatiue,
quod secundum eam quale dicitur, vt a virtute studiosus: eo enim
quod virtutem habeat, studiosus dicitur, sed non denominatiue a
virtute. Non autem in pluribus hoc tale est. Qualia ergo dicun-
Commu. 1 tur, quę denominatiue a dictis qualitatibus dicuntur, aut aliquo
modo aliter ab eis. Inest autem, & contrarietas secundum qualita-
tem: vt iustitiæ iniustitia contraria est, & albedo nigredini, & alia. Si-
militer autem, & ea, quę secundum eas, qualia dicuntur: vt iniustũ iu
sto, & album nigro. Non in omnibus autem hoc est: rubro enim, &
pallido, aut huiusmodi coloribus, nihil est contrarium earum, quæ
qualitates sunt. Amplius, Si contrariorũ alterum fuerit qualitas, &

A reliquum erit qualitas: hoc palàm est proponenti ex singulis alia præ
dicamenta. Nam si est iustitia iustitiæ contrarium, qualitas autem est
iustitia, qualitas igitur & iniustitia: nullum enim aliorum prædica-
mentorũ aptabitur iustitiæ, neq; ad Aliqd, neq; Vbi, nec oino aliquid
hmõi nisi quale. Sic autem, & in aliis, quæ secundum quales sunt con
traria. Suscipiunt autem qualia magis & minus. Album enim magis Commu.
& minus album altero albo dicitur, & iustum alterum altero magis
vel minus. Sed & ipsa crementum suscipiunt: cum candidum nãq;
fit, contingit amplius candidum fieri, non tamen omnia, sed plura.
Iustitia nanq; si dicatur magis, & minus iustitia, potest quilibet ambi Dubium 1
gere, similiter autem, & in aliis dispositionibus. Quidam enim du-
bitant de talibus: iustitiam nanq; iustitia non multum aiunt magis,
& minus dici, nec sanitatem sanitate: minus autem habere alterum
altero sanitatem aiunt, & iustitiam alterum minus altero habere di-
citur: sic autem & grammaticã, & alias dispositiones: quare ea, quæ
B secundum eas dicuntur, indubitanter recipiunt magis & minus: grã
maticior enim alter altero dicitur: & iustior, & sanior: sic autem, &
in aliis Triangulum vero, & quadrangulum non videntur magis, &
minus suscipere, neque aliqua aliarum figurarum: quæ enim de fini
tionem trianguli recipiunt, & circuli, omnia similiter trianguli, vel
circuli sunt: eorum autem, quæ non recipiunt rationem ipsam, nihil
magis alterum altero dicetur: nihil enim quadratum magis, quã par-
te altera longius, circulus est: neque alterum enim recipit circuli ra-
tionem. Simpliciter autem si vtraq; non recipiunt propositi rationẽ Solutio.
non dicetur alterum altero magis: non ergo omnia qualia recipiunt
magis, & minus. Horum itaq;, quæ prædicta sunt, nihil est proprium Dubium 3
qualitatis. Similia vero, & dissimilia secundum solas dicuntur qua
litates. Simile enim, & dissimile alterum alteri non est secundum
aliud nisi secundum id, quod quale est. Quare proprium est quali-
tatis secundum eam simile, vel dissimile dici. At vero non decet con Commu. 2
C turbari, ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes, mul
ta eorum, quæ sunt ad aliquid, inter posuisse. Habitus enim, & dispo
sitiones eorũ, quæ ad aliquid sunt, esse dicebamus. Pene enim in om- Solutio
nibus talibus genera ad aliquid dicũtur, nihil aũt eorũ, quæ sunt sin
gularia: nam cum disciplina genus sit, id ipsum quod est alterius di-
citur: alicuius.n. disciplina dicitur: eorũ vero quæ singularia sunt, ni-
hil ipsum quod est alterius dicitur: vt grammatica: nec musica, alicu
ius alterius musica, sed fortè secundum genus, & hę ad aliquid dicũ
tur: vt grammatica alicuius dicitur disciplina, non alicuius gram-
matica: & musica, alicuius disciplina, nõ alicuius musica: quapropter
quę singularia quidem sunt, non sunt ad aliquid. Dicimur aũt quales
secundum singulorũ singula, hęc enim & habemus: scientes enim di-
cimur, eo q; habemus singularium scientiarum aliquas. quare hę e-
runt etiã qualitates, quę singulares sunt, secũdum quas aliquando &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quales dicimur: hæ autem non sunt eorum, quæ sunt ad aliquid. Amplius, Si contingit idem ipsum, & quale, & ad aliquid esse: nihil est inconueniens in vtrisque hoc generibus enumerari. D

DIVISIO QVARTA.

Sermo de qualitate.

ET illud, quod dicitur in hoc cap. comprehenditur vndecim differentijs. In prima definit istud prædicamentum, & docet ꝙ diuidatur in genera prima. In secunda docet genus nominatum istorū generum, nosse habitus, & dispositionis, & docet quid ipsorum appropriatur nomine habitus, & est illud, de quo dicitur qualitas famose, & quid eorum appropriatur nomine dispōnis: & ꝙ, si dicit de ipsis ambobus quale, est ꝓp eorum esse vnius naturę. In tertia docet genus secundum generum huius prędicamenti, & est quod dicitur ꝓ nālem potentiam. In quarta docet genus tertium generum huius prædicamēti, & est qualitates passibiles & passiones, & docet qualiter nolantur qualitates passibiles, & dat differentiam inter illas, ꝙ numerant passibiles: & illas, ꝙ numerant passiones, & ꝙ nō qualitatis secūm famositatem dr̄ absolute de passionibus ꝓp intentionē ꝓp quā dr̄ de habitu magis ꝙ dicatur absolute de dispōne. In quinta docet genus quartum generum huius prędicamenti, & est qualitates inuentæ in quantitate. In sexta dubitat facit in raro, & spisso. In septima docet ꝙ res, ꝙ disponuntur per qualitates, sunt super quas significatur per nōia derivata ab exemplis primis significantib⁹ super illas qualitates. In octaua docet ꝙ tam inuenitur contrarietas in qualitate, & hoc verum est in quibusdam ipsius, & ꝙ cum est vnum contrariorum in qualitate, & alterum erit ēt in qualitate. In nona docet, ꝙ qualitas iam recipit magis, & minus, & ꝙ illud nō est in toto ipsius. In decima docet, ꝙ simile & dissimile sunt proprietates, quibus appropriatur hoc prædicamentū. In vndecima facit dubitationem in rebus pluribus, quæ rememorantur in hoc cap. & remoratus est etiam in relatione, & dat vnde accidit hoc id esse: & ꝙ illud est eis per duas maneries. E

A. 1. & descriptio qualitatis est formæ quibus.

Differētia prima. D. Et nomē qualitatis est nomē formę, quia * interrogatur in singularibus qualia sunt, & istæ qualitates dicitur de generibus primis diuersis.

Differētia secunda. D. Et vnū eorum genus est qualitas, quę nominatur habitus & dispositio habuisq; ipsorū diuersificatur a dispōne in hoc, ꝙ habitus huius generis dicitur de eo, quod est permanētius, & lōgioris tēporis. dispositio vero de eo, quod est facilis permutationis, & exēplū illius est scientiæ, & virtutes.

a. l. aut ars.

Scientia enim alicuius, cum completur arte, * putatur ꝙ sit ex rebus permanentibus. & difficile mobilibus, & illud donec non renouetur homini mutatio grandis. v. g. ex ægritudine, aut aliquid præter hoc ex inebrietione * in rebus, quæ esset cū cum longitudine temporis, vt ignoret homo scientiam, & obliuiscatur eius. Dispositio nāq; huius generis dicitur de rebus velocis motus, & facilis permutationis, sicut est sanitas, & ægritudo, caliditas & frigiditas, quæ sunt causæ sanitatis & ægritudinis. sanus nāq; redit velociter infirmus, & infirmus sanus, dum nō confirmat hoc, & sit facilis recessionis, quia cum erit res sic, erit homini vt nolet eam habitum. Et manifestum est ꝙ nomē habitus significat in lingua græca res longi tēporis in firmitate, & difficilis motus, quia ipsi non dāt de illo, qui non est retinens sciam retentione cōsuetudinaria, ꝙ habeat habitū: qm̄ ille, qui est habitus * dispositionis, habet dispositionem scientiæ, siue meliorem, siue deteriorem, & habitus ēt quodammodo sunt dispositiones, sed non dispositiones habitus. & etiam quia habitus quidem sunt prius dispositiones, deinde fiunt postea habitus, & istud genus, quemadmodum dicitur, est formæ inuentæ in anima, & animato ex parte, qua est animatum.

a. l. ex occupatione.

Differētia tertia. D. Et genus secundum qualitatis est illud, quo dicimus in re, ꝙ habet potentiam nālem, & non nālem. sicut dicimus sanativum & ægrotativū & illud, quia non dicitur in re ꝙ est sanativa, & ægrotativa, & similia his ppea

Discrimen inter habitū & dispōnē.

a. l. huius. Primū genꝰ qualitatis ē formæ inuētæ in aīa, & aīato ex pte ꝙ ē aīatū, vt dicitur.

quia habeat dispositiones aliquas in aīa, aut in animato, secundum ꝙ est animatū, sed propter quod est ei potentia naturalis, aut non potentia naturalis, s. sine potētia naturali vt agat difficiliter, & patiatur de facili, & potentia naturali ꝙ agat de facili, & ꝙ non patiatur nisi cum difficultate. v. g. qm̄ dicitur sanativum propterea quia ei est potentia vt non patiatur ab ægritudine, & accidentibus, & dicimus de pugillatore, aut cursore ex parte, qua est ei potentia, qua agat de facili, & patiatur cum difficultate, & ita est res in duro molli: quia dicimus durum ex eo, ꝙ habet potentiam vt non patiatur facile, & dicimus molle propterea ꝙ non habet potentiam vt non patiatur facile.

Differētia quarta. D. Tertium genus qualitatum, & sunt quę dīr passibiles, & passiones: & species illius sunt sapores, sicut dulcedo & amaritudo, & colores sicut albedo & nigredo, & passibiles * sicut caliditas, & frigiditas, siccitas & humiditas: ista nāq; omnia manifestum est, ꝙ sunt qualitates, cum de re, quæ disponitur p aliquod horum, quæratur ꝙ dictionem quale. v. g. quia nos, dicimus quale est illud mel, in dulcedine sua, & qualis est ille pannus in albedine sua, & rndēt per hoc ꝙ intensum in dulcedine, & albedine, aut non intensum in ipsis. Et. D. quidem in similibus his qualitatibus passionem non propterea ꝙ ipsę renouantur in rebus dispositis a passionibus, sed propterea ꝙ ipsę renouant in sensibus nostris passiones. v. g. quia dulcedo mellis, & amaritudo aloes dīr quippe qualitates passibiles, non ppea ꝙ passio renouetur in melle a dulcedine, neq; in aloe ab amaritudine, sed propterea ꝙ ipsę vtręque renouant passionem in lingua, ita est res in caliditate, & frigiditate cum sensu tactus. Colores vero * non dīr qualitates passibiles, propter quod inuentio ipsarum in re disposita renouetur quidem a passione: & illud est, quia omnino iam sit manifestum ꝙ rubedo verecundię, & pallor timentis renouantur quidem a passione capiente sanguinem & spiritum, pallor timentis renouantur quidem a passione capiente sanguinem & spiritum, oportet ꝙ credatur quod color, qui creatur a principio rei, & per naturam rubeus, aut pallidus: causa in illo est ꝙ complexio in principio creationis ipsi passibilis est hmōi passionem, quam sequitur rubedo in verecundo, & pallor in timente. Et quod est huius accidentis fixum, difficilis amotionis est illud, quod nominatur qualitas passibilis, & illud est, de quo quæritur per dictionem quale in sensato, * sed illud, quod est facilis mutationis ex illo, non nominatur, neque currit confuendo vt quæratur de eo per dictionem quale, & propter hoc est opus vt approprietur hoc nomine passionis tantum, & non nomine passibilis: & exemplum illius est ꝙ pallor, & rubedo cum sint in nobis per naturam, & creationem dicitur a nobis per eas in singulari quale, & si est rubedo accidens ex verecundia, & pallor ex timore non dicitur significare per eum quale: & illud, quia non dicit ille, cuius hæc est dispositio rubeus, aut pallidus, sed dr̄ factus est rubeus, aut pallidus tantum, & vniuersaliter passio sola opus est vt nominetur simile huius passio tantum, & sic diuersificatur quidem per longitudinem moræ & breuitatis eius. Et secundum huius simile, in actionibus animæ dīr passibiles qualitates illæ, quæ sunt ex eis per naturam, & fixa, & passiones illæ, quę accidunt neque sunt homini per naturam, & complexionem. v. g. dementia, & iracille enim, cui insunt ista duo per naturam, dicitur iracundus, & demens, & propter illud nominantur hæ qualitates passibiles. Sed ille, cui accidit ira, vel dementia ex tristitia remota, non dicitur iracundus, neq; demens, sed dicitur iratus est, & passus est dementiam. opus est ergo vt dicantur hæ, & his similia passiones, & non passibiles qualitates & illud est, quia figura huius locutionis cadit semp in re fixa.

a. l. cōsueto & famosa

Differentia quinta. D. Et genus quartum est figura & forma inuentæ in vna quaque re, & rectitudo, & inflexio, & his similia, qua dicitur res, cum disponitur per aliquid huius qualis: & illud, quia iam dicitur de re ꝙ est triangulus, vel quadratus ad interrogationē qualis est, & ꝙ est recta aut reflexa, et similis figura.

Differentia sexta. D. Et rarum & spissum, & asperum & lene, iam putatur ꝙ intrent sub hoc genere, nisi quia magis simile est, vt credatur in his generibus ꝙ ambo sunt extra hoc genus: & illud, quia iam apparet ꝙ vnumquodq; amborū conuenientius intret prædicamentum pōnis, ꝙ in hoc prædicamento: & illud est, quia rarum & spissum significant aliquā pōnem partium, qm̄ dicitur spissum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem, cuius partes appropinquant quædam quibusdam. Rarum vero illud, cuius partium sunt longinquæ quædam a quibusdam, & sit lene dī illud, cuius partes sunt æquales in leipsis, non superfluentes quædam quibusdā: & dicitur aspe rum illud, cuius partes sunt non æquales, si superfluit quædā ipsarum super alia: & fortasse iam apparet q̄ hic sunt qualitates aliæ, sed istæ quas numeravimus, hic, istius generis summa, numeri ipsarum est numerus iste, & vult q̄ illæ qualitates sunt, de quibus interrogatur per dictionē qualis in speciebus, & sunt res, q̄ sunt formæ specificæ aut sequentes formas specificas: & istæ qualitates sunt, de quibus quæritur per dictionem quale de individuis, & sunt dispositiones sequentes formas p̄p̄ materiam, & res materiales: & hoc est manifestum ex differentia inter has duas species qualitatis. D

Differentia septima. D. Et habentia qualitates sunt, sup quæ significat̄ p̄ nota significātia sup qualitates ipsis, quæ sunt exempla prima, & illud secundum viā de notationis in pluribus eorū scdm græcam linguam sicut album deriuatum a nomine albedinis, & grammaticum derivatū a note grāmatice, & iustū denominatum a nomine iustitiæ: sed de extraneis eorum est, q̄ non inuenitur in lingua græca qualitatibus expoliatis, & acceptis, & abstractis a subiectis nomē a, quo deriuetur nomē illis qualitatibus ex eo q̄ sunt in subiecto, & exēplum illius est q̄ nomina subiectorū apud eos rerum intrantium in eo, q̄ dicitur scdm potentiam naturalē & impotentiam naturalē non sunt denominata ob aliquo, sicut pugillator, & curfor, quia nota significantia super has intentiones apud græcos, nō sunt deriuata vt a pugillatoria, neq; curforia sicut sunt in lingua arabica. Et non est longinquum q̄ inueniantur in lingua arabica verba non habentia originem, s. vt sub infinitum, & quandoq; in lingua græca q̄ sint qualitates ex eo q̄ sunt spoliatæ a subiecto scdm nomen, & sit nomē illius qualitatis ex eo q̄ est in subiecto deriuato a re note alio. v. g. qm̄ ipsi dicunt a virtute studiosum, & non virtuosum. E

Differentia octaua. D. Iaq; inuenitur in qualitate contrarietas. v. g. iustitia contraria est iniustitiæ, & albedo contraria est nigredini, & sit inuenitur in rebus qualitatem habentibus, verbi gratia, instus est contrarius iniquo, & albū contrariū est nigrum. Sed non inuenitur contrarietas in olbus qualitatibus: qm̄ non est in pallido, neq; in rubeo contrarium. vniuersaliter qualitatibus mediis, & et cum est vnum contrarium quale, erit contrarium secundum quale. Et hoc manifestū est per inductionem v. g. qm̄ iustus, cum sit contrarius iniusto, & est iustus in qualitate & iniustus erit in qualitate, quia non conuenit vt dicamus q̄ iniustus sit in quantitate, neq; in relatione, neq; in alio prædicamento, & similiter apparet res in aliis contrarietatibus inuentis in qualitate. F

Differentia nona. D. Et iamq; recipit qualitas magis & minus, qm̄ iam erit iustus magis iusto, & album intensius albo, cum subiecta harum rerū recipiunt magis, & minus, sed non est hoc in olbus, sed in quibusdam. Et ex eo, in quo dubitatur est, cum accipiuntur istæ qualitates expoliatæ a subiectis suis virum recipiant minus & magis, qm̄ quidam volunt in hoc, q̄ non sit iustitia magis quam iustitia, neq; sanitas magis q̄ sanitas, sed est possibile q̄ sit iustus magis q̄ iustus, & sanus magis q̄ sanus, & sit est in aliis huius generis, qd est, quia dispō, & triangulus, & quadratum, & reliquę figurę non recipiunt magis & minus: non enim est triangulus magis q̄ triangulus, neq; quadratū magis q̄ quadratum: qd n. intrat definitionē triāguli est triāgulus in definitione equalr. & sit qd intrat sub definitione quadrati, & eā recipit, est quadratū æqualr, & qd nō intrat sub definitione, nō dī in equatione ad eū, qa nō est aliqui vt dicat̄ q̄ quadrātū est magis circulus q̄ altera pte lōgior, & vt verificat̄ equatio in rebus intrātibus sub definitione vna. & cū hoc sit ita, nō ois qualitas recipit minus & magis, neq; aliqd eorū, quæ rememoravimus, est verum ꝓprium qualitatis. G

Differētia decima. D. Sed proprietas quidem vera, q̄ non dicitur de alio ab ipsa, est simile & dissimile. H

Dīa vndecīa. D. Et nō est opus q̄ dubitet sup hoc sermone, & dicat̄ q̄ intentio, q̄ est hoc ad numerādū qualitates, & numerant̄ res multæ ex relatione, sicut habitus & dispō, q̄ numerant̄ in gñe huius p̄dicamēti, sunt intrātes in relatiōe, qa I

Derivata a qualitate.

Qualitates ī abstracto an recipiāt magis, & min'.

Soluit tacitā obiectione.

A habitus quidē est habitus alicuius, & similiter dispositio: quoniam quidem possibile est vt enumeretur hoc ex relatione scdm sua genera, & non scdm suas species: qm̄ scientia, quæ est genus grāmaticæ, & iudicatorum, dicitur in relatione ad scibum, sed grāmatica quidem non dicitur ad aliquid, & similiter iudicia nō dicuntur in relatione, nisi ex via sui generis. s. q̄ grammatica est scientia scitū, quæ est scientia syllabarum, & dictionum: & cum sint istæ species non ex relatione, si sint quidem ex qualitate, & ipsæ quidem fiunt species qualitatis propter hoc, si sint quidem ex qualitate, & ipsæ quidem fiunt species qualitatis propter tione, si sint quidem ex qualitate, & ipsæ quidem fiunt species qualitatis propter dicitur speciebus, quę sunt sub ea habere nomina ex eo q̄ sunt qualitates, sicut grā matica, & decreta: & non habere nomina ex eo q̄ sunt relationis, & nō est ion matica, & decreta: & non habere nomina ex eo q̄ sunt relationis, & nō est ion genera ipsarum. Et est manifestum q̄ genus ipsarum est ex qualitate: & illud est quia grammatica, & iudicia. s. vnaquæq; ipsarum fit existens ex hoc, q̄ scīē tia est qualitas: accidit autem generi ipsarum q̄ est scientia vt habeat nomen ex eo, q̄ est ex relatione, & non ex eo q̄ est qualitatis, in contrario eius est q̄ accidit speciebus, quę sunt sub ea habere nomina ex eo q̄ sunt qualitates, sicut grā

a.1. iustitia

Non est remotū q̄ unū ponat̄ in duobus prīis.

B Recipit autem agere, & pati, & contrarietatem, & magis, & minus. Calefacere enim est, quod est frigefacere, cō trarium est: & calefieri ei, quod est frigefieri: & delectari ei, quod est contristari: quare suscipiunt contrarietatem. Et magis, & minus: est enim calefacere & magis, & minus: & calefieri magis, & minus: & tristari magis, & minus. Suscipiunt igitur magis, & minus, agere, & pati: & de his igitur hęc dicta sint.

Commu. 1

Commu. 2

DIVISIO QVINTA.

Sermo de agere & pati. D.

IAmq; recipit agere & pati contrarium, & magis & minus: quoniam calefacere est contrarium ad infrigidari: & etiam infrigidatur est contrarium ad calefit, quoniam aliquem iam calefacit plus & minus, & delectatur contrarium ad contristatur, ergo erit hoc genus recipiens contrarietatem, & magis & minus: quoniam, cum sermo dicit, in aliquo calefit iam erit magis & minus: qm̄ aliquid iam calefacit plus & minus, & similiter tristatur magis & minus. D. hoc est sufficiens applicatio eius. s. quod dicimus de hoc p̄dicamēto in hoc loco.

C *De cæteris prædicamentis. Cap. XI.*

DIctum est autem & de eo, quod est Situm esse, in iis quę sunt ad aliquid, quod denominatiue à positionibus dicitur. De reliquis vero, id est, Quando, & Vbi, & Habere, propterea quòd manifesta sunt, nihil de his aliud dicitur, quam quę in principio dicta sunt: quòd habere quidem significat calceatum esse, armatum esse: vbi vero, vt in Lycio, in foro: & alia quęcunque de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus, quę proposuimus, sufficiunt dicta.

DIVISIO SEXTA.

Sermo de prędicamento positionis. D.

NAmq; rememoratæ sunt res habentes positionem in prædicamento relationis: dictumq; est, q̄ ipsæ sunt, quarum nomina deriuata sunt a prædicamēto relationis: sicut iacens, & appodians, quoniam accubitus & appoditio sunt ex prędicamento relationis, & accumberis & appodiaris huius ptę dicamē q̄. D. reliqua vero prędicamenta, quę numerauimus, sicut prędicamentum quā-

do,& prędicamentum vbi, & ꝓdicamentū habere, qđ dicit in eis manifestū est ex eo,qu' exemplificauimus in hoc libro prius, cum sint manifesta, sicut sermo noster ꝙ ipsum habere, significat habere,super calciamentum, & armatum:& sicut sermo noster. Sor. est in foro,& reliqua,quę exemplificantur in eis. Iste ergo sermo est in his generibus sufficiens secundum id, quod hic intenditur. D

De oppositis. Cap. XII.

5.me.t.c 16 DE oppositis quoties solent opponi dicendum est. Dicitur enim alterum alteri opponi quadrupliciter, aut vt ad aliquid,aut vt contraria, aut vt priuatio,& habitus,aut vt affirmatio, & negatio. Opponitur autem unumquodq; istorum vt sit figuratim dicere,tanquam ad aliquid quidem,vt duplū dimidio:tanquam contraria,vt malum bono:tanquam autem secundum priuationem,& habitum,vt cæcitas,& uisio:tanquam verò affirmatio,& negatio,Vt sedet,non sedet.

Definitio 1 Quæcunq; igitur vt ad aliquid opponuntur,ea ipsa,quæ sunt,oppositorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ipsa: vt duplum dimidii,hoc ipsum quod est,alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur.& disciplina disciplinato,tanquam ei,quod est ad aliquid,opponitur,& dicitur disciplina ipsum quod est disciplinati, & disciplinatum dicitur quod est oppositum ad disciplinam: disciplinatum enim aliquo dicitur,scilicet disciplina disciplinatum. Quæcunq; ergo opposita sunt tanquam ad aliquid,ea ipsa,quę sunt,oppositorum, vel alio quolibet modo adinuicem dicuntur. E

Conclusio 2 Illa vero,quæ opponūtur vt contraria,ea ipsa quidem,quæ sunt, nullo modo ad seinuicem dicuntur:contraria uerò sibi inuicem dicũtur. Neq; enim bonum, mali dicitur bonum, sed contrarium: nec album nigri album, sed contrarium: quare differunt abinuicem hæ oppositiones.

Definitio 2 Quęcunq; verò contrariorum talia sunt, in quibus nata sunt fieri, & de quibus prædicantur,necessarium sit alterum ipsorum inesse, F

Definitio 3 horum nihil est medium. Quorum uerò non est necessarium alterū inesse,horum omnino est aliquid medium: ut ęgritudo, & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri, & necessarium est alterum ipsorum inesse animalis corpori,uel ægritudinem,uel sanitatem. Et par quidem & impar de numero prædicantur: et necesse est horum alterum numero inesse,vel par,vel impar,& non est horum aliquod medium, neq; ægritudinis,& sanitatis,neq; imparis,neq parts. Quorum autem non est necessarium alterum inesse, eorum est aliquod medium: vt nigrum,& album in corpore nata sunt fieri,'& non est necessarium alterum eorum inesse corpori:non enim omne corpus uel album,vel nigrum est. Sed & praum,& studiosum prædicantur quidem de homine,& de aliis compluribus. non est autem necessarium alterum eorum inesse iis,de quibus prædicantur:non enim omnia aut praua,aut

studiosa sunt, sed est aliquid eorum medium, vt albi,& nigri fuscũ, & pallidum,& quicunq; alii colores: praui verò,& studiosi,quod neque praum, neq; studiosum est. In aliquibus igitur mediis posita sunt nomina: vt albi, & nigri fuscum,& pallidum,& quicunq; alii huiusmodi colores In aliquibus verò non est nomine facile medium assignare, vtriusq; verò extremorum negatione medium definitur:vt quod neque bonum, neque malum est, neque iustum, neque iniustũ, A

Priuatio uerò,& habitus dicuntur quidem circa idem aliquid: vt visio, & cæcitas circa oculum. Vniuersaliter autem dicere, est in quo natus est habitus fieri, circa hoc dicitur vtrunque eorum fieri. Priuari vero tunc dicimus unumquodque habitus susceptibilium, quando is,in quo natus est inesse,vel quando illud natum est habere, nullo modo insit. Edentulum enim dicimus, non quod non habet dentes:& cæcum,non quod non habet uisum: sed quòd nõ habet,quãdo natum est habere. Aliqua enim ex natiuitate neque dentes habent,neque visum:sed non dicuntur eadentula, neque cæca. Priuari verò,& habere habitum,non est priuatio,& habitus.Habitus enim uisus est, priuatio uerò cæcitas.Habere autem visum,non est uisus: nec cæcum esse,cæcitas.Priuatio enim quædam est cæcitas:cæcum vero esse priuari, non priuatio est.Amplius,Si idem esset cæcitas, & cęcum esse, vtraque de eodem prædicarentur: sed cæcus quidem dicitur homo,cæcitas verò homo nullo modo dicitur. Opponi quidem etiam ista uidentur, priuari scilicet, & habere habitum, quemadmodum priuatio,& habitus:idem enim modus est oppositionis:nam sicut cęcitas uisui opponitur, sic cęcum esse, & uisum habere opponũtur. Non est autem neque hoc,quod sub affirmatione, & negatione est, affirmatio, & negatio: affirmatio namque oratio affirmatiua est: & negatio,oratio negatiua:quod vero sub affirmatione,& negatione est, nulla est oratio. Dicuntur autem etiam hæc esse opposita adinuicem tanquam affirmatio, & negatio:nam & in his,modus oppositionis idem est. Sicut enim affirmatio ad negationem opponitur (vt quod sedet ei,quod non sedet) sic & res,quæ sub vtroque est opponitur, scilicet sedere aliquem,ad non sedere. Quoniam autem priuatio,& habitus non opponuntur ut ad aliquid manifestũ est. non.n. dicitur idipsum quod est oppositorum: visus enim non est cæcitatis uisus,nec ullo alio modo idipsum dicitur. Similiter aũt neq; cæcitas visionis cęcitas dicitur,sed priuatio quidẽ uisionis dicitur:cæcitas vero visionis nõ dr,neq; visus cæcitatis. Amplius,ad aliquid omnia ad cõuertentia dicũtur:quare si cæcitas eorũ, q̃ ad aliquid sunt,esset:vtiq; & conuerteretur ad illud,ad qđ dicitur, sed non cõuertitur:non.n.dicitur visus,cæcitatis visus. Quoniam aũt neq; vt contraria opponuntur, quæ secundũ priuationem & habitum dicuntur,ex his manifestum est: contrariorũ enim, quorum nihil est medium, necesse est in quibus fieri nata sunt,aut de quibus prædicari,alterum ipsorum inest

Definitio 4 5.me.t.c.27

Conclusio 2

Conclusio 3

C

Cõclusio 4

Conclusio 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper. Eorum enim nihil medium erat, quorum alterum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium erat: ut in languore, & ſanitate: & impari, atq; pari. Quorum uero aliquid medium eſt, nunquam neceſſe eſt omni ſuceptibili ineſſe alterum: neq; enim neceſſe eſt omne ſuſceptibile uel candidum, uel nigrum eſſe: neq; frigidum, uel calidum. Horum enim medium aliquid nihil eſſe prohibet: inſuper autem & eorum erat aliquid medium, quorum alterum ineſſe ſuſceptibili non neceſſarium erat, præter illa, quibus unum ineſt naturaliter, vt igni calidum eſſe, & niui candidum. In his enim determinatè neceſſarium alterum eſt ineſſe, & non alterutrum contingit: non enim poſsibile eſt, ignem frigidum eſſe: neq; niuem nigram: quare omni quidem ſuceptibili non neceſſarium eſt alterum ipſorum ineſſe, ſed ſolis, quibus natura vnũ ineſt, & his determinate vnum, non alterutrum contingit. In priuatione autem, & habitu, neutrum eorum, quæ dicta ſunt, uerum eſt: nõ enim ſemper alterum eorum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium eſt: quod enim nondum natum eſt habere uiſum, neq; cœcum, neque uiſum habens dicitur: quare non erunt hæc, vt ea contraria, quorum nihil eſt medium, ſed neque ut ea, quorum aliquid eſt medium: neceſſarium enim eſt aliquando omni ſuceptibili alterum eorũ ineſſe: quando.n. iam ad habendam uiſionem natum fuerit, tunc aut cœcum, aut habẽs uiſum dicetur. Et eorum non determinate alterum, ſed alterutrum cõtingit: non enim neceſſarium eſt uel cœcum, uel uiſum habens eſſe, ſed utrumuis contingit. In contrariis autem, quorũ aliquid medium eſt, nunquãm neceſſarium erit omni ſuſceptibili alterum ineſſe: ſed q buſdam, & his determinatè vnum, & non vtrũuis contingit. Vnde palam eſt, quod ſecundum neutrum modorum tanquam contraria oppo nuntur ea, quæ ſecundũ priuationem, & habitum opponuntur. Amplius: In contrariis quidem cùm ſit ſuſceptibile, adinuicem mutationem fieri poſsibile eſt, niſi alicui unum natura ineſt, vt igni calidum: etenim ſanum poſsibile eſt languere, et candidum nigrum fieri: & calidum frigidum: & ex ſtudioſo prauum, & ex prauo ſtudioſum fieri poſsibile eſt: prauus enim ad meliores exercitationes deductus, & doctrinas, etſi ad modicum aliquid proficiat, ut melior fiat: ſi certè ſemel quanuis modicum incrementum ſumpſerit, palam eſt quia aut perfecte mutabitur, aut ſatis multum incrementum ſumet: ſemper enim bene mobilior ad uirtutem fit, etiam, quodcunq; crementum ſumpſerit à principio, quare etiã neriſimile eſt, plenius eum ſumere incremẽtum: & hoc dum ſemper fit, perfecte in contrarium habitum reſtituetur, niſi forte tempore prohibeatur. Verùm in priuatione, & habitu impoſsibile eſt adinuicem mutationem fieri. ex habitu enim in priuationem mutatio fit: à priuatione uero in habitum impoſsibile eſt: neq; enim cæcus factus aliquis, rurſus uidit: neq; cùm caluus fuerit, rurſus comatus factus eſt: neq; cum fuerit edentulus, dentes ei iterũ orti ſunt. Quecunq; vero tanquam affirmatio, & negatio opponuntur, palam eſt, quia nullo prædictorum modo opponuntur: in ſolis.n. his neceſſarium eſt ſemper, hoc quidem eorum verum, illud autem falſum eſſe. Neque enim in contrariis, neceſſarium eſt ſemper alterum verum eſſe, alterum autem falſum: neque in iis, quę ad aliquid ſunt: neque in habitu, & priuatione: vt ſanitas, & languor cõtraria ſunt, & neutrum neque verum, neque falſum eſt. Similiter autem & duplum, & dimidium tanquam ad aliquid oppoſita ſunt: & non eſt eorum neutrum, neque verum, neque falſum, ſed neque ea, quę ſecundũ priuationẽ, & habitum dicuntur ſicut viſio, & cęcitas. Omnino autem eorum, quę ſecundum nullam dicuntur complexionem, nihil neque verum, neque falſum eſt: omnia autem, quę dicta ſunt, ſine complexione dicuntur. Veruntamen maximè tale hoc contingere videbitur in iis, quę ſecundum complexionem contraria dicuntur. Sanum namque eſſe Socratem, ad languere Socratem contrarium eſt. Sed neque in his neceſſarium ſemper alterum uerum eſſe, & alterum falſum: cùm enim Socrates ſit, aliud quidem verum, aliud autem falſum erit: cùm vero non ſit, ambo falſa ſunt: neq; enim languere, neq; ſanum eſſe verum eſt, cũ ipſe non ſit omnino Socrates. In priuatione uerò, & habitu, cum non ſit omnino, neutrum verum eſt: cum autem ſit, non ſemper alterum quidem verum erit, alterum autem falſum: habere nanque viſum Socratem, ei, quod eſt cæcum eſſe Socratem, opponitur, ſicut priuatio, & habitus: & cùm ſit, non neceſſarium eſt alterum uerum eſſe, uel falſum: cùm enim nondum ſit natus habere, vtraque falſa ſunt: & cùm non ſit omnino Socrates, ſimiliter quoque falſa ſunt vtraque, & viſum eum habere, & cæcum eum eſſe. In affirmatione verò, & negatione, ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, hoc quidem falſum erit, illud autem uerum. Languere nanque Socratem, & non languere Socratem, cum ipſe ſit, palam eſt quoniam alterum eorum uerum, alterum vero falſum eſt: & cum non ſit, ſimiliter. Languere etenim cum non ſit, falſum eſt: non languere autem, uerum. Quare in his ſolis proprium erit ſemper alterum eorum uerũ, alterum falſum eſſe, quæcunque tanquam affirmatio, & negatio opponuntur. Contrarium autem bono quidem ex neceſsitate malum eſt: hoc autem per ſingulorum inductionem palam eſt: ut ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas, ſimiliter autem & in aliis. Malo autem al quando quidem bonum eſt contrarium: aliquando malum. Defectui enim (cùm malum ſit) ſuperabundantia contraria eſt, cùm ſit etiam ipſa malum. Similiter autem & mediocritas cum utrique contraria ſit, bonum eſt. Sed in paucis quis tale hoc aſpiciet, in pluribus uerò ſemper malo bonum contrarium eſt. Amplius: Contrariorum non neceſſarium eſt ſi alterum ſit, & reliquum eſſe. Sanis nanque omnibus, ſanitas quidem erit: languor vero non. Simliter autem albis omnibus, albedo quidem erit, nigredo

Documentũ

Concluſio.

Comm. 1.

Comm. 2

Comm. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò non. Amplius, Si ei quod est Socratem sanum esse, Socratem languere contrarium est, non contingit, simul utraque eidem inesse: non utique continget cum alterum contrariorum sit, & reliquum esse: cum enim sit Socratem sanum esse, languere Socratem non erit. Palàm uero est, quia circa idem aut specie, aut genere nata sunt fieri. Languor namque & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri: albedo autem, & nigredo, simpliciter in corpore, iustitia uero, & iniustitia, in anima hominis. Necessàrium autem est omnia contraria vel in eodem genere esse, vel in contrariis generibus, vel ipsa genera esse: album enim, & nigrum in eodem genere sunt: color enim eorum genus est: iustitia uerò, & iniustitia in contrariis generibus: illius namque uirtus genus est, huius autem uitium: bonum verò, & malum non in genere sunt, sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

PARS TERTIA.

Sermo de oppositis.

ET illud, quod loquitur ex eis in hoc capitulo, comprehendatur vndecim differentijs. In prima numerat modos oppositorũ, & docet vnumquemq; ipsorum scdm viam exẽpli. In scda dat differentiã inter opposita scdm modum relationis, & opposita scdm viam contrariam. In tertia docet q̃ res contrarię sunt duarum specierum. In quarta docet naturam rerũ, quę opponuntur scdm modum priuationis & habitus, & docet in ea, q̃ res priuationis & habitus non sunt ipsa priuatio & habitus. & q̃ hęc opponuntur etiam, sicut opponuntur priuatio & habitus. In quinta docet q̃ res affirmationis & negationis non sunt enunciatio affirmatiua & negatiua, & q̃ ipsę opponuntur, sicut opponitur affirmatio & negatio. In sexta docet differentiã inter habitum & priuationem, & relatiua. In septima docet differentiam inter priuationem & habitum, & contrarias. In octaua docet differentiam inter affirmationẽ & negationem, & alia tria reliqua. s. priuationẽ & habitum, & relatiua, & contraria. & soluit in illa duo habitionem accidentem in contrarijs in differentia, quã dat in illo. In nona docet q̃ iam contrariatur vnum vni, & q̃ non contrariatur vnum duobus. In decima q̃ non sequitur in duobus contrarijs, cum inuenitur vnũ eorum q̃ inuenitur aliud, & hęc proprietas inuenitur in relatione. In vndecima docet q̃ omnia contraria, aut sunt in genere vno, aut generibus contrariis, aut ipsa eadem sunt duo genera contraria, non intrantia sub vno genere.

Differentia prima. d. Et oppositorum quatuor sunt modi, duo relatiua & duo contraria, & priuatio & habitus, & affirmatio & negatio. Et exemplum relatiuorum sunt duplum & dimidium: & exemplum contrariorum bonũ & malum. & exemplum priuationis & habitus, cęcitas & visus. & exemplum affirmationis & negationis. Sor. sedet & non sedet.

Differentia secunda. d. Et differentia inter relatiua & contraria est, q̃ vniuscuiusq; duorum relatiuorum quidditas dicitur in cõparatione ad suum compar, siue per seipsum, siue per quancunq; dictionem accidat ex dictionibus proportionum, sicut duplum, qd̃ dicitur in comparatione ad medium: sed contrariorũ nõ dicitur quidditas vnius, s. eorũ in relatione ad secundum, verum quidem dicitur q̃ quidditas vnius contrariorum contrariatur quidditati secundi, quoniam nõ dicitur bonum est malli, sed contrarium ei, neque album nigri. hi ergo duo modi oppositorum diuersificantur necessario.

Differentia tertia. d. Et illa contraria ab vno, quorum non euadit subiectum dispositum per ipsa duo, sunt contraria inter quę non est mediũ, sicut sanitas & ęgritudo, a quarum vna nõ euadit corpus aĝatum, & sicut par & impar, a quibus nõ euadit numerus, quin disponatur p vnum ipsorum. Et talia contrariorũ sunt,

A inter q̃ non est necesse mediũ: sed illa q̃dem, de quibus non est* vt inueniat vnũ contrariorum in subiecto ipsorũ, sunt contraria, inter quę est mediũ. V. g. albedo & nigredo inuentę in corpore, cum non sit necesse q̃ omne corpus coloratũ sit, aut albũ, aut nigrum, si iam euadit corpus ab ipsis ambobus, & est inter hos duos mediũ, pallidus, & viridis, & alij colores, qui sunt inter album & nigrum: & similiter laudabile, & vituperabile cum sit, non necesse est q̃ sit omnis res aut laudabilis, aut vituperabilis, & inuenitur medium inter eas, & est q̃ non est laudabilis, neq; vituperabilis. Et quibusdam rebus medijs inuenũtur nomina, sicut viride, & pallidum, & in quibusdam non est eis nomen, sed pronunciatur ei nomẽ medij per negationem extremorum, sicut est sermo noster non bonum neque malum, neque iustum neque iniustum. a. l. extrema nãq; ista cõtrariorũ sũt inter q̃ non est mẽm: sed illa de quib' non est necesse.

Differentia quarta. d. Et priuatio quidem, & habitus inueniuntur in re vna, & eadẽ. V. g. visus, & cęcitas inueniuntur quidem in oculo. Et hoc, quia priuatio nis diffinitio vniuersaliter est, qd̃ non habet subiectum habitũ, de cuius proprietate est q̃ habeat ipsum in tpe, de cuius proprietate est q̃ habeat absq; eo, q̃ possibile est inueniri ipm in eo tpe futuro, qñ quidem dicitur, edentulus, qui non habet dentes in tpe, de cuius proprietate est, vt sint ei dentes: & ẽt cęcus, qui non habet visum in tpe, de cuius proprietate est vt habeat visum: & ꝓpter illud nõ dicitur illud aĝalium, qd̃ nascitur nõ cũ dentibus, neq; cum visu, sicut catulus q̃

B sit edentulus, & cęcus. Et non est qd̃ priuatur habitu, & inuenitur in eo habitus, habitus & priuatio. V. g. quia visus est habitus, & cęcitas est eius priuatio, & nõ est hãs visum ipse visus, neq; cęcus ipsa cęcitas: nã, si esset subiectum visus & visus res vna, & subiectũ cęcitatis & cęcitas vna: verũ esset q̃ prędicaretur visus de vidente, & cęcitas de cęco, & diceretur cęcus est cęcitas, & videns est visus, sed quemadmodum priuatio & habitus opponuntur, similiter dispositi per ipsa opponuntur: quoniam, si cęcitas opponitur visui, & cęcus opponitur Videnti: & illud est, quia pars oppositionis in eis eũ eadem. Sicut cęcitas & visio opponũtur, sic & subiecta dispositi per illa,

Differentia quinta. d. Et sit non est res, q̃ affirmatur & negatur ipsa affirmatio & negatio: quia affirmatio est sermo affirmatiuus, & negatio sermo negatiuus: neq; est res, q̃ affirmatur aut negatur sermo, sed est dispositio, quã significat dictio simplex, aut potentia significatiua, cuius est vt significatio simplicis, & res, q̃ affirmatur & negatur, sunt etiam oppositę secũdum oppositionem affirmationis & negationis. V. g. quemadmodum opponuntur sermones nostri. Sor. edet. Sor. nõ sedet, similiter opponuntur sessio & non sessio.

Differentia sexta. d. Apparet q̃ opponuntur priuatio & habitus non scdm modum oppõnis relationum ex eo, q̃ res, quę opponũtur scdm viã habitus & priuationis, nõ dicũtur quidditas scdm vnius cuiusq; ipsorũ in cõparatione ad scdm, sicut dr̃ quidditas rerum, quę opponũtur scdm viã relationis: qñ non dicitur q̃

C visus est visus ad cęcitatẽ, neq; cęcitas cęcitas ad visum, sed dr̃ cęcitas visus. Et est etiam alia dr̃a, & est, quia inter oia duo relatiua, quemadmodũ dictũ est, reddit vnumquodq; ipsorũ duorum super cõpar suũ p reciprocationem: & res, q̃ opponunt scdm viã priuationis & habitus, nõ reddit vna earũ sup aliã p reciprocationẽ: & illud est, quia nõ est visus visus ad cęcitatẽ, neq; cęcitas cęcitas ad visum.

Differentia septima. d. Et apparet q̃ opposita scdm viam priuationis & habitus non sunt opposita scdm viã cõtrarietatis ex huiusmodi rebus: & illud est, quia oia duo opposita scdm viã contrarietatis, siue sint ex cõtrarijs immediatis: & modus taliũ cõtrariorũ appropriatur q̃ nõ euadit subiectũ dispositũ p ea ab vno amborum: sicut dicitur sanitas & ęgritudo, ab vna, quarũ nõ euadit corpus animalis, siue sint quidem ex cõtrarijs, inter quæ est medium: & appropriatur iste modus cõtrariorũ, q̃ iam euadit subiectum ab vnoquoq; amborum, cum non fuerit vnum duorũ inuentum ei per naturam: sicut calor inuentus in igne & frigiditas in niue, qui ignis non euacuatur a caliditate, neq; nix a frigiditate: & cum sit ita, nõ ergo euacuantur cõtraria mediata ab vna duarum rerum, siue q̃ inueniatur vnum duarũ rerũ subiecto stans. s. non separabile penitus, siue q̃ iam euacuetur subiectũ ab ipsis duobus. Sed in priuatione & habitu nõ inuenitur aliquid duarũ proprietatũ, q̃ inuenũtur modis contrariorũ: & illud est, qa oppositorum scdm Subiectum põt recipere cõtraria, nisi habeat alterum a natura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtſi priuationis habitus nõ ẽ neceſſe ſemp vt inueniat vnũ eorũ in recipiẽte, ſed D
eſt neceſſe hoc in tpe, de cuius proprietate eſt vt recipiẽs recipiat vnum duorũ. V.g. quia illud, de cuius proprietate eſt vt videat, iam euacuatur ab ambobus, ſicut catulus canis, quoniam non videtur, ꝙ ſit cęcus, neq; videns, & duorum contrariorum immediatorum non euacuatur ſubiectum ab vnoquoque in alio tempore, ergo non eſt priuatio & habitus ex contrariis immediatis, neque ex contrariis mediatis: & illud eſt, quia oportet * vt ſit vnum duorum oppoſitorũ ſecundum viam priuationis & habitus in ſuo ſubiecto in tempore, de cuius proprietate eſt vt inueniatur ei habitus, & non inuenitur in modo contrariorum mediatorum, quorum vnum non inuenitur ſemper in ſubiecto vt iam euadat ſubiectum ab utroque ipſorum. Neque etiam eſt poſibile vt dicamus in priuatione & habitu ꝙ ſint ex eis, inter quę eſt medium: ſed vnum eorum inuenitur ſubiecto ſemper, qñ non inuenitur habitus & priuatio vnum. ſ. eorum ſemper ſubiecto. & cum hoc ſit ita, tam igitur manifeſtum eſt ꝙ oppoſita, ſecundum modũ priuationis & habitus, non ſunt vnum oppoſitorum modorum ſecundum viam contrariorum. tamq; differt hic modus priuationis, quem deſcripſimus ab oppoſitis ſecundum modum contrarietatis: qñ contrariorum poſibile eſt ꝙ cadat tranſmutatio ab vnoquoque eorum ad compar ſuum, illorum. ſ. quorum vnum non inerit ſubiecto per naturam, & ſemper ſicut caliditas igni. & illud eſt, quia album iam fuit nigrum, & nigrum iam fuit album, & homo bonus non eſt poſibile ꝙ ſit malus, & malus iam eſt poſibile ꝙ fiat bonus: & illud eſt, cum tranſfertur, ſicut dicit Ariſto. ad ſocietatem illius, qui eſt ſecundum doctrinas bonas, & mores honorabiles: quoniam ſocietas virtuoſa iam dirigit hominem in viam bonam, & ſi ſit directio parua: & cum incipit in motu ad virtutem, quanto magis elongatur tempus in eo, alleuiatur motus ipſe: ergo aut ſequetur ex virtute quantitatem magnam, aut aſſequetur ex ea perfectionem, niſi impediat eum tempus: ſed iſtuſmodi quidem priuationis & habitus complem. tum tranſmutatur ad priuationem, non autem eſt poſibile vt tranſmutetur priuatio in habitum, cum dixerimus in diffinitione abſque eo ꝙ ſit poſibile inuentio in futuro: quoniam cęcus non eſt poſibile ꝙ ſit videns, neque caluus habens comam.

Differentia octaua d. Et manifeſtum eſt ꝙ ea, quæ opponuntur ſecundum modum affirmationis & negationis nõ ſunt vnius modorum oppoſitorum trium: qñ affirmationi & negationi appropriatur præter alia, ꝙ opus eſt neceſſario ꝙ vtra earum ſit vera & alia falſa: & hoc non ſequitur aliquod aliorum. V.g. in contrariis. ſ. in ſanitate, & ægritudine non dicitur. ſ. in vna ipſarum ꝙ ſit vera neq; falſa, & ſimiliter eſt diſpoſitio in oppoſitis ſecundum viam relationis ſicut duplo & dimidio: & in illis, quæ ſunt ſecundum viam habitus & priuationis, ſicut in cęcitate & viſu, & vniuerſaliter cum ſint hæc tria quidem ſuper quibus E
ſignificatur per dictionem ſimplicem, aut per illud, cuius potentia ſignificationis eſt potentia dictionis ſimplicis, non diſponitur aliquid eorum per verum neque falſum. Sermo enim noſter, alias non eſt verus neq; falſus, donec cõponamus ipſum cum alio, & dicamus homo eſt animal, vel homo non eſt animal: ſed iam putatur in oppoſitis ſecundum modum contrarietatis, & priuationis & habitus, ꝙ communicent affirmationi & negationi, cum dicatur de aliis a ſe. ſ. cum ſignificetur ſuper ipſa per verbum compoſitum compoſitione enuntiationis, ſicut dicimus in contrariis. Sor. eſt ęger. Sor. eſt ſanus, illi duo ſermones ſunt contrarij & ſicut ſermo noſter. Pla. eſt cęcus, & Pla. eſt videns. verum differentia inter hos duos ſermones, & inter affirmationem & negationem eſt, ꝙ eorum, quæ opponuntur hoc modo ſecundum viam contrarietatis, non erit vnum ipſorum ſemper verum aut falſum, niſi cum erit ſubiectum diſpoſitum per vnum ipſorum exiſtens. V.g. quia ſermo noſter. Sor. eſt ęger. Sor. eſt ſanus, erit quidẽ vnus verus, reliquus vero falſus, cum erit Sor. exiſtens, ſed cum non fuerit exiſtens, erunt ambo ſimul falſi. Sed eorum, quę opponuntur ſecundum viam priuationis & habitus, ſicut ſermo noſter. Pla. eſt cęcus. Pla. eſt videns. erit quidẽ vnus ipſorum ſemper verus, & alius falſus, duabus conditionibus, quarum vna eſt, ꝙ ſit Pla. exiſtens, & ſit in tempore, de cuius proprietate eſt vt inueniatur ei viſus:

ad quia priuationi oportet.

a.l. ſequitur ꝙ ſe ex virtute.

Quãdo contrariũ erunt vera, aut falſa.

A ſus: qñ, ſi nõ erit exiſtens, falſificat in eo ꝙ ſit vidẽs & ꝙ ſit cęcus, & ſimiliter falſificatur ipſa dictio in tempore, in quo inuenitur in matrice: ſed affirmationis quidem aut negationis ſemper erit vera. ſ. vna ipſarum & altera falſa, ſi ſit ſubiectũ aut non, quia ſermo nr Sor. eſt ęger. Sor. nõ eſt ęger. de neceſſitate erit verus. ſ. vnus ipſorũ, alter falſus, ſiue ſit Sor. exiſtens, aut priuatus exiſtentia: hac ergo proprietate differunt oppoſita ſecundum viam affirmationis & negationis ab alijs enuntiationibus compoſitis ex oppoſitis.

Differentia nona d. Et malum neceſſario contrariũ eſt bono: & hoc eſt manifeſtum per inductionem particularium boni & mali, quta ſanitas contraria eſt ęgritudini, & iuſtitia contraria eſt iniuſtitiæ, & timiditas fortitudini, & ſimiliter in alijs reliquis: verum quidem contrariũ malo aliquando ſunt duo, quorum vnum eſt bonum, aliud eſt malum, quoniã timiditas quidem, quæ eſt malũ, contraria eſt audatiæ, quæ eſt malum. & fortitudo, quę eſt bonũ, contraria eſt ambobus ſimul: & hæc eſt diſpoſitio bonorum mediorum inter extrema, quæ ſunt malum, niſi quia hoc quidem inuenitur in hoc genere in paucis rebus, ſed ſecundum plurimũ bonum nempe eſt contrarium malo. Bonũ cõtrarium malo.

Differentia decima d. Et ex eo ꝙ appropriatur duobus contrarijs eſt, quoniã non eſt opus neceſſario cum eſt vnum amborum inuentum, ꝙ ſit aliud inuentũ: quoniam, ſi animal vniuerſaliter eſt ſanum, non eſt ægritudo inuenta: & ſi ſunt
B omnes res albæ, nigredo non eſt inuenta. & etiam cum eſt Sor. ęger, non ſequitur ꝙ ſit Pla. ſanus, neque eſt poſibile ꝙ ſit Sor. ſanus & ęger ſimul. Dixit. De proprietate omniũ duorum contrariorũ eſt, ꝙ ſint in vno ſubiecto ſicut ſanitas & ægritudo inuentæ in corpore animalis, & albedo & nigredo in corpore abſolute, & iuſtitia & credulitas inuentæ in anima hominis.

Differentia vndecima d. Et omnia quidem contraria aut ſunt in vno genere ſicut albũ & nigrũ, quorũ genus propinquum eſt color, aut ſunt in generibus contrarijs, ſicut iuſtitia & iniuſtitia, genus nanque iuſtitię eſt virtus, & genus iniuſtitiæ eſt vitium, quæ duo ſunt contraria: aut ſunt ipſa eadẽ genera contraria, non habentia genus ſupra ſe, vt bonum & malũ, vult ꝙ vnũ amborũ eſt in vno prędicamento, & aliud in prædicamẽto alio: quando autem ambo ſunt in Prædicamẽto vno, eſt prædicamentum genus amborum.

De modis priorit. Cap. XIII.

C PRIVS autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem, & maxime proprie ſecundum tempus, ſecundum quod, ſcilicet antiquius alterum altero, & vetuſtius dicitur. In eo enim quòd tẽpus amplius eſt, & antiquius, & vetuſtius dicitur. Secundo autem, quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtendi cõſequentiam: vt vnum duobus prius eſt: duobus enim exiſtentibus, mox vnum eſſe conſequens eſt: vno vero exiſtente, duo eſſe non neceſſariũ eſt: quare nõ conuertitur ab vno cõſequentia, vt reliquum ſit. Prius autem illud eſſe videtur, a quo nõ conuertitur eius quod eſt eſſe conſequentia. Tertio vero, ſecundũ ordinem quendam prius dicitur, quemadmodum & in diſciplinis, & in orationibus: nã in demõſtratiuis diſciplinis eſt prius, & poſterius ordine: elementa enim in geometria priora ſunt ordine iis, quæ deſcribuntur. Sed & in grammatica, elementa ſyllabis priora ſunt: & in orationibus ſimiliter procemium narratione prius ordine eſt. Amplius, præter ea, quæ dicta ſunt quod melius, & honorabilius eſt, prius natura eſſe videtur. Conſueuerunt etiam multi honorabi- 5. met. te. c. 16. primus modus.

liores,& magis dilectos a se,priores apud se dicere. Est quidem & pene alienissimus priorum hic modus. Modi igitur,qui dicti sunt de priore,fere hi sunt. Videtur autem præter eos, qui dicti sunt, alter esse prioris modus. Eorum enim,quæ conuertuntur secundum essentiæ consequentiam:quod alteri quomodolibet causa est,digne prius natura dici possit:quoniam vero quædam sunt huiusmodi,palã est, Esse nanque hominem,secundum essentiæ consequentiam ad veram de se conuertitur orationem. Nam si homo est, vera est oratio, qua dicitur,quia homo est:& si vera est oratio,quã dicimus ꝙ homo est: etiam conuertetur. Nam si vera est oratio,qua dicimus ꝙ homo est: est homo. Et vera quidem oratio, nequaquam causa est,vt sit res,veruntamen res quodammodo causa videtur,vt sit vera oratio:eo enim quòd res est,aut non est,vera oratio,aut falsa dicitur. Quare secundum quinque modos,prius alterum altero dicatur.

Idē in pñtis cap. de substãtia. & 9. met. c. 21.

SERMO DE PRIORE.

ET dicitur ꝙ res præcedit rem quadrupliciter. Primo quidē, & famosiꝰ dr prius in tẽpore,quemadmodum dicimus ꝙ hoc est antiquius & senius illo. Et secundo prius natura, & illud est, vt cũ inuenitur posterius, inuenitur illud, & cum aufertur ipsum aufertur posterius, neque conuertitur in essentia. ſ. ꝙ cũ inuenitur prius, inuenitur posterius, sed cũ tollitur prius, tollitur & posterius. & non cũ tollitur posterius, tollit prius: sicut præcedit vnũ duo, qm, cũ est vnũ inuentũ, non est opus inuenire duo:& omne,quod inuenitur per inuentionem alterius rei, neq; inuenitur illa res alia per inuentionẽ illius, scitum est ꝙ de ipso dr ꝙ est prius eo. Tertio vero prius ordine, sicut dr in scientijs, & in artibus definitiones,& descriptiones, quas pręponunt geometrę figuris, sunt priores ordine doctrinæ eo,ꝙ volũt demõstrare in eis:& in grãmatica sciẽtia literarũ, & elementorũ prior præcedit ad doctrinam grammaticę: & similiter prologus in rhetorica præcedit narrationem intentã in rhetorica. Et quarto prius in dignitate,& complemento,& perfectione: quoniam de nobiliori creditur ꝙ sit prius minus nobili:& propter hoc inuenimus hanc assertionem cõmunẽ: cũ hoc ꝙ iste modus prioris est nobilior reliquis eiusdem, D. & sustinetur ꝙ sit suma modorum,quibus dicitur prius secundũ primã cogitationem quatuor modi. Verũ est & alius modus modorũ priorũ, & est prius ex eo, ꝙ est causa alicuius,qđ convertitur et secundũ consequentiã inuẽtionis. ſ. quia illud, quod inuenit ꝙ est causa enũtiationis posterioris,inuenit posterius. & cũ inuenitur posterius inuenitur prius. V. g. quia inuentio hominis prędcdit credulitatẽ in eo,ꝙ ipse est inuẽtus,& cũ inuenit homo inuenitur in eo credulitas,& cũ inuenit hęc credulitas inuenitur homo, & homo est cã in inuentione huius credulitatis, & non credulitas in essentia hois:& illud est, quia cã veritatis & falsitatis i sermone quidẽ est inuẽtio rei,quæ disponit per vnũ oppositorũ extra animã,& cũ sit iste modus prioris alius,dicet ergo prius quinque modis.

a 2.l. applicatio. Dicit Arist. in textu, est quidẽ & penę alienissimus priorũ hic modus. Auer,aũt dicit hic, ꝙ est nobilior,nisi intelligat,id est, famosior quã ola quę tractãtur,ab Arist. i pñtis sint famosa, vt ipsemet Auerr. in c. de Ad aliqd differ. 7. & alibi sæpe. 5. ph. t. c. 22. primus modus.

De modis simul. *Cap.* XIIII.

SIMVL aũt dicuntur simpliciter quidẽ, & propriissime,quorũ generatio in eodem est tẽpore: neutrũ enim eorũ neque prius,neque posterius est. Simul itaque secundũ tempus hæc dicuntur. Natura autem simul sunt, quæcunque conuertũtur quidem secundum eius qđ est esse cõsequentiam,sed nequaquam alterũ alteri causa est vt sit: Vt in

duplo,& dimidio, conuertuntur etenim hæc: nam cum duplum sit, dimidium est: & cum dimidium sit, duplum est: sed neutrum alteri causa est,vt sic. Dicuntur autem simul natura, & quæ ex eodem genere ediuerso ab inuicem diuiduntur. Ediuerso autem diuidi abinuicem dicuntur,quæ secundum eandem sunt diuisionem: vt volatile, gressibile,& aquatile. Hæc enim abinuicem ediuerso diuiduntur, quæ ex eodem genere sunt. Animal nanque diuiditur in hæc, volatile,gressibile,& aquatile: & nihil horum prius, vel posterius est, sed simul hęc natura esse videntur. Diuiditur autem & singulum horũ in species rursus: vt volatile animal,aliud gressibile, aliud aquatile. Erunt ergo & illa simul natura,quæcunque ex eodem genere secundum eandem sunt diuisionem. Genera vero speciebus semper priora sunt,neque enim conuertuntur secundum eius quod est esse consequentiam: Vt cum quidem aquatile sit,animal est:cum vero sit animal,non necesse est vt aquatile sit. Simul ergo natura dicuntur,quecunque quidem conuertuntur secundum eius quod est esse consequentiam,sed nequaquam alterum alteri vt sit,causa est:& ea,quę ex eodem genere ediuerso diuiduntur abinuicem, & simpliciter simul sunt,quorum generatio in eodem est tempore.

SERMO DE SIMVLD.

ET SIMVL dicitur duobus modis. Et manifestior modus est, simul dictũ absolute in eis,quorũ est generatio in eadẽ ipe:qm, cum non sit vnũ eorũ prius secũdo in tpe,dicitur in eis ꝙ sint simul in tẽpore. Et secundo, quæ dicuntur simul per naturã,& hęc sunt duobus modis. Primus quorũ sunt res, quę conuertuntur secundũ cõsequentiam inuẽtionis. ſ. cũ inuenitur vnum eorũ, inuentur aliud preter hoc,ꝙ sit vnũ ipsorum causa inuentionis alterius sibi cõparis: sicut duplũ & dimidium nam: cũ inuenitur duplum, & dimidium,& cum inuenitur dimidiũ,& duplũ: & non est vnum amborum causa alterius. Et modus secundus est species diuisiua generis vnius. ſ. quibus diuiditur genus diuisione prima sicut volatile,natatile,& gressibile: istæ enim species sunt diuisiuę animalis, quod genus est ipsarum, & neque præcedit vna ipsarum suam cõparem,neque posterius fit,& propter hoc iam dicitur in similibus his, ꝙ sunt simul per naturam. Itaque possibile est in vnaquaque harum specierũ diuisiuarum,ꝙ diuidatur etiam in species alias,& erunt etiam illę simul natura, sicut diuisio gressibilis in bipes,& in quadrupes,& multipes,& in id, quod non habet pedẽ. Sed gña quidẽ harũ specierũ prfora sunt ipsis prioritate nature: & illud est, qa nõ cõuertunt in inuẽtione: qm, cũ inuenit natatile, inuenit aial, sed cũ inuenit aial, nõ sequit ꝙ sit natatile inuẽtũ. Illa ergo, q dr simul p naturã, sunt, sicut diximus, duobus modis: quorũ vnus est res, quę cõuertunt scdm cõsequentiã inuẽtionis vnius ipsorũ a secũdo, pter hoc ꝙ sit vnũ ipsorũ cã secũdi: & secũdus est spẽs, q sunt diuisiuę generis. ſ. quarũ vnaquęq; est equalis cõpari suo, sed quę dr simul absolute sunt illa, quorũ generatio est in tempore vno.

De speciebus motus. *Cap.* XV.

MOTVS autem species sunt sex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, secundum locum mutatio. Alii itaq; motus palã est quia abinuicem diuersi sunt: non enim est generatio, corruptio, neq; augmentũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

xi. me. ca. 8. 3. ph. te. c. 5. & 5. ph. tex. com. 7.


Dubium. Solutio.

diminutio, neq; secundum locum mutatio: similiter autem & alii. In alteratione verò habet quandam dubitationem, ne sit fortè necessarium id, quod alteratur, per aliquam reliquarum motionum alterari. Hoc autem non verum est. nam secundum omnes penè passiones, aut complures accidit nos alterari, nulla aliarum communicante motionum: nam neq; augeri necessarium est, quod per passionem mouetur, neq; diminui: similiter autem & in alijs. Quare alia præter alios motus erit alteratio: nam si esset eadem, oporteret id, quod alteratur, mox & augeri, vel minui, vel quandam aliarū motionum sequi. sed non necesse est. Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret: sed sunt quædam, quæ augmentantur, quæ non alterantur: vt quadratum gnomone circumpositio creuit quidem: alteratum verò nihil factum est. Sic & in alijs huiusmodi: quare alii motus sunt abinuicem. Est autem simpliciter motui quidem quies contrarium: eius verò, quę per singula sunt, & singula: generationi quidem corruptio, augmentato verò diminutio, secundum locum mutationi, secundum locum quies maximè videtur oppositum esse, & fortè in contrarium loci mutatio: vt ei, quæ inferius est, ea quæ superius est: & ei, quæ superius est, ea quæ inferius est. Reliquo verò assignatorum motuum, non facilè est assignare quid fortè est contrarium. Videtur autem nihil esse ei contrarium, nisi quis & in hoc secundum qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis, mutationem: sicut & in mutatione secundum locum, quietem secundum locum, aut in contrarium locum mutationem. Est enim & alteratio mutatio secundum qualitatem, quapropter opponitur mutationi secundum qualitatem, quies secundum qualitatem, aut in contrarium qualitatis mutatio: vt album fieri ad id, quod nigrum est fieri. Alteratur enim in contraria, qualitatis mutatione facta.

5. ph. t. c. 53.

5. ph. t. c. 46 In hoc, in reliquo motu, scilicet alteratione.

Quadrati accretio gnomone circumpositio.



SERMO DE MOTV.

ET species motus sunt sex, generatio, & oppositū eius, s. corruptio, & augmentum, & eius oppositū, s. diminutio, & alteratio, & mutatio secundū locū, & est, quod in lingua nostra nominatur, trāslatio. Et omnes hæ species sex manifestum est ex re ipsa, q̄ sunt diuersæ, vna scilicet ab alia, præter alterationem: quoniam non putat aliquis q̄ generatio sit corruptio, neque augmentum diminutio, neque translatio aliqua ipsarum. In alteratione vero iam putatur q̄ ipsa, & reliqui motus, quos numerauimus, sint vnum. Et alteratio quidem est inuenta in omnibus generibus qualitatum quatuor, quæ connumerauimus, aut pluribus ipsorum

Vide 7. ph. t. c. 41. vsq; ad 20.

& non communicat ei aliquis reliquorum motuum, & non sequitur eam: quoniam quod mouetur in vnaquaque qualitatum, non est necesse q̄ augmentetur, neque diminuatur, & similiter in reliquis. necesse est ergo q̄ sit motus alterationis præter vnumquenque reliquorum motuum: quoniā, si esset ipsa, & aliquis motuum, res vnaquæ ipsa esset, quam consequeretur aliquis motuum: iā esset necesse q̄ id, quod alteratur, iam augmentatum, aut diminutum, aut motum per motum alium ex modis motus fuerit: & non inuenitur res ita: & esset etiam conuersum huius consequens: & est, quia id, quod augmentatur, aut mouetur motu alio, iam alteraretur, & non est res ita: quoniam quadratum, cum ei adiungitur in arte geometriæ id, per quod renouatur superficies nominata gnomo, iam creuit, & non renouatur in eo alteratio, & similiter reliquum, quod currit hoc cursu: necesse est ergo ex hoc, q̄ sint isti motus, qui sunt numerati hic, diuisi vnus scilicet ab altero. Et ista disputatio cooperta hic est rhetorica: quoniam nomen augmenti non dicitur de hac intentione nisi transumptiue, at secundum veritatem omne, quod augmentatur, iam alteratur, & similiter omne, quod generatur: sed id, quod non sequitur vt alteretur, est motum in loco: verum hoc totum est non manifestum in hoc loco, & propter hoc declinauit a sufficientia in hoc, cum non sit eius intentio, vt ostendat aliquid nisi q̄ alteratio est præter reliquos motus. D. Et motui absolute, qui est genus, contrariatur quies absolute, quæ est genus etiam rebus quiescentibus: & motibus particularibus contrariantur quietes particulares ex motibus particularibus, sicut motui locali contraria est quies in loco, sicut generationi contraria est corruptio, & augmentationi diminutio, & similiter apparet q̄ motui in loco contrarius est motus in loco, ex parte contrarietatis loci, ad quem erit motus. V. g. quia motus sursum contrarius est motui deorsum, cum sit sursum contrarium deorsum: sed motui residuo ex motibus vt est alteratio, non est leue inuenire contrarium, & ex parte quietis, & ex parte motus * sed conuenit̄s est vt cogitetur q̄ non est ei contrarium, nisi ponat ponens in hac, q̄ quies opposita ei sit quies in qualitate. Et motui, qui est in qualitate contrarius est motus, qui est in contraria qualitate: sicut enim qualitati contrariæ est qualitas, sic ponitur oppositum motui in loco quies in loco, aut motus ad contrarium illius loci, ad quem est motus alius, V. g. quia mutatio ad nigredinem contraria est mutationi ad albedinem, & ad quietem in albedine.

Secundū veritatē oī, qđ augmentat, alteratur: & omne, qđ generatur simiter alterat.

* a. l. cōtrarium nō ex parte quietis neq; ex pte motus.

De modis habere. *Cap. XVI.*

C HABERE secundū plures modos dicitur. Aut enim vt secundum habitum, & dispositionem, aut aliā aliquā qualitatem: dicimur enim disciplinam aliquam, atque virtutem habere. Aut vt quantitatem, quod ei, qui magnitudinem habet, contingit: dicitur enim tricubitam habere magnitudinem, vel quadricubitam. Aut ea, quæ circa corpus sunt, vt vestimentum, vel tunicam: aut vt in parte, vt in manu anulū. Aut vt partem, vt pedem, vel manum. Aut vt in vase, vt modius grana tritici, aut lagena vinū. vinū n. habere lagena dicitur, & modius grana tritici. Hęc enim omnia habere dicuntur: vt in vase. Aut vt possessionem. habere enim domum, & agrum dicimus. Dicitur etiam & vir vxorem habere: & vxor virum. Sed qui nunc dictus est modus, alienissimus est eius, quod est habere: nihil. n. aliud vxorem habere significamus, quā q̄ cohabitant. Forte tamē & alii quidā, eius quod est habere, apparebunt modi, sed qui dici consueuerunt, pene omnes numerati sunt.

5. me. t. c. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERMO DE HABERE.

D

ET HABERE dicitur sex modis: quorum vnus est secundum vſum habitus & diſpoſitionis, quia nos dicimus ꝙ habemus ſcientiam, & virtutem. Et ſecundus eſt ſecundum vſum quantitatis: quoniam dicitur ꝙ habemus menſuram longitudinis alicuius rei. Et tertius ſecundum id, quod comprehendit corpus, vel partes ipſius, ſicut annulus in digito, & ſotularis in pede. & iſta intentio appropriata eſt prædicamento habere ſecundum expoſitores. Quartus ſecundum proportionem partis ad totum, ſicut ſermo noſter habere digitum, & habere pedem. Et quintus currit ſecundum conſuetudinem græcorum in vſu ipſius, * & eſt proportio rei ad vas, in quo eſt, ſicut frumenti ad vas, & vini ad lagenam: quia currit conſuetudo eorum, vt dicant ꝙ lagena habet vinum, & modius frumentum. Et ſextus ſecundum vſum paſſionis, ſicut ſermo noſter habere pecuniam, & habere vxorem, & habere domum. Diuiſi quia hæc intentio ex intentionibus habere, eſt longior iſtis modis ſecundum quos dicitur habere, quia ſermo noſter habere vxorem non ſignificat plus, ꝙ appropinquare. D. & forte apparebit in ſermone noſtro habere, intentio alia præter has, quas numerauimus: ſed intentiones famoſæ huius dictionis hæ ſunt, quas numeraſſe uimus: & ſunt ſecundum iſtam compilationem ſufficientes.

* a. l. antiquorū in cō poſitione ipſius.

Vide Gilbert. porretā. in libr. ſex princ. ca. 8.

E

Prædicamentorum Ariſtotelis.

FINIS.

GILBERTI PORRETANI ARISTOTELICI LIBER SEX PRINCIPIORVM.

SVMMA LIBRI.

F

De forma, de Actione, Paſsione, Quando, vbi, Poſitione, Habitu, & de eo, ꝙ eſt ſuſcipere magis & minus.

De forma. Cap. 1.

FORMA EST POSITIONI CONtingens, ſimplici & inuariabili eſſentiæ conſiſtens. Compoſitio etenim non eſt, quoniam a natura compoſitionis ſeiungitur. Compoſitio enim alteri vnaquæque adueniens, maiorem ſe coniunctam efficit quodammodo. In formæ

A autem hoc commune non eſt: nam in eo quod corpus album eſt, non dicitur magis aut minus ſeipſo non albo: nec ſi non album intelligatur, deſtructio compoſitionis vel minoratio aliqua facta eſt, ſed alteratio ſolum. Quoniam autem fortaſſe in aliis idem contingit proferri, additum conuenienter exiſtimo, inuariabili eſſentiæ conſiſtens. In anima enim alteratio contrarietatis inuenitur, vt triſtitiæ, & gaudii. Sed quoniam (vt aiunt quidam) ſimplicitati, nulli vero variationi ſubiecta eſt, vt ea, quæ eſt anima mundi, diſſocians hanc ab omnibus, addidi compoſitioni contingens. Erit itaque terminus formæ dicta definitio. Neque enim ſuperflua neque diminuta, ſiquis ſubtiliter inueſtigauerit reperietur. Habet autem dubitationem ex præcedentibus, vtrum aliqua forma variabilis ſit: hoc autem videtur in pluribus. nam eadem oratio ſuſceptiua veri & falſi eſt, & albedo claritatis & obſcuritatis. & oratio eius quod eſt in re, & non eſt. ſed non eſt ita. nam nihil differt albedinem claram dicere, quam ſuſcipiens clarum dicere. Non eſt autem oratio eadem ſuſceptiua contrariorum, nec oratio eius quæ in re eſt & non eſt, ſed orationes notæ ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum, de his autem dictum eſt alibi. Subſtantiale vero eſt, quod confert eſſe ex quadam compoſitione compoſitioni, vt in pluribus, quod impoſſibile eſt de eſſe rei, vt ratio & ſenſus: ſine horum ſimilia: vt continuum & diſcretum. Hoc vero erit vt materia, & illud vt forma, vt corpus, quod eſt hominis materia, anima vero forma. Erit itaque ſubſtantiale in corpus, homo, & ratio. hæc autem in his quæ de cathegoriis dicta ſunt, expedita ſunt. Videtur autem forma, quædam a natura eſſe, quædam vero ab actu: ratio enim a natura eſt, color vero & paſsio quædam in actu conſiſtunt. In quibuſdam autem dubitatio eſt, vtrum a natura, an ab actu incipiant eſſe, vt in figura inciſionis. nam nihil additionis fit, ſed ſeparatio quædam partium. Dico autem figuram eſſe a natura. ſentiri vero ab actu, ſed quæ coniunctionis eſt ab actu eſt, vt domus. Manifeſtum autem de

B

C

his. ſed in his, quæ in pluribus ſunt, palam non eſt. Nam ea, quæ in pluribus ſunt, in actione eſſe impoſſibile eſt: a natura autem non videtur fieri, quoniam ex quæ a natura ſunt, a creatura præexiſtente ſumunt principium, palam vero eſt creaturam non eſſe. nihil enim rationis omnino, quare hæ creaturæ ſint, poterit explicari. Natura igitur in his occulte operatur: nam, ſicut ex plurium partium coniunctione conſtitutio quædam primorum excedens quantitatem efficitur, ſic ex ſingularium diſcretione vnum quoddam intelligitur, eorum excedens prædicationem. Quapropter communitas omnis naturalis eſt, quia a ſingularitate procedit, quæ creationi adæquatur. Subtiliter autem etiam ſpeculantes, ſicut naturam in actionibus operari latenter inuenimus, ſic creaturarum creatorem in natura, ex actu, qui numero naturam ſtabiliuit. Sed hæc hactenus. alterius enim conſiderationis ſunt. Formarum vero alia quidem eſt in ſubiecto & de ſubiecto dicitur: vt ſcientia in ſubiecto quidem eſt, vt in anima, & de ſubiecto quidem di-

Dubitatio. An omnis forma ſit inuariabilis.

1. periher. c. 1.

Formarū diuiſio.

Vide ſupra. prædic. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur,vt de grãmatica. quædã autem in subiecto est,de subiecto autem nullo dicitur,vt albedo Socratis.quædam vero neque in subiecto est,neq; de subiecto dicitur,vt humanitas Socr.& Plato.* similiter autem & in his, quæcunq; formarum sunt individuæ. Quædam vero dicuntur de subiecto,& in subiecto nullo sunt,vt rationale morale. Eorum vero,quæ in subiecto sunt, & quæ de subiecto non sunt dicibilia alia quidem sensibilia sunt, alia insensibilia. Sensibile vero est,quod sensu comprehenditur,vt albedo,color,sonus,sapor,percussio,dulcedo. Insensibilia,quæ ratione comprehenduntur,vt doctrina disciplina. simpliciter autem nihil eorum,quæ de subiecto dicuntur sensibilia sunt. Manifestum est autem ex his quæ proposita sunt,quoniam quædam sunt sita alicubi, vt nigredo in oculo.quædam vero difficile est assignare,vt scientia, paternitas, filiatio:nisi forte in componentium & generantium complexione: singulorum autem quæ dicta sunt in complexionis eius quæ in voce est, notatio est, hoc vero subsistens erit vel contingens. Eorum vero, quæ contingunt existenti, singulum aut extrinsecus adiunit,aut intra substantiam consideratur simpliciter:vt linea,superficies,corpus. Ea vero,quæ extrinsecus contingunt,* aut actus,aut pati,aut esse alicubi,aut dispositio,aut in mora,aut habere necessario erunt. Sed de his,quæ subsistunt,& quæ non solum in quo existunt,exigunt, in eo,qui de ea thegoriis libro inscribitur,disputatum est, de reliquis vero continuo agamus.

* a.l.nõ habet (quędã vero, neq; i subiecto est, neq; d subiecto dr:vt humanitas Socr. & Pla.)

* a.l. in vocis coplexione significat

* a.l.accidẽtia expetũt.

De actione. Cap. II.

ACTIO vero est,secundum quam in id quod subiicitur, agere dicimur,vt secans quis in eo quòd secet,secans dicitur. Est autem alia quidem animæ,alia vero corporis. Differunt autem, quoniam ea,quæ corporis est, mouens est necessario illud in quo est:idem enim quòd corpus agens est,& mobile est. Actio autem animæ non id mouet in quo est,sed coniunctum:anima autem dum agit, immobilis est:mouet enim corpus:anima autem permanet immutabilis. quoniam anima nec secundum locum mouetur,nec secundum quenquam aliorum motuum nisi secundum alterationem,non in suscipiendo crementum,neque decrementum mouetur,neque diminuendo,neque ad oppositum locum transeundo. locus enim corpus est: anima vero non est corpus. Impossibile est autem non corpus corpore moueri,quia nullam loci suscipit mutationem. Solum vero corpus, eo quòd de loco ad locum transit,mouetur. Hoc autem in quibusdam dubitabile apparebit. speculo enim permanente immobili,imaginis motus fieri videtur ad oppositi mutationem. Impossibile ergo erit soluere,concesso quòd ibi forma existat vere. Si vero non est incredibilis error,in vulgo putabitur,licet sit conuenientius. Scire autem oportet, quoniam omne,quod in motu est, in actione est: moueri enim actio est:si quid enim mouetur,agit necessario. Omnis ergo actio in motu est:omnisq; motus in actione firmabitur. Proprium igitur actionis est in motu esse,sicut proprium motus in actione:& in his quidem actionibus,in quibus est generatio alicuius,talis est. De his vero,quæ corrumpuntur,forsasse obiicietur: nam qui desinit in motu est,nihil autem facere videtur:nam nihil efficitur,sed quod factũ

Anima sola alteratione mouetur, de qua.3.de an. t.c.6.

Omnis actio est in motu. idem habẽt Auer.3.phy si.3.

est destruitur. Dico autem actionem,non quid,sed in quid agat exigere. Non est autem motus actio,sed quale:quiescere enim quale est. Quare & motus quidem quale erit. Simpliciter autem quæcunque contrariorum oppositionem suscipiut, eiusdem suscipiunt generis prædicationem. Naturalis vero actionis proprietas est passionem ex se in id,quod subiicitur,inferre. Omnis enim actio passionis est effectiua:& omnem passionem inferens actio est. Cõtingit autem actionem actio ne effici. Actio enim eius,quod per se mouetur,eius actionis, quæ per aliud mouetur,generatiua est. Actio enim ab animali illata,ab ea quæ est animalis,principium sumit. Nihil autem interest siue agere,siue pati, animalis eius quod ab animali agere est,principium dicatur. Et sic actus quidem est primordiale principium,pati:vero permixtum:quamobrem actionis, passionisque actus est generatiuus. Facere vero id,quod quale est,ex se gignit. Qualitas,quæ calor est,eam efficit,quæ calefacere est,actionem:quantitatum vero particularium positio effectrix est,& qualitatum. Asperitas enim, & similia qualia sunt. Lineæ vero, & superficies,& soliditates quantitates sunt,vniuersa enim hæc a situ subsistiam,& generationem habent. Quantitas autem quantitatis,vt longitudinis linea,latitudinis planum,altitudinis solidum corpus. Qualitatis vero qualitas, vt calor caliditatis. Situs autem agere & pati. In dispositionis namque compositione quædam generatio simplicium fit, quæ in motiua actione consistere necesse est. Quando vero tempus. Vbi vero locus. Habere autem corpus. ea enim, quæ circa corpus sunt,habere dicuntur. Eorum vero,quæ in subiecto non sunt,individuorum,corruptio quidem est in primis,generatio autem in his,quæ mox post primorum constitutionem consistunt. Eorum vero, quæ de ipsis prædicatæ sunt, ea a quibus omnino generaliter nulla est prædicatio, vt omnes quidem homines eius hominis,qui communis est, & vniuersalis. Recipit autem facere & pati contrarietatem,& magis & minus. Secare enim ad plantare contrarium est:& urere ad humidum facere & calefieri magis & minus dicitur,& infrigidari, & siccari,& humidum fieri,tristari,& gaudere magis & minus dicitur.

De passione. Cap. III.

PASSIO est effectus, illatioq; actionis, secundum quam hæc quidem patiuntur magis,illa vero minime,secundum quòd quædam animantiora sunt aliis,vt animantius quidem brutum est arbore,animantius vero irrationali rationale. Omnia vero, quæ de generatione dicta sunt,eadem dici possunt de ea,quæ in rebus est,passione,quadam autem prolatione non recta,sed mutatione. Est autem pati eorum,quæ multipliciter dicuntur,animæ enim actionum vnaquæq; passio dicitur,quæ quidem sub actione locauimus:vt amor,odium,tristitia,& gaudere. quæ omnia qualitates passibiles,actiones animæ appellamus. Dicitur quoque passio,quòd in naturam agit:vt morbus,febris,ægritudines,& reliqua quæ qualia,tria principia actionis generatio,dicta sunt. Passio vero, vt dictum est, prima est generatio actionis. Non est autem in agente passio, sed in eo in quod agitur,& operantis actum suscipit. percutiens enim pati non dicitur, sed mate-

Universidad de Deusto
Biblioteca

via actum suscipientes: ex vero, quæ nunc relinquuntur in eo, qui est de generatione libro, tractantur: & de passione hæc sufficiant.

De quando. Cap. IIII.

QVANDO vero est, quod ex adiacentia temporis relinquitur. Tempus vero quando non est, utrinsq; aut ratio coniuncta est, ut tempus quidé præteritum quando non est, esse eius aut eius, & affectio, secundū quam dicitur aliquid fuisse, quādo est. Instans autem quando non est, sed secundum quod aliquid æquale, vel inæquale est: eius autem affectio, secundum quam aliquid dicitur in instanti esse, quando est. futurum similiter tempus quando non est, sed id quod futurum est, quoniam contingere necesse est, secundum quòd aliquid dicitur futurum esse cras, vel in aliquo tempore. Est igitur quando aliud ex eo quòd abiit, aliud ex eo quòd inftat, aliud vero ex eo quod necesse est contingere. Dictum est in categoriis ꝓteritū & futurum esse quantitates, & quod magis est continuans ad ꝓsens. De præterito quidé dictū est hoc, non q̄ in substantia permaneat, sed quoniā in excessu suo nondū præteriit. De futuro aūt, quoniam necesse est contingere, q̄ tantū est ac si inftaret: nulla enim differentia est in eo q̄ permanet, & q̄ futurum est, & q̄ nunc abiit. Quamobre & de futuris agit, & secundum ea aliquid dr̄, & nuncupatione existentiū sortiuntur, ut sol oriet cras, cras erit nauale bellū, heri obiit sortes, & aliquid dr̄ secundum tempus id quod futurū est, de eo qui nasceī futurum, aut necessario de eo quod est, ut callias dū sputabit cras vel non disputabit cras: disputabit enim futuram actionem significat, nihil aūt inde est, q̄ in substantia adhuc sit. Deberet enim quādo ab eo quod est ubi, quoniam in quocunq; tempus est vel fuit vel erit, in eo quidé quādo est vel fuit vel erit, q̄ sedm idem tempus dr̄: quando enim quod existenti est, cū ipso instanti est, & simul in eodē sunt: quando uero ex eo quod abiit & quod futurū est, nunq̄ simul erunt: ubi uero & locus, a quo est, uel sit, nūquam simul in eodē, ubi aūt in circumscriptione est, locus aūt in cōplectente. Differt aūt quādo, quod ex præterito est, ab eo q̄ ex futuro procedit: quoniā quando quod ex futuro præteri o posterius est, quod uero ex præterito est prius futuro. Quando aūt unū & idem, primum quidem ex futuro est, sedm ex præsenti, posterius uero ex præterito, quemadmodum tempus quidé primum, quidem nunc est futurum, posteā uero præsens, deinde præteritū. Sicut aūt & tepus, aliud quidem compositum est, aliud uero simplex. Est aūt compositum, quod in cōposita actione cōsistit: simplex uero, q̄ quod cum simplici procedit. Et ita quando, aliud simplex, aliud cōpositum, simplex quidem, ut in momento, & nunc esse, cōpositum aūt, ut in hora, die, hebdomada, & similibus. Amplius, quemadmodum temporis partes sine mora succedent, similiter & partes quando: quādo quippe præteritū & futurum ad præsens copulatiue reducuntur. Differt aūt & tempus ab eo q̄ quando: quoniā sedm tempus aliquid est mensurabile ut motus annus quis, & motus multus dicit, eo quòd multo tempore permanet. At uero secundum quando nihil mensuratur, sed aliquando dicitur esse, & secundum idem temporale & uariabile pronunciat.

A *Inest aūt quando non suscipere magis & minus. Non enim dies uel diurnus magis & minus die uel diurno dicitur, nec unūquodq; diurnius alio: sic & de aliis. quare omni quando ineſt non dici secundum magis & minus. Amplius quando nihil est contrarium, etenim quando ex præsenti est unum & idem quando de futuro & præterito. Impossibile est autem duas de eodem prædicari indiuiduo cōtrarietates. Amplius autem contraria nunquam in eodem erunt insimul: quando autem, quod secundū præsens præteritum & futurum, insimul erit in eodē. Idem nanq; quod est fuisse uerum est esse & permansurum. Contrariorum uero ratio est nunquam in eodem simul consistere, neq. de indiuiduo eodem dici, & in eodem tempore. Quare contrarietas in eo, quod quando est, & non enuntiabitur. Est autem quando in omni eo, quod incipit esse: ut corpus quidem uniuersum ali quando est & in tempore: suscipit enim temporum alterationes. Alteratur enim corpus in æstu, uere, hyeme, & autumno. Similiter autem & animalia acutius quædam in hyeme, quædam in æstate, quædam in uere speculantur secūdum instrumenti complexionem. Anima enim coniunctā corpori imitatur complexiones ipsius, ut qui aridæ uel gelidæ compaginationis dementiores seipsis in autumno fiunt sæpe, quibus uero sanguis principatur in uere. Similiter autem & in aliis secundum similitudinem complexionis animalium & temporum. erit igitur in tempore, quicquid temporis suscipiens uariationes alteratur secundum tempus. Huiusmodi uero sunt quæ dicta sunt. de pancis autem, aut de nullis aliis conuenientius erit proferre.*

Quæ sunt propria qñ.

Vide in lib. de physiono mia Arist.

De vbi. Cap. V.

VBI uero est circumscriptio corporis, a circūscriptione loci proueniens. Locus autem in eo, quod capit, est & circumscribit. Est ergo in loco quicquid a loco circumscribitur, & complectitur: non est autem in eodem locus et ubi. locus autem in eo quod capit, ubi uero in eo quod circumscribitur, & complectitur. Videtur autē non in omni adesse. anima enim nusquam est, nullum enim locum occupat, neque implet: animatum nanque aliud capere potest. Numquam autem contingere palam est occupatum quidem aliquo locum capere aliud, & complecti posse occupante permanente: Granum enim modio aduenienti retineri non posset, aere quo implebatur quiescente. aere enim expulso granum utique recipitur. Nequaquā igitur duo in eodem loco esse simul possunt, nec idem unum in diuersis. Quamobrem nec anima quidem localis erit, eum locum nullatenus occupet. Similiter autem & quæcunque a corporis ratione differentium, loci carent circumscriptione. Monet autem quis quæstionem fortasse idem in diuersis & pluribus concludens, etenim uox in auribus diuersorum est: uox autem & si aer non sit, esse non potuit, & in auribus diuersorum est Quare dicitur & corpus idem esse in diuersis locis: uox n. omnino una & eadem in diuersis quidem aeris partibus esse non potest. Concedentibus itaqua nobis unam & eandem uocem omnino in auribus diuersorum sentiri, utique & confiteri oportet omnino unam particulam aeris ad aures diuersorum peruenire, simpliciter autem unum & idem

Quæcunque corpore carēt loco nullatenus circumscribuntur.

in pluribus totum impossibile est inuenire. Quamobrem etiam concedere cogimur, uel diuersum quidem in auribus diuersorum sentiri, uel unum & idem omnino in pluribus locis, relinquitur igitur diuersum sensum esse imaginabiliter se generantium & similiter: quare & uox quædam non animalis est. ea enim quæ imaginabiliter fit, similiter animalis non est, quoniam ab animali non profertur. Adhuc autem dicimus omnem uocem animalis esse. Quis enim uocem, ab initio audiuit, in silentio quidem simpliciter nisi animalium? Quare uox quidem animalis dicitur, quæcunque quidem ab ipso proferente sit. unius ergo uox ad aures diuersorum dirigitur, una autem & eadem non contingens est. Vbi autem, aliud quidem simplex, aliud uero compositionum. Simplex quidem, quod a simplici loco procedit. compositum autem, quod ex composito. Locus aiut simplex est origo & constitutio eius quod est continuorum. Locus aũt, ut dictum est quidẽ, compositus habet particulas copulatas ad eundem terminum, ad quem particulæ corporis copulentur, corporis uero partes iuxta punctum: loci ergo particulæ solidorum particulas claudunt. etenim loca simplicia corporis minima occupatiua sunt. Quare nec locus sine corpore, nec soliditas sine loco erit. Contentio aũt de sphæræ extremitate oritur, nihil enim extra ipsam est. In ea aũt locus esse non poterit, ut dictum est a superioribus, quod ab eo quidẽ loco ambitur: consistentibus ergo nobis sphæram localem esse, cõsisteri utiq; necesse est, aliud quidem præter eã, in quo extremitatis locus existat: nihil aũt præter ipsam est, quare extremitas quidem in loco non est: de huiusmodi aũt insolitum & occultum est pronuntiare, & contra sensibilia. Caret aũt ubi intensione et remissione. non enim dr alterum altero magis in loco esse uel minus, licet etiam maiorem uel minorem locum possideat: non aũt secundum ubi, uel secundum quantitatem aliquam est magis & minus, sed secundum id, quod quale est. Inest autẽ ubi nihil esse contrarium: eo quòd nec loco quidem inest contrarietas: locus enim loco non est contrarius: quoniam autem nec aliis manifestum est sursum enim et deorsum esse contraria pluribus uidẽtur: multum enim distare uidetur id quod sursum est ad id quod deorsum est, quemadmodum sursum & deorsum. quare cõtrarietas uidetur ubi circa sursum esse & deorsum, quemadmodum circa locorum quantitates: contingit autem contraria in eodem esse. sursum enim & deorsum esse in eodem sunt, idem enim sursum & deorsum est ad diuersa quidẽ sumptum: nam turris altitudo sursum est ad nos, sphæræ autem extremitati comparata inferior est. Amplius contrarium sibimet quidam idem fore contingit, si enim sursum esse & inferius esse contraria sunt, cum idem sursum & deorsum sit, colligitur idem sibimet contrarium fieri, non ergo contrarietas ulla in eo, quod in loco est.

De positione. Cap. VI.

POSITIO est quædam partium situs, & generationis ordinatio, secundum quam dicuntur stantia uel sedentia, uel aspera, uel lenia, uel quolibet aliter dispositа sedere autẽ & iacere positiones nõ sunt, sed denominatiue ab his dicta sunt. Solet aũt quæstio induci de curuo et recto, aspe-

A ro et leni quadrãgulo et triãgulo, bicubito et tricubito, magno et paruo, breui et longo, & similibus: quandam enim positionem partium significare uidentur: asperum enim dicitur, cuius partium una alteri supereminet. Leue quidem dicitur, cuius particulæ æqualiter porrectæ sunt, similiter autem & de aliis. Non sunt autem positiones ea quæ dicta sunt omnia, sed qualia circa situm existentia: ex eo namque quòd partes si sunt dispositæ ex eo talia sensibus indicantur, non autem ex eo quòd talia, scilicet & asperæ & lenia, uel bicubita, uel tricubitæ sunt: similiter autem & de aliis huiusmodi quæ partium habent positionem. Erit igitur unumquodque prædictorum non positio, sed quale quod circa positionem nascitur. Suscipere autem uidetur situs contrarietates, nam sedere ad id quod stare contrarium esse uidetur: contraria enim sunt, quæ in eodem individuo, eodemque tempore impossibile ea reperiri: uicissim tamen possibilia in esse. Sedens autem illico stare potest, & stans sedere. Quocunque autem sedente, impossibile est eundem stare. Ponentibus autem nobis hæc contraria esse, inconuenientia recipere cogimur hoc quòd unum sit contrarium pluribus: secundum enim dictorum consequentiam non magis sedere ad id, quod est stare
B contrarium est, quam ad accumbere. Similiter autem & quemadmodum sedere & stare nunquam in eodem simul reperiuntur, ita & accumbere & sedere & stare: secundum igitur huiusmodi dispositiones situi nulla contrarietas inest. Fortasse autem nec insolitum quidem putabitur unum pluribus esse contrarium, pallor etenim ad album & nigrum contrarium esse uidebitur, nam sub eodem genere cum sint, nunquam simul inueniuntur, & uicissim transmutantur. Relinquitur ergo unum pluribus esse aduersum non est autem pallidum ad nigrum uel album contrarium: etenim cum utroque in eodem est, pallidum enim & colores reliqui ex albo & nigro conficiuntur, necessarium ergo in quocunque pallidum est in omni eo esse album & nigrum, similiter autem & de cæteris quidem coloribus. Amplius autem contrariorum quidem ratio est circa idem naturæ existere. sedere enim & iacere non circa idem natura sunt semẽtia. Est enim sedere proprie circa rationalia, iacere uero & accumbere circa diuersa. Huius autem signum est equi & hominis similitudo, quibus sine dubio accubitus esse probatur. Proprium autem positionis, neque magis, neque minus dici. Sedere autem non magis positio est quam accumbere, neque minus neque sedens alterum altero magis & minus dicitur, neque accumbens, neque uniuersaliter secundum aliam positionem. Magis autem proprium uidetur esse positionis, substantiæ proxime assistere, omnibus quidem aliis formis suppositis. Positio autem nihil aliud est quam naturalis ipsius substantiæ ordinatio, qualis uel a principio quidem innata est ut ea, quæ asperis & lenibus, æqualibus & inæqualibus inest, uel a naturali quidem motu consueto, ut sessio & accubitus & similia. Quicquid igitur proxime substãtiæ est assistens id necessario positio est, & omnis quidem positionis huius ratio suscipit prædicationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De habitu. Cap. V II.

HABITVS est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt adiacentia: secundum quam hæc quidem habere, illa uero dicuntur haberi: hæc aũt non secundum totum dicuntur, sed secundum particularem diuisionẽ: ut armatum esse, calciatum esse. his autẽ neq; simplicia nõia imposita sunt, quibus ea appellantur, sed sunt eis posita armatio, calceatio, horum aũt secundum proportionem & reliqui. Suscipit aũt habitus magis & minus: armatior enim est eques pedite: dicitur & calceatior qui calceamentis & caligis utitur, quam qui solis calceamentis uel caligis utitur. In quibusdam autem non uidetur quòd cum magis & minus prædicantur: ut nestitum esse, & similia. Habitui quoq; nihil est contrarium: etenim armatio calceationi non est contraria, idem etenim armatus & calceatus, quoniam autem aliis contrarium non esse palam est, similiter autem his & reliqua. Proprium quidem habitus est in pluribus existere, ut in corpore, & in his quæ circa corpus sunt existentia. adiacet enim corpori, & his quæ circa corpus sunt, hoc autem, ut dictum est, sit secundum eam quæ est in partibus diuisionem. In paucis autem aliis principiit huiusmodi inuenies: in quantitate enim solum, & in his quæ ad aliquid sunt similia reperies: ad aliquid autem, ut figuraliter dicatur, ut similitudo & dissimilitudo, quæ insunt pluribus similibus & dissimilibus: quantitas autem ut numerus qui in numerabilibus inest, utique semper crescens secundum unitatum multiplicium ascensionem. simpliciter autem nihil inuenies tot distribui partibus ut numerum, non autem omnis quantitas aut relatio talium est. Habitus autem omnis in pluribus necessario existit, ut in corpore & in his, quæ circa corpus sunt. Omne igitur, quod in corpore & circa corpus est existens, habitus nomen sortitur. Quare magis proprium quidem habitus erit in corpore, & circa corpus existentibus, secundum eam quæ partium est diuisionem, ut in pluribus existere. Dicitur autem habere multis modis. habere enim dicitur alterationem ut albedinem, & nigredinem: quantitatem, ut longitudinem. nihil enim aliud est dicere albedinem aut longitudinem habere, quam album aut longum esse. Dicitur etiam uas aliquid habere, ut modius triticum quod nihil aliud est habere quàm continere. Habere quoque in membro dicimur, ut in digito annulum: quod tantundem est dicere, quantum est digitum in annulo esse. Dicitur uir uxorem habere, & recipere uxor uirum. hic autem insolitus est habendi modus, quo uir habetur uel haberi dicatur, hoc autem habere nihil aliud est quam cohabitare.

Epilogus. Quare modi habendi, qui dici consueuerunt, quinario numero terminantur. Fortassis quidem essent alii modi habendi præter hos qui dicti sunt: sed si qui sunt, diligens inquisitor inueniat, & quidem de principiis hæc dicta sufficiant. Reliqua uero in eo, quod de analyticis est, quærantur volumine.

De eo, quòd est suscipere magis & minus. Cap. V III.

DICITVR autem magis & minus suscipere tripliciter. Aiunt enim quidam secundum crementum uel diminutionẽ eorum, quæ suscipiunt subiectorũ. Aliter aũt & alii ipsa quidem, quæ suscipiuntur in suscipiente diminui & crescere annuntiant: Alii aũt secundum utrunq; amborum diminutionẽ & augmentationem. A primis itaq; inchoantes, quæ eorum rata sit, ac firma sententia manifestabo. Si quis uero primum et secundæ destruxerit, utiq; & tertiã destruit, quæ ex utraq; conficitur coniunctione. Non ergo sẽm suscipientium ipsorũ crementum uel decrementum, eis magis uel minus aliqua dicuntur. Nulla.n ratio obuiatret dicenti hominem & animal & substantiam, & cætera consimilia: cum magis & minus dici, concedentibus nobis sẽm subiecti intensionem & remissionem quælibet cũ magis & minus dici. Amplius aũt equus quidem & augmenti & diminutionis motum frequẽter sustinet. dr enim equus minor uel maior lapide quodam, qui nunquam intensionem & remissionem passus est, mons etiã alio monte maior dr, cum neuter crescat uel decrescat. Amplius aũt margarita albior quidem equo dicit, eui pedem album contingit habere. hoc aũt non est, quia equus quidẽ in essentia a margarita superatur. colligere igitur oportet uel margaritam quidẽ albiorem equo pronuntiari, sẽm magnitudinẽ subiecti uel paruitatem, uel non uerum albiorem equo margaritam esse, uel nihil omnino magis uel minus dici sẽm subiectorum magnitudinẽ uel paruitatem, neq; sẽm cremẽtum uel diminutionem. Hoc autẽ palam est, quod secundum magnitudinem subiecti, margarita albior equo nõ dr. tamen margaritam albiorẽ equo esse nõ falsum est. Relinquitur ergo nihil sẽm magnitudinẽ subiecti amplius uel minus dici, similiter aũt neq; sẽm paruitatem. Amplius aũt neq; secundum ea quæ insunt. Si.n sẽm magnitudinem albedinis uel alicuius cæterorum dr aliquid albius aliquo, uel sẽm paruitatem minus albũ, uel quolibet aliter: utiq; & magis albus equus, uel homo uel quodlibet aliud albius margarita dicetur. & n. maior albedis quantitas equo accidit q̃ margaritæ. Amplius autẽ magis & minus alterum altero dicitur, non secundum subiecti neq; crementum accedentis. Quoniam aũt non secundum subiecti crementum uel magnitudine aliud paruius alio dicãt, manifestũ est. neq; ergo sẽm ipsius accidentis ampliorẽ q̃titatem: etenim quantitas ultra subiectũ protendi non pot, quoniã terminus quantitatis est corpus. Paruitas aũt quantitati supponit, quare ultra paruum quidẽ subiectũ paruitas ipsa non porrigit. Quanto igitur subiectũ paruius efficitur, tanto parulus quantitas minuetur. Patet itaq; nihil sẽm magis & minus prædicari, neq; sẽm subiecti solã augmentum uel diminutionem, neq; sẽm accidentis: quare neq; secundum utrũq;. Oportet igitur ab alia eam inuenire, quæ ei magis & minus dicantur. Hæc uero sunt ex q̃ sunt in uoce eorũ q̃ aduenunt, ei non sẽm subiecti uel mobilis crementũ uel diminutionẽ. Sed quoniam eorum, quæ sunt in uoce impositioni propinquiora sunt, siue ab eadem remotiora sint, de his etenim eum magis dicuntur quæ proximiora sunt ei q̃m ipsa uoce est impõni, eũ minus aũt de his q̃ remotiora consistunt: ut albũ dr illud, in quo pura albedo est, quanto igi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ad vocis impositionẽ accedens puriori inficitur albedine tanto & candidior assignabit. Et parvum quidẽ dr, q, aliis cõparatũ staturæ diminutione & quãtitate vicit. Quicquid igitur est quod in quantitatis mensura superatur, id continuo parvum pronuntiatur, similiter aũt de aliis. Dubitabit aũt aliquis, quare hæc quidẽ cũ magis & minus dicantur, substantiæ vero minime: hoc aũt contingit, quoniã substantiarũ impositio quidem in termino est, vltra quem transgredi impossibile est. Additur aũt & de accedentibus quibusdã q̃ sine magis & minus dicunt, vt quadrangulus & triangulus & similia. non enim triangulus magis vnus altero dr. Contingit aũt, quoniam in substantiarum quidem designatione accipitur. Etenim quadrangulus quantitas nuncupatur & corpus quadrangulum, vel eadẽ, q̃ in superioribus est ratio, hic vetat. quoniam hmõi impositio in termino facta est vltra quẽ transgredi non licet, quemadmodũ in superlatiuis. etenim albissimus vel nigerrimus & hmõi sine amplius sunt, & minus, eo q̃ hmõi iusmodi impositio in termino est, vltra quem porrigi impossibile est, et citra permanere possibile enim si contingit nullum sequitur impossibile, qua propter si ees punctli cõponantur nullam faciunt magnitudinẽ. quoniam punctus punctlo additus nihil auget. Est aũt generatio simplex & corruptio non congregatione nec segregatione athomorũ, sed quando transmutatur ex aere specificato in hoc totum. In subiecto enim duo sunt, quorũ hæc quidẽ est species scdm rationẽ, hæc aũt secundum materiam, quando igitur in his duobus est transmutatio generatio & corruptio erit simpliciter scdm veritatẽ. Dicitur aũt simpliciter generari in his magis hoc aliquid & species q̃ terra musicus homo corruptus est homo immusicus generatus est, homo mater ide: siquidem in his passio non esset. secundum se musica & immusica, his quidẽ generatio esset. his aũt corruptio. Ideo hominis quidẽ hæ passiones, hominis aũt musici & immusici generatio quædam et corruptio. Nunc aũt est hominis hæc passio manentis musica et immusica. ideoq; alteratio talis est. Est aũt yle maxime quidem subiectum generationis & corruptionis, proprie susceptibile. Sed quare discens non dicitur generari simpliciter, sed quod generari disciplinatũ. hæc determinata sunt in prædicamentis. hæc aũt hoc aliquid significans et substantiã, hoc aũt quale, hæc aũt quantũ. Quæcunq; igitur non substantiam significant, non dicuntur simpliciter sed scdm aliquid generari. Est autem cui ineſt secundum naturam moueri, vt ignis.

Libri sex principiorum finis.

DE DIVISIONE LIB. PERIHER.

LIBRVM Perihermenias Græci in quatuor partiũtur sectiones. Boethius in prima editione in duos, in secunda vero in sex libros. Latini posteriores in primum & secundum librum. Auerroes autem in quatuor differentias. Nos in libros, differentias, & ad faciliorem intelligentiam, etiam in capita diuisimus.

Aristotelis

ARISTOTELIS
STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS PERIHERMINIAS LIBER PRIMVS.

BOETIO SEVERINO INTERPRETE, Cum Auerrois Cordubensis expositione.

Summa libri secundum Auer.

Primus liber Perihermenias continet. Primam differentiam, & partem secundæ.
In prima a cap. 1. vsq; ad 5. differt de partibus enunciationis, & de ipsa enunciatione.
In 2.a cap. 5. vsq; ad finem de oppositione, & veritate, & falsitate enunciationis in quacunq; temporis differentia.

De notis, & q. verum & falsum in intellectu, & in voce reperitur. Cap. 1.

PRimum oportet constituere quid sit Nomẽ, & quid verbum, postea quid est Negatio, & Affirmatio, & Enunciatio, & Oratio. Sunt ergo ea, quæ sunt in voce, earũ, quæ sunt in anima, passionum notæ: & ea, quæ scribuntur, eorum, quæ sunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem voces. Quarum autem hæ primum notæ sunt, eædem omnibus passiones animæ sunt: & quarum hæ similitudines, res etiam eędem. De his vero dictum est in iis, qui sunt de anima: alterius enim est negotii. Est autem, quemadmodum in anima, aliquando quidem intellectus sine vero, vel falso: aliquando autem cui iam necesse est horum alterum inesse: sic etiam in voce. Circa compositionem enim, & diuisionem est verum, & falsum. Nomina igitur ipsa, & verba consimilia sunt ei, qui sine compositione, & diuisione est, intellectui. Vt homo, vel album, quando nõ aliquid additur: neque enim falsum, neq; verum adhuc est. Signum autem huius est: hircocerus enim aliquid significat: sed nondum verum aliquid, vel falsum, si non vel esse, vel non esse addatur, vel simpliciter, vel secundum tempus.

Positio 1
Sectio prima secundum Græcos.
Positio 2
3. de an. t. c. 39.
Positio 3
Circa cõpõnem, & diuisionem est verũ, & falsum.

Auer. super lib. perihermenias Expositio.

DIFFERENTIA PRIMA.

ET oportet vt dicamus primo quid est nomen, & quid est verbum. Deinde dicemus post hęc quid affirmatio, & negatio, & vltr quid est enunciatio, & oratio, & dictio, q̃ sunt genera affirmationis, & negationis. Dicemus ergo q. dictiones, quibus rõcinatur, significant primo intentiones, quæ sunt in anima: & literæ, quæ scribuntur, significant primo verba: & quemadmodum literæ scri

Hęc particula (dictio) in tex. Ari. nõ reperitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptæ,s.scriptura non est vna & eadem omnibus gentibus,similiter verba, & dictiones,ex quibus explicantur intentiones, non sunt vna & eadem apud omnes gentes,& propter hoc est significatio horū ad placitū per concordiam, non per naturam:sed intentiones,quæ sunt in anima,quæ sunt exempla, & significationes,sunt vnę & eędem omnibus : quemadmodum & res inuentæ, quarum intentiones,quæ sunt in anima,sunt exemplā & significationes, & ipsæ,s.res sunt vnæ & inuentæ per naturam omnibus.Dictio autem in modo, & maneric significationis intentionū, quæ sunt in anima super res inuentas extra animam,est alterius fatæ ab hac,itaq; locutus est de eo in libro de anima. Et verba assimilantur intentionibus intellectis,in eo,q̄ quemadmodum res multotiens est intellecta prę ter q̄ disponatur per veritatem aut falsitatem: similiter & verbū multotiens est scitū præter q̄ disponatur per veritatem,aut per falsitatem : & quēad modum multotiens est intellectū ex te dispositū per veritatem & falsitatem,similiter verbum erit scitū dispositū per verū & falsum . Verum nanq; & falsum sequuntur intentiones intellectas,& verba significantia ipsas , cū componuntur adinuicem,aut diuidūntur abinuicem: sed cum accipiunt ut separata,non significant verum neq; falsum.Et nomen & uerbum assimilantur intentionibus simplicibus, quæ non sunt veræ neq; falsæ,& sunt illæ, quæ inueniuntur prætet diuisionem,& compōnem.v.g.Sermo noster hō,& albus:qm̄, cum non coniungit eis,est,adhuc neq; verū neq; falsum signant,sed signant rē,cui innuit prætet quod disponatur res illa per verum aut falsum.& pp hoc sermo noster hircocerus,& anchagariabach nō dispōnit p verū neq; falsum,dū non cōiungitur cū eo sermo noster,inuenitur aut non inuenitur,aut absolute,aut in tpe , & dicatur hircocerus inuentus,aut hircocerus non inuentus , aut hircocerus inuenitur, aut non inuenitur.

3. de an. tex. com. 21.

De nomine. *Cap.* II.

NOmen igitur est uox significatiua secundū placitum sine tempore:cuius nulla pars significatiua est,separata. In nomine enim , qđ est equiferus, ferus nihil per se significat, quemadmodum in oratione,quæ est equus ferus . At vero non quemadmodum in simplicibus nominibus,sic se habet in cōpositis.In illis enim nullo modo pars significatiua est: in his autem uidetur quidem, sed nullius est,separata,ut in eo quod est equiferus, hoc,quod est ferus. Secundum placitum vero,quoniam natura, no minum nullum est,sed quando fit nota . quoniam designant & illiterati soni,ut ferarum,quorum nihil nomen est. Non homo vero non est nomen.at uero nec positum nomen est , quo illud oportet appellare: neque enim oratio,neque negatio est:sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est,& quod est , & quod non est.Catonis autem,& Catoni,& quæcunque talia sunt,non sunt nomina, sed casus nominis , ratio autem eius est,alia tamen sunt secundum seipsa : quoniam cum est,vel fuit, vel erit, neque verum , neq; falsum est,nomen vero semper: ut Catonis est , uel non est: nondum enim aliquis neq; uerum dicit,neque falsum.

Declaratio definitionis nominis.

De nomine .

ET nomen est dictio significans ad placitum intentionem expositā a tpe, præter quod significet vna partium ipsius,cū diuidituir pars illius intentionis, siue sit nomen diuisum simplex,sicut Petrus,& Paulus,aut compositum sicus

A seruus regis, quod est nomen hominis:& illud est,q̄ seruus regis , quod est nomen hois,cum separatur ab eo seruus,aut regis,non significat partem illius intentionis,quemadmodum significat coniunctum amborum, quemadmodum significat illud in sermone nostro seruus regis,cum volumus q̄ ipse sit seruus regis,qm̄ seruus significat hic partem intentionis:sed dīta inter nomina simplicia, & nomina composita. v.g. Abdelbeais & bahalbethe quia pars nois simplicis , quæ est incisio vna tnciationum,ex quibus componitur nomen,non significat aliquid penitus neq: p se,neq; p accidens,sicut pe Petri,& ps nois compositi non significat separata,nisi p accidens,sicut si accidat illi, cuius nomē est seruus regis,vt sit seruus regis. Additur nāq; in definitione nois p concordiam, ppea quia dictiones,quibus sermocinantur gentes,nō signant p nām,sicut multa ex dictionibus, quibus dicunt alalia,q̄ sunt dictiones,q̄ non scribuntur:qm̄ dictiones, quibus balbutiunt plura ex alalibus,sunt cōpōsita ex incisionibus, ex qbus cōponuntur dictiones,quibus loquitur hō,aut ex incisionibus cōpositis ex literis sibi appropinquantibus in exitu,& sunt significantes intentiones p se in alia. s. apud alalia. Et nominis aliud est finitum,aliud infinitū est: & finitum quidem nomē est , qđ significat habitum,sicut hō,& equus.infinitū aūt est compositū ex nois habitus & negatiua particula non,in lingua, in qua agitur ista spēs nois : sicut sermo noster no hō,nō aīal.& iste modus nois nolat nomē infinitū,qm̄ nō decet, vt no B minet nomen absolute,est non significet habitū:neq; ēt est sermo negatiuus , qa ipsius significatio est signatio nois simplicis,cuius sit compositū.& pp illud iam sequitur ipsum pars negatiua,sicut sequit nomē finitū. Et nomen ēt, cū genitiua tur, aut accusatiuatur,aut mutatur mutatione alia hmōi, nō dī nomen absolute, sed nomē declinatū.i.obliquū. Et sunt igit noīa quædā declinata,& quę dā nō declinata,sed dīta,qua diffinit nomen,cōprehendit ea oīa , nisi quia dīta est inter declinatum,& non declinatū:& illud est manifestū in lingua arabica, q̄ cū additur nōibus declinatis,q̄ noiant declinantia,fuit,aut erit,aut est, & dī Petrum, fuit,p accusatiuū,aut Petri p genitiuū,non erit uerū neq; falsum, sed nomen non declinatum:& illud,quod dr rectum,cū additur vnum ex istis , erit verum, aut falsum,sicut sermo noster Petrus fuit,aut Martinus inuenitur.Et hoc est, qđ rememoratus est ex definitione nominis , & modorum ipsius.

Pars nois cōpositi separata significat aliqd p accidens.

Nomen infinitū neq: habitū,neq; negationem significat.

De uerbo. *Cap.* III.

VErbum autem est,quod consignificat tempus , cuius nulla pars significat extra:& est semper eorum,quæ de altero prædicantur , nota. Dico autem quod consignificat tempus, vt sanitas quidem nomen est , sanatur uero C verbum: consignificat enim nunc esse, & semper eorum, quæ de altero dicūtur,nota est,ut eorum,quę de subiecto,uel in subiecto sunt. Non sanatur vero, non ægrotat, non verbum dico. Consignificat enim tempus,& semper de aliquo est. Differentiæ autem huic nomē positum non est , sed infinitum uerbum sit: quoniā similiter in quolibet est,& quod est,& quod non est . Similiter autem & sanabitur, & sanabatur, non uerbum est , sed casus uerbi . Differunt autem a uerbo , q̄ hoc quidem præsens consignificat tempus,illa vero id, qđ circūcirca est . Ipsa igitur secundum se dicta uerba,nomina sunt,& significant aliquid : constituit enim , qui dicit, intellectum , & qui audit,quiescit:sed si est , uel non est , nondum significat, neq; enim signum est rei , esse, uel non esse, nec si hoc ipsum est purum , dixeris: ipsum enim nihil est,consignificat autem compositionem quandam, quam sine compositis non est intelligere.

Quid verbū

Explanatur definitio.

Differūt verbū,& casus verbi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De verbo.

ET verbum, quod nominatur apud arabes actio, est dictio significans intentionem, & tempus illius intentionis, quementis in vno trium temporum, quę sunt præterium, & præsens, & futurum, neq; aliqua partium eius significat etiam separata, & hoc per se. Et proprium verbi est, ꝙ sit semper appositū, & nō suppositum, prędicatum & non subiectum: & propter illud significat semper intentionem, de cuius proprietate est, vt prędicetur de alio: & illud quidem sit, vt sit secundum formam suam significans intentionem prędicati, & coniunctionem prędicati cum subiecto: & illud, cum erit appositum per se, sicut cum dicimus Socra. sanatur, & Socra. ambulat: & aut vt sit forma significans colligationem prędicati cum subiecto, cum erit prędicatum nomen ex nominibus, sicut cum dicimus Socra. inuenitur animal, & prędicatum, quod significat colligationem suam cum subiecto, aut est ex eo, quod dicitur in subiecto, & illud cum fuerit accidens in subiecto, aut est ex eo, quod dicitur de subiecto, quando est subiecti pars prędicatum. Et quod additur in definitione verbi, quod est significans cum eo, quod significat intentionem, & tempus illius intentionis, est differentia, qua dtfert verbum a nomine: & illud est, quia sermo noster, sanatur, est significans, quod significat sermo noster, sanitas, quod est nomen, & tempus prędens, aut futurum, (quia prędens aut futurum apud arabes est cōfusum, & vnam habet plationem) in quibus inuenitur sanitas. Et ex verbo est etiam finitum & infinitum. & verbum finitum est, quod significat intentionem, quam significat nomen finitum, & tempus illius intentionis: & infinitum verbum est, quod significat illud, quod significat nomen infinitum, & tempus illius intentionis, & illud est priuatio, quod significat nomen finitum, scilicet priuatio, quę definita est in libro prędicamentorum, sicut sermo noster non sanatur, ipse nanq; significat id, quod significat sermo noster non sanitas, & tempus illius intentionis. Et verbum infinitum est species specierum verbi, cum sit intrans definitionē verbi precedentem absolute, & inueniatur ei proprium verbi precedens, & est quod semper significat id, de cuius proprietate est, vt prędicetur de alio prędicatione alicuius de subiecto, aut in subiecto: & nominatur quidem hic modus verbi verbum infinitum, propterea quia est derivatum a nomine infinito, & hęc species verbi non inuenitur in lingua arabica, sicut nomen infinitum est non inuentum. Et ex verbo, est declinatum, & non declinatum, & est illud, de quo dicitur nomen verbi absolute: & verbum non declinatū est, quod significat in lingua multarum gentium tempus prędens: & declinatum est, quod significat tempus, quod inuenitur circundans tempus prędens, & est tempus præteritum, & futurum: & non inuenitur tempori præsenti forma propria in lingua arabica, sed forma quidem, quę inuenitur in lingua arabica, est cōmunis prędenti, & futuro, sicut v.g. sanatur, & ambulat. & propter hoc dixerunt quidā grammaticorum, ꝙ cum volum appropriare futuro, faciunt intrare verbum, s. a scal, & dicunt scehibi, aut schamhisith. Et tempus prędens est tempus, quod accipit intellectus existens in actu, & cui innitur. v.g. hęc hora, & hoc instans, & propter hoc dicitur nomen temporis de hoc absolute: & cum sit hoc magis scitum apud vulgus, & est in relatione ad ipsum, & non intelligitur tempus preteritum & futurum *, qa præteritū est precedens hoc tempus, & futurum est posterius eo. Sed vtrum illud, quod imaginamur ex tempore prę senti, habeat esse, sicut imaginamur an non habeat esse: illud non est, quo indigeamus in hoc loco. Et verbum similatur nomini, & communicat ei in hoc, ꝙ cum dicitur separatum, intelligitur ex eo intentio sufficiens per se, sicut illud, quod intelligitur ex nomine, cum dicitur separatum per se: & pp hoc, est audit illud audiens, sufficit sibi, nisi quia non intelligit ex intentione confecuta, ꝙ aliquid sit, adhuc existens, aut nō existēs, v.g. dicendo erat, aut nō erat? & hoc, qd est hoc verbum appositū per se, sed cū erit copula, non intelligitur ex eo intentio sufficiens per seipsum, sicut est dispō dictionū adminicul itū *: qm, tunc quidē significat cōpōnem prędicati cum subiecto. Neq; est via ad intelligēdū compōnē prater intellectū rerū cōpositarū, & hoc erit apud copulationē ipsius. v.g. Socra. inuenitur sapiēs, aut nō inuenitur sapiēs: erit ergo verbū duobus modis, modas, qui intelligit p se, et est ver-

De ꝓprietate verbi ē, vt sit sp apposi tū, & nō sup positū, prædicatū, et nō subiectum.

In c. de oppositis.

Verbū infinitū ē modus uerbi.

Cū volūt futurum significare, præponunt uerbo, ut, ut qd, ut ꝙ sanetur & ambuler. a.l. apud vulgus & in relatione ad ipsum intelligitur tēpus pesūm, & futurum. a.l. dispō copulę.

A bum, qū p se est appositū. & modus, qui non intelligitur p se, & est verbū copulatiuū, qđ noiatur subsūtiuū: & hoc, qđ dixit in definitiōe nois, et verbi, & scia modorū ipsorū hic necessariorū, sunt, qbus dinerlificaē enūciatio p ipsorū diuersitatē. Sed de synecathegorematibus remenorabitur in libro secundo *.

Vide primo priorū. c. j.

a.l. versuum f. in poetica.

De oratione. *Cap.* IIII.

ORatio aūt est vox significatiua, cuius partium aliquld significatiuum est separatum: vt dictio, sed non vt affirmatio, vel negatio. Dico autem, vt homo aliquid significat, sed non quoniam est, aut non est: sed erit affirmatio, vel negatio, si quid addatur. Sed non hominis syllaba vna: neq; enim in eo quod est sorex, rex significat, sed uox nunc est solum. In duplicibus vero significat quidem aliquid, sed non secundum se, quemadmodum dictum est. Est aūt oratio omnis quidem significatiua, non sicut instrumētum, sed, quemadmodum dictū

Ordnis defnitio.

B est, secundum placitum. Enunciatiua vero non omnis, sed in qua verum, vel falsum est, non autem in omnibus ineſt. ut deprecatio, oratio quidem est, sed neq; vera, neq; falsa. Cæteræ igitur relinquantur tehtoricæ enim, vel poeticæ conuenientior est consideratio: enunciatiua vero præsentis est speculationis. Est autem vna prima oratio enunciatiua, affirmatio, deinde negatio: aliæ vero omnes coniunctione vna. Necesse est autem omnem enunciatiuam orationem, ex verbo esse, vel ex casu verbi. Etenim hominis ratio (si non addatur, aut est, aut fuit, aut erit, aut aliquid hmōi) nondum oratio enunciatiua est. Quare aūt unū quiddam est, & non multa, animal gresibile bipes (non enim eo ꝙ propinquæ partes dicuntur, vna erit) est certe alterius hoc tractare, negotii. Est autem vna oratio enunciatiua, quæ vnum significat, vel coniunctione vna. Plures aūt, quæ plura, & nō vnum, vel incōiunctæ. Nomen igitur, & verbum, dictio sit solum: quoniam non est dicere sic aliquid significantē, uoce enūciare, vel aliquo

Orō, ꝙ hic intenditur.

Conclusio.

Vide 7. & 8 mc.

C interrogante, vel non, verum ipso proferente. Harum aūt hæc quidem simplex est enunciatio. Vt aliquid de aliquo, uel aliquid ab aliquo. hæc aūt ex his coniuncta, velut oratio quædam iam composita. Est aūt simplex enunciatio, vox significatiua de eo, quod est aliquid, uel non est, quemadmodum tpa diuisa sunt. Affirmatio vero est enunciatio alicuius de aliquo. Negatio vero enunciatio alicuius ab aliquo. Quoniam autem enunciare est, & quod est, non esse, & quod non est, esse: & quod est, esse: & quod non est, non esse: & circa ea, quæ extra præsens tempus sunt. Similiter, omne vtiq; contingit qđ quis affirmauerit, negare: & quod quis negauerit, affirmare: Quare manifestum est: quoniam omni affirmationi, opposita est negatio: & omni negationi, affirmatio. Et sit hoc, contradictio, affirmatio, & negatio oppositæ. Dico aūt opponi, eiusdē de eodē: nō aūt æquiuoce, & quæcunq; cætera talū cōtra sophisticas determinauimus ꝑportunitates.

De affirmatione, & negatione.

In æquiuocis nō est oppositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De oratione.

ET oratio est dictio, cuius vna partium primarum. i. simpliciam iam per se significat secundum modum intellectus, & formationis, non secdm modū affirmationis, & negationis. v.g. hō est aial: qm̄ dictio, q̄ est hō, quę est pars eius, significat aliquid secundum modum formationis, & non secundum modū, q̄ hoc aliquid est inuentum, aut non inuentum, & similiter dictio, quæ est animal, quæ est pars secunda huius orationis. Et hoc, quod accipit in definitione orationis, q̄ vna partium eius primarum significat secundum se separata, est differentia, qua differt oratio a nomine, quoniam nominis simplicis pars, quæ est syllaba, non significat aliquid penitus, nominis quoque compositi non significat pars aliquid, nisi per accidens. v.g. vt accidit homini, cuius nomen est seruus regis, q̄ sit seruus regis. Et oratio quidem significat secundum viam concordię, & non per naturam, neq; secundum viam, vt omni intentioni compositę sit dictus sermo sculpens eam per naturam, & significans eam, præter quod inueniatur illa significatio: in alia dictione ab illa, sicut non inuenitur actio instrumenti alij instrumento, quia quibusdam apparet q̄ dictiones hoc modo significant, & quibusdam aliis videtur q̄ dictiones significant per naturam, absq; eo q̄ sit nobis electio compositionis positiuę, neq; electio compositionis naturalis: & hęc est sententia illius, cui videtur q̄ sit hęc compositio dictionis per naturam significans intentionem & intentionē *. Et oratio, quędam est perfecta, quędam imperfecta: & perfecta, quędam est sententia, & quędam non, sicut demandatio, & prohibitio. Et intentio hic quidem, est loqui de oratione enuntiatiua: sed de orationibus imperfectis, quę sunt præter eā, loquti in lib. rhetoricæ, & poeticæ, sicut de modis orationum perfectarum, quæ sunt definitiones, & descriptiones, loquitur in libro demonst rationis. Et oratio enuntiatiua est, quæ disponitur per verū aut falsum, & ipsa est duorum modorum, simplex, & composita. Et simplex est composita ex subiecto vno & prædicato vno, non ex prædicato magis vno, & subiecto plus vno: & ista est duarum specierum, vna prior, & est affirmatio, & secunda posterior, & est negatio: & composita oratio est, quæ ex duabus orationibus simplicibus componitur: & simplex est vna, cum erit subiectum in eo significans vnā intentionem, & similiter prædicatum: & erit plures, quando significat prædicatum in ea inuentiones plures, aut subiectum, aut ambo. Et oratio composita erit vna, cum in ea est vna copula, quæ copulat ipsam, & erit plures, cum non habet copulam copulantem ipsas, & propter illud omnis oratio aut vna, aut plures: & si est vna, aut est vna, propterea q̄ subiectum eius & prædicatum significant vnam intentionem, aut propter copulam copulātem ipsas, & sunt orationes, in quibus inuenitur plus vno prædicato, & plus vno subiecto, sicut est syllogismus conditionalis, & cathegoricus, quoniam conditionalis est vnus per cōplatiuā, quę est arti. i. coniunctio cōditionalis. v.g. si sol est eleuatus, ergo est dies: qm̄ illa cōiunctio, ergo, cōponit has duas simplices, quæ sunt sermo noster. sol est eleuatus, & dies est, & facit orationem vnam, sed & cathegoricus est vnus per coplatiuam, quæ est terminus medius. v.g. homo est animal, & animal est corpus, quemadmodum venit post. Et sic oratio multę, aut erit multę, propterea q̄ prædicatum eius, aut subiectum eius, aut ambo significant multa, aut quia non est ei copula copulans eas. Et omnis oratio enunciatiua, quidem est composita ex nomine & uerbo, aut ex eo, quod stat loco verbi in copulatione prędicati cū subiecto: & illud est, quia oratio enuntiatiua, in qua est subiectum nomen, & prædicatum nomen, absque dubio habet verbum, aut quod stat loco verbi significans copulationem prędicati cum subiecto, & hoc aut in actu, & manifeste, sicut inuenitur res in eo, quod est præter linguam arabicam, aut in potentia per subintellectum, sicut inuenitur res secundum plurimum in lingua arabica. Et postquam sunt hic tres intentiones subiecti, & prædicati, & proportionis copulantis prædicatum cum subiecto, necesse est ut sint hic tres dictiones, dictio significans subiectum, & dictio significans prædicatum, & dictio significans proportionem: sed dictio significans copulationem prædicati cum subiecto, quandoque significat colligationem ipsius tempore

Idē Auer. i. de noie.

a. l. inuctionem vel intentionem.

Ois oño una altero duoūm modorum est una

Nota quo mō syllis cōdonatis, & cathegoricis sunt oratio vna.

A præterito, aut futuro, aut præsenti. v.g. Petrus inuenitur nunc sapiens, aut Petrus inuentus fuit sapiens, aut Petrus inuenietur sapiens: & quandoq; significat colligantiam non sumptam cum tpe, & hæc est prædicatio necessaria: & illud est, sicut sermo dicentis triangulus existens, cuius anguli sunt æquales duobus rectis, & non est in lingua arabica dictio significans istum modū copulæ. & est inuentū in aliis linguis, & propinquior dictio similis illi in lingua arabica est illud, qd significat hæc dictio ipsum, vt in sermone nostro hmōi Petrus ipse animal, aut inuenitur vt in sermone nostro hmōi, Petrus inuenitur animal. Et nomen & verbum non significat verum aut falsum, sed oratio quidem est vera aut falsa: & oratio, quæ verificatur, aut falsificatur, nominator sententia, & iudicium: & iudicij simplicis aliud est affirmatio, aliud negatio, & assimilatur affirmatio positioni alicuius super aliquo, & negatio ablationi alicuius ab aliquo & compositum ex his est oratio compolita. Iamq; describitur ēt simplex per hoc, q̄ est dictio significans q̄ aliquid est inuentum, aut non inuentum, & illud, aut in ipe præterito, aut futuro, aut præsenti, aut absolute: sed affirmatio per hoc, quod est iudiciū in fixione alicuius alicui, & negatio est iudicium in ablatione alicuius ab aliquo. Et quia iam est possibile vt detur iudicium per orationem, secundum q̄ est in anima super id, quod est inuentum extra animam, q̄ non sit inuentum, &

B sup id, quod non est inuentum q̄ sit inuentum, & super id, quod est inuentum q̄ sit inuentum, & super id, quod non est inuentum, q̄ non est inuentum, & hoc, aut iudicio absoluto, aut vno temporum trium, quæ sunt præsens, aut præteritum, aut futurum. Iam possibile est in omni eo, qd affirmat affirmator, vt negat illud negator, & in omni eo, quod negat negator, vt affirmet illud affirmator, & cum hoc sit ita: omni ergo affirmationi negatio opponitur, & omni negationi affirmatio. Et illud, sed m q̄ affirmatio, & negatio sunt inuentæ in anima, & non extra aiam: qm̄ non inuenitur rebus, secundū q̄ sunt extra aiam, negātio opposita, neq; rebus negatis, secundū q̄ sunt extra aiam, affirmatio opposita. Sed considerato in affirmatione & negatiōe, secundū q̄ ipsæ sunt in aia: & affirmatio quidē, & negatio sunt oppositę, secūdū veritatē, cum erit inctio prędicati in ambobus vna ex oibus pibus, sic euī inctio subiecti: sed cū nō erit vna, siue propter cōmunitatem nominis, aut propter aliud ex eis, a quibus cauetur in libro sophisticæ rationis, nō sunt affirmatio, neq; negatio oppositæ.

Ex hoc patet cōtra ponentes ,ppositiones reales.

De subiectis, & prædicatis enunciationum, & earum oppositionibus, & veritate, & falsitate. Cap. V.

C QVoniam aūt sunt hæc quidem rerum vniuersalia, illa vero singularia. Dico aūt vniuersale, quod in pluribus prædicari natum est: singulare vero, quod non: vt hō quidem vniuersale est, Callias vero eorum, quæ sunt singularia. Necesse est autem enuntiare cū ineſt aliquid, aut non, aliquando quidem alicui eorum, quæ vniuersalia sunt, aliquādo aūt, quæ singularia sunt. Si ergo in vniuersali vniuersaliter enunciet quis, quoniā est, aut nō est, contrariæ enunciationes erunt. Dico aūt in vniuersali enūciare vniuersaliter: vt omnis hō albus est, nullus hō albus est. Quādo aūt in vniuersalibus nō vniuersaliter, nō sunt contrariæ. quæ aūt significantur, est esse aliquādo contraria. Dico aūt non vniuersaliter enunciare in iis, quæ vniuersalia sunt: vt est albus hō, non est albus homo: cum n. vniuersale sit homo, non vniuersaliter vtitur enūciatione. Omnis nanq; non vniuersale significat, sed quoniam vniuersaliter. In eo vero, q̄ vniuersale prædicatur, id, quod est vniuersaliter prædicari, non est verum: Nulla enim affirmatio uera erit, in qua cum vniuer-

Sectio secunda secūdū Græcos.

De oppōnibus, & oppositionū legibus.

Contrariæ.


Regula vniuersalis.

Contradictoriæ.

Contrariæ.

sale sit prædicatum, vniuersaliter prædicatur: vt est omnis homo, omne animal. Opponi autem affirmationem negationi dico contradictorie, quæ vniuersaliter significat eidem quoniam non vniuersaliter: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: nullus homo albus est, aliquis homo albus est. Contrarie vero vniuersalem affirmationem, & vniuersalem negationem: vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est.

Oppositarum propositionum descriptio.



Regulæ oppositarum, propositionum.

Contrariæ nunquam simul veræ.

Quo circa, has quidē impossibile est simul esse veras. His vero oppositas, contingit aliquando in eodem simul esse veras: vt non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est. Quęcunque igitur contradictiones vniuersalium sunt vniuersaliter, necesse est alteram esse veram, vel falsam: & quæcunque in singularibus sunt: vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Quęcunque autem in vniuersalibus non vniuersaliter, non semper hęc quidem vera est, illa vero falsa est. Simul enim verum est dicere, qm̄ est hō albus: & qm̄ nō est hō albus: & est hō pulcher, & non est hō pulcher. Si enim turpis est, non est pulcher: & si sit aliquid, non est. Videbitur autem subito inconueniens esse, iccirco quoniam videtur significare hęc, non est homo albus, simul & hæc, nullus homo est albus. Hæc autem neq; idem significat, neque simul necessario. Manifestum est autem quoniam vna

A negatio unius affirmationis est: hoc enim idem oportet negare negationem quod affirmatio affirmauit, & de eodem vel de aliquo singularium, vel de aliquo vniuersalium vt vniuersaliter, vel vt non vniuersaliter: dico autem vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid de eodem, vel de alio idem, non est opposita, sed erit ab ea diuersa: Huic, vero quæ est, omnis homo albus est, contradictio est illa, quę est, non omnis homo albus est: illi vero, quę est, aliquis homo albus est, illa, quæ est, nullus homo albus est: illi autē, quæ est, est homo albus, illa, quæ est, non est homo albus. Qm̄ igitur vna affirmatio vni negationi opponitur cōtradictorie: & q̄ sunt hæ, dictum est: & qm̄ contrariæ aliæ, & quę sunt illæ, dictū est: & qm̄ non omnis vera vel falsa contradictio, & quare, quando vera, vel falsa. Epilogus.

Vna autem affirmatio, & negatio est, quę vnum de vno significat, vel cum sit vniuersale vniuersaliter, vel non similiter: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est, est homo albus, non est homo albus: nullus homo albus est, aliquis homo albus est, si album vnum significat. Sin verò duobus vnum nomen positum est, ex quibus non est vnum, non est vna affirmatio, neq; vna negatio: vt si quis ponat hoc nomen tunica homini, & equo: quòd tunica alba est, hæc non est vna affirmatio, nec vna negatio. Nihil enim differt hoc quā dicere, quoniam est homo equus, albus. Hoc autem nihil differt, quā dicere, est homo albus, & est equus albus. Si ergo hę multa significant, & sunt plures, manifestum est quoniam & prima vel multa, uel nihil significat: neque enim est aliquis homo equus. Quare nec in his necesse est hanc contradictionem ueram, illam uero falsam esse. De affirmatione & negatione vna. Definitio. Corollariū.

DIFFERENTIA SECVNDA.

De oppositionibus.

ET intentiones sunt duobus modis, aut vniuersalis, aut particularis, i. singularis. Et volo p vniuersalē illam, de cuius proprietate est, vt prædicet de pluribꝫ, sicut est iudicatio animalis de homine, & de equo, & reliquis speciebꝫ alijs. C Et particularē, de cuius proprietate est nō illud, sicut Petri, & Pauli, cui similitur: &, cū sit res ita, oportet de necessitate, vt quū iudicemus aliquid per affirmationē inesse alicui, aut per negationē, vt sit illud iudiciū intentioni ex intentionibus singularibus aut vniuersalibus. Demū, cum erit intētioni, ex intentionibus vniuersalibus, procul dubio, aut sumetur absq; clausura, aut cum clausura (& volo per clausurā dictionē omnis, aut quidā) deinde, cum est accepta cum clausura, non euacuatur quin sit accepta cum clausura vniuersali, aut particulari, et oppositæ secundum affirmationem & negationem: quare ambarum subiectū cū est de intentionibus singularibus, nominātur singulares, verbi gratia, Petrus est mi sus. Petrus non est mullus: & oppositæ quarum ambarū cum subiectum est intentio vniuersalis absq; clausura, nominantur indefinitæ, verbi gratia homo est albus, homo non est albus. et oppositæ quarum subiectum est intentio vniuersalis accepta cum clausura sunt tres, aut vt sit vnaquæq; oppositarum, cui adiungatur clausura vniuersalis, aut vt sit vnaquæq; ambarū, cui coniungatur clausura particularis, aut vt coniungatur vni ipsarū clausura vniuersalis, & alj particularis. Et illæ quidem, quarum vnicuiq; coniungitur clausura vniuersalis, nom nantur contrariæ, verbi gratia, omnis homo est albus, nullus homo est albus. Et illę, quarum vni coniungitur clausura vniuersalis, & alij particularis, nominantur cōtradictoriæ, quæ sunt duorum modorum, aut sit vniuersalis coniuncta affirma Clausura quid in via Auerr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ, & particularis coniuncta negatiuæ, vt omnis homo est albus, non omnis homo est albus, aut quidam homo non est albus: quoniam negatiua particularis interpretatur his duabus interpretationibus. Aut, vt sit econuerso, scilicet cp coniungatur clausura vniuersalis negatiuæ, & particularis affirmatiuæ, verbi gratia, quidam homo est albus, nullus homo est albus. Sed illæ, quarū vnicuiq; coniungitur clausura particularis, nominantur subcontrariæ, verbi gratia, quidā homo est albus, quidam homo non est albus. Erūt ergo modi oppositarū secundum affirmationē & negationem sex, singularium, indefinitarum, & contradictorum, quarum duo sunt modi, & contrariarum, & sub contrariarum. Et non diuiduntur, enuntiationes ex parte coniunctionis clausurę cum prædicato: quia clausura, cum adiungitur prædicato, est falsa enuntiatio, aut superflua, & falsa quidem est, omnis homo est omne animal: superflua, sicut cum diximus, omnis homo est quoddam animal. Et postquā stabiliti sunt modi enuntiationum, dicemus, cp singulares diuidunt quidem verum a falso semper: quia, cum falsa est vna ambarum, vera est alia: & cum vera est vna ipsarum, falsa est alia: & non est possibile vt aggregentur simul, neq; super veritatem, neq; super falsitatem, verbi gratia. Petrus eximit. Petrus non eximit: & illud est manifestum per se secundum viam inquisitionis. Et similiter contradictoriæ diuidunt verum a falso in omnibus materijs: sed contrariæ diuidunt verum falso in necessaria, & impossibili: & sunt ambę falsæ simul in contingenti, & neq; est possibile vt sint verę ambæ, sed cum vna vera est, falsa est alia. Et subcontrariæ diuidunt verum a falso etiam in necessaria & impossibili: & simul veræ in cōtingenti: & cum vna est falsa, reliqua est vera de necessitate: & exemplum falsitatis ambarum contrariarum in materia contingenti est sermo noster, omnis homo est albus, nullus homo est albus: & exemplum veritatis sub contrariarum est sermo noster, quidam homo est albus, quidā homo nō est albus. Sed indefinitæ iam possibile est cp sint ambæ verę simul in materia contingenti: & iam possibile est vt sit iudicium earum iudicium cōtrariarum: & causa in illo est, quia a, & e, quod stat loco earum in aliis linguis, significant super hoc, quod significant clausuræ vniuersales: & quandoq; significant super eo, quod significant clausuræ particulares: cum ergo significant super hoc, qđ significant clausurę vniuersales, est potēsa & vis eius, sicut vis cōtrariarum: & cum significant super hoc, quod significant clausuræ particulares, est vis sicut vis subcontrariarum: & illud est, quia, iam est possibile vt sint veræ ambæ simul, homo est albus, homo non est albus: cum significant a, & e, qđ significat clausura particularis: & iam est possibile vt sint falsæ ambæ simul, quum significent a, & e, qđ significat clausura vniuersalis. Et possibile est quidem, vt reperiantur modi harum oppositarū in dispositione, qua disponantur ex diuisione sua veri & falsi semper: & vt sint veræ quædam ipsarū simul, & sint falsæ quædam earum simul: cum obseruatur in eis vt accipiatur affirmationi vni ipsarum negatio vna, & negationi vni affirmatio vna, cum reliqs conditionibus, quæ dicuntur, non cum accipitur affirmationi vni plus quam vna negatio, ita vt accipiatur affirmatiuæ vniuersali negatiua vniuersalis, & negatiua particularis. Sicut, si accipiamus oppositum sermonis nostri, omnis nō est albus, nullus homo est albus, & non oīs homo est albus: aut accipiatur negatiuæ vniuersali affirmatiua particularis, & affirmatiua vniuersalis, ita vt accipiamus oppositum sermonis nostri, nullus homo est albus, quidā homo est albus, omnis homo est albus: & est quidem illud ita, quia negatiua vna quippe est negatiua affirmationis vnius, & similiter affirmatiua est affirmatio vnius negationis. Et significatio super illo est, cp negatiua quidē negat intētionē prędicati eiusdē, quā affirmauit affirmatiua a re subiecta eiusdē, cui affirmauit affirmatiua æqualiter, siue sit illud subiectum ex intentionibus singularibus, aut ex intentionibus vniuersalibus, cui iungitur clausura vniuersalis, aut particularis: qm̄, si est prædicatum in affirmatione, & subiectum in ea, præter subiectū in negatione, est illi affirmationi negatio alia, atq; illi negationi affirmatio alia, & affirmatio & negatio erit vna, cum erit id, qđ significat dictio prædicati & subiecti in ambobus vnius intentionis æqualiter, siue subiectū sit intētionis vniuersalis, aut particularis: siue

Quādo clausura additur prædicato, enūtiatio est superflua, aut falsa.

Regulę oppositionum ptęsentis, ac præteriti tēporis.

coniungatur cū intentione vniuersali clausura vniuersalis, aut non coniungatur cum ea, verbi gratia, oīs hō est albus, non oīs hō est albus, hō est albus, homo nō est albus, cū gnomus cp hō & albus significēt sup unā intentionē: si aūt subiectum, & prædicatū non significent super vnam intentionē, non est affirmatio neq; negatio vna. V.g. si fuit ponens nomē vnū homini, & equo, cp sit. V.g. tunica, & dicat, tunica est alba, tunica nō est alba, non erit hęc affirmatio vna, neq; hęc negatio vna. Et illud est, quia sermo noster tunc, tunica est alba, significat super duas affirmatiōes: qm̄ significat super hoc, qđ significat hō est albus, & equus est albus, quę sunt duæ enuntiationes, & non vna: & similiter sermo noster, tunica non est alba, significat super duas negationes, quę sunt sermo noster, equus non est albus, & homo nō est albus: & illud quidem est ita, propterea quia fuit dictio æquiuoca, quæ est sermo noster tunica: & propter hoc enūtiatio, cuius subiectū, aut prędicatū, aut ambo simul est nomē æquiuocum, non est vna: sed enuntiationes sunt multę, quarum numerus est numerus intentionū, quas significant nomen æquiuocū: & cū hoc sit ita: ergo oppositarum, quæ erūt ex huiusmodi enuntiationibus nominum æquiuocorū, scilicet contradictoriarum, & singularū nō oportet vt sit vna duarum vera, & altera falsa: & dicetur in eo cp veniet post, quādo erunt enuntiationes, quarū subiectū, & prædicatū est plurium intentionū, enuntiatio vna: & quando nō erunt. Sic ergo oportet cp tres dispositiones conditionētur in oppositis: & tunc inueniuntur, sicut dispositimus: vna quarum est, cp sit prædicatū & subiectū in ambabus, vnum ex omnibus partibus, nō cp sit acceptū in vna earum secūm vnā partem, & in alia præter illā partem. Et secunda est, vt sit affirmatio in ambabus vna & negatio vna. Et tertia est vt ponatur oppositū affirmationi vni negatio vna. Ergo iam ostensum est ex hoc, qđ erunt oppositæ, & quot sunt modi oppositarum, & qualis est earum dispositio in oppositione.

Numerus enūtiationū æquiuocarū est secūm materiam intentionū, quas significat nomen æquiuocum.

Cōditiones tres ad veras oppositiones.

De futuris contingentibus. Cap. VI.

SEd iis ergo, quæ sunt, & quæ facta sunt, necesse est affirmationem, vel negationem veram esse, vel falsam. In vniuersalibus quidem vniuersaliter, semper hanc quidem verā, illam verō falsam esse: & in his, quæ singularia sunt (quēadmodum dictum est) in iis verō, quę in vniuersalibus non vniuersaliter dicuntur, non necesse est. dictum est autem & de his. In singularibus uerō, & futuris, non similiter. Nam, si omnis affirmatio, & negatio vera, uel falsa est: & omne necesse est esse, uel non esse: quare si hic dicat futurū esse aliquid, ille verō non futurū dicat hoc ipsum: manifestum est qm̄ necesse est verum dicere alterū ipsorum, si omnis affirmatio, vel negatio uera, uel falsa est: veraq; n. non erunt simul in talibus. Nā, si verū est dicere, qm̄ albū, vel nō albū: necesse est esse albū, vel non albū. Et si est album, vel non albū: uerū erat affirmare, uel negare. Et si nō est, falsum dicit: et si falsū dicit, nō est: quare necesse est aut affirmationē, aut negationē uerā esse, vel falsam. Nihil igitur neque est, neq; fit, nec a fortuna, nec utrumlibet, neq; erit, neq; nō erit: sed ex necessitate omnia & nō utrumlibet. Aut, n. qui dicit, verus est: aut qui negat. Similiter. n. uel fieret, uel non fieret: utrumlibet. n, nihil magis sic, vel non sic se habet, vel habebit. Amplius autem, si est album nūc, verum erat dicere prius, quoniam erit album. Quare semper fuit verum dicere quodlibet eorum, quæ facta sunt, quod est, uel erit. Si autem semper verum fuit dicere, qm̄ est, vel erit: non potest

Regula 1

Regula 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc non esse, vel non futurum esse. Quod autem non potest non fieri, D impossibile est non fieri. Et quod impossibile est non fieri, necesse est fieri. Omnia igitur, quæ futura sunt, necesse est fieri. Nihil igitur utrũ libet neq; á fortuna erit: nam, si á fortunâ, non ex necessitate. At vero nec quoniam neutrum verum est, dicere contingit: vt quoniam neq; erit, neq; non erit. Primum enim, cum sit affirmatio falsa: negatio nõ uera erit. Et cũ hæc falsa sit, contingit affirmationẽ non veram esse. Ad hæc, si uerum sit dicere quoniam album est, & magnum: oportet esse utrunq;. Si uerò erit cras, oportet fore cras. Si aũt neq; erit, neq; non erit cras, non erit utrumlibet: ut est nauale bellũ. oporteret. n neque fieri nauale bellum, neq; non fieri. Quæ ergo contingunt in conuenientia hæc sunt, & huiusmodi alia: si omnis affirmationis, & negationis, uel in iis, quę in uniuersalibus dicuntur ut uniuersaliter, uel in iis, quæ sunt singularia, necesse est oppositarum, hanc quidem veram esse, illã uero falsam. Nihil aũt utrumlibet contingit esse in iis, quæ sunt: sed oĩa esse, & fieri ex necessitate. Quare neq; consultare oportebit, neq; negotiari: quoniam si hoc, quidem facimus, erit hoc: si uero non hoc, non erit hoc. Nihil. n. prohibet, & in annũ decies millesimũ, hunc quidem dicere hoc futurum esse: illum uero non dicere. Quare ex necessitate erit quodlibet eorũ qđ uerũ erat dicere tunc. At uerò nec hoc differt, si aliqui dixerint contradictionem, uel non dixerint. Manifestum. n. q͞ sic se habent res, etiam si non hic quidem affirmauerit quid, ille uerò negauerit. Non. n ,ppter negare, uel affirmare, erit, uel non erit, nec in decies millesimum annum, magis quã in quantolibet tpe. Quare, si in omni tẽpore sic se habebat, ut alterũ uere diceretur: necesse erat hoc fieri. Et unumquodq; eorum, quæ fiunt, sic se habebat, ut ex necessitate fieret. Si n. uere dixit quis qđ erit, nõ potest non fieri. Et quod factum est, uerum erat dicere semper, q͞ erit. Si quidem hęc impossibilia sunt: uidemus. n. esse futurorum principium, et ab eo quod consultamus, atq; aliquid agimus: & quoniam est omnino in iis, quæ non semper actu sunt, esse possibile, & non esse similiter: in quibus utrunq; contingit, & esse, & non esse. Quare & fieri, & non fieri, & multa nobis manifest: sunt sic se habentia: ut q͞ hanc uestem possibile est incidi, & non incidetur, sed prius exteretur. Similiter autem & non incidi possibile est: non n. esset eam prius exteri, nisi possibile esset nõ incidi: quare & in aliis generationibus, quæ secundum huiusmodi potentiam dicuntur. Manifestũ igitur est, quoniam non omnia ex necessitate uel sunt, uel fiunt, Sed alia quidem utrumlibet: & nihil magis uel affirmatio, uel negatio uera. Alia uerò magis quidem in pluribus alterũ: sed contingit fieri & alterum, alterum uero minime. Igitur esse quod est, q͞ est, & non esse quod non est, quando non est, necesse est: sed non omne qđ est, necesse est esse, nec quod non est, necesse est non esse. Non. n. idem est, omne qđ est, necessario esse, q͞ est: & simpliciter ex necessitate esse. Similiter aũt

Non ,ppter affirmare, vel negare, erit aliquod verũ vel falsum.

A & in eo qđ non est. Et in contradictione eadem ratio est. Esse quidẽ, vel non esse omne necesse est: & futurũ esse, vel non: non tamen dividentẽ, dicere alterũ necessarium. Dico aũt ut necesse est futurum esse bellum nauale cras, uel non futurũ esse. Sed nõ futurum esse cras bellum nauale, necesse est, uel non futurum esse: futurum aũt esse uel nõ esse, necesse est. Quare cum similiter orationes ueræ sint, quemadmodũ & res: manifestum est quoniã quęcunq; sic se habẽt, ut utrunlibet sint, & cõtraria cõtingant, necesse est similiter se habere & cõtradictionẽ: qđ contingit in iis, quæ non semper sunt, uel non semp nõ sunt. Conclusio.

Horum. n. necesse est alteram partem contradictionis ueram esse, vel falsam: non tamen hanc, uel illã, sed utrũlibet: & magis quidem ueram alteram, non tamen iam ueram, uel falsam. Quare manifestũ est quoniã non est necesse omnis affirmationis, uel negationis oppositarũ, hanc quidem ueram, illam autem falsam esse: non. n. quemadB modum in iis, quæ sunt sic se habent & in iis, quę non sunt quidem, possibilibus tamẽ esse, uel non esse, uel quemadmodũ dictum est.

ET dicimus quod harum oppositarum, quæ dividunt verum & falsum semper in omnibus materiis, sunt singulares, & contradictoriæ in rebus quidem, in uenris in tempore præsenti, & inuentis in præterito. oportet ergo de necessitate quod sit divisio ipsarum inter verum & falsum, ita vt sit vna duarum in se-ipsa vera & altera falsa: siue æqualiter scimus verã a falsa, siue non scimus: & illud est, quia esse Petrum inuentum nunc, aut non inuentũ, manifestũ est p se quod vnus horum sermonum de necessitate est verus, & alter est falsus, siue cõplete scimus veritatem & falsitatem, aut non, cum sit completæ inuentionis in seipso. Et similiter est res in rebus præteritis, & in rebus necessariis, in quibus non conditionatur in inuentione earum tempus: sed rerum quidem inuentarum in tempore futuro, quę sunt res possibiles, non est divisio in verum & falsum secundum complementum in seipsis: & illud est, quod res in huiusmodi oppositis in hac materia non euadunt a divisione vt sint divisę in veritatem & falsitatem, aut non: & si sunt divisę in veritatem aut falsitatem, illud est secundum complementum, aut præter complementũ: & si sint non divisę in verum & falsum, aut sunt quidem ambæ compositæ, verę simul aut falsæ simul, aut inuenitur in ambabus vtrunq; simul. Si ergo omnis affirmatio & negatio divisit verum a falso secundum complementum in se, opportet in omni re q͞ sit inuenta, aut non inuenta: oportet ergo secundum hoc, q͞ cum dicit homo de re aliqua de rebus futuris q͞ erit, & dicit alius quod non erit, quod sit vnus duorum sermonum verus, & alter falsus: & illud est, quia non est possibile vt inueniantur duæ res simul, scilicet esse & non esse: & est quidem natura inuenti entis sequens sermonem verũ, & sermo verus sequens ipsum: q͞, si dicit homo de re quedam q͞ est alba, & est C verídicus, oportet q͞ extra aiam res sit alba: & si est falsus, oportet q͞ sit non alba: & si est sermo noster qđ ipsa non est alba, & est verus, oportet q͞ sit extra aiam non alba: & si est falsus, oportet vt sit extra aiam alba, & similiter est conuersum huius. & est, quia si res est extra aiam alba, oportet q͞ sit sermo verus de eo, q͞ est alba, & falsus q͞ non alba: & si est res extra aiam non alba, sermo verus in ipsa est, q͞ non est alba, & falsus quod est alba. ergo, si affirmatio & negatio separant verum a falso in rebus futuris, dicendo q͞ vna earũ sit perfectę inuentionis in se. ergo & res futuræ necessarię sunt inuentione earum. Et nõ erit hoc aliquid inuentum p accẽs, & præter causam completã, & non inuenietur aliquid, de quo dicatur vt sit possibile q͞ sit, & q͞ non sit, sed erit esse rei, & non esse necessario: & illud est necessarium ex sermone veri & falsi in vna oppositarum cõpleto in se: & illud est, quia non tranlit vt exeat ex ipsis ad inuentionem

Veritas in ,ppositionibus de futuro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud, qđ non est verum, ex affirmatione fit aut negatione: quia, si transit illud, non est verum in vna oppositarum perfectę inuentionis in se: &, quā nō sit verum in vna oppositarum perfectę inuentionis in se, erit possibile esse rei, & non esse eius secundum exemplum vnum: ꝙ quemadmodum, cum est possibile esse rei, aut non esse eius super exemplum vnum, non erit verum & falsum, in oppositis dictis de eis perfectæ inuentionis in se, & non erit res in affirmatione magis quam in negatione, neq; in negatione magis quam ipsa sit in affirmatione. & nō sit sic propter affirmantem illa, neq; propter negantem. Et opus est secundū hoc, si sit aliquid ex rebus album in aliquo tempore, ꝙ sit sermo in eo, prius quā fiat album, sermo verus & necessarius, & similiter erit sermo in omni re futura, antequam sit, ꝙ erit sermo verus, quemadmodum est in ea in instāti sui esse, donec sit veritas sermonis ꝙ ipsum est inuentum in inuento pūti, sicut veritas sermonis ꝙ ipsum erit in futuro, ergo, cum sit illud ita, non est possibile, in re possibili, ꝙ est non inuentum nunc, vt dicatur in ea ꝙ inuenietur, & ꝙ non inueniētur: & illud, qđ est non possibile quin inuentatur, impossibile est ꝙ non inuenat ur: & illud, ꝙ impossibile est quin inuentatur, oportet ꝙ inuentatur: & qđ oportet, est necessarium in essentia. ola ergo sunt necessariæ inuentionis. Cum ergo sit ita, non est hoc aliquid, ꝙ renouatur per accidens, neq; aliquid paratum vt fit, & nō fit. & illud est, quia illud, quod renouatur per accidens, est secundū hanc dispositionem. s. quia esse eius non est opportunum necessarium, quemadmodum in cuius esse: aut est non esse oportunum de necessitate, & non renouatur per accidens. & etiam non transit vt dicamus ꝙ affirmatio & negatio aggregentur in rebus futuris, donec sint verę simul, & non auferuntur ab eis, donec sint ambæ falsæ simul. verbi gratia. vt sit sermo noster in aliquo, quod est possibile, vt sit, & sermo noster impossibile ꝙ sit, sint veri simul aut falsi simul: qm̄, si essent falsi simul, sequeretur ex hoc ꝙ non sint contradictoriæ dividentes verum a falso in omnibus rebus: & hoc est, cuius contrarium iam ostensum est: & similiter sequitur, si sint ambo similiter veri, & erū quia sequitur, si fuerint ambo veri simul, vt sit aliqd inuentum, & priuatū simul, quod est impossibile: cum hoc, ꝙ auferetur etiam natura possibilis: & si essent ambo falsi, sequitur aliquid vt sit nō inuentum, neque priuatum. Et hoc est, quod sequitur ex impossibili, si posuerimus oppositas, quę dividunt verum a falso in omnibus materijs, dividentes ea secundum complementum in rebus futuris, aut non dividentes, sed sint verę simul aut falsę simul. Et est manifestum, ꝙ sequuntur repugnantiæ multæ ad sublationem naturę possibilis, & positionem nostram, ꝙ res futurę omnes sunt necessarię. Quarum prima est, quod destruitur cogitatio ad auferendum aliquid vt non cadat, aut donatus ad bonum veniendum esse, quod apparet homini ꝙ si faciat illud, quod oportet, erit illud, quod oportet, & si non faciat quod oportet, non erit qđ oportet: & est res falsa credulitas corrupta, donec consequatur hoc ex repugnantia: quod, si videt homo aliquis in aliquo renouabili, & iudicat quod illud renouabitur in decem milibus annorum, verbi gratia, & incipiat in numeratione causarum affirmationis renouationis illius, & esse eius in hac distantia longa, si viuat in ea homo, & videat alius in hac distantia impossibilitatē renouationis eius, & speculetur in toto isto tempore in numeris causarū, quę prohibēt renouationē eius, erit actio vniuscuiusq; ipsorū inutilis & vana, & cogitatio cadens sine intentione: & illud est, quia verum ipsorum duorū in se oportet de necessitate vt sit inuentū, æqualiter cogitet vnus ipsorum in disturbatione illius, & alius in essentia ipsius, aut nō cogitet aliquis ipsorum in illo: qm̄ oportet secūdum hoc, quod non sit voluntas causa renouationis alicuius rei, sed omnia currant cursu eorū per naturā, & secundū quod est eis ex vna duarum contradictoriarum, & non, si nō videns videt in inuentione rei ex illo, aut prohibeat in inuentione ipsius, & erit iudiciū illius, qui vidit in decem milibus annorum iudicium illius, qui videt in ea tempore paruo, quodcunq; sit tēpus. Sed erit iudicium eius, iudicium illius, qui non videt in ea pęnitus: & hęc omnia sunt in fine repugnantię, & diuersa ab eo, in quo creati sumus: & illud est, quod nos videmus quod hęc sunt res renouationis, quarum principium est cogitatio, & acceptio desiderii ad ipsa. Iam apparet etiam in rebus,

Si omnia futura essent, necessaria sequerentur hęc incōmoda.

A quæ sunt, ꝙ in eis sunt res, quę secundum suam naturam sunt aptę, vt sit ex eis aliquid, & suum oppositum æqualiter, scilicet ꝙ est possibile vt ꝙ sint ex eis res, aut non sint secundum æqualitatem: & hoc ex parte agentis & recipientis simul. Et exemplum illius est, quia possibile est vt vestis dilanietur, scilicet antequā præueniat ei inueteratio, & iam possibile est in ea ꝙ non dilanietur, sed inueteretur: & illud est, qđ possibile est harum duarum inuentionum in veste secundum æqualitatem ex parte agentis & recipientis: & similiter currit res in omnibus rebus generatis in hac materia, in quibus est hęc species possibilitatis & potentię. Et cum sit hoc ita, manifestum est ꝙ non sunt oēs res necessarię, sed apparet ꝙ res sunt duobus modis, aut necessarię, aut possibiles: & possibiles sunt tribus modis: aut possibiles secundum æqualitatē, in quibus non est inuentio rei dignior priuatione eius, neq; priuatio est dignior inuentione ipsius: aut sunt possibiles secundum plurimum, & sunt in quibus est vnum oppositorum dignius vt fit, quā secundum inuentionē, & erit renouatio secundi secundum minus: & huius generis inueniuntur duæ species simul ex possibili, scilicet quę est secundum plus, & quæ est secundum minus: & necessariarum quidem sunt necessarię absolutę, & sunt illæ res inuentæ semper, aut priuatæ semper: & necessarię non absolutæ, & sunt res inuentæ necessario in tempore, quo est earum essentia, aut res, quarum priuatio est necessaria in tempore, quo sunt priuatæ: & istę B sunt duorum modorum: aut res, quarum prædicata sunt necessarię inuentionis in suis subiectis, dum durāt subiecta earum inuenta, verbi gratia, inuentio rationis homini cuidā, cum inuenitur ille homo: aut res priuatę, dum durant subiecta earum non inuenta: & res quidem inuentæ dum durant ipsę inuentę, verbi gratia, inuentio hominis, dum durat inuentus: & cum sint hę diuisiones vere inuentæ, aut res, quarum priuatio est necessaria in tempore, quo sunt priuatæ: & istę de futuro, quæ separant verum a falso in omnibus materijs, ipsę quidem diuidūt verum a falso in modis rerū necessariarum secundum complementum in se. s. per hoc, ꝙ sermo verus illorum duorum & falsus completur in se extra animā & si nō compleatur nobis scientia ipsorum, & ignoremus quomodo sit res in eo, sed in materia quidem contingenti in rebus futuris, ꝙ ipsę dividunt verum a falso: & illud est, quia oportet vt inueniatur vna duarum contradictoriarum in futurum vera, sed non determinate in se verum, sed secundum ꝙ sunt in natura ipsarum in priuatione determinationis, sic sunt ipsę apud nos: & propter hoc non est possibile vt determinetur in hoc genere scientia, cum ipsa sit res ignota. vnde possibile, quod est secundum plus, & non ad utrumlibet, vna quidem oppositarum dignior est ꝙ sit vera quam secunda: cū sit essentia eius dignior, quam nō essentia: & in hoc genere possibile est, vt compleatur scientia in renouatione re C nouandi ante ipsius renouationem, de cuius proprietate est vt renouetur secundum plus. Coprehendit ergo omnia opposita, de quorum duorum proprietate est, vt dividant verum a falso in rebus futuris in materia contingenti, non secundum complementum, sed in contigenti quidem illo, quod est secundum æqualitatem, non est vnum oppositorum dignius vt sit verum, quam aliud, sed in eo, quod est possibile secundum plus, vnum quidem oppositorum dignius est vt sit verū quā aliud: & in contingenti quidem secundum minus vt sit falsum, vnum oppositorum dignius est quam secundum. Iam ergo manifestum est ex hoc, quomodo dividunt opposita verum & falsum in omnibus rebus, & illud in eis, de quarum proprietate est vt dividant verum a falso semper, & ipsa sunt contradictoriæ, & singularia.

Possibile tripliciter.

Liber primus Perihermenias
cum Auer. Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS STAGIRITAE
PERIHERMENIAS LIBER SECVNDVS.
Cum Auer. Cordub. expositione.

Summa libri secundum Auer.

Residuum . 2 . diff. a cap. 1. vsq; ad cap. 3 . & loquitur de prædicatis infinitis, & connectis .
3 . diff. continet cap. 3 . & ratiocinatur de modalibus .
4 . diff. cap. 4. et eo explicat, quæ enunciationes aptius contrariæ dicãtur .

De enunciationibus infinitis . Cap. 1.

Conclusio, QVoniam autem est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autem vel nomen est, vel innominatum: vnum autem oportet esse, & de vno id, quod est in affirmatione (nomen autem dictum est, & innominatum prius) nõ homo enim nomen quidem non dico, sed nomen infinitum, vnum enim significat aliquo modo, infinitum nomen: quemadmodum & non sanatur, non verbum, sed infinitum verbum erit omnis affirmatio, & negatio vel ex nomine, & uebo, vel ex infinito nomine, & verbo. Præter verbum autem nulla affirmatio, vel negatio est. Est enim, Vel fuit, vel erit, vel fit vel quęcunq; alia huiusmodi verba, ex iis sunt, quæ posita sunt: consignificant enim tempus. Quare prima est affirmatio & negatio, est homo, non est homo: deinde est non homo, non est non homo. Rursus est omnis homo, non est omnis homo: est omnis non homo, non est omnis non homo. Et in iis (quæ extrinsecus) temporibus eadem ratio est. Quando autẽ est, tertium adiacens prędicatur, dupliciter dicuntur oppositiones.

Est, secundũ adiacẽs est, cũ præter ipsum aliud prędicatum nõ est: vt homo est.

Sectio tertia secũdũ Græcos. Dico aũt, vt est iustus homo. est tertiũ: dico adiacere nomẽ, vel verbum in affirmatione. Quare ob id ipsum qnatuor erunt illæ, quarum duę quidem ad affirmationem & negationem se habebunt secundum consequentiam vt priuationes: duæ vero minime. Dico aũt quoniam est, aut iusto adiacebit, aut iniusto: quare etiam negatio: quatuor igitur erunt. Intelligimus uero quod dicitur ex iis, quæ subscripta sunt.

Tertiũ adiacens est, cũ præter ipsũ aliud apponitur, vt homo est alal-

Simplices.

A. antecedens. A Homo iustus est. C Homo iustus non est.

C. Consequens. *Priuatoriæ.*

C Homo iniustus non est. A Homo iniustus est.

Infinitæ.

C Homo non iustus non est. A Homo non iustus est.

Vniuersales & particulares affirmationes & negationes.

Simplices.

Simplices.

A Omnis homo est iustus. C Non omnis homo est iustus.

Infinitæ.

C Non oĩs homo est nõ iustus. A Omnis homo est non iustus

Enunciationes de prędicato infinito.

Est iustus homo: huius negatio est, non est iustus homo. Est non iustus homo: huius negatio est, non est nõ iustus homo. Est. n. hoc in loco, & nõ est, iusto & non iusto adiacet. Hæc igitur, quemadmodum in resolutoriis dictum est, sic sunt disposita. Similiter autem se habebunt & si vniuersalis nominis sit affirmatio: vt omnis est homo iustus: negatio, non omnis est homo iustus: omnis est homo non iustus: non omnis est homo nõ iustus. Sed nõ similiter angulares veras esse contingit. Contingit autem aliquãdo: hæ igitur duæ oppositæ sunt. Aliæ autem duæ ad non homo, quasi subiectum aliquod additum: vt est iustus non homo, non est iustus non homo: est non iustus non homo, non est non iustus non homo. Plures autem his non erunt oppositiones. Hæc autem extra illas, ipsæ secundum se erunt, vt nomine vtentes eo, quod est nõ homo. In quibus verò, est, non conuenit, vt in eo quod est sanum esse, & ambulare: in iis idem facit sic positũ, ac si est adderetur: vt est, sanus est omnis homo, non sanus est omnis homo: sanus est omnis non homo, non sanus est omnis non homo. Non enim dicendum est, non omnis homo, sed, non, negationem ad id, quod est homo addendum est: omnis enim, non vniuersale significat, sed quoniam vniuersaliter. Manifestum est autem ex eo, quod est sanatur homo, non sanatur homo: sanatur non homo, non sanatur non homo. Hęc enim ab illis differunt, eo quòd vniuersaliter nõ sunt: quare omnis, vel nullus nihil aliud consignificat quam vniuersaliter de nomine vel affirmationem, vel negationẽ: ergo & reliqua eadem oportet apponi. Quoniam verò contraria est negatio ei, quæ est, omne est animal iustum, illa, quæ significat, quoniam nullum est animal iustum: hæ quidem manifestum est, quoniam nunquam erunt neque veræ simul, neq; in eodem. His verò oppositæ, erunt aliquando: vt, non omne animal iustum est, & est aliquod animal iustum. sequuntur verò & hæ, eam quidem quæ est, omnis est homo non iustus, hæc, nullus homo est iustus: illam verò quæ est, aliquis est homo iustus, opposita, quoniam non omnis homo est non iustus, necesse est enim aliquem esse. Manifestum est autem etiam quoniam in singularibus si verum est interrogatum negare, quoniam & affirmare verũ est: vt, putasne Socrates sapiens est? non. Socrates igitur est non sapiens. In vniuersalibus verò non est vera, quæ similiter dicitur: vera autem negatio est: vt, putasne omnis homo sapiens est? non: omnis igitur homo non sapiens est: hoc enim falsum est, sed non igitur omnis homo sapiens est, verum est. Hæc enim opposita est, illa verò contraria. Illæ verò secundum infinita contra iacentes nomina & verba (vt in eo quod est non homo, vel non iustus) quasi negationes

Enunciationes de subiecto infinito.

In fine primi priorum.

Regula 1.

Regula 2.

Dictio non, cui addẽda.

Regula 3.

Regula 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine nomine & verbo esse videbuntur, sed non sunt. Semper enim vel verum, vel falsum esse necesse est negationem. qui verò, non homo dixit, nihil magis quàm qui dixit homo, sed etiam minus, verus vel falsus fuit, si non aliquid addatur. Significat autem, est omnis non homo iustus, nulli illarum idem nec huic oppositæ, quæ est, non est omnis non homo iustus: ea verò quę est omnis non iustus non homo est, illi quæ est, nullus est iustus non homo, idem significat. Trāsposita verò nomina, & verba idem significant: vt est albus homo, & est homo albus. Nam si hoc non est, eiusdem mulæ erunt negationes: sed ostensum est quoniam vna vnius est. Eius enim quæ est, est albus homo: negatio est, non est albus homo: eius autem quæ est, est homo albus, si non eadem est ei, quæ est, est albus homo: erit negatio, vel ea quæ est, non est non homo albus, vel ea quæ est, non est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius, quæ est, est non homo albus, altera verò eius, quæ est, est albus homo. quare erunt duę vnius. Quoniam igitur transpositio nomine & verbo eadem sit affirmatio, & negatio, manifestum est.

Regula 5.

Vni vna positio contraria.

De numero, & consequentia enunciationum infinitarum.

Enunciatio duplex, binaria, & trinaria.

ET POSTQVAM enunciationum, quædam sunt binariæ, & sunt illæ, quarum prædicatum est verbum: & quædam trinariæ, & sunt illæ, quarum prædicatum est nomen: nominantur quidem illæ, quarum prædicatum est verbum, binariæ, quia compositæ ex prædicato, & subiecto sunt tantum: & nominantur illæ, quarum prædicatum est nomen, trinariæ, quia sunt compositæ ex subiecto & verbo coniunctiuo, & prædicato: & est nomen & verbum, ex quibus componantur enuntiationes, aut ex determinato, aut non determinato *. Manifestum est ergo, quod omnis enunciatio binaria est composita, aut ex nomine finito, id est terminato, & verbo finito: sicut sermo noster, homo inuenitur. aut ex nomine infinito, & verbo infinito: sicut est sermo noster, non homo inuenitur. aut ex nomine finito, & verbo infinito: sicut sermo noster, homo non inuenitur: aut ex nomine infinito, & verbo finito: sicut sermo noster, non homo inuenitur. Verum verbum infinitum, non currit consuetudo, vt ponatur in similibus his enūciationibus, scilicet binarijs: & illud est, quia non discernitur in eis locus partis negatiuæ & partis declinationis, cum sit locus partis negatiuæ in ipsis idem locus partis declinationis: & propter hoc non inuenit in linguis, in quibus aguntur declinatæ, enunciatio binaria, in quā sit verbum infinitum: & propter hoc cadunt ex modis illis enunciationum quatuor duo modi. modus, in quo est prædicatum & subiectum infinitum. & modus, in quo prædicatum est infinitum *, & remanent duo modi: erunt ergo oppositiones, quæ sunt in eis duæ, & propositiones quatuor: cū ergo multiplicauerimus huiusmodi duas combinationes oppositionum in sex paria oppositionum præcedentium, erunt oppositiones in enunciationibus binarijs duodecim, & enunciationes viginti quatuor. & quia in vnaquaque enunciationum binariarum, aut est verbum significans cum tempore præsenti, aut futuro, aut præterito: cum ergo multiplicauerimus hæc tria in viginti quatuor enunciationes, erunt enunciationes inuentæ in isto genere septuaginta & duæ enunciationes, & erunt oppositiones triginta sex. Si ergo multiplicauerimus eas in tres materias, quæ sunt contingens, & necessaria, & impossibilis, erunt propositiones aggregatæ ex eis ducente & sexdecim. Sed enunciationes quidem trinariæ sunt duplum enunciationum binariarum, & oppositiones ea-

*A l. seu declinata, aut non declinata.

Enunciatio binaria duplex. finita, & infinita.

*a. l. modus, i quo est nomē prædicati & subiecti infinitū: & modus, iquo est nomē prædicati infinitum. et subiectū infinitum.

A rum sunt duplum oppositionum ipsarum: & illud est, quia proueniunt ex modis quatuor oppositorum, scilicet, modus in quo erit nomen subiecti & nomen prædicati finitum, & est quæ scitur per simplicem, sicut sermo noster, homo inuenitur iustus, homo non inuenitur iustus. & modus, in quo erunt ambo nomina infinita, sicut sermo noster, non homo inuenitur non iustus, non homo non inuenitur non iustus: & duo modi reliqui, scilicet quorum vnus est finitus, & alius infinitus: & illud est, vt fit subiectum, aut prædicatum, & eorum oppositi. Et enunciationes trinariæ, quarum subiectum est nomen finitum & prædicatum eorum, aut nomen finitum aut infinitum cum componuntur cum ipsarum oppositis in figura habente quatuor latera, & ponuntur oppositæ ipsarum super duo latera in latitudine tabulæ *, & non oppositæ super duo latera, quæ sunt in longitudine tabulæ, ita vt sit affirmatiua simplex cum negatiua declinata super latus vnum, & negatiua simplex cum affirmatiua declinata super latus vnum, etiam inuenitur dispositio enunciationum declinatarum cum simplicibus in consecutione, sicut dispositio enunciationum priuatiuarū cum simplicibus in consecutione. & non inuenitur dispositio priuatiuarū ex declinatis, sicut dispositio declinatarum ex simplicibus, & est in omnibus modis oppositionum sex. Et volo in enunciationibus priuatiuis hic enunciationes, quarum prædicatum significet priuationem, cuius præcessit descriptio, sicut sermo noster, homo est ignorans: aut significat ignobilitas duorum contrariorum, vt sermo noster, homo est iniquus. Consideremus ergo de hoc primo in indefinitis, & ponamus eas in figura habente quatuor latera sicut conditionauimus, & ponamus etiam priuatiua sibi sub declinatis, sicut si posuimus declinatas cum simplicibus, & illud vt addamus figuræ habenti quatuor latera figuram aliam cōfiguratam primæ figuræ in vno laterum ipsius. Verbi gratia, quia nos ponemus figuram a, b, g, d, & ponamus figuram eis continuam, g, d, e, z, & ponamus latus, a, b, affirmatiuam simplicem, & oppositam eius, quæ sunt, homo inuenitur iustus, homo non inuenitur iustus: & super latus g, d, negatiuam declinatam, & eius oppositam, quæ sunt, homo non inuenitur non iustus, homo inuenitur non iustus: & super latus e, z, negatiuam priuatiuam, & eius oppositam, quæ sunt, homo non inuenitur iniustus, homo inuenitur iniustus. Cum ergo considerantur hæ enunciationes secundum hanc positionem, inueniuntur illæ, quæ sunt super latera ipsius in latitudine lineæ non consequentes, quia sunt oppositæ. Iamque scluisti in eo, quod præcessit, dispositiones ipsarum in oppositione: & cum considerator id, quod est super latus ipsius in longitudine tabulæ, inuenitur negatiua declinata consequens in veritate affirmatiuam simplicem, & non conuertitur res in eis. & illud est, quia cum verus est sermo noster, homo inuenitur iustus, verum est dictum nostrum, homo non inuenitur non iustus: & hoc, quia iustus non est non iustus. & non sequitur cum verum est dicere homo non inuenitur non iustus, vt sit verum dictum nostrum, homo inuenitur iustus, quia dictum nostrum, homo non inuenitur non iustus, est verum de homine iusto, & de homine non dispositio per iustitiam, neque per iniustitiam, qui est paruulus, & de homine non ciuili. ergo negatiua declinata communioris est veritatis quam affirmatiua simplex: propterea quia ipsa est vera de tribus, & affirmatiua simplex de vno: sed cum inuenitur commune, non sequitur vt inueniatur proprium: sicut sequitur ex inuentione proprij inuentio communis, verbi gratia, animal & homo. homo namque cum inuenitur, inuenitur animal, sed non sequitur vt cum inuenitur animal, inueniatur homo. Et negatiua quidem simplex cum affirmatiua declinata inuenitur in veritate per conuersum huius, scilicet quod negatiua simplex sequitur affirmatiuam declinatam, & non conuertitur: & illud est, quia negatiua simplex communioris est veritatis quam affirmatiua declinata. cum sit dictum nostrum, homo non inuenitur iustus, verum est de crudeli, & de homine, qui non est iustus neq; iniustus, ut de eo, qui nō est ciuilis, aut de paruulo.

*a. l. iuminex.

B

C

Negatiua in finita est cōmunior quā affirmatiua simplex.

Negatiua finita cōtinet affirmatiua infinita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed dictum nostrum, homo inuenitur non iustus, verum est de iniusto tantum: D
propterea quia dictum nostrum, non iustus, significat priuationem, & priuatio
est ablatio alicuius rei ab eo, de cuius proprietate est vt inueniatur in eo tem-
pore illo, de cuius proprietate est vt inueniatur ei in illo, sicut definitum est
prius. ergo affirmatiua declinata verificatur per vnum, & negatiua simplex p
reli. Sed cum considerator consequentia ipsarum in falsitate, inuenitur res se-
cundum conuersum huius, scilicet quod affirmatiua simplex sequitur ex negati
ua declinata: & illud est, quia negatiua declinata est magis propria in falsitate
quam affirmatiua simplex: quoniam dictum nostrum, homo inuenitur iustus, est
falsum de iniusto, & de homine, qui non est iustus neque iniustus: sed dictum no
strum, homo non inuenitur non iustus, est falsum de iniusto tantum. Et simili-
ter, cum ponitur dispositio in consequentia negatiuæ simplicis cum affirmatiua
declinata in falsitate, econuerso consequentiæ ipsarum in veritate, scilicet con-
sequens in eis reddit antecedens* i& cum considerator priuatiua cum simplici-
bus in hac consequentia, inuenitur dispositio ipsarum in vero & falso, sicut di-
spositio declinatæ cum simplici. Verum quidem illæ, quæ sunt super diametrū, * A.l. cõse-
a.d. sunt contrariæ ex parte materierum *: & tu scies dispositionem ipsarum in quētia.
eo quod est futurum: & cum componitur reliqui modi oppositarum hac dispo
sitione, inuenitur dispositio vna ipsarum in consequentia dispositio vna. f. con- * A.l. modo-
tradictoriarum, & singularium, & contrariarum, & subcontrariarum. sed dispo rum.
sitio quidem illarum, quæ sunt super diametris in modicum diuersificantur: &
illud, quod ipsarum quędam sunt possibile vt sint verę ambæ simul, & ipsarum
quædam, quæ, possibile est, vt fiat ambæ falsæ simul. & Arist. non rememorat
istarum, nisi illarum, quarum rememorati sumus tm. & reseruauit eas ad librum
syllogism. Et canon cõis in scientia harum cõsequentiarum est, q; oēs propo-
sitiones istarum conuenientes in quantitate, quæ est signum, & diuersificantur Qualitas & qualitas p positionis.
in qualitate, quæ est negatio & affirmatio, sunt consequentes se. f. quod commu
nius ipsarum sequitur proprium: sed illæ quidem, in quibus consequentia non
valet, sunt oppositæ secundum modum contrarietatis, & secundum modum cõ
tradictoriarum se habent, sicut dictum est. Et enunciationum trinariarum, cum
accipitur subiectum per nomen infinitum, & prædicatum aliq; per nomen fini
tum, & aliq; per nomen infinitum, renouantur in hoc genere simplices, & de-
clinatæ affirmatiuæ & negatiuæ præter prædictas, & erūt simplices in eis, quā
rum prædicatum est nomen finitum, sicut fuit in modo primo simplicium, &
declinatarum, quarum prædicatum est nomen infinitum. Et illud est, quoniam
animaduertentia propositionis in esse ipsam simplicem aut declinatam, est ex
parte prædicati, non ex parte subiecti: erit ergo simplex affirmatiua in hoc ge-
nere, sicut dictum, non homo inuenitur iustus, & eius negatiua, non homo non p
inuenitur iustus: & erit declinata ipsius affirmatiua, dictum nostrum, non homo
inuenitur non iustus, & erit negatiua, nõ homo non inuenitur nō iustus: & est
manifestum quod istæ duæ oppositæ, quæ renouantur in hoc genere trinariarū,
scilicet quarum subiectum est nomen infinitum, sunt præter oppositas, quæ re-
nouantur in modo oppositarum, quarum subiectum est nomen finitum, quia su-
biectum istarum est priuatio subiecti illarum. Iamq; expositi sunt modi priua-
tionis, quos significat nomen infinitum in alio loco: & isti modi enunciatio-
num, cum fiunt negationes, non stabit pars negatiua loco literæ declinantis in
eis, neq; iungitur vna earum compari suo, sed oportet q; ordinetur particula ne
gationis in eis, in habentibus signa cum signo. Sicut est dispositio in modo pri-
mo enunciationum trinariarum in indefinitis & singularibus cum verbo inuen
tionis: sed pars quidem declinans ordinatur in eis semper cum subiecto, donec
sit quidem in enunciationibus simplicibus huius generis iterata pars negatiua
bis: & hoc, cum signo in enunciationibus habentibus signum cum subiecto &
cum verbo inuentionis in indefinitis & singularibus: sed in declinatis iteratur
ter cum signo aut verbo inuentionis, secundo cum subiecto, & tertio cum præ-
dicato, & non apponitur vna partium negationis in eis altæ, verbi gratia, quia
negatio nostri dicti, omnis non homo inuenitur non iustus, est dictum nostrum,

A non omnis non homo inuenitur non iustus: & illud per hoc, vt inueniamus in
hoc dictionem negationis in nibus locis, non per hoc vt inueniamus eā in duo
bus locis, ita vt dicamus, non omnis homo inuenitur non iustus. & similiter est
dispositio in binarijs, quæ sunt in hoc genere, scilicet in simplicibus ipsarum:
quoniam iam diximus, quod nō inuenitur ex eis declinata secundum significa
tiones singularum scitarum, quoniam pars negationis in hoc etiam oportet vt
ordinetur in eis bis simul cum signo in habentibus signum, aut cum verbo ip-
so in singularibus & indefinitis, neque sufficit in vno eorum absque secundo,
verbi gratia, quia quemadmodum negat dictum nostrum, omnis homo ambu-
lat, & est cuius subiectum est nomen finitū, dictum nostrum non omnis homo
ambulat, similiter negat dictum nostrum, omnis non homo ambulat, dictum no
strum non omnis non homo ambulat, nō dictum nostrum, non omnis homo am-
bulat, neque non omnis homo non ambulat: quoniam pars negationis non sta-
bit loco literæ declinationis, neque pars declinationis stabit loco illius: cum
vnaquæque ipsarum auferat ab enunciatione aliquid præter id, quod auferat
alia. Et illud est, quia pars negationis in habentibus signum, aufert quidem
iudicium vniuersale, quod continet signum vniuersale, & infert iudicium parti-
cularitatis, quod continet signum particulare: sed pars quidem declinationis au
fert subiectum vniuersale, & non iudicium vniuersale: & illud est, quia signum
B vniuersale coniunctum cum enunciatione non significat quod intentio subiecti
est vniuersalis, vt auferat ablatio eius ablationem intentionis vniuersalis su-
biecti, sed significat quidem quod iudicium intentionis vniuersalis est vniuer-
sale: & illud est manifestum in indefinitis: quoniam esse eas non habentes signa
non est ex eo, quod facit non oportere vt sint intentiones subiecti in eis vniuer
sales: cum sit significatio dictionum super eas significatio vniuersalis, verbi gra
tia, homo est iustus, homo non est iustus: dictio enim homo habet intentionem
vniuersalis, quamuis non coniungatur ei dictio omnis: & si esset dictio omnis,
quæ significaret quod intentio vniuersalis esset, dictio homo non esset signifi-
catiua intentionem vniuersalem, nisi quando coniungeretur cum ea omnis: &
propter hoc oportet vt coniungatur cum ea pars negationis in enunciationi-
bus habentibus signum, quarum subiecta sunt nomina infinita, sequentes sint
aut diuersę cum signo *, & redeat, id est iteratur pars negatiua secundo cum su- * A.l. nota I
biecto: & si erunt declinatæ redeant tertio cum prædicato, & si erunt non de- finita, ita qd
clinatæ sufficit reditio eius cum subiecto. Iamque venient loca in materia con primo ponatur cum signo.
tingenti, in quibus erit partis declinationis potentia, potentia partis negatio-
nis de diuisione veritatis, & venient loca, in quibus non sequitur id: & loca
quidem, in quibus est potentia partis declinationis, potentia partis negatio-
C nis est enunciationes singulares, cum sint subiecta ipsarum inuenta, & in tem-
pore, de cuius proprietate est vt disponantur per habitum & priuationem op-
positam, verbi gratia, quia cum petitur an sor. est iustus aut non iustus, & erit
responsio in eo vera, quod non est iustus, & respondet respondens loco dicti no
stri, quod ipse non est iustus, quod ipse est non iustus: quoniam potentia dicti
nostri, hic non iustus est, est potentia dicti nostri, non est iustus: cum sit sortes
inuentus, & in tempore, in quo aptus natus est vt sit iustus aut nō iustus, (cum
accidit quod inueniantur eo contradictiones prædictæ diuidentes verum a fal-
so, sicut diuidimus ea per dictum nostrum. Sor. est iustus aut non iustus.) Iamq;
possibile est in huiusmodi loco (sicut dicunt expositores) cum erit intentio
quærentis, vt concedatur a respondente propositio affirmatiua, & responderit
ei per negatiuam, vt accipiat loco ipsius declinatam, & proficiet in ea, cum po-
fuerit eam in syllogismo, in loco, quo proficit ea affirmatiua non negatiua, sicut
est minor in figura prima: quoniam minor cum est negatiua in figura prima,
non proficit per eam in conclusione, sicut ostenditur in libro syllogismi. Iamq;
prodest etiam quærenti hæc cautela, cum voluerit concludere neganti aliquid
contradictorium; & quod exposuimus in hoc loco est sufficiens in intentione
huius libri: sed locus quidem, in quo non est potentia partis declinationis, cum
coniungitur cum habitu, potentia partis negatiuæ in diuisione veri & falsi est

Bibliotheca

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud enunciationes vniuersales in hac materia: sicut, si quæratur omnis homo est sapiens, aut non omnis homo est sapiens? respondeatur loco dicti eius. non omnis homo est sapiens, omnis homo est non sapiens: & illud est, quia illud, quod opponitur dicto nostro, omnis homo est sapiens oppositione, qua separatur verum a falso, semper est dictum nostrum, non omnis homo est sapiēs. & non dictum nostrum omnis homo est non sapiens, cum sit dicti nostri sapiēs & non sapiens potentia, potentia contrariarum, quæ sunt dictum nostrum. omnis homo est sapiens, nullus homo est sapiens: & contrariæ sunt ambæ substantiæ simul in hac materia, vt ostensum est prius. Et oppositio, quæ est inter nomen finitum, & nomen infinitum, & verbum finitum, & verbum infinitum, non est ex genere affirmationis & negationis: quoniam dictum non homo non significat in linguis, in quibus vsitantur huiusmodi nomina id, quod significat dictum nostrum, non est homo: quoniam dictum nostrum, non est homo, significat subiectum, a quo negatur humanitas, quamuis non sit euidens in hoc dicto, est ergo propter hoc sermo compositus, & similiter significat dictum nostrum, non est sanus. sed dictum nostrum non homo: & non sanus significat quidem negationem, cum dicitur absque coniunctione nominis, necnō verbi euidentis, sed significat dictum nostrum non homo priuationem humanitatis: & dictum nostrum non sanus priuationem sanitatis, quæ est intentio simplex, quam significat ægritudo. & apparet quod non est significatio eius significatio negationis eo, quod negatio vera aut falsa sit, sed dictum nostrum non homo, non est verum neque falsum: & illud est, quia cum est dictum nostrum, homo, non est verum neque falsum, donec coniungatur cum eo, quod significat habitum & formam inuentam, & dignius est vt sit dictum nostrum non homo, non significans verum aut falsum, cum non significat intentionem finitam, sed significat intentionem infinitam. Et enunciationum, quarum subiectum est nomen infinitum, inuenitur compositio simplicium ex ipsis, & declinatarum consequentium se, sicut dispositio simplicis cum declinata in enunciationibus, quarum subiectum est nomen finitum: & illud est, quod, omnis non homo inuenitur non iustus, quæ est declinata affirmatio in hoc genere, significans id, quod significat dictum nostrum, non inuenitur aliquid ex eo, quod, non est homo iustus, quæ est negatiua simpliciter: & non est inter modum enunciationum, quarum subiectum est infinitum, & inter modum enunciationum, quarum subiectum est finitum, consequentis, neque oppositio. Et quum mutatur ex ordine nominis subiecti, & prædicati, aut verbi copulantis in enunciationibus trinatiis, aut nomen subiecti, aut prædicati, aut verbi in binatijs, ita, vt præcedat ex eis, de cuius proprietate est vt inueniatur posterius, aut sequatur id, de cuius proprietate est vt inueniatur in eo ante, & vniuersaliter vt permutetur ordo ipsarum, & remaneat prædicatum in eis prædicatum, & subiectum subiectum, enunciatio remanet vna & eadem, secuta veritate, si fuerit vera, aut falsitate, si fuerit falsa. Exemplum illius est dictum nostrum, inuenitur homo iustus, inuenitur iustus homo: quoniam ista enunciatio est vna & eadem: & cum dicitur Sortes fiat, & fiat Sortes: quoniam nisi essent enunciationes, in quibus non diuersificantur nisi partes earum secundum prioritatem & posterioritatem enunciationes vnæ, sequeretur quod essent vni enunciationi plus vna negatione. Iamque manifestum est, quod non est vni affirmationi nisi vna negatio: & illud est, quia, si cum dicitur homo iustus inuenitur, iustus homo inuenitur, non essent enunciatio vna, sed enunciationes duæ diuersæ intentione, & est negatio dicti nostri inuenitur homo iustus, dictum nostrum non inuenitur homo iustus, & negatio dicti nostri inuenitur iustus homo, dictum nostrum, non inuenitur iustus homo: & manifestum est quod dictum nostrum, non inuenitur iustus homo, neget dictum nostrum, inuenitur iustus homo, sequitur vt inueniātur dicto nostro, inuenitur homo iustus, duæ negationes, quarum vna est dictum nostrum, non inuenitur homo iustus, & alia est, non inuenitur iustus homo: & est negatio enunciationis, quam posuimus esse diuersæ

In propositione de subiecto finito, & infinito nō est cōsequentia, neque oppositio.

intentionis a dicto nostro, inuenitur homo iustus, & est dictum nostrum, inuenitur iustus homo. Iamque manifestum est quod nomen, & verbum, quæ sunt partes enunciationis, cum mutatur ordo in dicto a consuetudine currente in illa lingua, scilicet ab ordine, qui est pulchrior, & remanet prædicatum prædicatum, & subiectum subiectum, quod remanet illa enunciatio eadem.

Quādo noīa transposita non variant orationem.

De communibus, & diuisis enunciationibus. Cap. II.

Cōclusio 1.

AT VERŌ vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare, vel negare, nisi sit vnum aliquod, quod ex pluribus significatur, non est affirmatio, vel negatio vna. Dico autem vnum: non si vnum nomen positum sit, non sit autem vnum aliquid ex illis: vt homo est fortasse & animal, & bipes, & mansuetum, sed ex his vnum fit: ex albo autem, & homine, & ambulare non est vnum. Quare, nec si vnum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio vna, sex vox quidem vna, affirmationes verō multæ: nec si de vno ista, sed similiter plures. Si ergo dialectica interrogatio responsionis est peritio, vel propositionis, vel alterius partis contradictionis, propositio verō contradictionis est vnius pars, non erit vna responsio ad hæc: neque enim interrogatio vna, nec si sit vera. Dictum est autem de his in Topicis. Simul autem manifestum est, quod nec hoc ipsum, quid est, dialectica interrogatio est: oportet enim datum esse ex interrogatione eligere, vtram velit contradictionis partem enunciare: sed oportet interrogantem determinare: verum hoc sit homo, an non hoc. Quoniam verō hæc quidem prædicantur composita, vt vnum omne prædicatum fiat, eorum quæ extra prædicantur: alia verō nō, quæ est differentia? De homine enim verum est dicere, & extra animal, & extra bipes: & hec vt vnum, & hominem, & album, & hæc vt vnum: sed non citharœdus est, & bonus, etiam citharœdus bonus.

8. Topic.

Quæstio 1.

Si enim quoniam vtrunque verum, esse oportet simul vtrunq; multa inconuenientia erunt. De homine enim & hominem verum est dicere, & album: quare & omne. rursus si album ipsum, & omne. quare erit homo albus, albus, & hoc in infinitū. Et rursus musicus albus ambulans: & hæc eadē frequenter impliciea in infinitū. Amplius, Si Socrates, Socrates est, & homo: & Socrates, Socrates homo: & si homo & bipes, erit homo bipes. Quoniam igitur si quis simpliciter dicat complexiones fieri, multa accidit dicere inconuenientia manifestum est. Quemadmodum autem ponendum est, nunc dicimus. Eorum igitur, quæ prædicantur, & de quibus prædicari accidit, quæcunqee secundum accidens dicuntur vel de eodē, vel alterum de altero: hæc non erunt vnum: vt homo albus est, & musicus: sed non est vnum album, & musicum: accidentia enim sunt vtraque eidem. Nec si album, musicum verum est dicere, tamen non erit album musicum vnum aliquid: secundum accidens enim album

Cōclusio 2. quæ ab aliis ponitur Græce, quod eerdonem, & furorem significat, nō citharœdum.

Solutio. Regula 1.

musicum: quare non erit album musicum vnum aliquid: quocirca nec cicharœdus bonus simpliciter, sed animal bipes: non enim secũdum
Regula 2. accidens. Amplius, Nec quæcunque insunt in altero: quare neque album frequenter, neq; homo, homo animal est vel bipes: insunt enim
Coclusio 3. in homine animal, & bipes. Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter: vt aliquem hominem, hominem, aut aliquem album hominem, hominem album: non autem semper. Sed quando in adiecto
Regula 3. quidem aliquid oppositorum inest, quod consequitur contradictio, non verum sed falsum est: vt hominem mortuum, hominem dicere.
Quæstio 2. Quando autem non inest, verum. An etiam quando inest, semper non verum est, quando verò non inest, non semper verum est? vt Homerus est aliquid, vt poeta: est ne ergo, an non? secundum accidens enim prædicatur est, de Homero (quoniam enim est poeta) sed non
Responsio. Regula 4. secundum se prædicatur de Homero, ipsum est. Quare in quibuscunque prædicationibus neque contrarietas inest, si definitiones pro nominibus dicantur, & secundum se prædicantur, & non secundum accidens, & in his aliquid, & simpliciter verum erit dicere. Quod autem non est, quoniam opinabile est, non est verum dicere esse aliquid. Opinio enim eius est, non quod est, sed quoniam non est.

CVmq; affirmetur nomen vnum nominibus multis, aut affirmantur nomina multa nomini vni, aut negatur vnum nomen a nominibus multis, aut negantur nomina multa a nomine vno, non erit illa affirmatio affirmatio vna, neque illa negatio negatio vna: & similiter, cum affirmatur nomen vnum nomini vno, aut negatur de ipso, non est vna affirmatio, neque vna negatio, do nec sit intentio, quam significat dictio illa vna, sicut dictum est in his, quæ præcesserunt, nisi fuerint illa nomina multa significantia vnam intentionem: & illud, vt sint illa nomina synonyma: & sunt, quorum vnum significat eandem intentionem cum alio: aut sit ꝙ significant nomina multa partes definitionis, aut descriptionis vnius, sicut est dictum nostrum, homo est animal, homo est rationale: quoniam aggregatum ex his duobus prædicatis est definitio hominis: & illud est, quoniam homo est animal rationale: & similiter etiam, si erit descriptio eius, verbi gratia, homo est animal, & homo est bipes: quoniam aggregatum est descriptio hominis, quæ est animal bipes: & dictio homo significat significatione aggregata, quod significat vnusquisque duorum sermonum. Si ergo erunt prædicata multa aggregatio, quorum non est vnum, non erit affirmatio eorum affirmatio vna, neque negatio eorũ negatio vna. Et similiter, si erunt subiecta multa, de quibus prædicatur prædicatum vnum, non est illa affirmatio vna, neque negatio vna: & exemplum illius est prædicatio nostra de homine: quoniam ipse est albus, & quod ambulat: quoniam ista duo prædicantur cõiuncte de homine, & dicitur homo albus ambulat, non significat vnam intentionem, nisi per accidens: & dispositio in hoc est, sicut dispositio in prædicato, quod est dictio æquiuoca significans plus vna intentione: cum prædicatur de subiecto vno, & de omni subiecto, quod est dictio æquiuoca: cum prædicatur vnum prædicatum non significans intentionem vnam, scilicet quia sicut enunciatio, cuius prædicatum est nomen æquiuocum, non est enuntiatio vna, nec cuius subiectum est huiusmodi, est enunciatio vna, similiter est dispositio in enunciatione, in qua affirmantur intentiones multæ per nomina diuersa subiecto vni, aut illa, in qua affirmatur vnum prædicatum subiectis multis, quæ significantur per nomina diuersa, cum non erit vnum coniunctũ ex illis prædicatis, aut subiectis multis intentio vna. Et enunciationes, quarum subiectũ, aut prę-

A dicatum est nomen æquiuocũ, postquã sunt enuntiationes multæ, non est opportunum in his, vt sit quæstio dialectica quæstio vna: nec responsio est eis responsio vna: & si erunt omnes intentiones, quas significat nomẽ æquiuocũ subiectũ, de quo dicit prædicatũ vnũ, aut erunt oẽs intẽtiones, quas significat nomẽ æquiuocũ prdicatũ de subiecto vno, aut erũt intentiones multæ ipse. Prędicatum, aut est dictio prædicati & subiecti significans. s. vnãquãque earũ intentionũ, secundũ intentiones multas, nisi quia omnes intentiones, quas significat dictio prædicati, sunt vere de intentionibus omnibus, quas significat dictio subiecti, sicut ostensum est in libro topicorũ: quia responsio, secundũ viam dialecticæ est, vt aptetur quærenti illas quæstiones, vt intelligat illas intentiones, de quibus dicitur illud nomẽ æquiuocum, cũ esset tunc respondens, & quærẽs in vno ordine scientiæ rei, de qua disputent: sed intentio querentis secundũ viam topicæ, vt concedatur a respondente vna pars contradictionis, quã vult ponere propositionem, ꝙ destruat positionem respondentis. Cum ergo quærit quærens a respondente in topica propositione æquiuocæ dictionis, & concedet illi respondens vnam partem cõtradictionis, & ponet quærens ex vna illarum intẽtionum propositionem, ex qua conatur concludere ꝙ intendit destruere apud respondentem, est respondenti tunc vt dicat, non concedo hanc intentionem, sed quam concedo est intentio hæc, & hęc: & non proderit quærenti tunc concessio respondentis ei vna pars contradictionis: sed quæstio quidem secundum viam doctrinæ tam non erit per nomen æquiuocum* & ideo non erit hęc quæstio dialecticæ: quia hæc species quæstionis iam exigit oppositum eius, * ꝙ significat nomen æquiuocũ, sicut, si quærat quærens quid est oculus, ad respondentem spectat, vt discat multas intentiones, scilicet oculum animalis, & oculũ aquæ, & oculum solis, & aliud: sed quæstio dialectica, ex qua quærit quidem quærens veranq; partẽ contradictionis, vt concedatur ei vna duarum: sicut, si quærat an hoc est hoc, an non hoc: iam oportet vt sit quæstio determinata, vt sit responsio, quæ cadit super eum determinatam: & hoc erit quidem per nomẽ vniuocum. Et ex quo sunt prædicata multa, quæ prædicantur de subiecto vno inuenta secundũ quatuor dispositiones aut prędicata, cum separantur vera, & cũ aggregantur vera, & est aggregatum ex eis prędicatũ vnum: & sunt illa de quibus diximus, ꝙ coniunctum ex eis est enunciatio vna: aut prædicata multa, quæ cum separantur, sunt vera, & cũ aggregantur, sunt vera: sed aggregatum ex eis non est prædicatum vnum, nisi per accidens: aut prædicata, quæ, cum separant, sunt vera, & cũ aggregant erit derisio, & superfluitas: aut prdicata, ꝙ cũ separant, sunt vera & cũ coniungũt, sunt falsa: oportet vt demus canonem, quo ostenduntur hæc prædicata, quædã. s. a quibusdã, postquam ostenderimus quod
C non est necesse vt sit quod verificatur diuise quod verificetur cõposite, ita vt non comprehendatur in hoc falsitas, neque superfluum. Et dicimus igitur, ꝙ non sunt omnia prędicata verificata diuise verificata cõposite, ita ꝙ non sit sermo derisibilis, neq; superfluus: & illud ostenditur ex materijs. & ex eo, qd sequitur hanc positionẽ, si concesserimus eã de repugnantia ex materijs: quia iam verificat de sorte, quod ipse est medicus, & ꝙ aspiciens. i. subtilis, & non sequitur vt verificentur de eo duæ res simul, donec dicamus de eo, quod ipse est medicus circũspectus & repugnantiũ quidẽ, quæ sequuntur illum, qui dicit quod omne, quod verificatur diuise, verificatur cõposite, præter quod sequatur sermonem derisorium: vnde est quod, si est dictũ nostrũ de Sorte, quod est homo versum, & est albus: verũ oportet vt sit dictũ aggregati ex eis verum. s. quod sit Sortes homo albus: & quod si est prædicatio nostra de ipso etiam quod est homo albus, ita vt sint duo prædicata separata, ergo iã oportet vt verificet de eo, qd ipse est homo albus albus: & similiter cum acceperimus hoc dictum loco prædicati vnius separati, & acceperimus dictum primum loco prædicati separati, verificabitur de eo quod est homo albus homo albus albus, præter quod sit in sermone ridiculositas, nec superfluum, & sic vadit res in infinitum: & hoc est repugnans. Et etiam, si cum prædicantur de eo separata multa, sequitur vt verificentur de ea omnes compositiones, quæ accidunt ex illis separatis, sci-

Primo topi.

Octauo topi.

In æquocus, non est qõ. * in a. l. addit tur quia docenti est dare correctiõ nã qõnis, di uidẽdo signi ficata huius nols equoci. a. l. ill i dicat opportunam diuisionem eius.

licet cum componitur quædam earum cum quibusdam, & sunt infinitæ, ergo D
verificantur de subiecto res multæ infinitæ, sicut verificatur de eo, quod est ho
mo, & quod est albus, & quod ambulat, & quod est, homo, homo albus, ambu
lat, & similiter quod est albus albus, ambulat ergo erunt prædicata vera de eo
infinita. Iã ergo ostensum est quod non omne, quod verificatur diuise, verifica
tur cõposite, sicut videbatur multis antiquorum. Et postquã hoc ostensum est,
consideremus qñ erit ex intentionibus multis, quæ prædicantur de intentione
vna: & ex intẽtione vna, quæ prædicantur de intentionibus multis enuntiatio
vna: & illud est per hoc, vt sit aggregatũ ex his intentionibus multis intentio
vna & vera, & quãdo non erit hoc, dicamus ergo quod non erit prædicatio il
larum intentionũ multarum de subiecto in ea prædicatio per accidens, neque
est vna earũ inclusa in alia, neque contenta ab ea. s. quod sit conditio contenta
in habente conditionem, & quanto magis vt sit conditio ipsa eadẽ habẽs cõdi
tionẽ: sicut, si dicamus qđ Sortes albus albus, cũ non erit illud secundum in-
tentionis: quoniam coniunctum ex illis intentionibus erit intẽtio vna:
sed cũ est prædicatio eius per accidẽs, sicut est dictũ nostrũ de Sorte, qđ est al-
bus, & qđ ambulat: qñ non est coniunctũ ex eis intẽtio vna: & similiter, cum
erit secunda contenta a prima: qñ sermo tunc est superfluus, sicut dictũ nostrum
de sorte, quod est homo vivus, secundũ modũ expositionis hominis per vivum
propter hoc est colligatio nostra ipsius cũ vivo ridiculositas, & contrario colli
gationis generis cũ differentia: & cũ expoliantur prædicata separata ab his di-
spositionibus. s. a prædicatione, quæ est per accidẽs. & vt non sit vnũ eorũ clau
sum in alio, erit enũntiatio vna, sicut dictũ nostrũ de homine quod est alai. & est
hiper. Sed cũ res verificantur cõiuncte in prædicatione de aliqua re, colligatur
quędã cũ quibusdam: cũ quædam sunt, quarũ quædã verificantur, cũ separant,
& quædã non verificantur: & verificantur illę, in quibus coniunguntur duo:
quorũ vnũ est, vt non cõprehendatur in aliquo conditionato aliquid oppositũ
rei, quæ conditionat in eo, & ligatur in eo, & hoc quocũque modo accidat ex
modis oppositis quatuor, sine sit manifesta illa oppositio ex significatione il-
lius nois, sicut est dictũ nostrũ alai mortuũ, qñ mortuum est contrariũ animali
ex parte significationis huius nominis. s. nominis animal, aut nõ sit manifesta-
tio illa ex parte significationis nominis, sed ex parte significationis definitio-
nis, aut descriptionis. V. g. homo mortuus, qñ euidens est quidem quod homo
est oppositũ mortuo ex parte definitionis eius, in qua dr, quod est animal ratio
nale, cũ ergo concluditur oppositio in huiusmodi colligationibus, falsificr cum
separantur: qñ verificatur de mortuo, quod est homo mortuus, & nõ verificat
de eo, qđ est homo. Et conditio secũda, vt non sit prædicatio colligati de su-
biecto per accidẽs. i. ppter aliud ab ipso, sed propter se. i. propter seipsum: qz, E
cũ est prędicatũ per accidens secundũ istũ modũ, falsificatur cũ separatur. V. g.
Homerus est inuentus verificator aut inuẽtus opinabilis: qñ, cũ separantur
hæc, & dicitur Homerus est inuentus, est falsum, cum sit non priuatus: & cau-
sa in hoc est, quia dictio dicti nostri, inuentus, prædicatur de Homero ex par-
te, qua est ens inuentus aut verificator, non prædicatione prima propter se. i. ab-
solute: & dictum nostrum in eo, quod est inuentus ex parte, qua est in men-
te opinatus, est dictum nostrum verum: & propter hoc est possibile in eo,
cum accipiatur secundum hanc partem dictio, inuentus, vt verificetur de pri-
uato: sic dictum, non inuentus est, cum prędicatur de alio propter aliud, veri-
ficatur de re inuenta, & non verificatur de ipsa, cum prędicatur de ipsa pro-
pter se: sic est dictum nostrum de petro, cui inuenitur quod est non inuentus
partes: quoniam non verificatur de eo, quod ipse non est inuentus absolute,
sicut non verificatur de priuato, quod ipse est inuentus absolute: ergo, cum
non comprehenditur, vel claudit in conditione, aut colligato, oppositum
rei ligatę, cum significatur super rem assumptam per definitionem eius, aut no-
men ipsius, neque est illi prædicatio propter aliud: oportet enim cum diui-
duntur huiusmodi in prędicatione, vt verificentur diuise, sicut verificantur
compositę.

* In a. l. ait dicturum di-ctio hõ ãe cõ prehẽdit vi-uum, &c.

* a. l. verifi cator.

A *De enunciationibus modorum, possibilis, contingentis, impossibilis, & necessarii. Cap. III.*

Sectio quarta apud Gręcos.

HIS vero determinatis, perspiciendum est quemadmodum se se habent negationes, & affirmationes ad seinuicem: ex scilicet quæ sunt de possibili esse, & non possibili: & de contingẽti, & nõ contingenti: & de impossibili & necessario. Habent enim aliquas dubitationes: nam si eorum, quæ complectuntur, illæ sunt sibiinuicem oppositæ contradictiones, quæcũque secundum esse, & non esse disponuntur: vt eius, quæ est esse hominem, negatio est nõ esse hominem, non ea, quæ est, esse non hominem: & eius, quæ est, esse album hominem: ea quæ est, non esse album hominem, sed non ea quæ est esse non album hominem: si enim de omni aut affirmatio, aut negatio est, lignum erit verum B
dicere esse non albũ hominẽ: quod si hoc modo, & in quibuscunq; est se non addatur, idem faciet quod pro, esse, dicitur: ut eius quæ est, homo ambulat, nõ hæc, ambulat nõ homo, negatio erit, sed hęc, nõ ambulat homo: nihil.n. differt dicere, hoiem ambulare vel hoiem ambulatẽ esse: quare si hoc modo vbique, & eius quæ est possibile esse, negatio erit, possibile non esse, sed non ea quę est, non possibile esse. Videtur autem idem posse, & esse, & non esse, omne enim quod est possibile diuidi, vel ambulare, & non ambulare, & non diuidi possibile est. Ratio autem est, quoniam omne, quod sic possibile est, non semper in actu est: quare inerit ipsi etiam negatio. Potest igitur & non ambulare, quod est ambulabile: & nõ videri, quod est visibile. At vero impossibile est de eodem oppositas veras esse enunciationes: nõ igitur eius, quę possibile est esse, negatio est hęc, possibile est non esse. Contingit enim ex his, aut idem affirmare, & negare simul de eodem: aut non secũdum esse, vel non esse, quæ apponũtur, fieri affirmationes & negationes. Si ergo illud impossibile est, hoc C
erit magis eligendum. Est igitur negatio eius, quæ est, possibile esse: ea quæ est, non possibile esse, sed non ea quæ est, possibile non esse. Eadem quoque ratio est, & in eo quod est, contingens esse: etenim negatio eius est, nõ contingens esse: & in aliis quoque simili modo, vt in necessario, & impossibili. Fiunt enim quemadmodum in illis esse, & non esse appositiones: subiectæ vero res, hoc quidem album, illud vero homo, eodem quoque modo hoc in loco esse quidem & non esse vt subiectum sit: posse vero, & contingere appositiones determinantes (quemadmodum in illis esse, & non esse) veritatem, & falsitatem. Simliter hæ in eo quod est esse possibibile, & esse non possibile: eius vero, quæ est, possibile est non esse, negatio est, non ea, quę est, non possibile est esse, sed ea quę est, non possibile est non esse: & eius quę est, possibile est esse, non ea quę est, possibile est non esse, sed ea quę est, non possibile est esse. Quare & se-

qui se se inuicem videbuntur, possibile est esse, & possibile est non esse: idem enim possibile est esse, & non esse. Non enim contradictiones sunt sibiinuicem huiusmodi, possibile est esse, & possibile est non esse. sed possibile est esse, & non possibile est esse, nunquam simul in eodem veræ sunt, opponuntur enim: neque ea, quæ est possibile non esse, & non possibile non esse, nunquam simul in eodem veræ sunt. Similiter autem & eius quæ est, necessarium est esse, negatio non est ea, quæ est, necessarium non esse: sed ea quæ est, non necessarium est esse, eius vero quæ est, necessarium est non esse, ea quæ est, non necessarium non esse: & eius quæ est, impossibile esse, non est ea quæ est, impossibile non esse, sed hæc, non impossibile esse. eius vero quę est, impossibile non esse, ea quæ est, non impossibile non esse. Vniuersaliter vero (quemadmodum dictum est) esse quidem, & non esse oportet ponere quemadmodum subiecta, negationem vero, & affirmationem hæc facienteni, ad esse, & non esse apponere, & has oportet putare esse appositas dictiones, possibile, & non possibile: contingens, non contingens: impossibile, non impossibile: necessarium, & non necessarium. verum, non verum. Consequentiæ vero secundum rationem fiunt cum ita ponuntur: illam enim, quæ est, possibile esse, sequitur ea, quæ est, contingit esse, & hæc illi conuertitur: & non impossibile esse, & non necessarium esse: illa vero quæ est, possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necesse non esse, & non impossibile non esse: illam autem, quæ est, non possibile esse & non contingens esse, ea quæ est, impossibile esse, & necesse non esse: illam vero, quæ est, non possibile non esse, & non contingens non esse, ea quæ est, impossibile est non esse, & necessarium est esse. Consideretur autem ex subscriptione quemadmodum dicimus.

Prima descriptio consequentium.

I	III
Possibile esse.	Non possibile esse
Contingens esse,	Non contingens non esse
Non impossibile esse	Impossibile esse
Non necessarium esse	Necessarium non esse
Possibile non esse	Non possibile non esse
Contingens non esse	Non contingens non esse.
Non impossibile non esse	Impossibile non esse
Non necessarium non esse	Necessarium esse
II	IIII

Cõclusio 3. Hę igitur impossibile, & non impossibile, eã quæ est, contingens, & possibile, & non contingens, & nõ possibile sequuntur quidẽ cõtradictorie: sed conuersim. Eam. n. quę est, possibile esse, negatio impossibilis sequit, q̃ est nõ impossibile esse negationẽ vero affirmatio nã

A illã, nõ possibile esse, ea quę est, i possibile esse: affirmatio. n. est, impossibile esse, non impossibile vero negatio. Necessariũ vero, quemadmodũ se habet, considerandũ est. Manifestum est. n. quod nõ eodem modo, se contrarię sequuntur, contradictoriæ autem sunt extra: non. n. est negatio eius quæ est, ne cesse non esse, ea quę est, non necesse est esse: contingit enim veras esse vtrasque in eodem. Quod enim est necessarium non esse, non est necessarium esse. Causa aut huius est, cur non sequit necessariũ similiter cæteris: quoniã cõtrariæ, impossibile esse, necessario redditur idem valens: nam quod impossibile est esse, necesse est hoc, non quidem esse, sed potius non esse. Quod vero impossibile est non esse, hoc necessariũ est esse: quare si illa similiter sequuntur possibile, & non possibile: hęc econtrario, quoniam non significant idem, necessarium & impossibile, sed (quemadmodum dictũ est) conuersim. At certe impossibile est sic poni contradictiones Cõclusio 4.

B necessarii. Nam quod est necessarium esse, possibile est esse: nam si nõ, negatio consequetur: necesse enim est aut affirmare, aut negare: quare si non est possibile esse, impossibile est esse: igitur impossibile est esse, quod necesse est esse: quod est inconueniens. At vero illam, que est, possibile esse: nõ impossibile esse, sequitur, hanc vero ea, quæ est, nõ necessarium esse: quare contingit quod est necessariũ esse, non necessarium esse: quod est inconueniens. At vero neq; necessariũ esse, sequi- Cõclusio 5. Cõclusio 6.

tur eam quæ est, possibile esse: neque ea quæ est, necessariũ nõ esse. Illi enim vtraque contingit accidere: harũ autem vtralibet vera fuerit, non erunt illa veræ: simul enim possibile est esse, & non esse. Si vero necesse est esse, vel non esse, non erit vtrunque possibile: relinquitur ergo non necessarium non esse, sequi eam quæ est, possibile esse. Hęc enim vera est, & de necesse esse: hęc enim sit cõtradictio eius, quę sequitur illam, quę est non possibile esse: illam enim sequitur ea quæ est impossibile esse, & necesse est non esse, cuius negatio est, non est Cõclusio 7.

C necesse non esse. Sequuntur igitur & hęcontradictiones secundum prędictum modum, & nihil impossibile contingit sic positis. Corollariũ.

Secunda descriptio.

I	III
Possibile esse	Non possibile esse
Contingens esse	Non contingens esse
Non impossibile esse	Impossibile esse
Non necessarium non esse	Necessarium non esse
Possibile non esse	Non possibile non esse
Contingens non esse	Non contingens non esse
Non impossibile non esse	Impossibile non esse
Non necessarium non esse	Necessarium esse
II	IIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dubium. Dubitabit autem aliquis, si illam, quę est, necessarium esse, ea quę est possibile esse, sequitur. Nam si non sequitur, contradictio sequetur, quę est non possibile esse. Et si quis hanc non esse dicat contradictionem: necesse est dicere possibile non esse: sed vtręque falsę sunt de necesse esse. At vero rursus idem videtur esse possibile incidi, & non incidi: & esse, & non esse: quare erit necesse esse, contingens non esse, hoc autem falsum est. Manifestum est autem quoniam non omne possibile vel esse, vel ambulare, etia opposita potest, sed est in quibus non sit verum, & primum quidem in his, quę non secundum rationem possunt: vt ignis calefactiuus est: & habet vim irrationalę. quę igitur secundum rationem potestates sunt, eędem plurium etiam contrariorum sunt: irrationales vero non omnes: sed (quemadmodum dictum est) ignem non est possibile calefacere, &, non: neque quęcunque alia semper agunt: alia vero possunt & secundum irrationales potestates simul opposita suscipere. Sed hoc huius gratia dictum est, quoniam non omnis potestas oppositorum susceptiua est, neque quęcunque secundum eandem speciē dicuntur. Quædam vero potestates equiuocę sunt: possibile enim nō simpliciter dicitur, sed hoc quidē quoniam verum est, quod in actu est: vt possibile est ambulare, quoniā ambulat iam: & omnino possibile est esse: quoniam iam est in actu, quod dicitur esse possibile. Illud vero quoniam erit actu, vt possibile est ambulare, quoniā ambulauit, & hęc quidē in solis mobilibus est potestas, illa vero & in immobilibus: vtrūque vero verū est dicere possibile ambulare, vel esse: & quod ambulat, & agit, & ambulabile est. Sic igitur possibile nō est verum de necessario simpliciter dicere: alterū aūt verum est. quare, quoniam partē vniuersale sequitur, illud quod ex necessitate, cōlequi posse esse, sed non omne. Et est quidem fortasse principium quod necessarium est, & qđ non necessarium est omniū vel esse, vel non esse: & alia quemadmodum horum consequentia considerare oportet.

Solutio.

Cōclusio 9.

Cōclusio 10

Tertia descriptio.

I	III
Necessarium esse.	Non necessarium esse
Non possibile non esse	Possibile non esse
Non contingens non esse	Contingens non esse
Impossibile non esse	Non impossibile non esse
Necessarium non esse	**Non necessarium non esse**
Non possibile esse	Possibile esse
Non continges esse	Contingens esse
Impossibile esse	Non impossibile esse
II	IIII

Manifestum est aūt ex his, quę dicta sunt, quoniam quod ex necessitate est, secundum actum est: quare, si priora sunt sempiterna, & quę

actu sunt, potestate priora sunt: & hęc qdē sine potestate actus sunt, vt primę substātię: alia vero cū potestate, q̄ natura qdē priora sunt, tpe vere posteriora. alia vero nūquā actus sunt, sed potestates solū.

DIFFERENTIA TERTIA.

De enunciationibus modalibus.

ET ex quo, sunt enuntiationū, quę dā habentes modos, & quędam nō habentes modos: & modus est dictio significans qualitatē inuentionis predicati cum subiecto, verbi gratia, homo necesse est vt sit animal: aut possibile est vt sit philosophus: suntq; generū dictionū duo modi: quorū vnus est necessarius, & quod sequitur ipsum secundū modū cōsequentię, & numeratur cū eo, & est impossibilis, qui etiā partiū eius est, cū sit necessarū, aut necessarię inuentionis, aut necessarię priuationis, qđ quidē est impossibile. Et secūdus est possibilis, & qđ sequit eū secundū modum cōsequētię, & numeratē cū eo, V.g. cōtingens. Iam ergo oportet vt aspiciamus in oppositis huius generis, quę sunt & in cōsequentibus ēt ipsarū: & illud est in declinatis, & ēt in simplicibus: & fiunt quidē dictiones modorū duo modi: q̄ intendit quidē in eis, vt significationes ipsarū equiparatę sint enti, cuius differētię sunt duę. s. aut in potētia, aut in actu: & necessarū quidē est in eo qđ est in actu, & possibile dē de eo, qđ est in potētia. Cōsideremus ergo in oppositis earū primo, deinde in cō sequētibus. Et dicamus ep iam apparet in principio ēstimationis qđ littera negationis oportet vt ponat in hmōi enuntiationibus cū dictione inuentionis quę est copula, nō est predicato secundū dispositionē enuntiationū nō habentiū modos: & illud est, q̄ negatio dicti nostri, homo inuenit iustus, est dictū nostrū, homo nō inuenitur iustus, non dictū nostrū homo inuenit nō iustus: & illud est, ex quo affirmatio & negatio diuidūt verū a falso in olbus rebus: ergo, si posuerimus qđ negatio dicti nostri, homo inuenit iustus, sit dictū nostrū, homo inuenit non iustus, oportet similiter in his duobus dictis, vt diuidant verū a falso in olbus rebus, donec oportet, vt quū sit dictū nostrū in ligno, V.g. quod inuenit iustū lignū, falsum, erit verū de eo, quod ipsum inuenitur non iustū: sed posq̄, vt diximus, sunt dictū nostrum, iustū, & nō iustum separātia verū & falsum de homine tm: ergo ita oportet si est verū, qđ lignū inuenitur non iustū, vt sit de eo verū, quod lignū sit homo nō iustus: & hoc est in fine impossibilitatis: & cū est littera negationis posita in enuntiationibus trinarijs, & binarijs cū verbo, iam putat q̄ dispositio in enuntiationibus habētibus modos, est hęc dispositio: & erit secundū hoc negatio dicti nostri dicere qđ possibile est vt inueniat, possibile est qđ non inuenitur: sed iam apparet quod verificetur de re eadem, vt dicatur in eo, quod possibile est quod inueniatur, possibile & quod non inuenitur. Et exemplū illius est, quia quod possibile est vt incidatur, possibile est vt nō incidatur: & quod possibile est vt ambulet, possibile est vt non ambulet: & illud est, quia possibile est, quod non est necessarię inuentionis; & propter hoc iam est possibile in eo vt inueniatur. & possibile est vt non inueniatur: & quia impossibile est vt duo opposita verificentur de eodem, manifestum est quod negatio dicti nostri, possibile est vt inueniatur, non est dictum nostrum possibile est vt nō inueniatur. Cum ergo ostensum sit quod pars negationis in his enuntiationibus, scilicet in habentibus modos, non oportet vt ponatur cum predicato, neque cum verbo inuentionis. ergo iam oportet vt ponatur cum modo, erit ergo negatio dicti nostri, de re quod est possibile vt inueniatur, dictum nostrum quod non est possibile vt inueniatur. & hęc est dispositio in omnibus modis, quos numerauimus: & hoc est opportunum: quoniam, quemadmodum in enuntiationibus non habentibus modum, terminus quidem negationis fungitur cum re, quę est in predicatione loco formę, quę est verbum inuentionis, non cum re, quę est loco materię, quę est predicatum: similiter hęc quidem po-

* a.l. lignū verum, ergo falsum erit de eo.

Verbum est formal positione.

a.l.in habentibus modos ex prædicato, qui ē modus.

nitur pars negationis cum re, quæ est respectu verbi inuentionis, sicut verbum inuentionis in non habentibus modos respectu prædicati, & illa est modus: & illud est, quia verbum inuentionis ex quo est in enuntiationibus, quæ non sunt habentes modos, significans qualitatem dispositionis prædicati cum subiecto, sit verbi inuentionis proportio ad prædicatum in huiusmodi enuntiationibus proportio formæ ad materiam. Et ex quo est hæc proportio eadem ipsa proportio modi ad verbum inuentionis: & illud est, quia iam significat qualitatem inuentionis prædicati ad subiectum: est proportio eius ad verbum inuentionis proportio formæ ad materiam: & cum sint proportiones duæ eędem, & ut pars negatiua ibi posita cum verbo. oportet ergo vt ponatur hic cum modo: & vniuersaliter manifestum est per se, quod negatio dicti nostri, possibile est vt inueniatur, est dictum nostrum. nō possibile est vt inueniatur: quoniam sunt hę duæ diuidentes verum & falsum semper: sed dictum nostrum quidem possibile vt inueniatur. & quod non inueniatur, non sunt contradictoria, sed consequentia se: & similiter negatio dicti nostri, possibile est quod non inueniatur, quod est declinata possibilis, est dictum nostrum non possibile est vt non inueniatur: & negatio dicti nostri oportet vt non inueniatur, est declinata necessaria, est dictū nostrum, non oportet vt non inueniatur: & similiter negatio dicti nostri, impossibile est vt non inueniatur, dictum nostrum non est impossibile vt non inueniatur: & hæ sunt enuntiationes oppositæ in hoc genere. sed sequentes, sicut si dicam, affirmatiuam possibilem simplicem, quæ est dictum nostrum, possibile est vt inueniatur. consequuntur duæ, negatiua impossibilis, sicut dictum nostrum, non impossibile est vt inueniatur, & negatiua necessaria, quæ est dictum nostrū, non necesse est vt inueniatur: sed affirmatiuā possibilē declinatam, verbi gratia, possibile est vt non inueniatur sequuntur secundum famositatem. & magis scitum duæ: quarum vna est negatiua necessaria declinata, quæ est dictā nostrum, non oportet vt non inueniatur: & secunda est negatiua impossibilis declinata, quę est dictū nostrum, non impossibile est vt non inueniatur: & negatiuam possibilem simplicem, quæ est dictum nostrum, non possibile est vt inueniatur, consequuntur duę etiā: quarū vna est affirmatiua necessaria declinata, quæ est dictā nostrum, necesse est vt non inueniatur: & secunda est affirmatiua impossibilis simplex, quę est dictū nostrum, impossibile est vt inueniatur: & negatiuā quidem possibilē declinatam, Verbi gratia non est possibile vt nō inueniatur, sequuntur duę: vna, quarū est affirmatiua necessaria simplex, quæ est dictum nostrū, oportet vt inueniatur: & secunda affirmatiua impossibilis declinata, quę est dictum nostrum, impossibile est vt non inueniatur. Ponamus ergo oppositas ipsarum in latitudine tabulæ, & consequentes quasdam sub quibusdam, & illud secundum hanc designationem.

Enuntiationum modalium consecutio famosa.

Ordo I.	Ordo III.
Antecedens	Antecedens
Affirmatiua possibilis simplex.	Negatiua possibilis simplex
Possibile est vt inueniatur.	Non est possibile vt inueniatur.
Ordo II.	**Ordo IIII.**
Antecedens.	Antecedens.
Affirmatiua possibilis declinata.	Negatiua possibilis declinata.
Possibile est vt non inueniatur.	Non est possibile, vt non inueniatur.
Consequentes	Consequentes.
Negatiua necessaria declinata.	Affirmatiua necessaria simplex.
Non oportet, vt non inueniatur.	Oportet vt inueniatur.
Negatiua impossibilis declinata.	Affirmatiua impossibilis declinata
Non est impossibile, vt non inueniatur.	Impossibile est, vt non inueniatur.

Cum


A Cum ergo considerauerimus hanc consequentiam famosam, & insequemur eā, inuenimus * dictum nostrum impossibile, & dictum nostrum non impossibile, consequentia dictum nostrum possibile & non possibile, s. ꝙ contradictoria ipsorum sequuntur cōtradictoriā. i. ad affirmatiuā in eis sequitur negatiuæ nisi quia, illud est secundum conuersionem, s. ꝙ negatiua ex impossibili sequitur affirmatiuam de possibili, & affirmatiua de impossibili sequitur negatiuam de possibili: sed enunciationes de necessario consequentes ad possibile, non sunt contradictorię, sed contrarię, s. contraria affirmatiuæ necessarię, s. affirmatiua necessaria, quę est contradictoria negatiuæ necessariæ: & illud est, quia non est negatio dicti nostri, necesse est vt non inueniatur, consequens ex dicto nostro, non est possibile, vt inueniatur, dictum nr̄m, non necesse est, vt inueniatur: quod est consequens ex dicto nostro, possibile est ut inueniatur: & illud est, qm̄ ambo iam possibile est, vt verificentur de re vna, & eadem, nanq; ꝙ oportet vt non inueniatur, verificatur de eo, non oportet vt inueniatur, sed dictum nostrum, oportet vt non inueniat̄ est contrariū dicti nostri oportet vt inueniat̄, quod est contradictorium dicti nostri, non oportet vt inueniatur: & cā in hoc, quod sequitur possibile negatiuum, affirmatiuum cecessariū declinatum, & sequitur negatiuū possibile declinatū affirmatiuum necessarium simplex, est, ꝙ impossibile est cōtrariū necessario inueniri, & ū sit vis eorum in necessitate vna: & ex quo est, ꝙ negatiuā possibilem simplicem sequitur impossibilis affirmatiua simplex, & est impossibilis affirmatiua simplex contraria affirmatiuæ necessariæ simplici, sequitur de necessitate ꝙ sequatur eam contraria affirmatiuæ necessarię simplicis, quæ est affirmatiua necessaria declinata: & postꝫ sequitur negatiuam posem declinatam impossibilis declinata affirmatiua: & est impossibilis declinata affirmatiua contraria necessariæ declinatæ affirmatiuæ, oportet vt sequatur eam ex necessitate cōtrarium necessariæ declinatæ affirmatiuæ, quæ est necessaria simplex affirmatiua. Sed cum experimentetur hoc, tam putatur quod dispositio in hoc, quod sequitur possibile ex necessario, est, sicut dispositio eius, quod sequitur ipsum ex impossibili, s. ꝙ contradictorium ipsarum sequit̄ contradictorium, sedm rñ aliū modum a primo, cuius exemplum ostensum iam est: & erit consequentia ex dicto nostro, possibile est vt inueniatur, dictum nostrum, non necessarium est, ut non inueniatur: qd est contradictorium dicti nostri, necesse est, vt non inueniat̄, qd sequitur ex dicto nostro, non possibile vt inueniatur, nō dcm̄ nr̄m, non necesse est, vt inueniatur, & erit consequens dicti nostri, possibile est, vt non inueniatur, dcm̄ nostrum, nō est necesse vt non inueniatur, nō dictum nostrum, non est necesse vt non inueniatur, sicut posuimus illud in positione prima. Et qūo quidē apparet ꝙ sequens ex dicto nostro, pone est, vt inueniatur, sit dictum nr̄m, non necesse est, vt non inueniat̄, non dictum nostrum, non necesse est, vt inueniatur, illud ordinabitur super ostensionem, qd dictum nostrum, possibile est, ut inueniatur, est sequēs ex dicto nostro necesse est vt inueniatur: & qualiter quidem ost̄ditur hoc, est per hoc, qd dicā. & illud est, quia cū dicto nostro, necesse est, vt inueniatur, verificatur, aut dictū nostrum, possibile est, vt inueniatur, aut dictum, nostrum, non pone est, ut inueniatur: qm̄ dictum nostrum, possibile est vt inueniatur, est cōtradictoriū dicto nostro, non possibile est vt inueniatur, & contradictoria diuidunt uerum, & falsum supoēs res. ergo, si nō est verū cū eo dictū nostrum, possibile est vt inueniatur, tūc est verum cum eo, non possibile est, vt inueniatur verum, si verum est cum eo dcm̄ nostrum, non est pone vt inueniatur, est verum cum eo dictum nostrum, impossibile est vt inueniatur: cū hoc sequatur dictum nostrum, non possibile vt inueniat̄, & cum esset verum de eo dictum nostrum, impossibile est, vt inueniatur, esset quod necesse est vt inueniatur, impossibile vt inueniatur: & hoc est falsum, quod nō est possibile. ergo verum cū dicto nostro, necesse est vt inueniatur, est dictū nostrum, possibile est vt inueniatur: qm̄, cum est falsum vnum contradictorium, est verum aliud: cum firmatum est, quod dictum nostrum, possibile est, vt inueniatur, sequitur dictum nostrum, necesse est vt inueniatur, dico ergo quod consequens ex dicto nostro, possibile est vt inueniatur, ex propositionibus necessariis est negatiua declinata, quæ est dictum, non necesse vt nō inueniatur, demonstra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio eius, qm̃, non enuentur quin sit sequens hoc, scilicet ex possibili simplici affirmatiua, negatiua simplex, aut affirmatiua necessaria simplex, aut affirmatiua necessaria declinata, aut negatiua necessaria declinata: & si est negatiua necessaria simplex, quemadmodum posuimus, & est dictum nostrum, non est necesse vt inueniatur. tamq; fuit possibilis simplex affirmatiua sequens ex necessaria simplici, sed contradictoria, sequetur, vt sequatur ex necessaria simplici contradictoria eius, quæ est negatiua simplex, quia veniet demum ita, quod necessarium vt inueniatur, possibile est vt inueniatur, & ꝙ est possibile vt inueniatur non est necesse vt inueniatur: ergo quod est necesse vt inueniatur, non est necesse vt inueniatur, quod falsum est, & impossibile: quia non est possibile, vt duo contradictoria sint simul vera, & cum non sequat ex ea negatiua necessaria simplex, non remanet vt sequatur ex ea nisi affirmatiua necessaria simplex aut declinata, aut necessaria negatiua declinata: sed affirmatiuarum necessariarum declinatarum non uerificatur vna cum affirmatiua possibili: & illud est, quia illud, quod est possibile vt inueniatur, est possibile vt inueniatur, aut non inueniatur, & quod est possibile vt inueniatur aut non inueniatur, non est necesse vt inueniatur, neque necesse vt non inueniatur: & illud est manifestum ꝙ se. ergo, cum sit necesse, vt sequatur vna enunciationum necessariarũ quatuor possibilẽ simplicẽ: & iã ostensum est, ꝙ tres ipsarum non sequuntur eam: remanet ergo vt non sit sequens ipsum, nisi dictũ nostrum, non esse necessarium vt non inueniatur, quæ est negatiua necessaria declinata: & illud est necesse ẽt, quia non accidit ex hoc, impossꝫ accidit in eo, ꝙ præcessit in exp̃one nostra, ꝙ ex possibili sequitur necessaria negatiua: qm̃ iam sequitur dcm̃ nostrum, necesse est, vt inueniatur, dcm̃ nostrũ, non necesse est vt non inueniatur, cum sint veræ simul de re vna.

* A. I. ex possibili affirmatiua simplici sequit̃ necessaria negatiua declinata.

Enunciationum modalium consecutio vera.



A Verũ iam accidit dubitatio in eo, quod exposuimus ꝙ dictũ nostrũ, possibile est vt inueniatur, sequitur ex dicto nostro, necesse est vt inueniatur: & illud est, quia si non sequitur ipsum, ergo eius contradictorij: & eius* contradictorij est, vt dictum nostrum, nõ possibile vt inueniatur, aut dictum nostrũ, possibile vt nõ inueniatur. Verũ, si sequitur ipsum dictum nostrũ, non possibile vt inueniatur, impossibile accidit præcedẽs, cuius expleuimus rememorationem: &, si sequitur ipsum dictũ nostrũ, possibile est vt non inueniatur, sequitur vt sit illud, quod est necesse vt inueniatur, possibile vt nõ inueniatur: & hoc est falsum impossibile. Ex hoc ergo dicto, oportet vt sit ex dicto nostro, necesse est vt inueniatur, dictũ nostrũ, possibile est vt inueniat, uerũ: sed, cũ posuerimus qd illud, quod sequit dictũ nr̃m, possibile est vt inueniatur, & est illud, quod possibile est vt inueniatur, possibile est vt nõ inueniatur. iã ergo sequitur vt sit illud, quod est necesse vt inueniatur, possibile vt nõ inueniatur: & hoc est falsum & impossibile: & ꝙ hæc dictã pr̃a affirmãs, & probãs vt sit sequẽs ex dicto nostro, necesse est vt inueniatur, dictũ nostrũ, possibile est vt inueniatur, & secundũ destruẽs, vt possibile sequatur necessariũ, & sit consequẽs ex eo. Manifestũ est ꝙ oportet, vt sit qd affirmat dictũ nostrũ ex natura possibilis, & sequitur necessario, præter id, qd negat secundã possibile: ergo dicitur plus vno modo: & illud est ẽt manifestũ ex inductione: qm̃ apparet, ꝙ nõ omne id, qđ dicitur, quod est possibile vt faciat hoc, aut recipiat in eo, est potẽtia vt nõ faciat, & vt faciat: & illud est, quia res, de quibus dicimus qd in eis est potẽtia actiua, inuenitur eadm duos modos, aut potẽtia coniuncta rationi, & est illa, quæ interpretatur electio: aut potentia non cõiuncta rationi, & est illa, quæ interpretatur electio: aut potentia non cõiuncta rationi, sicut est calefactio ignis, & infrigidatio, & potentia quidem coniuncta rationi, est possibile, vt faciat diuersa contraria, scilicet vt faciat, & non faciat, & exemplum illius est ambulatio, quia in homine est potentia vt ambulet, & non ambulet æqualiter, sed potentia non coniuncta rationi est super vnum contrariorum tantum, & exemplum illius est ignis, quoniam in ipso est potentia ad calefaciendum tantum, non ad non calefaciendum nisi per accidens. & illud est, aut cum non inuenitur subiectum recipiens eius calliditatem, aut cum impedit eum impedimentum ab actione, quæ inest ei per naturam in illo subiecto: & iam inuenitur in potentiis passiuis non rationalibus quod recipit opposita æquali ter: &, cum hoc sit ita: ergo non omne possibile, est possibile, vt recipiat res oppositas, neque etiam est possibile ex eo, quod dicitur vniuoce, vt si una species: sed possibile est ex eo, quod dicitur æquiuoce: & illud est, quia iam dicimus possibile in eo quod est inuentum in actu: & dictum nostrum in eo, quod est possibile est secundum inuentionem: ꝙ dispositio inuenta est in actu iam: fuit enim possibilis: & si non, non recepisset eam: & hoc iam dicitur, & si non præcesserit possibilitas in ex actu, in tempore, si inueniatur aliquid cum hac dispositione: quandoque dicitur possibile vero ꝙ de eius proprietate est, vt inueniatur in futuro, & hæc possibilitas qđ inuenitur in rebus mobilibus tantũ, corruptibiles sint, aut nõ corruptibiles: nihil quia illius, quod est ex eo in rebus non corruptibilibus, renouatio est necessaria, sicut ortus solis cras: & illius, quod est ex eo in rebus corruptibilibus, non est essentia necessaria. Et modus quidem secundus possibilis inuenitur in rebus immobilibus: & hic modus possibilis est, qui sequitur necessarium: sed modus quidem primus non sequitur necesse: & illud est, quod fuit ex eo in rebus corruptibilibus. Iam simile est & videtur, vt dicam, quod possibile dicitur de necessario, cum sit communius quam necesse: & illud est, quia cadit super necesse, & super eo, quod non est necesse: tam oportet vt sit sequens ex eo, sicut sequitur communius magis proprium, scilicet sicut sequitur animal hominem. D. & cum iam sint manifesti modi possibiles, tam oportet vt ponamus primo, super quod cadit æquatio in hac consequentia, dictum nostrum, necesse est, vt inueniatur, cum sit hoc principium his omnibus. deinde consideremus quid sequatur ad hoc, ex his enunciationibus residuis. Deinde & hæc res agitur in libro Syllogismi. Distulit ergo rem ad illum locum: & est quidem necesse principium his: quia res necessariæ sunt sempiternæ inuentionis in actu, sicut ostensum est in scientijs speculatiuis: & post quam sunt res sem-

* A. I. contradictorũ, ꝙ est fuũ cõtrarium, & eius.

Dñs trer potentias rõnales, & irrationales.

Potentia irrõnalis, qñ hẽt vnam actionem per naturam.

Possitas est diuersa in rebus corruptibilibus, & æternis.

Posse cõe ad necesse.

Necessariũ est principiũ iis. in ꝓpriorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modi rerū necessariarum,

piternæ priores, oportet vt sint res, quæ sunt in actu priores rebus, quæ sunt in actu quādoq; , & in potentia quādoq; & propter hoc quædam entia sunt in actu sine potentia, sicut ens primum, & quoddam eorum est in actu quandoq; , & in potētia quādoq; : & sunt res generabiles & corruptibiles. & quoddā cum potentia tantum absq; hoc, quod potentia euacuet ipsam rem, sicut motus, & in summa inuentio infiniti, secundum q̄ est infinitum, sicut ostensum est in scientia naturali. Hęc ergo est summa, quā loquitur in enuntiationibus habētibus modos.

Quæ magis apte enunciationes contrariæ dicantur. Cap. IIII.

Quæstio. Porrian⁹ cū aliis multis hoc caput ñ esse Ari. putauit, q̄ ſra nimiā implexa sit, difficilisq; intellectu.

VTrum autem contraria est affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, quę dicit q̄ omnis hō iustus est, ei quæ est, nullus hō iustus est: aut omnis hō iustus est, ei quæ est, omnis hō iniustus est: ut est Callias iustus, non est Callias iustus, Callias iniustus est: quæ harum contraria est? Nam si ea, quæ sunt in uoce, sequuntur ea, quę sunt in anima: illic aūt contraria, est opinio contrarii (ut quoniam omnis hō iustus est, ei quæ est, omnis hō iniustus est) ēt in iis, quę sunt in uoce affirmationibus necesse est similiter sese habere: q̄ si neq; illic contrarii opinio contraria est, nec affirmatio affirmationi erit contraria, sed ea quæ dicta est negatio. Quare considerandum est, quæ opinio falsa opinioni veræ contraria est: vtrum negationis, an certe ea, quæ contrarii opinatur. Dico aūt hoc mō, est quędam opinio vera boni, quoniam bonum est: alia aūt, quoniam non bonum est, falsa: alia vero quoniam malum, similiter falsa: quæ harum contrariarum veræ? & si est vna, secundum quam contraria? Nam arbitrari contrarias opiniones definiri, eo q̄ contrariorum sunt, falsum est. Boni.n. quoniam bonum est & mali, quoniam malum est, eadē forte opinio est ēt vera, siue plures, siue vna sit. sunt aūt ista contraria, sed non eo q̄ contrariorū sint, contraria sunt, sed magis q̄ contrarie. Si ergo est boni quidem, quoniam est bonum, opinio alia autem quoniam non bonū est: est vero aliquid aliud est quod non est, neq; esse potest, aliarū quidē nulla ponenda est, neq; quæcunq; esse quod non est opinantur, neq; quæcunque non esse quod est: infinitæ. n. vtræque sunt, & quæ esse opinantur quod non est, & quæ non esse quod est. Sed in quibus fallacia est, hæ aūt sunt ex iis, ex quibus sunt generationes: ex oppositis vero generationes, quare ēt fallaciæ. Si ergo quod bonum est, & bonum, & non malū est, & hoc quidē scđm se, illud vero scđm accidens (accidit n. ei non malū esse) magis aūt in unoquoq; vera est, quæ scđm se est, ēt falsa, si quidē, & veraergo ea quæ est, qm̄ non est bonū qđ bonum est, eius quæ scđm se est, falsa est. Illa uero, quæ est quod malum est, eius quæ scđm accidens. quare magis erit falsa de bono, ea quæ est negationis opinio, quā ea, q̄ est contrarii. Falsus aūt est maxime, qui circa singula habet contrariam opinionē: contraria. n. est eorū, quæ plu-

Conclusio 1 Ista contraria, opiniones contrariæ.

Conclusio 2 Sed magis q̄ cōtrarie, contrarie adverbium.

rimum circa idē differunt. Si igitur harū contraria est altera, magis vero negationis est contraria: manifestum est quod hæc erit contraria. Illa vero, quæ est, quod malum est quod bonum est, implicita est. Etenim quoniam non bonū est, necesse est forte ipsum eundē opinari. Amplius, Si ēt in aliis similiter oportet se habere, & hoc mō videbitur bene esse dictum. Aut.n. vbiq; ea quæ est contradictionis, aut nusquam: quibus vero non sunt cōtraria, de illis quidem falsa, ea quæ est, est vere opposita. ut qui hominem non putat esse hoiem, falsus ē. Si igitur hę contrariæ sunt, ēt & alię, quæ sunt contradictionis. Amplius, Similiter se habet opinio boni, quoniam bonū est, & non boni, quoniā non bonū est, & præter has, boni quoniā non bonū est: & nō boni, quoniā bonū est. Illi ergo, qui non boni quoniam non bonū, uerę opinioni, quæ est contraria? Non. n. ea, quæ dicit quod malum est, * si aliqñ erit vera: nūquā aūt uera veræ contraria est. est. n. quod dā nō bonū malū, quare contingit simul esse veras. At uero nec illa, q̄ est, quoniā nō malū: vera. n. & hęc, simul. n. & hæc erunt. Relinquitur igitur ei, q̄ est non boni, quoniā non bonū est, cōtraria ea q̄ est, nō boni, quoniā bonū est, falsa. n. hæc quare, & ea q̄ est boni, quoniā nō bonū est: ei q̄ est boni, quoniā bonum est. Manifestū ergo est quod nihil inter est, nec si vniuersaliter ponamus affirmationē: vniuersalis. n. negatio contraria erit: vt opinioni quæ opinatur, quod oē qđ est bonū, bonū est, ea quæ est quod nihil eorum quæ bona sunt, bonū est: nā ea q̄ est boni, quoniā bonū, si vniuersaliter sit bonū, eadem est ei quæ opinatur, quod quicquid bonum est, quod bonū est. hoc aūt nihil differt ab eo, qđ est: qm̄ oē qđ est bonū, bonū est: similiter autem, & in nō bono. Quare si in opinione sic se hēt, & sunt hæ, q̄ sunt ī uoce affirmationes, & negationes, notæ earum quæ sunt in anima: manifestū est, quoniam affirmationi contraria quidem negatio est, quæ de eodem uniuersaliter: ut ei quæ est, qm̄ oē bonum, bonum est: uel quod omnis hō bonus: ea quæ est, quod nullum, uel nullus. Contradictoriæ autem, quæ est quoniam non omne, aut non omnis. Manifestum est aūt, quoniam, & veram veræ non contingit esse contrariam, neq; opinionem neq; contradictionem contrariæ enim circa idem oppositæ sunt. Circa eadem autem contingit verum dicere eundem: simul autem non contingit eidem inesse contraria.

* A.1. simul n. aliquādo.

Contrariæ circa idē opponuntur.

DIFFERENTIA QVARTA.

EX quo sunt orationes oppositæ: aut oppositæ secundū affirmationē & negationē: aut oppositæ per hoc, q̄ materiæ ipsarum sunt contrariæ: & sunt orationes, quarū prædicata sunt contraria: & inuenitur in illis, quarū prędicata sunt contraria, q̄ sunt quinq; modis oppositarū, quæ secundū affirmationē & negationē, quarū præcessit dictū. Ergo iā oportet vt cōsideremus hic, quæ harū orationū sunt magis oppositæ, & longioris differentiæ in cogitatione, an contrariæ secundū viā affirmationis & negationis, an contrariæ secundū viā cogitationis cōtrarij, verbi gratia, ſi dicto nostro, omnis homo est iustus, opponūtur di-

Opones dupliciter opponunt, secūdū modū negationis. & scđm modū contrarietatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ēta duo, quorū vnū est, nullus homo est iustus, quod est oppositū secūdū modum negationis: & secundū est dictum nostrum, omnis homo est iniustus, quod est oppositū secundū modum cōtrarietatis, & quod istorū est fortioris contrarietatis dicto nostro, omnis homo est iustus, vtrum dictū nostrū, nullus homo est iustus, aut dictum nostrū, omnis homo est iniustus: & dicemus, quia cū dictiones sint quidem significātes intentiones existētes in anima. ideoq; in mēte inuenitur cognitio alicuius rei, & credulitas contrarij eius, aut credulitas rei alicuius, & credulitas negationis eius, & est manifestū, qm dicitur in oratione, q̄ est contraria enūtioni, aut opposita ei ex parte oppositionis credulitatū, quæ sunt vna, aut in credulitate cōtrarij, aut in credulitate negationis. Et cum ita sit res, tam ergo oportet vt cōsideremus, quæ credulitas est in fine cōtrarietatis ad credulitatē veri & falsi, an credulitas cōtrarij eius, an credulitas negatiōis eius, & exēplū istius est, cū crediderimus in re aliqua q̄ est bona, & est credulitas vera, sicut nra credulitas in vita, q̄ ipsa est bona: erūt ipitur duæ credulitates hic falsæ, & oppositæ: & vna quarū q̄ vita est mala, & alia, q̄ ipsa nō est bona: quæ ergo harum duarū credulitatū falsarū de vita est in fine cōtraria in mēte credulitati veræ quæ est dictū nrm vita est bona, vtrū credulitas nra, q̄ ipsa est mala, aut credulitas nra, q̄ ipsa nō est bona. Dicemus ergo q̄ cōtrarietates inuētę in credulitate, scilicet quæ est in alia, assimilat cōtrarietati inuētæ extra aiam in materijs: & vtrū oportet vt sit illud, qd est ex rebus maioris cōtrarietatis extra aiam, sic fortioris cōtrarietatis in credulitate an nō? & dicemus post q̄ sunt duæ res, q̄ sunt cōtrariæ extra aiam scdm duo cōtraria minoris cōtrarietatis in credulitate, q̄ duæ res, quæ cōtrariant scdm vnū cōtrariū, aut sunt cū illo nō cōtrariæ in credulitate: immo scdm plurimū sunt cōsequētes se: sicut credulitas nra, qd vita est bona, & mors est mala, istæ. n. duæ oēs sunt cōtrariæ scdm prædicatū & subiectū extra aiam. Manifestum est ergo quod nō est cā cōtrarietatis inuentę in credulitate cōtrarietas inuenta extra aiam: qm̄, si esset causa, esset quod est magis contrariū extra aiam, dignius, vt sit cōtrariū in credulitate, ergo cuius cōtrariū est in credulitate propter materias, est dignius vt nō sit ipsum cōtrariū absolute in credulitate: sed cōtrarietas quidem, quæ inuenitur in credulitate ex parte affirmationis & negationis, nō est inuēta in ea propter alia, sed propter se, & propter dispositionē inuentā in ea in mente, & illa, in quibus est contrarietas per se, digniora sunt vt sint cōtraria, q̄ illa, in quibus est cōtrarietas propter aliud: & etiam qm̄ cum est apud nos credulitas de re, q̄ sit bona: & est hæc credulitas vera, non erit quæcunq; credulitas falsa, quæ est apud nos de illa re credulitas cōtraria illi credulitati: licet, si sit apud nos de ea, q̄ ipsa est aliquid ex eo, quod non est ei inuentum, aut q̄ non est aliquid aliud ex eo, quod inuenitur ei: sunt n. credulitates infinitæ: sed credulitas quidem cōtraria illi credulitati de illa est vna, & est credulitas, quam vidimus diuidemi verum, & falsum sp cum credulitate prima: & istæ sunt credulitates, quę ponuntur partes contradictionis in qō ne. D. cadit cum eis post illud dubitatio, quæ illarū duarū sit vera, & quæ falsa: sed inter credulitates quidē, quas possibile est simul esse falsas de subiecto vno & eodem, aut veras simul, non est possibile vt cadat dubitatio: neq; ponuntur partes dubitationis in qōne, ita vt veritas in vna earū sit determinatæ intentionis in se, quamuis non sit apud nos determinatæ: & manifestum est quod credulitas, q̄ opponitur inuentæ scdm veritatem, est credulitas, ex qua erit generatio, & est negatio: & illud est, quia generatio quidem est ex non inuento ad inuentū, & corruptio est ex inuento ad non inuentum. Credulitas quidem, quæ est in rebus, in quibus est alterario, q̄ est transmutatio ex contrariis, est minus contraria in credulitate, cum sit priuatio fortius opposita inuento, quam contrariam contrario: cum contrarium est inuentum quoddam, & propter illud nō est generatio ex ente, nisi per accidens. Et etiam, quia credulitas, quæ est cum negatione, facit necessariam remotionem credulitatis affirmationis per se, cū sit quidditas negationis, vt removeat affirmationem, q̄ est enuncians rei essentiā: & credulitas quidē contrarij prædicati in re, in qua creditur essentia prædicati, non facit necessario quidditas eius rememorationem affirmationis, cum sit renouatio contrarii in subiecto

A. 1. veritas, & fallitas.

A non facies per se remotionē contrarij eius, scilicet oppositi illi: sed est quidem res accidens ex renouatione illius in subiecto, s. vt removeatur contrarium per positionē contrarij alterius in eo. v. g. vt auferatur caliditas ab aqua per positionē frigiditatis in ea, proportionatur frigiditati per intentionem scdam, aut per accidēs: & illud est, quia remotio hæc est renouata per accidens. & remotio per negationem est remotio negata a negatione per se: & ex quo sequitur remotio affirmationis per se, dignius est sit vt contrarietas inuēta in credulitate, q̄ ex quo erunt, credulitas per accidens, aut per intentionem scdam, * & est completioris contrarietatis, & fortioris: & si erunt duo contraria ea, q̄ sunt diuersa in fine diuersitatis, & erit contrariū, quod est in mente rei affirmatæ ex contradictione fortius, q̄ contrariū, quod est ei ex credulitate contrarij mūti extra aiam, manifestum est ergo, quod credulitas contradictionis est credulitas contraria affirmationi absolute: & ꝛr, quia credulitas de re, quæ est bona, quod sit mala, est credulitas, q̄ sequitur credulitas alia, quæ est quod non est bona, sed credulitatē de ea, q̄ est bonum, & quod non est bonum, nō sequitur credulitas alia, scilicet quod est mala: & si esset illud ita, tunc nō inueniretur credulitas cōtraria in rebus nō habētibus cōtrariū, ergo credulitas negatiōis est magis cōtrarietas affirmationis, q̄ credulitas cōtrarij, & ipsa est cōtraria per se, cū inueniatur in rebus habētibus

B contrariū & nō habētibus: qm̄ oportet vt sit credulitas, quæ est cōtraria per naturā affirmationi, credulitas inuēta cōtraria in omni loco, nō in loco præter locū: & credulitas communis, quæ est in omni loco, & per se cōtraria, est fortius cōtraria, q̄ credulitas, quæ est in quodā loco nō, cū sit communius prius per naturā, q̄ propriū: & propter hoc, cū inuenitur propriū, inuenitur cōmune, & nō cōtinetur, illud scilicet cū inuentur commune, vt inueniatur propriū: ergo, si cōtrariū in credulitate ei, quod non habet contrariū, est negatio: ergo oportet vt sit contrarium in omni loco negatio, s. illud, quod est in fine. Et ꝛr, quia credulitas de eo, q̄ est bonum, q̄ ipsum est bonum, & credulitas in eo, q̄ non est bonum, ambæ sunt credulitates veræ: & credulitas in eo, quod non est bonum, q̄ ipsum est bonum, aut in eo, quod est bonum, q̄ non est bonum, sunt credulitates falsæ. Et ego miror, quæ credulitas est contraria credulitati nr̄æ in eo, qd nō est bonū, qd ipsum nō est bonū, q̄ est credulitas vera: qm̄ non euacuat hæc a tribus dispōnibus, quarum vna est vt contraria sit ei credulitas contrarii eius, & est credulitas in eo, quod non est bonum, q̄ ipsum est malum. secunda est vt sit contraria negatio

C contrarii, quæ est credulitas in eo, quod non est bonum, q̄ non est malum, & tertia est vt sit contraria credulitas in eo, qd non est bonum, q̄ non est malum: sed credulitas quidem contrarii eius non est contraria ei: & illud est, quia tam est possibile, vt sint ambæ veræ, qm̄ nullæ res ex eis, quæ non sunt bonæ, sunt malæ, vt credulitas quidem negationis contrarii eius, non est etiam credulitas contraria ei, cum iam sint veræ simul in re vna: qm̄ de linea est verum, q̄ non est bona neq; mala, & vniuersaliter de omni eo, de cuius proprietate est, vt non dispōnatur per vnum horum duorum contrariorum: & cum sit hoc ita: ergo credulitas contraria credulitati nostræ in eo, quod non est bonum, q̄ ipsum non est bonū, est credulitas nostra in eo, quod non est bonum, quod ipsum est bonum: & cum est credulitas, quæ est in fine contrarietatis credulitati nostræ in eo, quod non est bonum, quod non est bonum, credulitas nostra in eo, quod ipsum est bonū, ergo contrariū, qd est in ultio dr̄æ contrarietatis nr̄æ in eo, q̄ est bonū, q̄ ipsum est bonū, est credulitatis in eo, qd non est bonū, non credulitas nr̄a in eo, q̄ est malum, qm̄, si est affirmatio contrarium, quod est in vltimo negationi, oportet vt sit negatio ipsa in vltimo elōgationis: & est est hoc ita, & est cōtrariū qdē eius cōtrariū vrū: ergo cōtrariū affirmationi, qd est in vltimo, est negatio. D. Et nō est dr̄a in his exēplis, q̄ egimus hic in enūciationibus cōtrariis ex parte negationis & affirmationis inter hæc, q̄ ratiocinet quis in subiecto ipsarū est articulo al, aut ratiocinetur in ipso incluso cum clausura vniuersali: qm̄ de al, iam diximus, quod significat idem more Arabico, qd significat cl̄a vlis: ergo non est differentia scdm hanc intelligentiam, vt dicamus quod contrarium credulitatis in eo, qd est bonum, quod non est bonum, aut dicamus quod cōtrarium credulitatis in eo,

* A. 1. ex quo erit credulitas p accidēs aut p̄ inductionē secundam.

Cū inuenit̄ ppriū, inuenitur cōe, & non conuertitur.

Quid significat Al in lingua arabica.

ni eo, quod est bonum, quod nihil ex eo est bonum, & illud est, quia affirmatio & negatio, quæ sunt credulitates contrariæ inueniuntur in anima intentioni vniuersali. Et si est illud, quod erit * per dictionem, significans id, quod est in credulitate ex contrariis, est manifestum quod contrarium affirmationis in dictione quidem est negatio in dictione illi intentioni vniuersali, quam significat affirmatio, cum significetur illa intentio vniuersalis in affirmatione & negatione per dictionem vniuersalem, quæ est clausura. Et exemplum illius est, quia contrarium dicti nostri, omnis homo est bonus, est dictum nostrum, nullus homo est bonus: & est manifestum quod credulitates, de quibus dicitur hic, quod sunt contrariæ, quæ non est possibile, vt sint credulitates veræ: cum sit non possibile vt sit verum cõtrarium vero, nec credulitas vera credulitati veræ, neq; dictio contradictoria dictioni contradictoriæ: quoniã sint vtræque significantes intentionem, quæ est in se vera: sed credulitates contrariæ quidem sunt in oppositis secundum affirmationem & negationem, & ex illis in contradictorijs, & contrarijs in materia necessaria: & illud est, quia in multis ex oppositis, tam possibile est, sicut dictum est, vt sint veræ simul, & sunt indefinitæ, & sub contrariæ: sed in contrarijs non est possibile, vt sint ambæ veræ in aliquo vno & eodem: neque est possibile vt sint ambæ falsæ in materia necessaria, cum non expletur subiectum ab vno eorum. Hic completur expositio intentionum quas continet iste liber, cui titulus est perihermenias, per gratiam Dei.

* A. 1. quæ exit p dictionem.

Indefinitæ, & sub contrariæ, qñ simul veræ.

Librorum Perihermenias cum Auer.

FINIS.

ANNOTATIONES.

NOta, φ græca hęc dictio ἔστι, quæ latinè & φ & quoniã referre potest, in ueteri translatione ferè semper nulla intelligẽtiæ ipsius literæ habita rõne, in, quoniã, translata fuit. Nos verò diligentius græcæ literæ intellectum animaduertẽtes, vt res ipsa postulabat, & in φ, & in qñ ipsam trãstulimus.

Aduertas ẽt, φ dictio hæc græca καθόλου in veteri translatione ferè semper in hanc latinam, vniuersale, translata fuit, cũ tamẽ & vniuersale, & vniuersaliter posit significare: vniuersale quidem, cùm rei naturam, vt si hominem dicimus, vniuersalem naturam significauimus: vniuersaliter verò, cùm id φ latini signum distribuens appellarũt, vt si omne, aut nullum dicimus, vniuersaliter propositionẽ proferimus, quam rem in lib. Periher. in 2. Secti in litio docuit Aristot. Nos itaque Aristotelis doctrinam insequentes, & in vniuersale, & in uniuersaliter, vt conueniens fuit, ipsam transtulimus.

Errabat pariter vetus translatio dictiones has ἐν μέρει, & κατὰ μέρος in hanc, particularem vertens, cùm tamen non particularem, sed in parte, vel secundum partem, vel particulariter importent, signa distribuentia propositionem, non autem naturam aliquam denotantia.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS,
Logicæ pars altera,

Quæ resolutoria iudicatiua dicitur, Priorum duos Analeticorum libros continens.

Cum Auer. Cordub. Media expositione.

Ioannæ Francisco Burana Veronensi interprete.

Summa libri.

Primus liber in tres secatur partes secundum Auerr.

In prima a cap. 1. vsq; ad. 28. agitur de compositione syllogismorum, propositionum conuersione, figurarum, & terminorum ternario numero.

In. 2. a cap. 28. vsque ad. 31. de syllogistici inuentione medii.

In. 3. a cap. 31. vsque ad finem, de syllogismorum in proprias resolutione figuras.

De propositione, termino, & syllogismo, & dicto de omni, et de nullo. Cap. 1.

PRimum dicendum circa quid, & de quo est intentio, quoniam circa demonstrationem, & de disciplina demonstratiua est. Deinde determinandum quid Propositio, & quid Terminus, quid Syllogismus, quis perfectus, & quis imperfectus. Postea verò quid est in toto esse, vel non esse hoc in illo: & quid dicimus de omni, aut de nullo predicari. Propositio ergo est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo. Hæc autem, aut vniuersalis, aut particularis, aut indefinita. Dico autem vniuersalem quidem, cùm aliquid omni, aut nulli inesse: Particularem verò, cùm alicui, * aut non alicui, aut non omni inesse: Indefinitam autem, cùm quid inesse, vel non inesse significat, sine vniuersali, vel particulari: vt contrariorum eandem esse disciplinã: aut uoluptatem non esse bonum. Differt autem demõstratiua propositio à dialectica: quoniam demonstratiua quidem sumptio alterius partis contradictionis est. Non enim interrogat, sed sumit, qui demõstrat. Dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autem refert vt fiat ex vtraq; syllogismus: nam & qui demonstrat, & qui interrogat syllogizat: sumens aliquid de aliquo esse, vel non esse. Quare erit syllogistica quidẽ propositio, simpliciter affirmatio uel negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum. Demonstratiua verò, si uera sit, & per primas propositiones sumpta. Dialectica autem per-

Alex. vero legit, & scitẽtiam demonstratiuã.

* ἢ μὴ τινί, inquit Arist. aut non alicui, sic & plerunq; alias, vbi negã di nota, particularitatis notæ præposita, relinquit particulare. Nã nõ aliquis apud Arist. nõ efficit tantũdẽ ac nullus, sed vt aliqs nõ.

In pri. lib. In princ. primi post.

Aliqui legunt dissoluitur.

Syllogismus ex Græco est, nostri ratiocinationē appellant, collectionē tamen plurium ad ratiocinādū designare videt, συλλογή. n. collectio, cōgregatioque dicitur,

cōranti, quidem interrogatio contradictionis est, syllogizanti vero, sumptio apparentis, & probabilis, quemadmodum in Topicis dictū est. Quid est ergo propositio, & quid differt syllogistica à demonstratiua & dialectica, diligentius quidem in sequentibus dicetur. Ad præsentem vero vtilitatem, sufficienter nobis determinata sint, quæ nūc dicta sunt. Terminum autem voco, in quem resoluitur propositio: ut prædicatum, & de quo prædicatur, uel apposito, uel separato esse, vel non esse. Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his, quæ posita sunt, ex necessitate accidit, eo quòd hæc sunt. Dico autem eo quòd hæc sunt, propter hæc accidere. Propter hæc vero nullius extrinsecus termini adminiculo indigere, vt fiat necessarium. Perfectum vero voco syllogismum, qui nullius alius indiget, præter ea quæ sumpta sunt, vt appareat necessarium. Imperfectū verò, qui indiget aut vnius, aut pluriū, quę sunt quidem necessaria per subiectos terminos: nō autem sumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum in altero: & de omni prædicari alterum de altero idem est. Dicimus autem de omni prædicari: quando nihil est sumere subiecti, de quo non dicatur alterum: & de nullo similiter.

PARS PRIMA.

Primariæ huius libri radices.

Intentio huius libri.

Vtilitas.

Dixit, Operæpretium est, vt primo incipiamus enarrare id, quod hoc in libro quærimus, ac vtilitatem ex re, quam quærimus prouenientē, deinceps post hæc, quæ respectu aliorum, de quibus hoc in libro sermonem facit, radicum & principiorum vicem obtinēt: hoc est vt primo cognoscamus quid propositio, & quid terminus, & syllogismus: & syllogismorum qualis perfectus, & qualis imperfectus: & quid prædicatum de omni, vel prædicatum de nullo, aut non de aliquo. Et dicemus quod id, quod quærimus hoc in libro, est demonstratio: quoniam syllogismum quærimus, quia demonstrationem quærimus. Vtilitas vero, quæ ex hoc prouenit, est, vt cognitionem assequamur demonstratiuam de re omni secundum maximam perfectionem, quam homo potest naturaliter consequi. Et propositio quidem est oratio affirmatiua alicuius de aliquo, aut negatiua alicuius ab aliquo: & propositio diuiditur ex parte qualitatis, & ex parte quātitatis. Ex parte quidem quātitatis, quod alia vniuersalis, alia particularis, alia indefinita. Ex parte vero qualitatis, quoniam vnaquæque, aut affirmatiua est, aut negatiua. Et vniuersalis affirmatiua est, in qua affirmatur prædicatum de omni subiecto, ceu si dicam, omnis homo animal. vniuersalis autem negatiua ea est, in qua prædicatum negatur ab omni subiecto, veluti si dixerim, nullus homo lapis. Et particularis affirmatiua ea est, in qua de parte subiecti affirmatur prædicatum, quemadmodum si dicam, aliquod animal homo. Particularis vero negatiua est, siue prædicatum ab aliquo negetur subiecto, vt si dicam, aliquod animal non est homo: siue negetur vniuersale ipsum a subiecto, ceu dicamus, non omne animal homo. Quoniam particularis negatiua binas habet interpretationes, quarum vna est partis destructio, altera vero vniuersalitatis, quæ in ipsa reperitur. Cæterum indefinita ea est, cui penitus sepimentum non annectitur: aut vniuersale, aut particulare: quemadmodum dicimus, scientia contrariorum vna, & voluptas non est bonum. Et hæ diuisiones sunt propositionis ex parte formæ, hoc est diuisiones vtiles ad cognitionem syllogismi simpliciter. Diuisiones vero ex parte materiæ sunt: quoniam ipsius alia est demonstratiua, alia dialectica, ac reliquæ, in quas partitur secundum artium sermocinalium materias:

Particularis negatiua duplex est.

Diuisio propositionis ex parte quantitatis, & qualitatis est secundum formā. Diuisio propositionis in dialecticam, & demōstratiuam.

Propositio syllogistica est veluti genus ad dialecticam, & demōstratiuam.

A quemadmodum in sequentibus ex hac arte planum fiet. Ac propositio quidem demonstratiua, & dialectica re a se inuicem differunt: ac differentiarum vna hęc est, quod demonstratiua propositio, altera est contradictionis pars, & ea quidem vera. Dialectica vero esse potest vtralibet ex partibus contradictionis: quoniam assumitur concessa a respondente, & respondens poterit vtrantibet contradictionis partem respondere: nanque interrogans interrogationem in hac arte dat illi optionem, vt respondeat per vtram magis voluerit contradictionis partem, nec differunt inter se demonstratiua, ac dialectica propositio in descriptione, secundum quod syllogismum simpliciter asserunt, verum nulla in hoc penitus inter eas differentia est: nanque vterque & demonstrator, & dialecticus ratiocinabitur verum syllogismum, vbi aliquid de aliquo prædicari, aut non prædicari acceperit, dum propositionum aliquam ponit. Erit itaque propositio syllogistica veluti genus demonstratiuæ, ac dialecticæ propositionis, de qua considerabimus hoc in libro, oratio affirmatiua alicuius de aliquo, aut negatiua alicuius ab aliquo. Demōstratiua vero ea est, quę ex primis fuerit naturaliter scitis. Sed dialectica ex probabilibus, si astrictus syllogismum: sin autem interrogas, ex concessis probabilibus. Sectiones vero quibus a seinuicem distinguuntur propositiones istæ perfectæ, tradituræ sunt in libris de

B demonstrationis, & dialecticæ: vbi secundum modum istum considerandæ relinquuntur, & consimiliter cæterarum propositionum diuisiones in propriis perficiuntur artibus sicuti sophisticæ, & rhetoricæ propositiones. Verumenimuero satis fuit hoc in loco propositionum diuisiones cognoscere secundum quantitatem prædictam.

Quid sit terminus.

Terminus vero hoc in libro significat illud, in quod resoluuntur propositiones, secundum quod pars est necessaria ad hoc, vt propositio fit, hoc est, prædicatum ac subiectum: quoniam partes sunt propositionis necessariæ, non autem ea, quæ propositioni adiiciuntur loco copulæ, quemadmodum inuentionis verba, quum in ea non resoluatur propositio, tanquam partes sibi necessarias: erit enim tam propositio in acta: licet inuentionis verbum in ea sit in potentia, & lateat: vt luti consuendo est apud Arabas in ternarijs, ac quemadmodum res se habet in binarijs, hoc est, ex eo quod non est illis opus verbo inuētionis: & in hoc æquales sunt propositiones affirmatiuæ & negatiuæ.

Verbum inuentionis nō est res necessaria in propositione, sed sumit loco copulę.

Dixit, Syllogismus autem est oratio, in qua, quum ponūtur res plures vna, sequitur ex necessitate propter hæc posita, per se non per accidens aliud quid ab illis. Oratio hic genus est syllogismi: & in hoc volumus orationem enuntiatiuam, & reliqua, quæ accipiuntur in definitione, differentiæ sunt, quibus distinguitur oratio veræ syllogistica a non syllogistica: vnde dum inquit, quum ponūtur, intelligit quum admittuntur, hoc est, conceduntur: & dum inquit res, intelligit propositiones: deinde addit, plures vna: quoniam ipse interius declarabit, ſp non erit syllogismus ex propositione vna: & quum dixit aliud quid, intelligit ipsius conclusionem: & hoc, quoniam oportet conclusionem aliud esse a propositionibus, quoniam nil est, quod ad suipsius monstrationem accipiatur. Et

C quum dixit, sequitur ex necessitate, addidit necessitatis conditionem: quoniam consequentiarum alia necessaria, & alia non necessaria: & secundum hanc conditionem distinguitur syllogismus ab orationibus, ex quibus res sequitur consequentia non necessaria: quemadmodum inductio, & exemplum, & syllogismi, in quibus aliquando negatio concluditur, nonnunquam affirmatio. Et quum dixit, per se, intelligit, vt sit syllogismus perfectus, hoc est, vt nihil in eo desit, quod ad syllogismum faciat. Et dum inquit, non per accidens, significat figuras, quæ in non nullis concludunt materijs: quemadmodum infra declarabitur, conclusionem fieri ex binis affirmatiuis in secunda figura, quum prædicata subiectis in prædicatione æqua fuerint: & pars eorū, quę in hac definitione assumitur, ex se manifesta est, qd syllogismo insit: pars vero & inesse monstrabitur. Quēadmodum syllogismū orationē esse enūciatiuā, ex se manifestum est, quū oratio enūtiatiua est, ſ aut vera aut falsa est: & simile qd in ea dicitur, vt ex ipsa sequatur aliud a propositis, quodq; consequētia necessaria sit, & hoc ex se

Inductio, & exemplū nō sunt consequētiæ necessariæ.

manifestum: & consimiliter vt sit consequentia per se,nō per accidens,hoc etiā ex se clarum, hoc est syllogismū oportere hac disponi dispositione: quod vero monstrandum derelinquitur, est,oportere in ipso poni propositiones plures vna, & hoc infra declarabitur: planum nanq; fiet syllogismum omnem ex binis cōpositum esse propositionibus,neq; pluribus,neq; paucioribus. Syllogismus aūt quidam perfectus, & quidam imperfectus: & perfectus vtiq; is est, cui non est opus, quo appareat ex ipso sequi conclusio, facere aliud præter id, quo ipsius ostenditur conclusio. Imperfectus vero is est, qui indiget,quo appareat ex ipso conclusio sequi, vt aliud fiat, aut alia ex ijs,quæ sequuntur ex propositionibus, quæ in ipso fuere positæ: & hoc,quia oportet syllogismum esse completum, hoc est nihil ipsi deficere,vt syllogismus sit. Et adhuc iste diuiditur duas in partes: qm ipsius alius est,cui aliquid deest,vt appareat esse syllogismus, & is est,qui sibi nomen imperfecti vendicat: alius vero est,cui nihil deficit,vt appareat esse syllogismus,& is est perfectus. Verumenimuero dictum de omni, aut dictum de nullo, significat,nihil in omni reperiri subiecto, de quo non prædicetur prædictum, hoc est, vt prædicatum insit omni subiecto, & omni etiam illi, quod per subiectum disponitur, inexistat,adeo vt quum dicimus,omne animal est corpus, & velimus in ipso exercere intentionem dicti de omni, non tantum sit intentio nostra, vnumquodq; ex animalibus est corpus,sed vnumquodq: ex animalibus, & omne id, quod per vnumquodq; ipsorum disponitur, est corpus: & hęc est diuersitas inter dictum de omni,quod principium efficitur in hoc libro, & inter propositionem vniuersalem: & dictum de nullo consimiliter: significat enim nihil in omni reperiri subiecto, a quo non negetur prædicatum,ita vt prædicatum negetur ab omni subiecto,& ab ijs omnibus,quibus inest subiectum,hoc est,ab ijs, quæ disponuntur a subiecto. Et hæc sunt illa, quorum cognitionem præcedere oportet considerationem de speciebus syllogismorum, quæcūq; fuerit species.

Diuisio syllogismi per plectum, & imperfectū.

Quid sit dictū de omni.

Differentia inter dictum de omni, & propositionē vniuersalē.

De conuersione inexistentium propositionum. Cap. II.

Neq; bonū nullum, superflua est negatio, neq;,negatque duæ negationes frequenter apud Græcos.

QVoniam autem omnis propositio est, aut de inesse, aut ex necessitate inesse,aut contingere inesse. Harum autem,hæ quidem affirmatiuę,illæ autem negatiuæ secundum vnamquanq; appellationem. Rursus autem affirmatiuarum, & negatiuarum,aliæ sunt vniuersales,aliæ particulares,aliæ indefinitæ. Vniuersāle quidem priuatiuam de eo quod est inesse,necesse est in terminis conuerti. Vt si nulla voluptas est bonum,* neq; bonum nullum erit voluptas. prædicatiuam autē conuerti quidem necessarium est, non tamen vniuersaliter,sed in parte: vt, si omnis voluptas est bonum,& bonum aliquod voluptas. Particularem autem affirmatiuam quidem conuerti necesse est particulariter. Nā si voluptas aliqua bonum,& bonum aliquod erit voluptas. Priuatiuam verō non est necessarium. Non enim si homo non inest alicui animali,& animal non inest alicui homini. Primū ergo sit priuatiua vniuersalis,a b,propositio: si ergo nulli b inest a:neq; a, nulli inerit b.nam si alicui inest vt c, non verum erit,nullum b esse a. nam c eorum,quæ sunt b aliquod est. Si verō omni b inest a, & b alicui a inest:nam si nulli,neq; a,nulli b inerit,sed positū erat, omni inesse. Similiter autem & si particularis est propositio: nam si inest a alicui b:& b alicui eorū,quę sunt a,necesse est inesse:si enim nulli, nec a nulli inerit b. Si aūt a,alicui eorum,quę sunt b,non inest,non necesse est

& b alicui a non inesse:vt si b quidem sit animal,a verō homo:homo enim non omni animali,animal uerō omni homini inest.

De conuersione propositionum absolutarum.

ET omnis propositio, aut est absoluta, hoc est actu existens, aut necessaria,aut possibilis: & propter hoc diuiduntur syllogismorum genera ad diuisionem modorum propositionum. Amplius istarum vnaquæq; aut affirmatiua est, aut negatiua,aut vniuersalis, aut particularis,aut indefinita:quamobrem faciunt syllogismorum inuentorum species secundum modos istos, hoc est ex ipsis, alius ex propositionibus constat necessariis, & inexistentibus,& possibilibus,quemadmodum fecere etiam species ex parte variationis propositionum in quantitate,ac qualitate.In quantitate quidem secundum variationem sepimentorum: in qualitate vero secundum affirmationis ac negationis diuersitatem: modus igitur necessarius,ac possibilis tam ex precedēte libro cogniti sunt. Inexistentes aūt eas esse videtur velle,quę actu nō necessario inueniuntur, hoc est in quibus prędicatum inest omnibus subiecti individuis, multo tempore: & verisimile est, vt in hanc speciem veniant propositiones, de quibus ambigitur an necessarię sint, an vero non necessariæ, non autem illæ, quę actu inueniuntur, dum subiectum inuenitur aut prædicatum: quemadmodum arbitratus est Alex. quoniā & singulares sunt: & si ex ipsis vt uersalis reperitur, raro est ac per accidens, quum alioqui & hoc genus propositiones fieri in sequentibus prohibeat Aristo. Neq; iterum est aliquid comprehendens necessarium ac possibile, quemadmodum existimauit Theophrastus,aut; alij nonnulli, nisi forte rationem inexistentis esse velit,ignorare ipsam necessariam esse aut possibilem: quoniam quod hic inēditur, est diuisio propositionis secundum existentię diuisiones,aut secundum diuisiones scitorum primorū,quæ nobis naturaliter in propositionibus insunt:adhuc ex iis, quę infra dicemus,clarum istud fiet. Harum itaq; trium propositionum, hoc est inexistentis,necessariæ, ac possibilis,aliæ quidem conuertuntur,aliæ vero minime,id est vt in conuersione mutetur ordo partium enuntiationis, vt sit prædicatum subiectum ac subiectum prædicatum, seruata veritate & qualitate sua affirmationis ac negationis. Atqui, quum mutatur ordo & non seruetur veritas, illud est, quod hac in arte nuncupatur euersio enuntiationis, Ex propositionibus itaque,vniuersalis negatiua absoluta conuertitur, seruata quantitate: vt in exemplo,si verum est, nullum voluptatem esse bonum, verumetiam erit, nullum bonum voluptatem esse. Affirmatiua vero vniuersalis conuertitur quidem,non tamen seruata quantitate,hoc est vniuersaliter,secundum negatiuę dispositionem. Ceu si verum sit,quod dicimus, omnis voluptas bonum, erit itidem verum,aliqd bonum voluptatem esse. Ex particularibus autem absoluris, affirmatiua quidem conuertitur in parte:veluti,si verum est,quod dicimus,aliqua voluptas bonum, oportet vt verum etiam sit, aliquod bonum voluptatē esse. Negatiua vero non semper conuertitur in omni materia ex ista specie,qd' tamen exigitur in conuersione propositionum omnium: neq; enim, si verum est aliquod animal non esse hominem, propterea & conuersum verum erit, aliquem hominem non esse animal: & inductio sufficit ad ostendendum aliquid non conuerti, veluti particularem negatiuam: sed ad monstrandum aliquid conuerti iam est opus oratione. Sit itaq; primo exemplum vniuersalis negatiuæ, quod dicimus a in est nulli b, ita vt a exemplum sit subiecti, b vero prædicati. Exemplum etenim elementorum accomodatius,ne forte esse quispiam existimaret, qd' monstratur, sequi gratia materiæ, hoc est propter subiectum exemplum, non autem propter rem in se: veluti si loco a poneremus animal,loco b lapidem. Dicamus igitur,si verum fuerit,quod dicimus,nullum a b,quod oportet ex necessitate verum etiam esse, nullum b a:qm, si non est verum,quod dicimus, nullum b a contradictorium suum verum erit,quemadmodum expositum est in libro precedēte,hoc est, aliquod b a. Ponemus igitur particulare istud, sensibile aliquod, puta c,erit ergo c, quod est pars ipsius b, secundum sensum inuentū in a: quare aliquod a secundum sensum inerit ipsi b: & nos iam posuimus verum esse, nullum a, esse b:sed hoc impossibile & non conuenit: quare falsum, quod diximus, aliquod b esse a: quod si

Quare Aristoteles, in demōstratione cōuersionū, elementis vtatur.

In secundo Periher.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc falsum, verum erit, quod asserebamus, nullum b esse a, quod monstrare intendebamus. Affirmatiua vero absoluta vniuersalis conuertitur, quemadmodũ dicimus in parte: si enim verum extiterit, omne b esse a, dico quod sequitur ex necessitate in omni materia, vt verum sit, aliquod a b: demonstratio huius, nanq; si non est verum, quod dicimus, aliquod a b, verum erit suum contradictorium, quod est, nullum a esse b: & quum hoc verũ extiterit, verum erit & conuersum veluti antea exposuimus de vniuersali negatiua, hoc est, nullum b esse a: sed iam posueramus, omne b esse a, quod est impossibile, & non conuenit: ergo quod dicimus, nullum a esse b, falsum est ex necessitate: quod si hoc falsum, verũ erit suum contradictorium, aliquod a b. De affirmatiua vero absoluta in parte dicimus etiã consimiliter, quod in parte conuertitur: quoniam, si verum extiterit, aliquod b esse a, verum quoq; erit aliquod a esse b, ex necessitate: quia si non est verum, verum, erit suum contradictorium, nullum a b: & quum fuerit hoc verum, conuersum etiam suum verum erit, quod est, nullum b a: sed iam posuimus, aliqd b esse a: quod & impossibile, & non conuenit: quare si falsum extiterit, nullũ a esse b, ex necessitate verum erit contradictorium suum, aliquod a b. Negatiua autem in parte non semper conuertitur: cuius exemplum, si loco b ponamus animal, & loco a, hominem, tunc verum erit, non omne animal hominem esse: non tamen propterea suum conuersum verum, non omnis homo animal: & hoc sufficit in destructione, quemadmodum diximus. Atq; hæ quidem propositiones sunt, quæ conuertuntur, quæque non conuertuntur in materia absoluta.

De conuersione propositionum necessariarum. Cap. III.

EOdem autem modo se habebit in necessariis propositionibus: nam vniuersalis quidem priuatiua vniuersaliter cõuertitur. Affirmatiuarum autem vtraq; particulariter. Nam si necesse èst a, nulli b inesse, necesse est & b nulli a inesse: si enim alicui contingit: & a, alicui b continget. Si autem ex necessitate a, omni uel alicui b inest: & b alicui a necesse est in esse: nam si non ex necessitate inest, neq; a, alicui b ex necessitate inerit. Particularis uerò priuatiua non conuertitur, propter eandem causam, propter quam & supra diximus.

CAeterum ex propositionibus necessarijs, vniuersalis quoq; negatiua conuertitur vniuersaliter, & vniuersalis affirmatiua conuertitur in parte, & consimiliter affirmatiua particularis, secundum dispositionem absolutarum: huius autem ostensio est: qm̃, si verum extiterit, nullum b est a ex necessitate, dico ꝙ sequitur, vt verum etiam sit, nullum a est b ex necessitate: demõstratio huius, quoniam si non fuerit verum, quod dicimus ex necessitate, nullum a est b, contradictorium suum erit verum: hoc autem est aut affirmatiua in parte in materia possibili, quæ est cõtraria materiæ necessariæ, aut alia necessaria affirmatiua particularis: quoniam non sunt hic nisi istæ duæ materiæ, propterea quod absoluta est ex natura possibilis, & impossibile, quod accidit ex positione ipsarum est vnum: quoniam possibile, id est, quod quum ponitur in actu, non accidit ex positione sua impossibile. Quod si posuerimus ipsam necessariam particularem, mõstrabitur ex hac positione sequi impossibile secundum ostensionem præcedentẽ negatiuæ absolutæ: si vero ponamus particularem possibilem: quemadmodum si ponamus, possibile est aliquod a esse b, & tunc planum erit, si posuerimus aliquod a esse b in actu, non accidet ex hoc impossibile: atqui si posuerimus, aliqd a esse b in actu, erit & aliquod b a in actu: quoniam particularis absoluta iam cõuertitur, & iam posuimus, nullum b esse a ex necessitate: quod est impossibile, & non conuenit, & quod est ex natura possibilis, & possibile contrarium est necessario: & quum falsa extiterit affirmatiua particularis necessaria & possibilis, sequitur, vt vera sit vniuersalis negatiua necessaria: quoniam, quod non est contingens neque necessarium, illud est negatum necessario. Vniuersalis vero affirmatiua necessaria conuertitur ipsa quoque in particularem necessariam: si enim verum extiterit, omne b esse a ex necessitate, dico ꝙ sequitur, vt sit verum, aliquod a esse b ex necessitate: quoniam, si est aliquod a b contingenter, & non ex necessitate, sequitur vt sit aliquod b a contingenter: & hoc secundum monstrationem positionis præcedentis, quæ facta est de inexistente: propterea quod si ponamus, aliquod b, quod est contingenter aliquod sensibile, erit hoc quoddam a, & quoddam b: quod si ita est, erit aliquod b a cõtingenter: sed iam posuimus, omne b esse a ex necessitate: quod est impossibile, & non conuenit: quare si hoc ita est, sequitur, vt simul cum hoc, quod dicimus, omne b a ex necessitate, verũ etiã sit aliquod a esse b ex necessitate. Affirmatiua autem necessaria in parte, & ipsa consimiliter conuertitur in particularem necessariam: quoniam, si fuerit aliquod b a ex necessitate b oportet vt sit aliquod a ex necessitate b: quia si non, non erit aliquod b, ex necessitate a. Et hæ sunt propositiones absolutæ ac necessariæ, quæ conuertuntur: & hæc expositio, quam exposuimus, est expositio, quam intendit Aristoteles.

Nota nõ eẽ, nisi duas materias, quoniã absoluta est ex natura possibilis.

De conuersione propositionum contingentium. Cap. IIII.

NOn contingentibus uerò quoniam multipliciter dicitur contingere, nam & necessarium, & non necessarium, & possibile contingere dicimus: In affirmatiuis quidem, similiter se habebit secundum conuersionem in omnibus. Nam si a, omni aut alicui b contingit: & b, alicui a contingit: si enim nulli, nec a ulli b: ostensum est enim hoc prius. In negatiuis verò non similiter: sed quæcunq; quidem contingere dicuntur, ex eo quòd ex necessitate non insunt, uel in eo quod nõ ex necessitate insunt similiter. Vt si quis dicat hominem contingere non esse equum, aut albũ nulli tunicæ inesse. Horum enim * hoc quidem ex necessitate inest, illud vero non ex necessitate inest, & similiter conuertitur propositio. Nam si contingit nulli homini equum inesse, & hominem contingit nulli equo inesse: & si album contingit nulli tunicæ, & tunica contingit nulli albo: si enim alicui necessario, & album tunicæ alicui inerit ex necessitate: hoc enim ostensum est prius. Similiter autem & in particulari negatiua. Quæcunq; vero vt in pluribus, & in eo quod nata sunt dicuntur contingere*, secundum quem modum determinamus contingens: non similiter se habebat in priuatiuis conuersionibus. Sed & uniuersalis quidem priuatiua propositio non cõuertitur: particularis verò conuertitur. Hoc autem erit manifestum quãdo de contingenti dicemus. Nunc autem nobis tantum sit cum iis quæ dicta sunt, manifestum, quoniam contingere nulli, aut alicui non inesse affirmatiuam habet figuram: nam & contingit ipsi est similiter ordinatur. Est autem, quibuscunq; adiacens prædicatur, affirmationem semper facit, & omnino: vt, est non bonum: vel, est non album: vel simpliciter, est non hoc. Ostendetur autem & hoc per sequentia: secundum conuersiones autem, similiter se habebunt in aliis.

* Hoc sequẽs non respicit, sed præcedens.

* De contingenti illo secũdo modo, præsertim hoc libro determinabit sylogismos.

De conuersione propositionum possibilium.

PRopositiones vero possibiles, hoc est de quibus vere dicitur nomẽ possibile: quęq; ita se habent, vt possint esse & non esse in tempore futuro, sic disponũtur secundum conuersionem, vt affirmatiuæ absolutę & necessarię: hoc est, quod vniuersales affirmatiuæ, & particulares conuertantur in parte, & hoc manifestum: nãq; si fuerit omne a b contingenter, vel aliquod a b etiam contingenter, dico quod aliquod quoq; b a contingenter erit: quin si non est contingenter, sed fortasse necessario, aliquod igitur a erit b necessario secundum quod prædiximus: & iam posuimus, omne a esse b contingenter: quod impossibile & non conuenit. Cęterum, propositionum negatiuarum conuersio in hac materia econtrario se habet, quam in illo: & hoc, quoniam vniuersalis negatiua in hac materia non conuertitur vniuersaliter, & particularis conuertitur: quemadmodum declarauimus in sermone de syllogismis, qui componuntur ex propositionibus possibilibus: & causa huius est: quoniam negatiua in hac materia non est re vera negatiua: quemadmodum declaratum est in libro præcedente: vis namq; ipsarum est affirmatiuarum vis. Et hoc, quoniam modus in ipsis similis est verbo substantiuo, quod est in enuntiationibus sine modo. & quemadmodum enuntiatio, in qua dicto negatiua non componitur cum verbo affirmatiuo, sed cum prædicato, est affirmatiua, vt quum dicimus, Zaiol est non bonus, vel est nõ albus, eodem pacto se habebunt & enuntiationes istæ: quoniam dictio negatiua in ipsis non coniungitur cum modo, sed cum prędicato: vt cum dicimus possibile est hoc non esse in hoc, aut possibile est non esse in parte huius. Verum hoc ampliori declaratione declarabitur in sequentibus.


In propositionibus modalibus modus habet talem vim, qualem habet copula in illis de in esse.

De tribus figuris ex propositionibus inexistentibus. Cap. V.

IIs verò determinatis, dicemus iam per quæ, & quando, & quomodo fit omnis syllogismus: postea vero dicendũ de demonstratione. Prius enim de syllogismo dicẽdũ, quam de demonstratione, eo quod vniuersalior est syllogismus: nam demonstratio quidem syllogismus quidam est, syllogismus verò non omnis, demonstratio.

PRIMA FIGVRA.


Quando igitur tres termini sic se habent adinuicem, vt & postremus sit in toto medio, & medius in toto primo, uel sit, uel non sit, necesse est extremitatum perfectum esse syllogismum. Voco autem medium, quod & ipsum in alio, & aliud in ipso est, quod & positione medium est. Extrema vero quod & ipsum in alio, & in quo aliud est. Si enim a de omni b, & b de omni c, necesse est a de omni c prędicari. Prius enim dictum est quomodo de omni dicimus.



Prima vtilis coniugatio.

Similiter


A Similiter autem, & si a de nullo b, b autem de omni c: quoniam a nulli c inerit.



Secũda vtilis coniugatio.

B


Si autem primum quidem omni medio consequens est, medium verò nulli postremo: non erit syllogismus extremitatum. Nihil enim necessarium accidit, eo quòd hæc sunt: nam & omni, & nulli contingit primum postremo inesse: quare neque particulare, neque vniuersale fit necessarium. Cum autem nihil est necessarium, per hæc non erit syllogismus. Termini verò eius quod est omni inesse, animal, homo, equus: eius verò, quod est nulli, animal, homo, lapis.



C


Prima inutilis coniugatio.

Quando verò nec primum medio, nec medium postremo vlli inest, nec sic erit syllogismus. Termini verò aut inesse, scientia, linea, medicina: aut non inesse, scientia, linea, vnitas.




Secunda inutilis coniugatio. Auerr. accipit hos terminos: rationale, equus, homo, asinus.

Vniuersalibus igitur existentibus terminis, manifestum est in hac figura quando erit, & quando non erit syllogismus: & quod cum est syllogismus, necessarium est terminos sic se habere, vt diximus: & si sic se habent, manifestum quoniam erit syllogismus. Si autem hic quidem terminorum vniuersaliter, alius verò particulariter ad alium, quando vniuersale quidem ponitur ad maiorem extremitatem vel prædicatiuum, vel priuatiuum, particulare verò ad minorem prædicatiuum necesse est syllogismum esse perfectum. Quando verò ad minorem, vel quolibet modo aliter se habeant termini, impossibile est. Dico autem maiorē extremitatem quidem, in qua medium est: minorem verò, quæ sub medio est. Insit enim a quidem, omni b: b autem alicui c: ergo si est de omni prædicari, quod in principio dictum est, necesse est a, alicui c inesse.




Tertia inutilis coniugatio.

Et si a quidem, nulli b inest: b verò, alicui c: necesse est a alicui c non inesse: determinatum est enim & de nullo, quomodo dicimus: quare erit syllogismus perfectus. Similiter autem & si indefinitum sit b c prædicatiuum: nam idem erit syllogismus indefinito, & particulari sumpto.




Quarta vtilis coniugatio.

Si aũt ad minorẽ extremitatem vniuersale ponatur vel prædicatiuum, vel priuatiuũ, non erit syllogismus, neq; cũ affirmatiua, neq; negatiua, neq; indefinita, neq; particularis sit: vt si a quidem alicui b inest, vel non inest: b aũt, omni c inest. Termini vt inesse: bonum, habitus, prudentia; vbi non inesse, bonum, habitus, indisciplina.



Tertia inutilis coniugatio.


Rursum si b quidẽ, nulli c: a verò, alicui b inest, vel nõ inest, vel nõ oĩ inest, nec sic erit syllogismus. Termini oĩ inesse, albũ, equus, cygnus: nulli inesse, albũ, equus, coruus. Idẽ aũt & si a b indefinitũ sit.



Quarta inutilis coniugatio.

Nec qñ ad maiorem extremitatem quidē vniuersale ponatur vel prædicatiuum, vel priuatiuum, ad minorem verò particulare priuatiuum, non erit syllogismus, vel indefinito, vel particulari sumpto. Velut si a quidem omni b ineſt: b autem alicui c non ineſt, vel non omni ineſt. Cui enim alicui non ineſt medium, hoc omne & nullum ſequatur primum. Ponantur enim termini, animal, homo, album: deinde & de quibus albis non prædicatur homo, ſumantur, cygnus, & nix: ergo animal de vno * quidem omni prædicatur, de altero * verò nullo: quare non erit syllogiſmus.


* Albo, ſcilicet cygno.
* Albo, ſcilicet niue.



Quinta inutilis coniugatio.

Rursum a quidem nulli b inſit, b autem alicui c nō inſit: & ſint termini, inanimatū, homo, album. deinde ſumantur alba, de quibus nō prædicatur homo, cygnus & nix: nam inanimatum de hoc * quidem omni prædicatur, de illo verò nullo. Amplius, Quoniam indefinitū eſt alicui eorum quæ ſunt c, non ineſſe b: verum eſt aūt & nulli ineſt, & ſi non omni, quoniam alicui non ineſt. Sumptis aūt his terminis velut nulli ineſſe, non ſit ſyllogiſmus (hoc enim dictum eſt prius) manifeſtum ergo eſt, quoniam in eo q̄ ſic ſe habent termini non erit ſyllogiſmus: eſſet enim & in his. Similiter autem oſtendetur, & ſi vniuerſale ponatur priuatiuum.


* Albo, ſcilicet de niue.
* Scilicet cygno.



Sexta inutilis coniugatio.

Neque enim ſi ambo interualla particularia prædicatiuè, vel priuatiuè dicantur, aut hoc quidem prædicatiuum, illud verò priuatiuum, vel hoc quidem indefinitum, illud verò definitum, vel ambo indefinita, non * erit ſyllogiſmus nullo modo. Termini verò communes omnium: animal, album, equus: animal, album, lapis.

* Hic negatio ſuperfluit.



Sexdecim inutiliū, tum particularium, tum indefinitarum coniugationum exemplum.

Manifeſtum eſt igitur ex iis, quæ dicta ſunt, quoniam ſi ſit ſyllogiſmus in hac figurā particularis, quoniam neceſſe eſt terminos ſic ſe habere vt diximus. Aliter enim ſic ſe habentibus, nullo modo fit. Palam autem quoniam omnes, qui in hac ſunt ſyllogiſmi, perfecti ſunt. Omnes enim perficiuntur per ea, quæ ex principio ſumuntur. Et quoniam omnia problemata oſtēduntur per hanc figurā. Et enim omni, & nulli, alicui, & non alicui ineſſe. Voco autem huiuſmodi figuram, primam.

De propoſitionibus abſolutis.

SED poſteaquam fuere hæc declarata, dicamus ex quo componatur ſyllogiſmus, qui antea definitus fuit, & in quo componatur, & quo pacto cōpoſitio ſua, & quando componatur compoſitione, ſecundum quam ex ipſo ſequatur aliud ab ipſo ex neceſſitate. Amplius, poſt hoc oportebit de demonſtratione loqui: quoniam oportet ſermonem de ſyllogiſmo præcedere ſermonem de demonſtratione: ſyllogiſmus nanque vniuerſalior eſt demonſtratione: omnis enim demonſtratio ſyllogiſmus, & non eſt omnis ſyllogiſmus demonſtratio: puta, ſi exiterit figura concludens, & non fuerint propoſitiones ſuę vere. Dicamus igitur quod ſyllogiſmus de quo quærimus hoc in libro, eſt ſyllogiſmus, qui componitur ſuper quæſito determinato, veluti quum dicimus: omne c a, aut nullum c a: ac manifeſtum, quum acceperimus aliquid proportionatum ipſi c, & ipſi a, quę ſunt extremitates quęſiti, puta exempli gratia, b, quod binæ propoſitiones componuntur ex tribus terminis, ex quibus duo ſunt ſeparati inter ſe, communicantes verò in termino vno: & ſi accipiamus aliquid cōmunicans duabus extremitatibus quæſiti ſecundum hanc diſpoſitionem, fieri poteſt, vt ſecundum hanc oſtendatur quæſitum, hoc eſt, quod c ſit a, vel quod c non ſit a, vel non ſit in ipſo a. Exemplum huius dicti, c eſt b: & b eſt a: & ſequitur ex hoc, vt ſit c in a, & a in c: aut dicamus c eſt b: & b non eſt a: igitur ſequitur quod c non ſit in a: & ſubiectum quęſiti, quod eſt c, in vna propoſitione vocatur extremitas minor; & prædicatum quæſiti, quod eſt a, in altera propoſitione dicitur extremitas maior; & terminus ipſis communis, terminus medius; & propoſitio, in qua eſt minor extremitas, nuncupatur minor: & in qua

Syllogiſmus, de quo quęritur in libro priorum, eſt qui cōponitur ſuper ſuā determinatum.

Quid maior quid minor extremitas, & quid medius terminus.

Ordo medij termini inter extremitates vocat figuram.

est maior extremitas, appellatur maior. Ordo autem medij termini inter ambas extremitates dicitur figura. Et quoniam quatuor sunt positiones termini communis duabus extremitatibus, vna vt prædicetur de vtrisque extremitatibus, altera vt eisdem subijciatur, tertia vt sit subiectum in maiore, & prædicatum in minore, quarta econuerso. Cõsiderabimus secundum quem ordinem ex istis vtrisicetur, vt sint figuræ naturales secundum potentiam cogitatiuam, hoc est, vt super ipsis cadant homines naturaliter, non autem secundum potentiam artificialem: quoniam syllogismus, quem hæc ars conatur tradere, hoc est de quo solicita est, vt genera ipsius cõprehendat, & separet species concludentes in vnoquoq; genere a non concludentibus, secundum perscrutationem istam ostendet tibi, q figuræ prædicatiuæ sunt tres, & quod quarta figura, quam posuit Galenus, non est figura naturalis, in qua medius terminus de maiori prædicatur extremo, & minori subijcitur.

Quarta figura, quam posuit Gale. nõ est naturalis; vide infra in digressione propria, c. 8.

FIGVRA PRIMA.

DICAMVS igitur, si fuerit ordinatus medius terminus inter duas extremitates ita, vt prædicetur de minore, & subijciatur maiori, quemadmodũ si dicamus, omne c b: & omne b a: planum q ordo iste syllogisticus est, quodq; nobis inest secundum naturam. Arist. vero appellat ordinem istum figuram primam. Quoniam igitur omnes duæ propositiones, aut sic se habent, quod ambæ sunt vniuersales, aut particulares, aut indefinitæ, aut vna ipsarũ vniuersalis, & altera in parte: aut vna ipsarum vniuersalis, & altera indefinita: aut vna ipsarum indefinita, & altera in parte: & vnaquæq: harum trium specierum bifariam variatur, vel vt sit vniuersalis maior & particularis minor, vel econuerso: & consimiliter vniuersalis non indefinito, ac particularis cum indefinita: & vnaquæq: harum nouem specierum ita se habet secundum compositionem, aut vt ambæ simul affirmatiuæ sint, aut negatiuæ simul, aut vna ipsarũ affirmatiua & altera negatiua: & hoc duobus modis, vno quod sit minor negatiua & maior affirmatiua, secundo in contrarium huius: ex quo planum si multiplicatæ fuerint illæ quatuor in has nouem, efficientur hæc in figura sex ac triginta coniugationes: & Arist. exponit, quæ concludat, quæ ve non cõcludat: veluti quũ dicit, quando fuerint duæ propositiones vniuersales affirmatiuæ: concludet ex necessitate vniuersalis affirmatiua: cuius exemplum ex elementis, vt si ponamus omne c bi & omne b a: dico quod ex hoc concluditur, omne c a: & hoc semper ex necessitate. Exemplũ vero huius in materijs, quemadmodum si ponamus, omnis homo animal: & omne animal sensibile: sequitur ex hoc, quod omnis homo sensibile: quodq; hoc sequatur, planum ex intentione dicti de omni, quod descripsimus in principio huius libri: & hoc, quoniam intentio huius quod dicimus, omne b a, & omne animal sensibile, quæ est maior propositio in hac coniugatione, nimirum est, quod omne id quod est b, aut disponitur per b affirmatiue, ipsum est a: & posteaquam coniunxerimus in hunc locum, q c disponitur per b affirmatiue, sequitur ex necessitate, vt disponatur c per a. Consimiliter quum dicimus, omne animal sensibile, nempe volumus, vt omne, quod disponitur per animal, sit sensibile: & posteaquã coniunxerimus huic, quod homo disponitur vt sit animal. Planum est ex hoc sequi, vt ipse disponatur per sensibile: & iste est vnus ex modis concludentibus in hac figura.

Ex diuisione propositionũ colligũtur. 36. cõiugationes.

In prima figura.

Prima cõiugatio vniuersalis vtilis.

Eodem pacto quum exciterint duæ propositiones vniuersales, & fuerit maior negatiua, & minor affirmatiua. Manifestum similiter ex intentione dicti de nullo, quod vniuersalem negatiuam colligit. Exemplum huius, vt quum dicimus, omne c b: nullum b a: sequitur ex hoc, quod nullum c sit a: quoniam intẽtio eius, quod dicimus, nullum b a, significat quod nihil, quod affirmatiue disponitur p b, est a: & c disponit affirmatiue per b: sequit itaq; vt nõ disponat p a.

Secũda coniugatio vtilis vtilis.

Si vero fuerint ambæ propositiones vniuersales negatiuæ simul, aut maior affirmatiua & minor negatiua, non erit ex hoc syllogismus concludens, neque vniuersalem, neque particularem: & hoc, quoniam manifestum, quod in materijs concludit aliquando affirmatiuam veram, & aliquando negatiuam veram: & iterum, quoniam non est in ipso intentio dicti de omni: quoniam conditio eius, quod de omni dicitur, est, vt sit a negatum ab omni eo, quod disponit per b, dispositione affirmatiua: & quoniam c disponitur per b, dispositione negatiua, non sequitur ex hoc, vt disponatur per a, dispositione negatiua, siue maior affirmatiua extiterit, siue negatiua: & ad hæc, quoniam duo isti modi concludunt in materijs aliquando affirmatiuam veram, & aliquando negatiuam veram. Hoc autem planum, si posuerimus terminos duarum propositionum vniuersalium, quarum maior affirmatiua & minor negatiua, animal, homo, equus: vbi animal sit maior terminus, homo medius, & equus minor: & aliquando, animal, homo, lapis: quoniam igitur dicimus, nullus equus homo: omnis homo animal, concludimus vniuersalem affirmatiuam, hoc est, omnem equum esse animal: quum vero dicimus, nullus lapis homo: omnis homo animal: concluditur vniuersalis negatiua, hoc est, nullus lapis animal: quoniam igitur hæc compositio aliquando concludit negatiuam, & nonnunquam concludit affirmatiuam, non sequetur ex ipsa aliud ex necessitate ac semper secundum id quod acceptum fuit in definitione syllogismi: quum itaque res ita se habeat, non est syllogismus. Eodem pacto ponentur termini, qui concludunt affirmatiuam in vtrisque propositionibus vniuersaliter negatiuis, rationale, equus, & homo: qui vero vniuersalem negatiuam colligunt, rationale, equus, & asinus: & hoc, quoniam, nullus homo equus: nullus equus rationale. & concluditur, omnis homo rationale: & rursus, nullus asinus equus: nullus equus rationale: & concluditur, nullus equus rationale: quum igitur hæc coniugatio aliquando concludat affirmatiuam, & aliquando negatiuam, non erit vtique coniugatio syllogistica. Atque hæc est syllogismorum intentio, qui ex duabus vniuersalibus propositionibus hac in figura componuntur, hoc est, quod duo ex ipsis concludunt, & duo non concludunt. Scitu tamen dignum, quod is, qui ex binis negatiuis constituitur in hac figura, nihil penitus concludit, seu syllogismo artificiali, siue etiam naturali, qui est, quum dicitur, cogitatio sine consideratione. Si vero minor in ipso exiterit negatiua, iam existimatur quod concludat negatiuam in parte, posteaquam propositiones conuersæ fuerint: atque hæc species conclusionis non est ex syllogismo, super quem cogitatio naturaliter caderet minimum concluderet, si in quarta figura syllogismus naturaliter construeretur: atque quod intenditur, quemadmodũ diximus, est expositio syllogismorum, super quos naturaliter cadit humana cogitatio.

Cõiugationes vtiles inutiles.

Quod si in hac figura vna propositionum vniuersalis extiterit, & altera in parte, & maior vniuersalis fuerit, aut affirmatiua aut negatiua, & minor particularis & affirmatiua, erit ex hoc syllogismus concludens perfectus. Exemplum huius, quoniam si ponamus, aliquod c b: & omne b a: sequitur vt sit aliquod c a. Hoc autem manifestum ex intentione dicti de omni: quoniam dispositio eius, quod est, omne b a, quemadmodum plerunq; diximus, est, quod omne, quod disponitur per b dispositione affirmatiua, ipsum est a; sed ponitur aliquod c, disponi per b: sequitur itaq; vt particulare hoc sit dispositum per a. Et consimiliter si posuerimus aliquod c b: & nullum b est a: sequitur ex hoc, aliquod c non esse a: & hoc etiam manifestum ex intentione dicti de omni negatiui. Similiter sequetur dispositio, si in duobus modis istis loco particularis indefinitã posuerimus: quoniam indefinita ex necessitate est particularis: neque enim fieri potest, vt indefinita particularem nõ valeat: & hoc est, quod ex necessitate ipli semper inest. Quod si dispositionem vniuersalem significat, non tamen oportet hoc ei inesse: & propterea posuerunt ipsius vim, vim particularis.

Si vero vniuersalis propositio fuerit minor, seu affirmatiua, siue negatiua, & maior non vniuersalis, sed indefinita vel particularis, negatiua aut affirmatiua, non erit ex hoc syllogismus: & hoc manifestum, quũ in ipsis non reperitur intentio dicti de omni: & ad hæc planum etiam ex materijs, hoc est, quoniam in materijs concludit aliquando affirmatiuam, & aliquã negatiuam. Exemplum huius, si ponamus quod omne c est b: & aliquod b est a, vel non est a: non se-

Conditio dicti de oi. vide clarius in pra. c. 1. circa finem.

Nota syllm ex duabus vltimis negatiis nihil penitus concludere: sed ex minori negatiua tm, concludere conclusiõe artificialem, quã 1 directã vocant: hoc idem asserit Arist. 1 fine figurarum dispositionibus 1 existẽtibus. Intẽtio huius libri est rõcinatio syllogismorũ, sup qs cadit cognitio hominis per naturam. De coniugationibus gtis particularibus vtilibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur ex hoc, vt sit c negatum ab aliquo a, aut insit in aliquo a: & hoc, quoniam deficit hic aliqua ex conditionibus dicti de omni vniuersalis, qui in ipsa reperiatur: quia intentio dicti de omni fuerat, vt a prædicaretur negatiue aut affirmatiue de omni eo, quod tantum disponitur affirmatiue per b: sed a dicitur de aliquo b, non autem de omni eo. Exemplum vero terminorum, qui concludunt affirmatiuam veram, vbi minor fuerit vniuersalis affirmatiua, & maior affirmatiua in parte, bonum, habitus, & scientia: & hoc, quoniam omnis scientia est habitus: & aliquis habitus est bonus: & conclusio, quod omnis scientia bonum, & hoc est verum: quo vero negatiuam concludunt, sunt bonum, habitus, & ignorantia, quæ est secundum viam habitus, hoc est innata: & hoc, quoniam omnis ignorantia habitus: & aliquis habitus bonum, tamen nulla ignorantia bonum: & hoc etiam non concludit secundum viam naturalem: consimiliter, si posuerimus quod nullum c est b: & aliquod b a, vel aliquod b non est a: non concludemus conclusionem seruantem quantitatem: & hoc quoq; manifestum ex intentione dicti de omni, & ex materijs. Exemplum igitur terminorum propositionum, quæ concludunt affirmatiuam, quum maior exiterit affirmatiua particularis, & minor negatiua vniuersalis, album, equus, & cygnus: & hoc, quoniam nullus cygnus est equus: & aliquis equus album: & concluditur, omnis cygnus album. Termini vero, qui negatiuam veram, concludit sunt, album, equus, & coruus: & hoc, quoniam nullus coruus est equus: & aliquis equus album: & concluditur, nullus coruus album, quæ est negatiua vera. Quum igitur declaratum sit, quod in huiusce modi syllogismis aliquando cõcluditur vniuersalis affirmatiua, nonnunquam vniuersalis negatiua: planum quod non concludunt negatiuam in parte, neq; affirmatiuam in parte. Et hoc, quoniam ex parte, qua concludit vniuersalem affirmatiuam, non potest concludere vniuersalem negatiuam, neque particularem negatiuam semper: ex parte vero, qua concludit vniuersalem negatiuam, non potest concludere vniuersalem affirmatiuam semper, neque particularem etiam affirmatiuam: atque hi quidem non sunt syllogismi in comparatione eius, quod secundum naturalem viam concluditur. Eodem autem pacto, si loco particularis accipiatur indefinita, quoniã ipsarum vis est vna. Consimiliter etiam, si maior propositio exiterit vniuersalis, seu affirmatiua, seu negatiua, & minor particularis negatiua, non erit item syllogismus, qui secundum viam naturalem quæsitum colligat: quoniam, quum minori extremitati non insit medius terminus, hoc est non prædicetur de ipso affirmatiue secundum conditionem positam in dicto de omni, fieri potest vt maior extremitas illi insit, & nulli etiam insit. Exemplum cuius, si posuerimus, quod aliquod c non inuenitur in aliquo ex b: & omne b a: potest concludere quod a aliquando ineſt alicui c, & aliquando non ineſt. Exemplum vero huius ex materijs, animal, homo, album: & hoc, quoniam aliquod album non est homo: & omnis homo animal, & tunc fieri non potest, quin particularis, aut secundum positionem sit, aut secundum naturam, hoc est particularis positione: si quum dicimus, aliquod album non est homo, quæ est negatiua in parte, verum fuerit simul cum vniuersali negatiua, puta, nullum album est homo, tunc syllogismus complicabitur ex duabus propositionibus vniuersalibus, quarum minor est vniuersalis negatiua, & maior vniuersalis affirmatiua: sed iam exposuimus per terminos, quod iste non concludit, propterea quod contraria colligit. Quod, si cum hoc quod dicimus, aliquod album non est homo, simul vera non exiterit vniuersalis negatiua, & sit aliquod album ex necessitate homo, & aliquod etiam non sit homo: si inquam ita fuerit, nõ reperientur in hac positione termini, qui concludant contraria, hoc est affirmatiuam & negatiuam: quoniam oportet vt sit aliquod c a, nanque si cum hoc, quod dicimus, aliquod album non est homo simul verum exiterit, aliquod album esse hominem tunc oportet vt hæc coniugatio sit coniugatio concludens, hoc est, vt sit ex minore affirmatiua in parte & maiore vniuersali: sed iam declaratum, fuit quod est concludens proculdubio affirmatiuam in parte: & propterea non est verum, vt in consimili materia inueniri possit vniuersalis negatiua: quoniam

Causa inutilitatis,

Nota, q̃ p. positio est particularis duobus modis, vel secũdum naturã, vel positione.

ipsa contradicit particulari affirmatiuæ. Atqui declaratum est in consimili materia, quum fuerit propositio particularis negatiua vera simul cum affirmatiua particulari, hoc est, vt dicimus, particularis per naturam, quod complicatio ista non concludit: quoniam fieri potest, vt inueniatur in illo particulari aliqd, a quo negetur homo, de quo vere prædicetur animal, & item aliquod, de quo dicatur falso: puta, si posuerimus aliquod album, quod non est homo, exempli gratia nivem, verum erit, quum dixerimus, nullam niuem esse animal. Quod si gratia nivem, verum erit, quum dixerimus, nullam niuem esse animal. Quod si posuerimus, exempli gratia cygnum, vere proferte poterimus, omnem: cygnũ esse animal. Hoc igitur modo manifestum nobis factum fuit, quod hæc complicatio nonnunquã vniuersalem affirmatiuam veram concludit, & aliquando vniuersalem negatiuam veram, quæ sunt contraria. Nil præterea verat, vt dicimus complicationem istam non concludere, secundum quod hoc in loco quærimus coniugationes semper concludentes, non autem secundum materiã aliquam: cæterum, si admiserimus complicationem istam concludere affirmatiuã in parte, hoc vtique fiet, quum negatiua particularis, secundum naturam particularis erit, hoc est in materia, in qua simul etiam verificatur affirmatiua in parte, non autem vbi simul vera exiterit vniuersalis negatiua, quã vocamus particularem positione. Sed quod quærimus in materijs est, quod per se concludit, hoc est in omni materia: & propterea non recensebitur coniugatio ista inter materias concludentes: quemadmodum neque illa, quæ ex binis affirmatiuis concludit in figura secunda, licet fortasse concludat in aliqua materia, quoniam materiæ, in quibus concludit, sunt apud nos ignotæ. Consimiliter etiam declarabitur quod coniugatio illa non concludet per se, in qua maior propositio negatiua fuerit vniuersalis, & minor negatiua particularis, quemadmodũ de hac quoque declarauimus. Termini vero huius ex materijs, inanimatum, homo, album: quoniam aliquod album non est homo: & nullus homo est inanimatũ. quod si sub hoc aliquo acceperimus, niuem & cygnum, concludetur nobis, q̃ nix non est animatum: & cygnus, quia volatile est animatum, & ita inuenietur coniugatio ista concludens duo contraria simul. Quod si duæ propositiones acceptę in hac figura exiterint ambæ particulares, aut ambæ indefinitę, aut vna indefinita, & altera particularis, non erit ex his syllogismus, siue ambæ fuerint affirmatiuæ, aut ambę negatiuę, aut altera affirmatiua & altera negatiua: & hoc manifestum ex eo, qd non inuenitur in ipsis intentio dicti de omni: qm ipsum determinatur binis conditionibus, vna, quod maior sit vniuersalis, quomodocunque se habeat secundum qualitatẽ, hoc est affirmatiua vel negatiua: altera quod minor sit affirmatiua, quomodocũq; se habuerit secundum quantitatem, hoc est vniuersalis aut particularis. Iam autẽ declaratum est ex terminis, quod non concludit: quoniam cõtraria concluduntur in omnibus istis complicationibus: termini vero communes ad vniuersalem affirmatiuam concludendam, animal, albũ, homo: hoc est, vt sit animal maior extremitas, album medius, homo minor: & hoc, quoniam inuenies terminos istos ad omnes coniugationes illas, vt concludant affirmatiuã, nanq; aliquis homo albũ, & aliquod albũ animal: & aliquis homo non est album: & aliquod albũ non est animal: & ex omnibus istis sequitur, quod omnis homo animal. Termini vero cõmunes iis, quæ concludunt vniuersalẽ negatiuam, animal, albũ, lapis: animal maior, albũ medius, lapis minor. Iam itaque exposuimus, quæ concludant in hac figura, quæve non: quodque ex ipsis quatuor tantum concludunt, & quæ ex duabus constituitur vniuersalibus affirmatiuis, & quæ ex vniuersali affirmatiua maiore, & particulari affirmatiua minore, & quæ ex vniuersali negatiua maiore, & particulari affirmatiua minore, & quæ ex vniuersali negatiua maiore, & vniuersali affirmatiua minore. Quodque concludit oẽs enuntiationũ species, hoc est vniuersalem affirmatiuam, & particularem affirmatiuã, vniuersalem negatiuam, & particularẽ negatiuã: quodque syllogismi cõcludentes in hac figura sunt perfecti, & ob hoc vocata fuit figura prima. Quod vero priores excogitarunt, quod tres modi figuræ istius binas conclusiones colligunt, hoc est modus concludens vniuersalem negatiuam, concludit etiam conuertentem, & cõcludẽs particularem vniuersalem negatiuam,

Licet cõiugatio ex vniuersali affirmatiua vel negatiua, & particulari negatiua vltrõ cõcludat põt tñ in aliqua determinata materia concludere, sed hmõi cõiugationes si cõsiderẽtur i hoc libro.

Duæ conditiones ad dictũ de omni requiruntur.

Quare appellatur prima figura.

Nota de tribus coniugationibus aliis i prima figura, quæ concludunt conuertentes, quæ nō meminit Aristo.


ticularem affirmatiuam consimiliter, & concludens item vniuersalem affirmatiuam, quod videlicet, isti etiam conuertentes suos concludunt. hoc est affirmatiuam in parte: hoc inquam illi asserunt, quia intentionem ignorant Aristotelicam. Aristoteles namque hoc in loco intendit connumerare conclusionum species, quę per se & primo in syllogismis inueniuntur naturalibus: non autem quæ sunt secundum intentionem secundam, & non secundum cursum syllogismi.

Secunda figura ex propositionibus inexistentibus. Cap. VI.

QVANDO vero idem huic omni quidem, illi vero nulli inest, vel vtique omni, vel nulli figuram quidem huiusmodi voco secundam. Medium autem in hac dico, quod de vtraque prædicatur. Extremitates vero, de quibus dicitur hoc. Maiorem quidem extremitatem, quæ iuxta medium posita est. Minorem vero, quæ longius sita est a medio. Ponitur autem medium foras quidem extremitatum, primum vero positione: Perfectus igitur* nō erit syllogismus nullo modo in hac figura: possibile vero erit & vniuersalibus, & non vniuersalibus existentibus terminis. Vniuersalibus igitur terminis erit syllogismus, quando medium huic quidem omni, illi vero nulli inerit: etsi ad vtrumuis sit priuatiuum, aliter nullo modo. Prædicetur enim m de n quidem nullo, de x vero omni: quoniam igitur conuertitur priuatiua, nulli m inerit n, at m omni x supponebat: quare n nulli x inerit: hoc enim ostensum est prius.


* Abundat negatio.

Prima vtilis coniugatio, maioris conuersione indigęs, vt ad primā reducat figurā.



A Rursum si m n ȩdē oi inest: x vero nulli: neq; n, x nulli inerit. Nā si m, nulli x, neq; x, nulli m inerit: at vero m, oi n inerat, quare x, nulli N inerit. Facta est. n. rursum prima figura. Quoniā autē cōuertitur priuatiuum, neque n vlli x inerit: quare erit idem syllogismus.

* Hic quoque negatio abundat.



Secunda vtilis coniugatio, minoris, & conclusionis conuersione indigęs, et p̄missarū transpositione.

B Est aūt ostendere hęc, & ad impossibile ducentes. Quoniam ergo fit syllogismus, sic se habētibus terminis, manifestum, sed non perfectus: non. n. solū ex iis, quę ab initio sumpta sunt, sed ex aliis perficitur necessarium. Si autem m de omni n, & x prædicetur, non erit syllogismus. Termini inesse, substantia, animal, ratio: non inesse, substātia, animal, lapis: medium, substantia.


C



Prima inutilis coniugatio.

Neque quando & de n, nec de x vllo, prædicatur m. Termini ineſſe, linea, animal, homo: non ineſſe, linea, animal, lapis. Manifeſtum ergo quoniam ſi ſit ſyllogiſmus ex vniuerſalibus terminis, neceſſe eſt terminos ſic ſe habere, vt in principio diximus. aliter enim ſe habentibus terminis non fit concluſio neceſſaria. Si autem ad alterum ſit vniuerſaliter medium, quando ad maius quidē fuerit vniuerſaliter vel prædicatiue, vel priuatiue, ad minus autem & particulariter, & oppoſitæ vniuerſali (dico autem oppoſitæ, ſi vniuerſale quidē priuatiuū, particulare prædicatiuum: vel ſi vniuerſale prædicatiuum, particulare priuatiuum) neceſſe eſt ſyllogiſmum fieri priuatiuum particulariter. Nam ſi m, nulli quidē n, x autem alicui ineſt, neceſſe eſt n alicui x non ineſſe. Quoniam enim conuertitur priuatiuum, nulli m inerit n, m vero ſupponebat alicui x ineſſe: quare n alicui eorū quæ ſunt x non inerit. Fit enim ſyllogiſmus per primam figuram.

Tertia vtilis coniugatio maioris conuerſione indigens.



Rurſus ſi n quidē omni m, x vero alicui m nō ineſt. neceſſe eſt n, alicui x non ineſſe. Nam ſi x omni, ineſt n, prædicatur autem & m de omni n: neceſſe eſt m omni x ineſſe: ſupponebatur autem alicui non ineſſe. Et ſi m, n omni quidem ineſt, x autem non omni, erit ſyllogiſmus: quoniam non omni x, ineſt n, demonſtratio autem eadem.


A



Quarta vtilis coniugatio, quæ per impoſſibile eandem deducitur.


B Si autē de x quidem omni, de n vero non omni prædicatur m, non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, animal, ſubſtantia, coruus. Non ineſſe, animal, album, coruus. Nec quando de x quidem vllo, de n vero aliquo. Termini ineſſe, animal, ſubſtantia, lapis. Non ineſſe, animal, ſubſtantia, ſcientia. Quando igitur oppoſitum eſt vniuerſale particulari, dictum eſt quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus. Quando autem ſimilis figuræ fuerint propoſitiones, aut ambæ priuatiuæ, vel affirmatiuæ, nullo modo erit ſyllogiſmus. Sint enim prīmum priuatiuæ, & vniuerſale ponatur ad maiorem extremitatem: vt m, n quidem nulli, x autem alicui non inſit: contingit ergo & omni, & nulli x, ineſſe n. Termini quidē nulli ineſſe, nigrū, nix, animal.

Tertia inutilis cōiugatio.
Quarta inutilis cōiugatio.



Quinta inutilis coniugatio.

Omni vero ineſſe, non eſt ſumere, ſi m, alicui quidem x, ineſt, alicui autem non. Nam ſi omni x ineſt n: & m, nulli n, etiam m, nulli x inerit: ſed poſitum erat alicui ineſſe, non igitur ſic ſumere contigit terminos. Ex indefinito autem oſtendendum eſt. Quoniam enim verum eſt, m non ineſſe alicui x, & ſi nulli ineſt: nulli vero cum ineſt, n non erit ſyllogiſmus, manifeſtum quoniam neque nunc erit.



Ostensio per impossibile, q̃ nõ cõcludatur de omni nisi ex indefinito. i. particulari ex positione non natura.


Rursum si prædicatiuæ,& vniuersale ponatur similiter:vt m,omni quidem n,x aũt alicui insit:cõtingit ergo n,& omni,&nulli x ineſſe. Termini nulli ineſſe,albũ,cygnus, lapis.



Sexta inutilis coniugatio.


Ostẽsio per impossibile, q̃ nõ cõcludatur de omni, nisi ex indefinito,vt i superiori.

Omni vero nõ erit sumere terminos, ꝓpter eandẽ causam quã & prius:sed ex indefinito mõstrandũ est. Si aũt vniuersale ad minorem extremitatẽ est,& m,x quidẽ nulli,n vero alicui nõ ineſt:cõtingit n, & omni,& nulli x ineſſe. Termini ineſſe,albũ, aĩal,coruus. Nõ ineſſe, albũ,lapis,coruus. Similiter aũt & si p̃dicatiuæ fuerint ꝓpositiones. Termini nõ ineſſe,albũ,animal,nix. Ineſſe, album, animal, cygnus.



Septima inutilis cõiugatio.

A Manifestũ est igitur, quod si similis figuræ sint propositiones,& hæc quidẽ vniuersalis,illa vero particularis, quoniã nullo modo fit syllogismus. Sed nec si alicui vtriq; ineſt,vel non ineſt,vel huic quidem ineſt,illi vero non,vel neutri omni,vel indefinitæ. Termini aũt cõmunes omnium,albũ,animal,homo,albũ,animal, inanimatum.



Sexdecim inutilũ coniugationum exemplũ.

B Manifestum est igitur ex prędictis, quoniã si sic se habẽt termini adinuicẽ,vt dictũ est, fit syllogismus ex necessitate: & si fit syllogismus,necesse est terminos sic se habere. Palam aũt & quoniã omnes imperfecti sunt,qui in hac figura sunt syllogismi: omnes.n.perficiũtur assumptis quibusdam,quæ vel insunt terminis ex necessitate,vel ponuntur velut hypotheses,vt quando per impossibile ostẽdimus. Et quod non sit affirmatiuus syllogismus per hanc figuram,sed omnes privatiui,& vniuersales,& particulares.

De secundæ figura ex propositionibus absolutis.

C QVVM vero terminus medius prędicatur de duobus extremitatibus, hoc est de subiecto quęritur,ac prędicato eiusdem:& hoc, siue de ipsis affirmatiue prædicetur,vel negatiue:aut de vno affirmatiue & de alio negatiue: siue subiectum in ambabus vniuersaliter sit, siue in parte vel in vna ipsarum vniuersaliter,in altera in parte,aut indefinite. Planũ,quod talis complicatio est cõplicatio syllogismi:quoniã coaptatio humana super ipsam naturaliter cadit: non aũt secundũ vitã artificialẽ. Exemplũ huius:quoniam diceret fortasse aliquis,hic abortiuus non est animal:& si aliquis interrogaret,quare? respõderet, quoniam animalis vox est vehemens:& manifestum,q̃ ex hoc sermone excepit põs propositio minor,quę tam est euidens,huius,videlicet,nasi vocẽ nõ esse vehementem: vox igitur vehemens medius est terminus,qui de binis prędicat extremitatibus. Talis aũt complicatio vocatur figura secunda: terminus vero, qui de ipsis prędicatur, medius nuncupatur,& subiectũ quęsiti, minor, & eiusdem prędicatum,maior. Ac propositio, cuius subiectum, est subiectũ quęsiti, propositio minor:cuius aũt subiectum est prędicatũ quęsiti, propositio maior. Ponemus itaque primum in sermone minorem extremitatem, postea sequetur medius,deinde sequetur maior,vt distinguatur maior a minore: quoniam non distinguuntur in hac figura, nisi vt ad quęsitum referuntur.

In hac igitur figura non inuenitur syllogismus perfectus: inueniuntur autem syllogismi concludentes,quum fuerint propositiones vniuersales, & non vni-

Figura secũda est naturalis.

Nota,nõ distingui extremitates maiorẽ, & minorẽ, nisi penes ęsticũ in figura secũda.

uersales, si itaque sint vniuersales, syllogismus erit, quum medius prædicatur de vna extremitatum omni affirmatiuę, vtra earum fuerit: & de altera prædicetur negatiue: quod si de ipsis prædicetur affirmatiue, non erit syllogismus concludens. Ponamus ergo primum duas propositiones vniuersales, vnam negatiuã & alteram affirmatiuã: sitque maior negatiua & minor affirmatiua: dico igitur quod cõcludit negatiuam vniuersalem. Exemplum huius: omne c b: & nullum a b: dico quod sequitur ex hoc: nullum c a: si enim conuertamus negatiuam vniuersalem dicentem, nullum a b: & dicamus, nullum b a: quum iam supra posuerimus, omne c b: concludemus in secundo modo primæ figuræ secundum quod declarauimus, quod nullum c est a. Consimiliter si posuerimus etiam minorem negatiuam, & maiorem affirmatiuã, dico quod complicatio ista quoque concludit vniuersalem negatiuam. Exemplum huius: si dicamus, nullum c b: & omne a b: concludetur nullum c a: quod monstratur, si conuertamus propositionem negatiuam, & fiat, nullum b c: quum iam positum fuerit, omne a esse b: ergo nobis concluditur in modo secundo figuræ primę quod nullum a est c: quod si iterum conuertamus conclusionẽ istam, erit nobis, nullum c a: sed hanc conclusionem per se concludebat syllogismus primus figuræ istius. Quum vero exitterint binę propositiones vniuersales affirmatiuę aut negatiuę simul, non facient syllogismum concludentem: puta, si posuerimus, omne c b: & omne a b: dico quod non sequitur ex hoc, vt sit, omne c a: neque aliquod c a. Hoc autem planum ex materijs, quę contraria colligunt. Exemplum terminorũ cõcludentium affirmatiuam ex materijs, homo substantia, animal: ita vt accipiamus substantiam terminum medium: & hoc, quoniam omnis homo substantia: & omne animal substantia: & concluditur in materia, quod omnis homo animal. Exemplum vero ex materijs terminorum concludentium negatiuam, lapis, substantia, & animal: & hoc, quoniam omnis lapis substantia: & omne animal substantia: & concluditur in materia, nullus lapis animal. Et similiter quũ posuerimus, nullam c b, & nullum a b: nanque & complicatio etiam ista in materiis contraris simul concludit. Exemplum terminorum concludentium affirmatiuam, homo, linea, & animal: & hoc, quoniam nullus homo est linea: & nullum animal est linea: & concluditur, omnis homo animal. Exemplum vero terminorum concludentium vniuersalem negatiuam, lapis, linea, animal: nullus enim lapis linea: & nullum animal linea: & concluditur nullus lapis animal. Inueniuntur ergo duę complicationes istę aliquando concludentes affirmatiuam, & aliquando negatiuam: non igitur est syllogismus. Iam itaque declaratũ est ex hoc tractatu, quũ fuerint duę ꝓpositiones vniuersales, qñ erit, & qñ nõ erit syllogismus in hac figura: quod q; syllogismi cõcludẽtes in hac figura nõ sunt perfecti: qñ tam exposuimus quod per aliud concludunt, non autem per se. Si vero vna duarum propositionũ in hac figura vniuersalis extiterit, & altera particularis: si maior vniuersalis fuerit, & minor particularis, & vna ab altera diuersa extiterit in qualitate: hoc est, si vna fuerit negatiua, & altera affirmatiua, erunt ex hoc syllogismi concludentes. Sit itaque primum maior vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua in parte, puta, aliquod c b: nullum a b: dico quod ex necessitate aliquod c non est a: quoniã conuertitur, nullum b a: & iam fuit positum aliquod c esse b: & nullum b est a: reuertitur itaque ad figuram primã: sed iam declaranimus quod in hac figura sequitur, aliquod c non esse a. Similiter etiam si fuerit maior propositio vniuersalis affirmatiua, & minor particularis negatiua: puta, aliquod c non est b: & omne a b: dico quod sequitur ex hoc negatiua in parte, aliquod videlicet, c non esse a: quod monstratur: si enim non fuerit verum, quod dicimus, aliquod c non est a, erit suum contradictorium verum, quod omne c est a: cum quo coniungemus propositionem secundam, quam posuimus, omne a b: & sequitur ex hoc in figura prima, omne c esse b: sed iam posuimus aliquod c non esse b: quod fieri non potest & non cohæret: sed quod ex falso sequitur est falsum: & falsum est, quod sequitur ex eo, qđ diximus, omne c esse a: falsum igitur etiam erit, omne c esse a: ergo cõtradictorium suũ verũ, qđ est aliquod c non esse a: & hoc est, quod volebamus declarare.

Primus modus vniuersalis vtilis.

Secũdus modus vniuersalis vtilis.

Modi vniuersales inutiles.

Secũda coniugatio particularis vtilis.

Quum

A Quum vero extiterit in hac figura propositio maior particularis, & minor vniuersalis: & vna ipsarum diuersa in qualitate fuerit a secunda, non erit syllogismus ex hoc. Sit ergo primum maior particularis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua: puta, omne c b: & aliquod a non est b: hoc autẽ declaratur: qñ reperiuntur contraria simul concludi in materijs diuersis. Termini igitur concludentes affirmatiuam sunt, coruus, animal, substantia: coruus minor, animal medium, & substantia maior: qñ omnis coruus animal: & aliqua substantia non est animal: & concluditur, omnis coruus substantia, quæ est affirmatiua vera. Termini vero concludentes negatiuam sunt, coruus, animal, album: nãq; omnis coruus animal: & aliquod album non est animal: & concluditur, nullus coruus est album: & hoc est verum. Consimiliter etiam non erit syllogismus si maior affirmatiua extiterit in parte, et minor vniuersalis negatiua. Exemplum huius ex elementis: nullum c b: aliquod a b. Termini vero concludentes affirmatiuam in hac complicatione sunt, lapis, animal, substãtia: & lapis est minor, animal medium: & hoc, qñ nullus lapis est animal: & aliqua substantia animal: & concluditur omnis lapis substantia. Termini autem concludentes negatiuam, scientia, animal, substantia: & scientia minor secũdum ordinem nostrum, & animal medius: & hoc, quoniam scientia non est animal: & aliqua substantia animal: conclusio, scientia non est substantia, iam itaq; declaratum est, quũ fuerit propositio vniuersalis in hac figura diuersa a particulari secundum qualitatẽ, quando erit, & quando non erit syllogismus. Si vero extiterint vniuersalis, & particularis, aut indefinita consentientes in qualitate, hoc est, aut simul negatiuæ, aut affirmatiuæ simul: non erit omnino syllogismus. Sint ergo primum negatiuæ, & sit maior propositio vniuersalis, & minor particularis: puta, non omne c est b: & nullum a b. Hoc autem ostenditur, qñ non oē c b non est determinatũ: cum hac enim vera est vniuersalis negatiua, & affirmatiua iterũ in parte. Quod, si cum ipsa vniuersalis negatiua extiterit vera, non erit syllogismus concludens secundum quod declaratum fuit: quum inueniuntur termini concludentes vniuersalem affirmatiuam: quando autem cum ipsa uera simul fuerit affirmatiua particularis, non inueniuntur termini concludentes vniuersalem affirmatiuam: qñ, si inuenirentur termini concludentes, quod omne c sit a: quum iam posuerimus nullum a b: sequetur vtiq;, nullum c esse b: & erit particularis negatiua, negatiua scdm positionem, non scdm naturam: sed tam posuimus ipsam negatiuam scdm naturam: hoc est, vt simul cum ipsa verũ foret, aliquod c esse b. Hoc aũt fieri nequit, & non cohæret. Atqui declaratum est complicationem istam non concludere, qñ negatiua particularis non est determinata: hoc est; qñ aliqñ est particularis scdm naturam, & aliqñ scdm positionem: &, si ita est, aliqñ concludet, & aliquando non concludet: sed quod aliqñ concludit, & aliquando non concludit, non connumeratur inter syllogismos: qñ syllogismus concludit vnicam conclusionem ex necessitate. Operæpręcium autem esset, vt afferentes ad hoc expositionem præcedentem ita, vt similiter faceremus, quemadmodum fecimus in figura prima, accipientes, videlicet sub illo aliquo quippiam, de quo verificatur prædicatum quæsiti, atq; iterum aliud aliquod, de quo falso diceremus: puta, in exẽplo, si dicamus aliquod album non est animal: & nullus lapis est animal: deinde accipiamus sub aliquo albo quippiam, de quo falso dicatur lapis: puta, pannus album: atq; aliud iterum, de quo vere proferatur lapis: puta, sapphyrus. Cæterum expositio ista idem valet, quod tranſductio ad vniuersalem negatiuã minorem: & propterea manifestum ex eo, quid existimauerit hic Aristo. Sint rursus affirmatiuæ, & sit maior vniuersalis, & minor in parte: puta, aliquod c b: & omne a b: consimiliter non erit ex hoc syllogismus: & hoc, quum simul cum affirmatiua particulari vera fuerit vniuersalis affirmatiua: hæc, n. nunquam cõcludit secundum quod declaratum fuit: & inueniuntur termini cõcludentes affirmatiuã & negatiuã: quod, si cum ipsa vera extiterit negatiua in parte, non inueniens terminos, quibus concludas vniuersalem affirmatiuam ob causam, quã diximus: quando ambæ erant negatiuæ. Arguit planũ, quod non cõcludit, quum eo modo secundũ se declaratum fuerit, quo & aliud expositũ est. Si vero negati-

Syllogismi non concludentes particulares, si ꝓpõnes sint differentes scdm qualitatem.

Coniugationes particulares inutiles, vbi ꝓpõnes sint indifferentes secundum qualitatem.

Quoniã negatiua particularis non est determinata iccirco hæc coniugatio, qñq; concludit, qñq; nõ: ob idq; inutilis iudicanda.


uæ simul fuerint, & minor propositio vniuersalis extiterit, maior vero particularis, veluti, nullum c b, aliquod a non est b, non erit ex hoc syllogismus: termini concludentes affirmatiuam vniuersalem, coruus, album, animal: coruus minor, album medius, & animal maior. Concludentes vero negatiuam, coruus, album, lapis: coruus minor, album medius, & lapis maior. Et consimiliter non, erit syllogismus, quum fuerint simul affirmatiuæ, & minor extiterit vniuersalis, & maior in parte: quoniam hæc concludit contrarias: exemplum terminorum concludentium affirmatiuam, cygnus, album, animal: cygnus minor, album medius, & animal maior: & hoc, quoniam omnis cygnus album, & aliquod animal album, & conclusio, omnis cygnus animal: qui vero concludunt vniuersalem negatiuã, nix, album, animal: & hoc, quoniam omnis nix album, & aliquod animal albũ, & conclusio, nulla nix animal. Iam itaq; declaratum est, quum fuerint binæ propositiones similes in qualitate, & diuersæ in quantitate, quod non erit syllogismus in figura hac. Et, si ambæ extiterint particulares, aut indefinitæ, aut vna ipsarum particularis & altera indefinita, non erit etiam ex ipsis syllogismus, siue fuerint affirmatiuæ simul: siue negatiuæ simul, aut vna ipsarum affirmatiua & altera negatiua: qm̃ oēs concludunt in materiis diuersis, aliq̃ affirmatiuam, & aliquando negatiuam. Termini communes concludentes in omnibus affirmatiuam, homo, album, animal: homo minor, album medius, & animal maior: nec te lateat complicatio ipsorum, & omnes cõcludunt omnis homo est animal. Termini vero concludentes negatiuam, inanimatum, album: animal, inanimatum minor, album medius, animal maior: & omnes concludunt q̃ inanimatum non est animal. Iam igitur ex hoc manifestum est, quum fuerit hac in figura syllogismus conclusdem, q̃ necessarium est, vt propositiones se habeant, quemadmodum dispositus: hoc est vt maior sit vniuersalis & minor diuersa ab ipsa in qualitate, quodq; quum extiterint propositiones secundum hanc dispõnem, necessarium est, vt sit syllogismus in hac figura, & cum hoc simul manifestum, q̃ omnis syllogismus, qui est in hac figura, est imperfectus, qm̃ iam declarauimus, q̃ est syllogismus per additionem rerum aliarum, quæ vel sunt dispõnes consequentes propositiones suas ex necessitate, dum conuertuntur & reducũtur ad figuram primam, vel etiam ut declaratio per impossibile, & manifestum etiam quod hac in figura non est conclusio affirmatiua, sed aut negatiua vniuersalis, aut negatiua in parte.

Collectio olum, q̃ propria sunt secundæ figuræ.

De syllogismis absolutis tertiæ figuræ.
Cap. VII.

Caput hoc definitiones tres cõtinet, tres conclusiones, & corollaria tria.

SI autem eidem hoc quidem omni, illud verò nulli inest vel ambo omni, vel nulli, figuram quidem huiusmodi voco tertiam. Medium autem in hac dico, quo de ambo prædicamus. Extremitates verò, quæ prædicantur. Maiorem autem extremitatem, quæ longius est medio: minorem verò, quæ propius. Ponitur autem medium foras quidem extremitatum, vltimum verò positione est. Perfectus igitur non fit syllogismus, nec in hac figura: possibilis verò erit & vniuersaliter, & non vniuersaliter terminis existentibus ad medium. Vniuersaliter quidẽ quando & p, & r inerunt omni s, quoniam alicui r inerit p ex necessitate: nam quoniam conuertitur prædicatiua, inerit s alicui r: quare quoniam p inest omni s, & s alicui r, necesse est p alicui r inesse. Fit enim syllogismus per primam figuram.



Prima utilis coniugatio, minoris conuersione indigens, ut ad primã reducatur figurã.


Est autem & per impossibile, & expositione *facere demonstrationem: si enim ambo omni s insunt: si sumatur aliquod eorũ quæ sunt s, vt n: huic & p, & r inerũt ex necessitate, quare alicui r inerit p. Et si r omni quidem s, p autem nulli s, ineſt, erit syllogismus: quoniam p alicui r non inerit ex necessitate. Nam idem modus erit demonstrationis conuersa r, s propositione. Ostenditur autem & per impossibile, quemadmodum in prioribus. Si autem insit r s quidem nulli, p verò omni s, non erit syllogismus. Termini inesse, animal, equus homo: non inesse, animal, inanimatum, homo: neq; quando ambo de nullo s dicuntur, erit syllogismus. Termini inesse, animal, equus, nanimatum: non inesse, homo, equus, inanimatum: medium, inanimatum. Manifestum est igitur & in hac figura & quando erit, & quando non erit syllogismus ex vniuersalibus terminis. Quãdo. n. ambo termini sunt p̃dicatiui, erit syllogismus: qm̃ ineſt alicui extremitas extremitati: qm̃ vero priuatiui, nõ erit syllogismus: quando autem hic quidem priuatiuus, ille vero affirmatiuus: si maior quidem fuerit priuatiuus, alter vero affirmatiuus, erit syllogismus, quod alicui non ineſt extremitas extremitati. Si autem econ-

Secunda utilis coniugata, minoris conuersione indigens.

Tertia utilis coniugatio minoris, & conclusionis conuersione indigens, & præmissarũ tranpõne.


uerso, non erit. Si autem hic quidem sit vniuersaliter ad medium, alter verò particulariter, si vterque sit prædicatiuus, necesse est fieri syllogismum, & si alteruter sit vniuersalis terminorum: nam si r, omni s, insit, p vero alicui s: necesse est, & p, alicui r inesse: nam quoniã conuertitur affirmatiua inerit s, alicui p: quare quoniam r omni s inest: s autem alicui p: & r, alicui p, inerit: quare & p, alicui r.

Tertia vtilis cõiugatio maioris, & conclusionis cõuersione indigẽs, & præmissarũ trãspositione.



Rursum si r, alicui s: p vero omni s insit, necesse est & p, alicui r inesse: nam idem modus demonstrationis. Est autem demonstrare & per impossibile, & expositione quemadmodum in prioribus. Si autem vnus quidem sit prædicatiuus, alius vero priuatiuus, vniuersaliter autem prædicatiuus, quando minor quidem fuerit prædicatiuus erit syllogismus: nam si r, omni si p vero alicui s non inest, necesse est p, alicui r non inesse: si enim p, omni r: & r, omni s, & p, omni s inerit, sed non inerat. Monstratur autem & sine deductione: si sumatur aliquid eorum quæ sunt s, cui p non inest.

Quarta vtilis cõiugatio minoris conuersione indigens.




Quinta vtilis cõiugatio p deductionẽ ad ipossibile ostẽditur.

Qñ uero maior fuerit p̃dicatiuus minor vero pticularis priuatiu', nõ erit syllogism' ut si p, insit oi s: r aũt, alicui s nõ insit. Termini vero oi inesse, animatum, hõ, animal. Nulli uero, non est sumere terminos: si r, inest alicui quidẽ s, alicui aũt nõ. si. n. nulli r inest p: ipsum uero r alicui s: & p alicui s nõ inerit: suppositũ aũt ẽ oi inesse. Si. n. oi s inest p: r aũt alicui s: & p inerit alicui r, sed positum erat nulli r inesse: sed quemadmodum in prioribus, dicendum est: nam cum indefinitum est alicui non inesse, & quòd nulli inest uerum est dicere alicui non inesse, nulli uero cum inesset non erat syllogismus: manifestum ergo est quoniam non erit syllogismus. Si autem priuatiuus sit vniuersalis terminus, quando maior quidem priuatiuus fuerit, minor autem prædicatiuus, erit syllogismus. Si enim p, nulli s, r autem alicui inest s: & p alicui r non inerit. Rursum enim prima erit figura, r s propositione conuersa. Quando autem minor fuerit priuatiuus, non erit syllogismus. Termini inesse animal, homo, ferum. Non inesse, animal, scientia, ferum: medium in utrisque ferum. Nec quando ambo priuatiui ponuntur: est autem vnus quidẽ vniuersalis, alter vero particularis. Termini inesse, quando minor est vniuersalis ad mediũ, animal, hõ, ferũ. Non inesse, animal, scia, ferũ. Qñ aũt maior vniuersaliter minor uero in pte, nõ inesse qdẽ: corui, nix, album. Inesse vero non est sumere si r, alicui quidem inest s, alicui autem non inest. Si enim p, omni r insit, r autem alicui s: & p, in erit alicui s. Positum est autem nulli, sed ex indefinito, monstrandũ est. Neq; si vterq; alicui medio ineſt, vel non inest, vel vnus quidem inest, alter vero non inest, uel hic quidem alicui, ille vero non omni,

Sexta vtilis cõiugatio, minoris conuersione indigens.

Obſerua per impoſſe, q̃ ſi cõcludatur de oi, niſi ex Idefinito, vt ſupertius.

vel indefinite, nullo modo erit syllogismus. Termini autem communes omnium, animal, homo, album. animal, inanimatum, album.



Cæteratum inutilis conjugationum &c explic.

Manifestū est igitur, & in hac figura, qñ erit, & qñ nō erit syllogismus: & quod ita habentibus se terminis, ut dictum est, fit syllogismus ex necessitate: & si fit syllogismus, necesse est terminos sic se habere. Manifestū est ēr, quia oēs imperfecti sunt in hac figura syllogismi: oēs. n. perficiuntur quibusdā assumptis. Et quoniā syllogizare vniuersale per hāc figurā non erit, neq; priuatiuū, neq; affirmatiuū.

De tertia figura ex propositionibus absolutis.

Figura tertia est figura naturalis.

QVum vero medius terminus subijcitur ambabus quæsiti extremitatibus, & extremitates de ipso prædicantur, vocatur figura ista, figura tertia: veluti, si a, & c prædicentur de b: & manifestum etiam quod figura hæc est figura naturalis: & hoc, quoniam aliquis vtiq; diceret quod c est a, quum b sit c, & a. Et ex materijs, quoniam corpus est innouatum, quoniam paries est corpus, & est innouatum. Propositio autem, in qua est subiectum quæsiti, vocatur minor: quoniam & ipsum vocatur terminus minor: ea vero, in qua fuerit prædicatum quæsiti, quod est extremitas maior, nuncupatur maior: sit autem in exemplo, minor extremitas c, medius b, & minor a, & sit ipsorum ordo, vt primo incipiamus a termino medio, deinde sequatur minor, postea maiori nō erit ast in hac quoq; figura syllogismus perfectus. Potest aūt in ipsa syllogismus esse, quum fuerint propositiones vniuersales, aut vna ipsarum vniuersalis, & altera particularis: & potest etiā nō esse syllogismus. Sint ergo primum hinc propositiones vniuersales & affirmatiuę, vt in exemplo, omne b c: & omne b a: dico, quod hic concludit, aliquod c esse a: quoniam minor vniuersalis: omne b c conuertit tur in particularem, aliquod c b: & iam posuimus, omne b esse a: concludetur itaq; in figura prima, aliquod c esse a, secundum quod ibi declaratum fuit. Hoc autem declaratur per impossibile, & per positionem: ac per impossibile quidē, quum accipitur contradictorium conclusionis & huic annectitur altera duarum propositionum, ex quibus sequitur contradictorium alterius propositionis: ex quo autem falsum sequitur, illud etiam est falsum. Secundum vero positionem, si ponamus aliquod b esse g: & quoniam c in omni b, & g est pars ipsius b, ex necessitate g erit pars ipsius c: & quoniam a in omni b ex necessitate g erit pars ipsius a: sed iam fuerat pars ipsius c: igitur aliquod c est a. Consimiliter, si fuerit maior propositio negatiua, & minor affirmatiua, & erit syllogismus: vt si dicamus, omne b c, nullum b a: dico ꝙ concludit aliquod c non est a: hoc est negatiuam in parte: quoniam, si conuertemus affirmatiuam vniuersalem in parte, fiet complicatio hunc in modum, aliquod c b nullum b a: quæ concludit, aliquod igitur c non est a, & hoc in figura prima. Sin autem vniuersalis negatiua exitio

Primus syllogism' vniuersalis vtilis.

Probatio ꝙ exponē termini sumpti sub medio.

Secūs syllogismus vtilis in tertia.

rit minor, & vniuersalis affirmatiua maior: veluti si dicamus, nullum b c: & omne b a: non erit ex hoc syllogismus concludens quæsitum: quoniam concludit contraria, quum sit in materijs. Exemplum terminorum concludentium affirmatiuam, equus, homo, animal: equus minor, hō medius, animal maior: & hoc, quoniam nullus homo equus: & omnis homo animal: & cōcluditur, omnis equus animal, quæ est affirmatiua vera. Termini vero concludentes negatiuam, inanimatū, hō, animal: qm nullus hō est inanimatū, & hō est animal: & concludit inanimatum non est animal. Quod, si fuerint propositiones vniuersales negatiuæ nō erit syllogismus omnino, quoniam concludunt duo contraria, Termini autem cōcludentes affirmatiuam sunt, equus, inanimatum, animal: & equus minor, inanimatum medius, animal vero maior: & hoc, quoniam inanimatum non est equus: & inanimatum non est animal: & concluditur, quod equus est animal. Concludentes vero negatiuam, equus, inanimatum, homo: equus minor, inanimatum medius, & homo maior: & hoc, quoniam inanimatum non est equus, & inanimatum non est homo, & equus non est homo. Sed iam declaratum est, quando erit syllogismus hac in figura, & quando non, quum ambæ propositiones vniuersales extiterint, & hoc, quoniam si fuerint affirmatiuæ, erit syllogismus concludens affirmatiuam in parte. Et similiter si maior negatiua extiterit, & minor affirmatiua, erit syllogismus concludens negatiuam in parte: si autem fuerint negatiuæ, aut minor negatiua vniuersalis cum maiore affirmatiua, nō erit syllogismus. Si vero altera ipsarum vniuersalis extiterit, & altera in parte, vtrunq; contigerit, & affirmatiuę fuerint, erit syllogismus concludens affirmatiuam in parte: puta in exemplo, si posuerimus, omne b c: & aliquod b a: dico quod aliquod c est a: hoc est si minor extiterit vniuersalis, & maior in parte: & hoc, quoniam, si conuertatur aliquod b a, & sit aliquod a b, & omne b c, concludetur in prima figura, aliquod a esse c: quod si conuertatur, & conclusio ista, quæsitum deinceps concludetur, puta, aliquod c a: & hoc concluditur per binas conuertiones. Consimiliter etiam, si maior extiterit particularis, & minor vniuersalis, erit syllogismus concludens, exemplum huius, si ponamus, aliquod b esse c, & omne b esse a, dico quod concluditur aliquod c esse a, & hoc, quoniam conuertitur hæc particularis, & sit aliquod c b, & omne b erat a, quare concluditur in prima figura, aliquod c esse a. Monstratur item hoc per positionem, si posuerimus, exempli gratia, quod aliquod b sit g, & tunc omne g erit c, & omne g a, & ita redit ad eam, quæ ex ambabus constat vniuersaliter affirmatiuis, hoc est, quæ concludit aliqd c esse a. Monstratur item deducendo orationem ad impossibile: quod vocatur in contrarium permutatio, & hoc, quoniam, si acceperimus contradictorium conclusionis, & ipsi coniunxerimus alteram duarum propositionum, sequitur vt altera sit falsa, puta in exemplo, si acceperimus, nullum c a, quod est contradictorium conclusionis, & huic addiderimus propositionem minorem, aliquod videlicet b esse c, concludemus in figura prima, quod aliquod b non est a, quod est contradictorium maioris propositionis, quā posuimus, quod videlicet omne b est a. Quū igitur oratio, in qua ponitur contradictorium conclusionis, deducatur ad impossibile, sequitur, ut hoc etiā contradictorium sit impossibile, conclusio itaque vera erit. Quod, si altera ipsarum extiterit affirmatiua, & altera negatiua, & fuerit propositio negatiua maior, & affirmatiua minor, tam fiet syllogismus, puta in exemplo, si ponamus primo maiorem negatiuam in parte, & minorem vniuersaliter affirmatiuam, veluti si omne b sit c, & aliquod b non sit a, dico ꝙ concluditur aliqd c non est a, & hoc per deductionem sermonis ad impossibile, quoniam, si non fuerit verum quod dicimus, aliquod c non est a, erit suum contradictorium verum, oē, videlicet c esse a, sed postea, qm coniunxerimus huic propōnē minorē, puta qd oē b c, concludet ꝙ oē b est a, qd impossē, qm cōtradictorū est propōnis maioris, iam. n. posuimus qd aliqd b nō est a, quū itaq; cōtradictorū verū erit, aliquod, videlicet c non esse a. Cæterū hoc p pōnē ēt monstrat, si posuerimus b rē sensibilē, vt exēpli gra g, & sit nullū g a, oē g c, qm g est ps ipsius b. Redit. n ad spēm cōcludentem huius figuræ, hoc est, quæ ex duabus cōstat vtibus, maiore negatiua, & minore affirmatiua, & cōcludit aliqd c nō esse a, & modus iste nō mō sit g cō

Cōiugationes vniuersales inutiles.

Syllogismi particulares cōcludēres, vbi sint ambę affirmatiuę.

Cōiugationes particulares vtiles, vbi vna sit affirmatiua, & altera negatiua.

Hic nota id, per quod sit expō, circa rē sensibilē.

uersionē. Consimiliter, si maior extiterit vlr negatiua cum minore affirmatiua in parte, erit ita quoq; syllogismus concludens: puta in exemplo: aliquod b c, nullum b a: concludit aliquod c non esse a: & hoc, quoniam si conuerterimus affirmatiuam minorem, redibit ad figuram primam. Sin autem maior propositio extiterit affirmatiua, & minor negatiua, non erit secundum hoc syllogismus ad quæsitum: & istæ duæ sunt species: vna vt maior sit vniuersalis, ac minor in parte: puta in exemplo, aliquod b non est c, & omne b a: dico enim, quod nō cōcludit: & hoc, quoniam in materijs diuersis contraria colligit: exemplum terminorum concludentium affirmatiuam, homo, animal, & animatum: & homo minor, animal medius, & animatum maior: & hoc, quoniam aliquod animal nō est homo: & omne animal animatum: & concluditur, omnis homo animatum. Termini vero concludentes negatiuam non inueniuntur, si simul cum negatiua particulari vera extiterit affirmatiua in parte, & fiat aliquod b c: & omne b a: igitur aliquod c a, quare vere proferri non potest: nullum c esse a. Atqui species hæc connumeratur inter non concludentes, propterea quod in aliqua materia tantum concludit, puta in ea, in qua cum negatiua particulari vera fuerit affirmatiua in parte. Consimiliter, si minor extiterit vniuersalis, & maior in parte, vt in exemplo, nullum b c: & aliquod b a: dico igitur quod non concludit. Termini autem concludentes affirmatiuam, aquaticum, homo, animal: & hoc, quoniam nullum aquaticum homo: & aliquod aquaticum animal: & concluditur, quod omnis homo animal, quæ est conclusio. Termini vero concludentes negatiuam, aquaticum, scientia, animal: & hoc, quia nullum aquaticum est scientia: & aliquod aquaticum est animal: & colligitur nulla scientia est animal, quæ est conclusio. Consimiliter etiam, non erit syllogismus, quum simul fuerint negatiuę vniuersalis & particularis. Exemplum terminorum concludentium negatiuam, quum fuerit minor vniuersalis, & maior in parte, animatum, scientia, animal: animatum medius, scientia minor, & animal maior: & hoc, quoniam animatum non est scientia: & animatum non est animal: & concluditur, scientia nō est animal. Exemplum vero terminorum concludentium affirmatiuam, aquaticum, homo, animal: & hoc, quoniam aquaticum non est homo: & aliquod aquaticum non est animal: & colligitur omnis homo animal, quæ est conclusio. Termini vero cōcludentes negatiuam, quum fuerit maior propositio vniuersalis negatiua, & minor particularis, album, nix, coruus: & hoc, quoniam aliquod album non nix: & nullum album est coruus: & conclusio, nulla nix coruus. Termini autem concludentes affirmatiuam non inueniuntur ob causam prædictam: hoc est, si cum negatiua particulari vera assumerit affirmatiua in parte: & hoc, quoniam, si conclusum fuerit, omne c a, quum iam supra acceperimus aliquod b c: Concludetur nobis aliquod b esse a: sed iam posueramus in propositionibus huius syllogismi nullum b esse a, quod fieri non potest, & non cohæret: in specie igitur hac colligi nequit vniuersalis affirmatiua. Atqui planum, quod non est syllogismus: quoniam non concluditur conclusio vna semper: & hoc, quoniam ignoramus, quando simul cum negatiua particulari verificatur affirmatiua particularis, & quando vniuersalis negatiua cum eadem hac. Si vero fuerint binæ propositiones in hoc syllogismo particulares, aut indefinitæ: aut vna particularis & altera indefinita seu affirmatiuæ simul fuerint, seu negatiuæ simul, siue vna ipsarum affirmatiua, & altera negatiua, non erit in hoc syllogismus. Termini vero concludentes affirmatiuam vniuersalem in omnibus istis speciebus, album, homo, animal. Concludentes autem negatiuam, album, inanimatum, animal: album medius, & animal maior. Cæterum ex hoc tractatu iam manifestum est, quando erit, & quando nō erit syllogismus hac in figura: quoniam, si minor in hoc syllogismo fuerit affirmatiua, & altera propositionum vniuersalis, siue minor, siue altera ab hac, nimirum erit syllogismus concludens: &, si fuerit syllogismus concludens ex necessitate propositiones ita erunt dispositæ. Præterea, declaratum etiam fuit, quod syllogismi figuræ istius non sunt perfecti, quodq; ex ipsis sunt qui monstrant per cōuersionē, per positionē & per impossibile, alii vero ostendunt per positionē, & per impossibile: quodq; in hac figura non inuenit conclusio vlis, neq; affirmatiua neq; negatiua.

Cōiugationes inutiles, vbi minor sit negatiua.

Cōiugationes inutiles, vbi ambæ sint negatiuæ.


Epilogus. Nota ex hoc loco cōditiones, & propria tertiæ figuræ.

Quæ sunt cōia oīb' figuris.

Quæ coniugationes penitus inutiles sint quæ ue non penitus, in tribus figuris, & quo pacto indirecti syllogismi reducantur. Cap. VIII.

Cōtinet hoc caput corollaria quinq; tres figuras respicientia.

Palam autem, & quoniam in omnibus figuris quando non fit syllogismus. Cum prædicatiui quidem, vel priuatiui sunt vtrique termini, & particulares: nihil omnino fit necessarium. Cum autem prædicatiuus, & priuatiuus, & vniuersaliter sumptus priuatiuus, semper fit syllogismus minoris extremitatis ad maiorem: vt si a quidem, omni b vel alicui: b autem nulli c: conuersis enim propositionibus, necesse est c, alicui a non inesse.




Conclusio ex maiori affirmatiua, minori negatiua in prima figura sit vtilis.


Similiter autem & in aliis figuris: semper enim fit per conuersionem syllogismus. Palam etiam quoniam indefinitum pro prædicatiuo particulari positum, eundem faciat syllogismum in omnibus figuris. Manifestum autem & quoniam omnes imperfecti syllogismi, perficiuntur per primam figuram. Aut enim ostensiue, aut per im-

possibile claudantur omnes. vtrinq; autem fit prima figura. Et ostensiue quidem perfectis, quoniam per conuersionem claudebantur omnes: conuersio autem primam faciebat figuram: per impossibile vero demonstratis, quoniam posito falso syllogismus fit per primam figuram. Vt in postrema figura, si a & b omni c insunt, quoniam a alicui b inerit: nam si a nulli b, & b omni c: nulli c inerit a: sed inerat omni. Similiter autem in aliis.

Prima contingentio tertiæ figuræ per impossibile ad primam figurã reducitur.



Est etiam reducere omnes syllogismos ad vniuersales syllogismos primæ figuræ. Nam qui sunt in secunda figurã, manifestum quoniam per illos perficiuntur, verum non similiter omnes, sed vniuersales quidem priuatiua conuersa, particularium autem vtraque per ad impossibile reductionem. Qui vero in prima sunt particulares, perficiuntur quidem per se. Est autem & per secundam figuram ostendere ad impossibile ducentes: vt si a, omni b, & b, alicui c: quoniam a alicui c inerit. Si enim nulli, b autem omni: nulli c inerit b. Hoc enim scimus, per secundam figuram. Similiter autem & in priuatiuo erit demonstratio, si enim a nulli b, & b alicui c inest, a alicui c non inerit: nam si a omni, b autem nulli inest: nulli c inerit b. Hæc autem fuit media figura:



Quarta conjugatio primæ figuræ per impossibile ad secundã reducitur.

Quare, quoniam qui in media sunt syllogismi, omnes reducuntur in primæ figuræ vniuersales syllogismos: qui vero particulares sunt in prima, ad eos qui sunt in media: manifestum est quoniam & particulares reducentur ad eos, qui in prima figura sunt, vniuersales syllogismos: qui vero sunt in tertia, cum vniuersales sint quidẽ termini: statim perficiuntur per illos syllogismos. Si autem particulares, sumuntur per particulares syllogismos primæ figuræ: sed hi reducti sunt ad illos: quare & tertiæ figuræ particulares. Manifestum ergo quoniam omnes reducentur in primæ figuræ vniuersales syllogismos. Igitur syllogismi inesse, vel non inesse ostendentes, dictum est quomodo se habent, & ad eos qui ex eadem suut figura, & adinuicem, & ad eos qui ex aliis sunt figuris.

Nota hic syllogismos quos Iarmi vocãt fapesmo & frisesõ. & dicunt fieri in prima figura. Aristoteles vero, & Auct. in omnibus: cõcludentes tam ẽ quæsitum nõ positum nec determinatum.

De coniugationibus vtilibus, & non vtilibus in omnibus figuris, de, 4, figura contra Gal. de perfectione, & reductione syllogismorum.

COmmune est autem omnibus figuris, vt non concludatur ex ambabus negatiuis, neque ex ambabus particularibus, neque ex ambabus indefinitis, neque ex indefinita & particulari: quoniam vis indefinitarum est vis particularium. Amplius, declaratum est in omni syllogismo, quum fuerint binę propositiones, vna vniuersalis negatiua, & altera affirmatiua, quod erit syllogismus semper concludens, hoc est concludens, aut quæsitum positum, aut quæsitum non positum: ac quæsitum quidem positum, quum maior in figura prima extiterit vniuersalis negatiua: quæsitum vero non positum, quum minor fuerit negatiua vniuersalis. Consimiliter res se habebit & in figura secunda, quum minor in ipsa fuerit vniuersalis negatiua, & maior particularis: ac in figura tertia qui minor fuerit negatiua: & hoc, quoniam si fuerit, nullum c b: & omne b a: & cõuertentibus vtrasque propositiones istas, & dixerimus aliquod a b: & nullum b c, concludemus, aliquod a non est c. Atqui non connumerantur syllogismi tales intra syllogismos, quos hic intendimus: quoniam quod quærimus hoc in loco, est syllogismus, super quem naturaliter cogitatio cadit in comparatione ad quæsitum determinatum. Verum syllogismus, qui concludit non quæsitum, non ita se habet, vt minime cogitatiua sit in ipso naturaliter solicita, neque ipsum penitus componit: ex empli enim gratia, si quæramus, an a sit in c, & dicamus a est in c, quoniam a est in b, & b in c: istiusmodi erit syllogismus iste naturalis secundum sermonem pluribus à nobis dictum, & hoc in figura prima. Cõsimiliter, si dicamus a non est in c, quia b est in a: & b nõ est in a: planum quod cõpositio ista ineat nobis secundum naturã: & hęc est syllogismus naturalis.

Syllogismi qui non concludit quæsitum determinatum, non naturales.

Tres figurę ab Arist. positæ concludunt quæsitum determinatum naturaliter.

Figura secunda multũ inuenił in sermone hominum per naturã. Dispositio medij, vt p̃dicetur de maiori, et subijciat̃ minori, non est naturalis, vt ex ea sequatur quæsitũ determinatũ Digressio cõtra Gal. de quarta figura, q̃ naturalis non sit.

In omni quæsito est subiectũ per naturam, & prędicatum per naturam.

Maxime abhominabile idẽ esse p̃dicatum, & subiectũ p̃ naturam.

Nota dr̃iam inter conuersiones, quas posuit Gale. in figura q̃rta, et quas posuit Arist. in secunda, & tertia.


Excludit opinionẽ aliorum de multiplicatione syllogismorum præter illos, quos Ari. posuit.

figura secunda, & inueniunt secundum sermonem multorum hominum per naturam. Consimiliter, si dicamus a est in c, quoniam a & c sunt in b: iste etiam syllogismus ineſt nobis per naturam, & est figura tertia. Simiuterum dicamus a est in c: quoniam c est in b: & b in a, res erit, quam nemo naturaliter faciet: propterea quod ex hoc sequitur non quæsitum id est, c esse in a: & est hoc in gradu eo, in quo dicimus a est in c: quoniam a est in b: & b in c: & hoc est quidda, quod non faceret cogitatio secundum naturam. Et ex hoc planum, quod figura quarta, de qua meminit Galenus, non est syllogismus, super quem cadat naturaliter cogitatio: & hoc, quoniam si quæramus an c insit a, & dicamus c est in a, quoniam b est in a: & c in b, sumus inter duo, aut vt admittamus, quod sequitur ex ista compositione, & reijciamus hoc quæsitum penitus quod est, c esse in a, sed hoc est diuersum ab eo, quod quærebamus: aut vt simul cum eo, quod ex hac compositione deducitur, remaneat etiam quæsitum secundum cogitationem nostram, quemadmodum de eo quæstionem feceramus, idest vt subiectum in eo sit subiectum, & prædicatum p̃dicatum: & hoc, q̃n in omni quæsito vnum subiectum est subiectum secundum naturam, & prædicatum prædicatum secundum naturam. Et, quum remanet apud nos subiectum quæsiti subiectum, & prædicatum prædicatum: & hoc est secundum cogitationem nostram in hac dispositione, qua semper quæsitum maneat quæsitum: adducitur deinceps terminus medius, qui prædicetur de prædicato quæsiti, & subiiciatur subiecto quæsiti, secundum quod existimauit Gal. hanc figuram quartam esse, secundum quod refertur ad quæsitum: si vero non, nõ erit hic figura quarta, sed potius prima figura, vel de quæsito, vel de conuersio ipsius. Verum ponamus vt hic sit figura quarta: nimirum formabitur in hunc modum, id est, in relatione ad quæsitum determinatum: vt subiectum in eo subiectum sit secundum naturam, & prædicatum prædicatum secundum naturam: quoniam non formabitur figura quarta, nisi secundum modos istos. Si igitur quæramus inuentionem alicuius in aliquo, & accipiamus terminum medium, prædicemusq; eum semel de prædicato quæsiti, & semel de ipso prædicemus subiectum quæsiti: sequitur ex hoc, vt aliquid vnum per se sit, tanquam de seipso prædicatum: quoniam ex parte, qua prædicatur de prædicato quæsiti, & subiicitur subiecto eiusdem, prædicatur quod immolo de seipso: quod est absurdissimum: & ista est causa, ob quam non componit ipsum cogitatio secundum naturam super quæsito determinato, ita vt sit hic syllogismus concludens quæsitum determinatum per duas conuersiones, secundum quod existimauit Gal. de figura quarta. Differt autem conuersio hæc a conuersione, quam facit Arist. dum reducit multas species secundæ, ac tertiæ figuræ ad primam: q̃n conuersio illa fit ad declarandam conclusionem in syllogismo naturali, hęc autem ad expositionem conclusionis in syllogismo artificiali, sed non naturali. Atqui Arist. non curat syllogismos artificiales: quoniam non sunt conformes iis, quæ sunt: & hoc procedit in infinitum. Et propter hoc existimauerunt nonnulli, quod reperiantur plures conclusiones in quacunq; figura rum præter eas, de quibus mentionem fecit Aristoteles: hoc est & particulares ipsarum, & conuersę etiam: si quæramus, deinde concludamus eas medijs nibus conclusionibus primis: sed hoc est non secundum naturalem, sed artificialem via. Aristoteles vero declarabit, quod duæ species vniuersales figuræ primę, idest quæ concludunt conclusionem vniuersalem, sunt omnium figurarum per se ctissimæ; quoniam omnes species syllogismorum secundę figuræ ita se habent, vt vniuersalis ipsarum redeat ad vniuersalem figuræ istius: & particularis, quæ est in ipsa ad particularem, quæ est in figura prima. Omnes vero species figuræ tertiæ ad particularem pr̃mæ figuræ: & hoc, quoniam omnes species figuræ tertiæ concludunt particularem. Particularis vero, quæ est in prima figura, monstratur per vniuersalem primæ figuræ. Hæ igitur duæ species figuræ primæ sunt perfectissimæ omnium specierum syllogismorum: quomodo autem particularis figuræ primę monstretur deductione ad impossibile per vniuersalem secundæ figurę est: vt si dicã a ineſt ipsi b: & b alicui c: dico quod a ineſt alicui eius enim nõ fuerit, erit contradictorium suum verum, hoc est, nullum a c: sed iam posuimus, quod a ineſt omni b. ergo concluderetur in figura secunda, quod b non ineſt alicui c, sed iam posuimus b alicui c, quod fieri non potest, & non coheret. Consimiliter monstrabitur concludi negatiua in parte in figura prima per negatiuum vniuersalem figuræ secundę deducendo ad impossibile. Cęterum, ex hoc tractatu tãfuere declaratę species syllogismorum absolutorum, qui sequuntur assertionẽ alicuius, aut destructionem eiusdem.

Nota de reductione omnium syllogismorum in vniuersales primæ.


De syllogismis ex necessario in tribus figuris. Cap. IX.

VOniam autem diuersum est ineſſe, et ex necesitate ineſſe, & contingere ineſſe (nam multa insunt quidem, nõ tamen ex necesitate: alia vero neque ex necesitate, neq; insunt omnino, contingit autem ineſſe) manifestum quoniam & syllogismus in vnoquoque horum diuersus est, & non similiter habentibus se terminis: sed hic quidem ex necessariis, ille vero ex iis, quæ simpliciter insunt, ille autem ex cõtingentibus. Ergo in necessariis quidem ferè similiter se habet, & in iis quæ insunt. Similiter enim positis terminis, & in iis quæ insunt, & in iis quæ ex necesitate insunt, vel non insunt, & erit, & nõ erit syllogismus. Verum distabit in eo quod adiacet terminis ex necesitate ineſſe, vel non ineſſe: nam & priuatiuum similiter conuertitur, & in toto esse, & de omni similiter assignabimus. Ergo in aliis quidẽ eodem modo ostendetur per conuersionem. quoniam conclusio necessaria, quomodo in eo quod est ineſſe. In media autem figura quãdo fuerit uniuersalis affirmatiua, particularis vero priuatiua. & rursum in tertia quãdo vniuersalis quidem prædicatiua, particularis vero priuatiua, non similiter erit demonstratio: sed necesse est exponentes, cui alicui vtrunque non ineſt, de hoc facere syllogismum. erit enim necessarius in hoc, si autem de exposito est necessarius: erit & de illo aliquo. nam hoc quod est expositum, ipsum quidem illud aliquid est. Fit aũt uterque syllogismus in propria figura.



Quomodo ostẽdat quarta coniugatio secũdę figuræ.

Quomodo ostenditur quinta coniugatio tertiæ Figuræ.



De Syllogismis ex propõnibus necessarijs.

Propositiones modales distinguunt secundũ materiã, & modum sequentẽ illam a propositionibus inexistentibus.

Dixit, & quoniam propositiones absolutę, necessarię, & possibiles diuersificãtur inter se secundum modum & materiam, quam significat modus: & hoc, quoniam multa sunt in actu, quę tamen non sunt ex necessitate: & hęc sunt absoluta: & nonulla neq; necessaria sunt, neq; in actu, sed quæ in futuro & esse & non esse possunt, & hęc sunt possibilia: quędam vero semper sunt, & hęc sunt necessaria. Manifestum quod oportet syllogismos compositos ex vnaquaq; istarum specierum diuersos esse a seinuicem secundum diuersitatem suarum propositionum: & syllogismus erit necessarius ex propositionibus necessarijs, & absolutus ex absolutis, & possibilis ex possibilibus. Syllogismi igitur, qui componuntur ex propositionibus necessarijs, sunt proximi syllogismis, qui componuntur ex propositionibus absolutis: & hoc, quoniam conditiones conclusionis absolutarum sunt per se conditiones conclusionis necessariarum: & ea, quę sunt causa, vt non sequatur conclusio in non concludentibus, eadem sunt causa, vt non sit conclusio in necessarijs: quoniam non est differentia inter ipsos, nisi secundum additionem necessitatis tantum: & hoc, quoniam species concludentes & non concludentes in absolutis sunt secundum numerum concludentium & non concludentium in necessarijs. Atqui differentia est inter ipsas: quoniam absoluta dicitur de eo, quod est in actu, quodq; non est necessarium: necessaria vero dicitur de eo, quod est in actu, quodque est necessarium, ac per istam additionem disponitur: & modus compositionis eius, quod concludit in figura prima ex absolutis, hoc est dispositio dicti de omni, aut dicti de nullo, est conditio, quæ in figura prima concludit secundum materiam absolutam aut necessariam: & hoc, qm intentio dicti de omni in ipsis est, vt dicatur affirmatiue aut negatiue de omni eo, quod est in actu, siue in actu existens cum additione conditionis necessariæ, seu absq; additione ipsius. Atqui conditio dicti de omni, quod sit in materia possibili diuersificatur a conditione dicti de omni, quod sit in materia istis. Et hoc est, quod apparet ex verbis Aristo. aut veritas per se: quemadmodum declarabitur post hoc. Consimiliter modus ostendendi complicationes concludentes in figura secunda, & tertia ex propositionibus necessarijs, est idem modus cum eo, quo monstramus coniugationes concludentes in figura secũda, & tertia ex propositionibus absolutis: & hoc, quum ostenduntur per reductionem ad primam figuram per conuersionem alterius propositionum suarum: & hoc, quoniam conuersio in propositionibus absolutis, ac necessarijs est vna. Et consimiliter quod in ipsis ostenditur per positionem. Quod vero in ipsis ostenditur per impossibile, hoc est quum fuerit propositio vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua non disponitur vna dispositione: & hoc, quoniam syllogismus dedu-

Differẽtia inter absolutas, & necessarias nõ secundum modum tantũ, sed secundũ materiam.

Dispositio dicti de omni in necessarijs, & absolutis est eadẽ, & differt in possibilib'.


Syllogismi, qui per impossibile ostenduntur, ad primam reduci in secunda, & in tertia, nõ possunt ostẽdi in necessarijs, sed per expositionem.

cens ad impossibile erit compositus ex vna propositione syllogismi, & ex contradictorio conclusionis secundum modum & secundum negationem suam, & erit mistus ex propositione necessaria, & absoluta, aut possibili: sed hactenus non dum declarata fuit conclusio, quæ sequitur ex hac complicatione. Cæterum qñ ibi monstramus per impossibile, hic ostenditur per positionem: puta, quum ponimus sub aliquo negato rem sensibilem, a qua prædicatum vniuersaliter negatur: & ita redit ad speciem, quæ in prima construitur figura ex ambabus vniuersalibus, vna affirmatiua, & altera negatiua.

De mistis ex vna necessaria, & altera absoluta in prima figura. Cap. X.

B

Accidit autem quandoq; & altera propositione necessaria, necessarium fieri syllogismum: Verum non vtralibet, sed quæ ad maiorem extremitatem est: vt si a quidem b ex necessitate sumptum est inesse, vel non inesse: b autem c inesse tantum: sic enim sumptis propositionibus ex necessitate a inerit c, vel non inerit.




C

Coniugatio ex maiori de necessario, & minori de inesse vniuersalis.


Nam quoniam omni b ex necessitate inest, uel non inest a, c autẽ aliquid eorum quę sunt b est, manifestum quoniam & c ex necessitate erit alterum horum. Si autem a b quidem non necessaria, b c autem necessaria, non erit conclusio necessaria. Nam si est: accidit a alicui b inesse ex necessitate, per primam, & tertiam figuram: hoc autem falsum: contingit enim tale esse b, cui possibile est a nulli inesse. Amplius autem & ex terminis manifestum, quoniam non erit conclusio necessaria: vt si a quidem sit motus, b autem sit animal, in quo autem c homo: nunquam homo animal est ex necessitate, mouetur autem animal non ex necessitate, quare nec homo. Similiter autem & si priuatiua sit a b. Nam eadem demonstratio.

Coniugatio ex maiori de inesse & minori de necessario affirmatiua.



Coniugatio, ex maiori de necessario, et minori de necessario negatiua.


In particularibus autem syllogismis, si vniuersalis quidem est necessaria, & conclusio erit necessaria: si autem particularis, non necessaria, siue priuatiua, siue prædicatiua fuerit vniuersalis propositio. Sit autẽ primo vniuersalis necessaria, & a quidem, omni b insit ex necessitate, b autem alicui c insit solum: necesse est ergo a alicui c inesse ex necessitate: nam c sub b est, b autem omni a inerat ex necessitate. Similiter autẽ & si priuatiuus syllogismus sit: nam eadẽ erit demonstratio.



Coniugatio ex maiori de necessario minori de inesse, particularis affirmatiua.

Si autem

A Si autem particularis est necessaria, non erit conclusio necessaria: nihil enim impossibile euenit: quemadmodum nec in vniuersalibus syllogismis: similiter autem & priuatiuis. Termini, motus, animal, album.



Coniugationis binæ ex maiori de inesse, minori & necessario particularis vtraq;.

B

De syllogismis mistis ex necessariis, & absolutis.

SYllogismi igitur concludentes in istis mistionibus sunt per se syllogismi concludentes in non mistionibus, præterquam quod dupli cantur: & hoc, quoniam species vna per se erit duæ species, quemadmodum exempli gratia, quæ est ex binis vniuersalibus in prima figura erit duæ species: vna vt sit maior necessaria & minor inexistens, altera econuerso: & erunt syllogismi concludentes in omni figura hic duplicati respectu syllogismorum concludentium in omni materia ibi: & illud, quo ostenditur concludens a non concludente ibi, est id, quo ostenditur hic, hoc est in inexistentibus. Atqui quod superest, vt cõsideremus hic de dispositione mistorum, est modus conclusionum suarum, hoc est, qui modus sequatur ex duobus modis propositionum. Et Aristoteles dixit, si fuerit propositio maior in figura prima necessaria, quod erit conclusio necessaria: sin autem non sit necessaria, non erit conclusio necessaria. Sit igit omne c b in actu: & omne b a ex necessitate: dico quod vna istarum duarum specierum concludit, quod a est in omni c ex necessitate: & altera, cp nullum c a ex necessitate, monstratio huius, qm c est pars ipsius b: propterea quod ex conditionibus primæ figuræ est, vt sit minor affirmatiua: & ex conditionibus huius mistionis, vt sit c pars ipsius b in actu, non autem possibiliter: quemadmodum se habet dispositio in syllogismis possibilibus: sed, quum prædicatur aliquid de toto, prædicatur ex necessitate et de parte secũm modum, quo prædicatur de toto: & hoc planum per se: qm pars continetur sub toto, & subingreditur ipsum. Quod si non maior, sed minor extiterit necessaria, non erit conclusio necessaria: puta, si dicamus, omne c b ex necessitate: & omne b a in actu, vel nullum b a in actu: dico quod non concluditur in hac complicatione, omne c esse a ex necessitate, aut non esse a ex necessitate, ostensio huius: qm, si fuerit possibile, ponamus quod omne c sit a ex necessitate: sed iam posuimus omne c esse b ex necessitate: quare concludetur in figura tertia, aliquod b esse a ex necessitate: sed iam posueramus, omne b esse a non ex necessitate: quod fieri non potest, & nõ conuertet, Consimiliter monstrabitur, si posuerimus propositionẽ maiorem negatiuam non necessariam. Hoc enim similiter et monstrabitur ex quo c est pars ipsius b, & a prædicatur de omni eo, quod est pars ipsius b, & quod est totum nõ necessariam prædicatur etiam de c non necessario, postea quam est pars ipsius b. Manifestum etiam ex terminis conclusionem non esse necessariam: puta, si ponamus loco a motum, & loco b animal, ac loco c hominem: & dicamus, omnis homo est animal ex necessitate: & omne animal mouetur non ex necessitate: & concludetur, omnis homo mouetur non ex necessitate: nisi quod termini

C

Opinio Ari. cp sequat cõclusio necessaria ex maiore necessaria, & minore inexistente qm minor est pars medij.

Si maior inexistens, minor fuerit necessaria, non necessaria, sed de inesse cõcludet cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

asseuerant conclusionem non esse semper necessariam, non autem quod non con D
cludat necessariam omnino: quemadmodum asserat hoc syllogismus ad impos-
sibile, & instătio dicti de omni. Syllogismi vero particulares tu, hac figura, hoc
est concludentes conclusiones particulares tra se habent: quod, si propositio
vniuersalis & maior fuerit necessaria, & conclusio erit necessaria: si autem par-
ticularis, ac minor necessaria extiterit, & maior non sit necessaria, non erit con
clusio necessaria: siue maior affirmatiua fuerit, siue negatiua: & monstratio hu-
ius erit monstratio syllogismorum vniuersalium: hoc est per dictum de omni,
per impossibile, & per materias: & hoc, quoniam, si ponamus loco a motum, &
loco b animal, & loco c album, complicabitur syllogismus: aliquod album mo-
tum, animal ex necessitate; & omne animal motum non ex necessitate: & cõcluditur,
aliquod album motum, sed non ex necessitate. Ex verbis itaq; Aristo. planum
sententiam suam esse tã hac specie, vt modus conclusionis sequatur modũ pro-
positionis maioris: quoniam, si fuerit propositio maior absoluta, conclusio erit
absoluta, & si necessaria extiterit, conclusio erit necessaria.

Opinio Aristo. est in mi nistis, vt modus conclusionis sequa tur modum propositio nis maioris.

Theophrastus vero, atq; Eudemus ex antiquis peripateticis, & inter posteriores Themistius, qui eos secutus est, existimarunt quod modus conclusionis
sequatur vtiorem ex duobus modis, hoc est, vt semper in tali complicatione se
quatur propositionem absolutam: quoniam absoluta est vtior necessaria. Et
potissimum, cui immiscetur, est, quoniam arbitrantur, quod omne, in quo fuerit
aliquid vt pars, & aliquid vt totum, ita se habebit, vt si aliquid vnum prædice
tur prædicatione aliqua de toto, sequatur vt de parte etiam prædicetur eã hac
eodem modo. & consimiliter, si prædicetur etiam pars de re aliqua cum aliquo
modo, oportebit vt totum quoque de re illa prædicetur cum hoc eodem modo:
quoniam igitur in omni syllogismo est aliquid vt totum, & aliquid vt pars: si
fuerit vna duarum propositionũ absoluta, & altera necessaria, nihil prohibet,
vt minor sit necessaria, & maior absoluta, aut maior necessaria & minor absolu
ta. Dixerunt, & si fuerit minor necessaria, erit aliquid vt pars, & aliquid vt to-
tum: & medius quidem terminus vicem totius obtinebit, minor vero partis:
quare, si aliquid prædicetur de toto, quod est terminus medius, prædicabitur
etiam cum hoc eodem modo de parte, quæ est terminus minor. Quod si propositio necessaria maior extiterit, erit & in ipsa consimiliter aliquid vt pars, & aliquid vt totum: & maior quidem totius vicem obtinebit, medius vero partis: sequitur ergo si pars, quæ est terminus medius, prædicatur de minore extremitate cum aliquo modo, vt sit modus iste idem cum modo totius, quod est maior extremitas: idem inquam, quum prædicatur de ipsa: quare inquiunt isti, quomodocunq; res se habent, oportet modum prædicationis in conclusione, se-
quat modum propositionis absolutæ. Sed in hoc sermone est confusio manife- F
sta: & hoc, quoniam consideratio totius, & partis in syllogismo, secũdum quod est syllogismus concludens in prima figura per dictum de omni, nimirum est in propositione minore: & propterea conditio ipsius est, vt sit affirmatiua: maioris autem conditio est vt sit vniuersalis, non autem vt sit affirmatiua: quod quã ita fuerit, non est consideratio totius & partis in propositione maiore, si inueniantur vt sint necessaria, aut non sint: sed oportet vt consideratio totius & partis existat in loco, in quo est conditio, vt syllogismus fiat hoc est totum & pars, quæ sunt in propositione minore: quod quum ita sit, modus conclusionis sequetur modum propositionis maioris, secundum quod existimauit Arist. Quod si illis etiam concesserimus partem, & totum considerari in vtraque propositionum, non oportebit nos ponere in loco considerationis totius & partis ea quæ sunt in propositione minore, & in loco considerationis totius & partis quæ sunt in propositione maiore, vsquequo demus hoc iudicium super syllogismo.

Contra opi. Theophrasti, & aliorũ se quẽtiũ, q ratio partis, & totius fal lũ inuenif in propositio ne minore.

Soluit secun dam rõnem.

Amplius, si consideretur pars in propositione maiore, non autem in minore, non erit syllogismus nisi per accidens: quoniam non oportet vt minor extremitas comprehendatur in prædicatione sub maiore propositione, quum non sit vniuersalis: & hoc per se manifestum est.

* A.l. Hoc

Et quod etiam dubitarunt. * Quoniam existimauerunt, modum conclusio-

A nis sequi debiliorem duorum modorum propositionis: quemadmodum res se aũt fecit eos
habet in affirmatione ac negatione, id est quoniam si fuerit vna propositionum errare.
affirmatiua & altera negatiua, conclusio sequetur negationem, quæ est vtior; Solutio pri-
affirmatiua & altera negatiua, conclusio non sequitur pro- mæ rõnis.
hoc est syllogismus imaginarius: & hoc, quoniam conclusio non sequitur pro-
positionem negatiuam & non affirmatiuam, ex parte qua negatiua vtior sit
affirmatiua, sed ex parte qua est negatiua: absoluta vero, si est vtior, est affir-
matiua, non aũt negatiua: confusio igitur istius sermonis est per se manifesta.

Soluit tertiã rationem.

Quod etiam contendunt, est, quoniam in aliqua materia concluditur absolu-
te, & tamen minor est absoluta, & maior necessaria vt in exemplo: omnis ho-
mo ambulat, hoc est in actu: & omne ambulans mouetur ex necessitate: igitur
omnis homo mouetur, non tamen ex necessitate, & deceptio in hoc est, quoniã
ambulans nõ mouetur ex necessitate, ex parte, qua est homo, sed ex parte qua
est ambulans: quod si conditionem illam, quam in maiore accepimus, ponamus
etiam in conclusione, erit necessaria: puta ex necessitate, omnis homo mouetur,
ex parte qua est ambulans.

Excludit re sponsionem quorũdam, ostendẽs q maior necessaria cũ minori de esse cõcludit necessariã per dictũ de oi,

Non oportet autem, vt aliquis ad hoc respondeat dicens, quod in hac com-
plicatione cõclusio est absoluta, quum minor est absoluta & maior necessaria:
quoniam in hac propositione necessaria non inuenitur dictum de omni, quod
fecit vniuersaliter Arist. in hoc libro: & hoc, vt a prædicetur ex necessitate de
B omni eo, quod disponitur per b affirmatiue, siue disponatur per b in actu, siue
ex necessitate, siue possibiliter: quoniam non est vtilius in hac conditione, ni
vera existerit in omni materia: sed certe oportet vt hæc conditio vera sit in om
ni materia. Quod si induxerimus etiam per materias, planum nobis fiet, quod
ita est materia. Quod si induxerimus etiam per materias, planum nobis fiet, quod
hoc, quod dicimus, omne, quod est b, est a ex necessitate, aut est a absolute, in
aliqua materia significat, omne, quod est b in actu, est a ex necessitate, veluti
quum dicimus, omne ambulans mouetur; & in aliqua materia significat, omne,
quod est b in potentia aut in actu, est a ex necessitate, vt quum dicimus, omne
motum est corpus. Consimiliter etiam disponitur enunciatio absoluta.

Conditio di cti de oi in materia ne cessaria, & absoluta.

Quod quum ita sit, dictum igitur de omni verum in omni materia in propo si
tione necessaria & absoluta, est, vt a insit ex necessitate, aut absolute omne illi,
quod est b in actu; quoniam in aliqua materia verificabitur de omni eo, quod
est in potentia aut in actu b, & in aliqua de omni eo, quod est b, in potentia, verificabitur etiã
quoniam, si a verificatur de omni eo, quod est b, in potentia, verificabitur etiã
de omni eo, quod est in actu; & non conuertitur, hoc est si a verificatur de om-
ni eo, quod est b in actu, vt etiam verificetur de omni eo, quod b in potentia.
Et propter hoc oportet conditionem dicti de omni in necessariis atque absolu
tis esse, vt maior extremitas prædicetur de omni eo, quod est medium in actu,
C hoc est de omni eo, de quo prædicatur terminus medius in actu non possibili-
ter; & propterea quum minor propositio existerit possibilis, & maior ne-
cessaria aut absoluta, non erit syllogismus concludens secundum dictum de
omni in omni materia, quemadmodum exponit Aristotel. in sequentibus:
quoniam hoc vtique concludet per dictum de omni in aliqua materia, hoc est,
in qua verificatur a absolute de omni eo, quod est b in actu aut in potentia: sed
non intenditur hoc in loco, quod est propter materias. Et hoc est, in quo di-
rexit Abumazar mentem suam contra Aristotele. Nanque in propositione
possibili maiore reperitur conditio in omni materia, quam existimauit Abu-
mazar in omnibus speciebus propositionum: & hoc, cũ quum dicimus, omne,
quod est b, est a possibiliter, verificatur de omni eo, quod est in potentia, aut in
actu; & propterea quũ fuerit maior possibilis, erit conclusio possibilis in qua-
cunq; mistione: quemadmodum declarabitur in sequentibus. Quare non est cõ
ditio dicti de omni in omnibus tribus propositionibus, hoc est absoluta, necessa-
ria, & possibili, vna: veluti existimauit Abumazar, quũm fuerit a prædicatũ
in actu, aut ex necessitate, aut in potentia de omni eo, quod est b in quacunque
ex tribus speciebus: hoc est aut possibiliter, aut ex necessitate, aut in actu. Ne-
que est etiam conditio dicti de omni in hoc libro ea, de qua meminit Alex. vt a

prædicetur ex necessitate, aut possibiliter, aut in actu de omni eo; quod est b in actu: quoniam, si res ita esset, non concluderet quæ constat ex ambabus possibilibus secundum dictum de omni: & hoc manifestum consideranti. Et inductio attestatur sententiæ Aristotelis; quoniam non est vtilitas in conditione, quæ non potest super materias, secundum quod existimauit Abumazar: neque in conditione, quæ continet omnes species propositionum, secundum quod existimauit Alexander. Et ex hoc sit manifesta dubitatio, quæ accidit hominibus ex opinione Aristotelis in mistione possibilis cum necessaria & inexistente, secundum quod planum erit ex dicto nostro, quum deo volente ad hunc locum deuenerimus. Sed iam declaratum est, quod iudicium in mistione necessariæ & absolutæ est ad propositionem maiorem.


Contra Alexandrū, qui putauit dictum de omni tenere in absolutis.

De mistis ex vna necessaria, & altera absoluta in secunda figura. Cap. XI.



N secunda autem figura si priuatiua quidem propositio vniuersalis sit, & necessaria, conclusio erit necessaria. Si autem prædicatiua, non necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria, & a b quidem nulli contingat, c autem insit tantum: quoniam ergo conuertitur priuatiua, & b nulli a contingit: a autem, omni c ineſt, quare nulli c contingit b: nam c sub a est.

Prima cōiugatio ex maiori de necessario, minori de ineſſe, quæ maioris conuersione ostenditur.




Similiter autem & si ad c ponatur priuatiuum: nam si a c nulli con

A tingit: & c, nulli a poterit ineſſe: a autem, omni b ineſt, quare nulli eorum quæ sunt b, contingit c: sic enim prima figura rursum. non ergo neq; b, ipsi c,* conuertitur. n. similiter.

*Hic queq: altera negationū superflua, subaudiendumq:, ineſſe cōtingit.

Secūda coniugatio, q̄ ex minoris, & cōclusionis cōuersione, & præmissarū transpositione ostenditur.



Si aūt prædicatiua propositio est necessaria, non erit conclusio necessaria. insit enim a, omni b ex necessitate, c aūt nulli insit tantū: cōuersa ergo priuatiua, sit prima figura. Ostēsum est aūt in prima, quoniam cū non est necessaria, quæ ad maiorem est priuatiua, nec cōclusio erit necessaria: quare nec in his erit ex necessitate:

Coniugatio ex maiori & ineſſe minori de necessario, quæ minoris cōuersione ostenditur.


Amplius aūt si conclusio est necessaria, accidit c, alicui a nō ineſſe ex necessitate: si enim b, nulli c ineſt ex necessitate, neq; c, vlli b inerit ex necessitate: b aūt, alicui a necesse est ineſſe, si quidem & a, omni b ex necessitate inerat: quare c, necesse est alicui a non ineſſe: sed nihil prohibet a hmōi accipere: cui omni, c contingat ineſſe. Amplius & si terminos ponentes sit ostendere, q̄m conclusio noo est necessaria simpliciter. & his existentibus, necessariū: vt sit a animal, b verò homo, c aūt albū, & similiter propositiones sumptæ sint: cōtingit enim animal nulli albo ineſſe: non inerit ergo nec homo vlli albo, sed non ex necessitate. contingit enim hominem fieri album, non tn donec

Deductio eiusdem per impossibile.


Universidad de Deusto
Biblioteca

animal nulli albo insit quare cum hæc sint, necessaria erit conclusio: simpliciter aũt non necessaria. Similiter autem se habebit & in particularibus syllogismis quando priuatiua quidẽ propositio, & vniuersalis fuerit; & necessaria & conclusio erit necessaria. Quando aũt prædicatiua vniuersalis fuerit necessaria, priuatiua verò particularis nõ necessaria: non erit conclusio necessaria. Sit enim primum priuatiua, & vniuersalis necessaria, & a b quidem nulli contingat inesse, c autem alicui insit: quoniam ergo conuertitur priuatiua, & b nulli a continget inesse, a autem alicui c inest: quare ex necessitate alicui eorum, quæ sunt c, non inerit b.

Coniugatio ex maiori ☐ necessario minori de inesse negatiua ☐ maioris cõuersionem ostendit.



Rursum sit prædicatiua, & vniuersalis, & necessaria, & ponatur ad b quidem prædicatiuum: si ergo a, omni b ex necessitate inest, c autem alicui non inest: quoniam non inerit b, alicui c manifestum, sed non ex necessitate. Nam iidem termini erunt ad demonstrationem, qui in vniuersalibus syllogismis: sed nec si priuatiua necessaria est particulariter sumpta, erit conclusio necessaria. Nam per eosdem terminos demonstratio est.



*Dicit Alexan. quædã exemplaria habere hæc uerba, demõstratio uno solo trãsumpto, qd Albertus dicit, sed aĩr ordinãdi sunt termini, sumãt pro homine moueri. Alia negatiua particularis inutilis propositionibus quo ad modos.

De mistione necessariæ & absolutæ in figura secunda.

SED in secunda figura, quum fuerit propositio negatiua necessaria, conclusio erit necessaria; si vero affirmatiua necessaria extiterit, non erit conclusio necessaria: sit ergo primum vniuersalis negatiua maior necessaria, & affirmatiua vniuersalis minor absoluta: puta in exemplo, si dicamus, omne c est b in actu; & nullum a b ex necessitate: quoniam igitur negatiua conuertitur, redibit hæc ad speciem primæ figuræ, in qua maior est negatiua necessaria, & minor absoluta; quare conclusio procul dubio necessaria erit, secundũ quod declaratum fuit. Consimiliter etiam hoc idem accidet, si ponatur minor negatiua vniuersalis necessaria & maior absoluta; quoniam conuertitur, nullum c b; & sit nullum b c ex necessitate; & omne a b absolute; quare concluditur in prima figura, nullum a c ex necessitate, quemadmodum supra expositum est; &, quum conuersa fuerit conclusio, redibit quæsitum. Quod si fuerit propositio affirmatiua necessaria, & negatiua absoluta, concludetur absoluta; quoniam negatiua absoluta, quum conuertitur, efficitur maior in prima figura. Sed iam in hac declarauimus, si fuerit maior in prima figura non necessaria, quod conclusio erit nõ necessaria, sed absoluta; iam enim declaratum fuit per viam ad impossibile, quod conclusio non est necessaria, sed absoluta, quum fuerit affirmativa possibile, quod conclusio non est necessaria, sed absoluta. quum fuerit affirmativa possibile, quod conclusio huius syllogismi sit, nullum c est a ex necessitate; sed iam in propositionibus huius syllogismi fuerat, quod omne c est b ex necessitate; quod si conuerterimus affirmatiuam vniuersalem, fiet aliquod c b; & nullum c est a ex necessitate; concluditur secundum quod declarauimus in prima figura, quod aliquod b non est a ex necessitate; sed iam posuimus, quod a non est b absolute; quare, si conuertamus, verum etiam erit, quod b non est a absolute; quod si b non sit a absolute, iam erit possibile, vt omne b sit a absolute, quoniam absoluta est de natura possibilis: sed iam fuerat conclusio, quod aliquod b non est a ex necessitate, quod fieri non potest & non cohæret; & hac eadem declaratione palam fit, si necessaria affirmatiua maior extiterit, & negatiua absoluta minor; & hoc, quoniam concludit duo contraria. Consimiliter monstratur & per terminos, quod cõclusio in his duabus speciebus non est necessaria; puta, sit loco a album; loco b animal; loco c homo; & componatur syllogismus ita: omnis homo ex necessitate animal; nullum album in actu est animal; & concluditur, nullus homo est albus; sed hoc non est necessarium; quoniam homo potest & esse & non esse album: & secundum hoc etiam modus conclusionis in duobus syllogismis particularibus huius figuræ sequitur modum propositionis ne-


In secũda figura, si negatiua fuerit necessaria, erit cõclusio necessaria; si affirmatiua, non erit conclusio necessaria; qm non reuertit ad primam ex maiori necessaria. Absoluta propositio est de natura possibilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatiuæ:huius autem monstratio est hæc eadem,hoc est per cõuersionem & im- D
possibile in loco,in quo fit impossibile duobus syllogismis vniuersalibus hu-
ius figuræ,& per eosdem etiam terminos.

De syllogismis mistis ex altera necessaria, & altera absoluta in tertia figura. Cap. XII.

IN postrema autem figura terminis quidem vniuersalibus ad medium, & prædicatiuis vtrisq; propositionibus,si vtralibet sit necessaria, & conclusio erit necessaria. Si autem hæc quidem sit priuatiua,illa verò prædicatiua, quando priuatiua quidem fuerit necessaria, & conclusio erit necessaria:quando autem prædicatiua, non erit necessaria.Sint enim primum vtræq; prædicatiuæ propositiones, & a & b omni c insunt,necessaria autem sit a c:quoniam ergo b,omni c inest: & c alicui b inerit, eo q; conuertitur vniuersalis particulariter. Quare si a,inest omni c ex necessitate, & c alicui b: & a alicui b necessarium inesse:nam b,sub c est.Fit igitur prima figura. E



Coniugatio ex maiori de necessario minori de inesse,uniuersalibus affirmatiua

A Similiter asit ostendetur:& si b c est necessaria, conuertitur enim c,alicui a: quare si omni c inest b ex necessitate, & a alicui b inerit ex necessitate.Rursum sit a c quidem priuatiua, b c vero affirmatiua, necessaria autem priuatiua:quoniam ergo conuertitur affirmatiua,erit c alicui b,a autem nulli c ex necessitate, neque a alicui b inerit ex necessitate:nam b sub c est.




Coniugatio ex maioride necessario minori de inesse vtrib⁹, altera negatiua altera affirmatiua.

B

C


Si autem prædicatiua sit necessaria:non erit conclusio necessaria. Sit enim b c prædicatiua,& necessaria:a c autem priuatiua, & nõ necessaria:quoniam ergo conuertitur affirmatiua, inerit & c, alicui b ex necessitate,quare si a quidem,nulli eorum quæ sunt c inest, c autẽ alicui eorum,quæ sunt b,& a alicui eorum quæ sunt b, non inerit: sed non ex necessitate. Ostensum est enim in prima figura, quod priuatiua propositione non necessaria, nec conclusio erit necessaria. Amplius autem & per terminos sit manifestum: sit enim a quidem bonum,in quo b animal,c autem equus: ergo bonum quidem contingit nulli equo inesse: animal vero necesse est omni equo inesse:sed non necesse est aliquod animal, non esse bonum, siquidem contingit omne esse bonum,aut si non hoc possibile:sed vigilare, vel dormire terminum ponendum. omne enim animal susceptibile est horum,si igitur termini vniuersaliter ad medium sint:dictum est, quã-

do erit conclusio necessaria. Si autem hic quidem vniuersalis, ille D
vero particularis, prædicatiuus vterque: quando vniuersalis fuerit necessarius, & conclusio erit necessaria. Demonstratio autem eadem quæ & prius: conuertitur enim & particularis affirmatiua. si ergo necesse est b omni c inesse, a autem sub c est: necesse est b alicui a inesse. si autē b alicui a: & a alicui b inesse necessarium, cōuertitur enim



Coniugatio ex maiori de inesse, minori necessaria particularis affirmatiua.

Similiter autem & si a c, sit necessaria vniuersalis: nam b sub c est. Si autem particularis est necessaria, non erit conclusio necessaria. Sit enim b c particularis & necessaria: a autem insit omni c, non tamen ex necessitate: conuersa ergo b c prima sit figura, & vniuersalis quidem propositio non necessaria, particularis, autem necessaria: quando autem sic se habebant propositiones, non erat conclusio necessaria, quare nec in his. Amplius autem & ex terminis manifestum. Sit enim a quidem vigilatio, b autem bipes, in quo autem c, animal ergo b, alicui c necesse est inesse: a autem omni c contingit, & a non necessario b: non enim necesse est aliquem bipedem dormire, vel vigilare.




Coniugatio altera ex maiori de inesse minori necessaria affirmatiua particularis.

Similiter autem per eosdem terminos ostendetur etiam, si a c sit particularis, & necessaria. Si autem hic quidem terminorum sit prædicatiuus, ille priuatiuus, & necessarius: quando vniuersalis fuerit priuatiuus, & necessarius, & cōclusio erit necessaria. Si. n. a nulli c ex necessitate cōtingit, b aūt alicui c ineſt: necesse est a alicui b nō ineſſe.

Coniugatio ex minori negatiua vel de necessario, minore affirmatiua particulari de inesse.

Quando autem affirmatiua necessaria ponetur vel vniuersalis, vel particularis, vel priuatiua particularis: non erit conclusio necessaria. Nam alia quidem eadem quæ & in prioribus dicemus. Termini autē cum vniuersalis quidem affirmatiua est necessaria, vigilatio, animal, homo, medium, homo.




Coniugatio ex maiori negatiua particulari de inesse minori affirmatiua vniuersali de necessario.

Universidad de Deusto
Biblioteca


Cum autem particularis prædicatiua necessaria, vigilatio, animal album: animal enim necesse est alicui albo inesse: vigilatio autem cõtingit nulli: & non necesse est alicui animali non inesse vigilationem. D

Coniugatio exmaiori negatiua vñ ẽ in esse, minori affirmatiua particulari de necessario,



Quando autem priuatiua particularis est necessaria: bipes, motus, animal, medium animal. E

Coniugatio ex maiori negatiua particulari de necessario, minori affirmatiua vñ de inesse.



A Manifestũ igitur quoniã *inesse quidem non est syllogismus, si vtræque propositiones non sunt in eo quod est inesse: necessarii vero est, & altera solum existente necessaria. In vtrisque autem & affirmatiuis, & priuatiuis existentibus syllogismis, necesse est alterã propositionẽ similẽ esse conclusioni. dico autem similem, si inesse quidem, existentem: si autem necessaria, necessariam. Quare & hoc palã, quoniam non erit conclusio neque necessaria, neque inesse: non sumpta vel necessaria, vel quæ inesse significet propositione. Igitur de necessario quomodo fit, & quam differentiam habeat ad inesse, sufficienter pene dictum est.

* Inesse hic genitiui loco tenet.

Cõplicatio inexistentis ex necessarijs in figura tertia.

In tertia figura cõclusio sequitur modũ propositionis, quę nõ cõuertit: qm̃ prima sit maior i vltima figura.

In tertia vero figura modus conclusionis semper sequitur propositionẽ, quæ non conuertetur: quoniam propositio hæc in potentia est propositio maior in figura prima: sed tam declaratum fuit, ꝙ modus conclusionis in prima figura sequitur propositionẽ maiorẽ: & hoc est contrariũ dispositioni, quæ est in secũda figura: quoniam ipsa modus conclusionis sequitur modũ propositionis quę
B cõuertit: quia propositio, quę cõuertit hac in figura, est in potẽtia maior in figura prima: & hoc, qm̃ minor in secũda figura est eadẽ, quę & i prima, & maior in ipsa cõuertit: maior aũt in figura tertia est eadẽ, quę & in prima figura, & minor cõuertit: & ordo iste disponit sicũ ꝙ mõstratur cõclusio sua per cõuersionẽ, & id, quo mõstrat per positionẽ: & qm̃ potẽtia specierũ, quæ mõstrant per positionẽ, est ẽt potẽtia specierũ, quę mõstrantur per cõuersionẽ: qđ, quũ pœnitus certũ exitterit, si ponãtur duæ propositiones secũdũ dictũ Arist. vniuersales affirmatiuę, vtra ipsarũ fuerit necessaria, ilã cõclusio erit necessaria: & hoc, quũ cõuertimus absolutã vniuersalẽ secm̃ partẽ, & fiet in figura prima ea, quę habet maiorẽ vt̃em necessariã, et minorẽ absolutã in parte, et cõcludet cõclusionẽ necessariã in parte, secm̃ qđ expositum fuit. Sin aũt ea, quã cõuertimus, fuerit minor in hac figura, hoc est, quũ maior sit necessaria, dispositio in hoc est manifestã, hoc est, qm̃ cõcludit sine cõuersione conclusionis. Quod si cõuertamus maiorẽ, quæ sit absoluta, & sit minor hac in figura vniuersalis necessaria, monstrabit hoc per duas cõuersiones, per cõuersionẽ propositionis, & cõuersionem cõclusionis: secm̃ ꝙ expositũ fuit. Quod si vna vniuersaliũ affirmatiua fuerit & altera negatiua, modus cõclusionis necessario sequetur modum negatiuę: qm̃
C affirmatiua cõuertetur, & erit negatiua maior in prima figura: quę si fuerit necessaria, cõclusio ẽt erit necessaria, secũdũ id, qđ expositũ fuit: si vero fuerit absoluta, & cõclusio erit absoluta. Quod si fuerit vna duarũ ꝓpositionũ in hac figura, hoc est in cõcludẽte vniuersalis, & altera particularis, & fuerint affirmatiuę, sequet̃ cõclusio vniuersalẽ ex ipsis: qm̃ ea est, quæ nõ cõuertitur in hac figura: si. n. conuerteretur, esset syllogismus ex duabus particularibus. sed ilã declaratũ fuit, ꝙ nõ cõcludit: postea igit̃ quã non cõuertitur, erit maior in prima figura. Sinaũt exitterit vna ipsarũ affirmatiua, & altera negatiua, modus cõclusionis sequetur modũ negatiuę: qm̃ negatiua, si fuerit hac in figura vniuersalis, erit maior in prima figura: ꝓptera qđ fieri nequit, vt minor in prima figura sit negatiua: si vero fuerit particularis potẽtia sua secm̃ declarationẽ positionis, est potẽtia vniuersalis negatiuę secundũ id, quod declaratum fuit in positione.

De contingenti & contingentium propositionum conuersionibus.

CAPVT XIII.

DE CONTINGENTE aũt post hæc dicemus: quãdo, & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Dico autẽ contingere, & contingens: quo non existente necessario, posito autẽ inesse, nihil erit propter hoc impossibile. Nã

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide. 7. perihermc. cap.

necessarium æquiuoce contingere dicitur. Quoniam aũt hoc est cõtingens, manifestũ ex affirmationibus, & negationibus oppositis. Nam non contingit esse, non possibile esse: & impossibile esse, & necesse est non esse: vel eadem sunt, vel sequũtur seinuicem: quare & oppositæ his contingit esse & non impossibile esse, & non necesse non esse: eadẽ erunt, vel sequẽtis seinuicem. De omni enim affirmatio, vel negatio vera. Erit ergo cõtingens nõ necessarium, & non necessariũ contingens. Accidit autem omnes, quæ secundum contingens sunt propositiones, conuerti sibiinuicem: dico autem nõ affirmatiuas negatuis, sed quæcunque affirmatiua habent figuram secundũ oppositionem: vt ea quæ est contingit esse, ei quæ est contingit non esse: & ei quæ est contingit omni, ei quæ est contingit nulli, vel non omni: & quæ alicui, ei quæ* non alicui: eodem autem modo & in aliis. Quoniam enim quod est contingens, non est necessarium, & quod nõ est necessarium, possibile est non esse: manifestum quoniam si contingit a inesse b, contingit & non inesse: & si omni contingit inesse, & omni contingit non inesse. Similiter autem & in particularibus affirmationibus: nam eadem demonstratio. Sunt autem huiusmodi propositiones, prædicatiuæ: nam contingere ei quod est esse, similiter ponitur, quemadmodum dictũ est prius.* Determinaris autem his, rursum dicimus quoniam contingere duobus modis dicitur. Vno quidẽ quod plerunque sic, & deficit necessarium: vt canescere hominẽ, vel augeri, vel minui, vel omnino quod natũ est esse. Hoc enim non continuũ habet necessarium, eo q̃ non semper est homo: cũm tamen homo est, aut ex necessitate, aut in pluribus est. Alio autem modo, infinitum quod & sic, & non sic possibile: vt animal ambulare, vel ambulante fieri motum terrę: vel omnino quod casu: fit nihil enim magis sic natum est, vel econtrario. Conuertitur ergo & secundum oppositas propositiones vtrunque contingens, non tamẽ eodem modo: sed qđ natum quidem est esse, ei quod non ex necessitate esse. sic enim contingit non canescere hominem, infinitum autem est, quod nihil magis sic, vel illo modo. Disciplina autem, & syllogismus demonstratiuus, ex infinitis quidem non est, eo quod inordinatum est medium: ex iis vero, quæ nata sunt esse, pene orationes, & considerationes fiũt de sic contingentibus: ex illis autem possibile quidem est fieri syllogismum: non tamen solet quæri. Hæc ergo definientur magis in sequentibus: nunc autem dicemus, quando, & quomodo, & quis erit syllogismus ex contingentibus propositionibus.

Quõ conuertãtur propositiones de contingẽti.

* Pro alicui non.

* In fcdo Peri hermenias.

Definitio possibilis. Hic sumit philosophus posse vt cõprehẽdit id, quod est in actu, et quod in potentia,

D

E

F

DIXIT. Oportet autem nunc, vt dicatur, quando erit syllogismus ex propositionibus possibilibus, & quomodo erit, & in quo erit. Possibile igitur vniuersaliter est, quod non est necessarium: quodque quum ponitur esse, non accidit ex hoc impossibile: & vult per possibile hoc in loco illud, quod comprehendit rem existentem in actu, & priuatam: & per necessarium, omnes species, de quibus dicitur necessariũ, hoc est necessariũ absolutum & necessarium relatum ad tempus aliquod, siue præteritum, siue præsens, siue futurũ: & ad futurũ: non id, de quo dr necessariũ per æquiuocationẽ hoc n. est possibile, cuius intẽdimus hic definitionẽ tradere. Quodq; hęc sit definitio possibilis, apparẽt ex eo, qđ nõ possunt duo cõtradictoria simul esse vera: qm̃ hoc, qđ dicimus, nõ possibile est esse, & impossibile est esse, & necesse est nõ esse, cõtradicit huic, qđ dicimus, possibile est esse, nõ impossibile est esse, nõ necesse est non esse: & ista sequunt seinuicẽ: hoc est ex hoc, qđ dicimus, nõ possibile est esse, sequit̃ qđ dicimus, impossibile est esse, & qđ dicimus, necesse est non esse: quãdmodũ ex hoc, qđ dicimus, possibile est esse, sequitur non impossibile est esse, & nõ necesse est nõ esse. Quod, quũ ita sit: & oporteat, vt de omni dicat aut negatio, aut affirmatio: de hoc igit, qđ dicimus possibile est esse, oportet vt verificetur nõ necesse est esse, positaquã falso de ipso dr necesse est esse. Et propterea cõuertitur hoc, vt dicamus, or possibile nõ est necessariũ, & qđ nõ est necessariũ, & q̃ non est necessariũ est possibile: & pp hoc vr, quod genus huius definitionis sit illud, quod significat dictio, qđ: & hoc est res cõprehensas inextitẽs & priuatũ, quãdmodũ diximus: & differẽtia sua est, qđ dicimus, nõ est necessariũ. Et qđ in ea addit, qđ quum ponitur esse, ex eo nõ sequit impossibile, est propriũ ex proprijs possibilis, non differẽtia ex differẽtijs ipsius.

Declaratio definitionis possibilis.

Nõ necessariũ cõuertit̃ cũ possibili. Nota qđ sit propriũ possibilis.

Alia expõ definitionis possibilis, secũdũ expositionem Alhumazaris, & aliorũ.

Et ita ex sola Alhumazaris in hac definitione cepisse. n. existimat, qđ hoc dictũ sit differẽtia vltima in definitione: ita qđ intelligatur qđ dicimus, nõ est necessariũ quod inuẽtio sua nõ est necessaria i futuro, quãdmodũ eclipsis lunę: & qm̃ nõ esse verificat de impossibili, propterea addit, quũ ponitur esse, nõ accidit ex hoc impossibile: & pp hoc erit genus possibilis, priuatũ: differentia vero ipsi propria est hæc, si ponitur esse, non accidet ex ipso impossibile: & hæc est opinio plurimorũ expositorũ ex peripateticis. Propriũ aũt ꝓpositionũ possibiliũ est, vt affirmatiuę sequãtur negatiuas, & negatiuæ affirmatiuas, hoc est negatiuas possibiles, nõ negatiuas possibiles: & sunt illæ, quę affirmãt possibilitatẽ, & negãt inuentionẽ, nõ aũt quę negãt possibilitatẽ: qm̃ hę cõtradicũt possibilibus, eadem qđ expositũ fuit in enarratione περὶ ἑρμηνείας. & hoc, qm̃ ex eo, qđ dicimus possibile est esse, sequitur quod dicimus, possibile est nũ esse: hęc nanq; est natura possibilis, hoc est vt sit aptũ natũ esse & nõ esse: & hæc cõsequẽtia inuenit in oibus speciebus oppositorũ, quę sunt in hac materia: & hoc, qm̃ ex eo, qđ dicimus, possibile est inesse omni, sequit̃ possibile est inesse nulli: & ex hoc, qđ dicimus, possibile est inesse alicui, possibile est nõ inesse alicui: & in contrariũ horũ duorũ. At demõstratio super horũ est: qm̃ possibile non est necessariæ inuẽtionis: & qđ possibile est esse, possibile est nõ esse, quũ non sit necessariũ non esse. Propositiones aũt, quas hic posuimus negatiuas, reuera sunt affirmatiuę indefinitæ, secundũ quod declaratũ fuit in libro περὶ ἑρμηνείας: qm̃ dictio non, nõ coniungitur in ipsis cũ modo, sed cũ dictione inuẽtionis: & hoc quãdmodũ quod coniungitur cõ prędicato in enumerationibus nõ modalibus. Possibile aũt trifariã dr, vno modo possibile vt in plus, vt canescere hominem in senectute, & pubescere in tpe adolescẽtiæ. Secũdo possibile in minus, & hoc est oppositũ possibili vt in plus, vt qđ non canescat homo in senectute, & non pubescat in tpe adolescẽtię. Tertio possibile secdm æqualitatẽ, qđ æque possibile est esse & non esse, veluti dilaniare hunc pannũ, aut non dilaniare. Possibile vero æqualiter ita se habet, vt affirmatiua sequatur negatiuã, & negatiua affirmatiuã æqualiter. Quod aũt est in plus, ita se habet vt affirmatiua ipsius sequat negatiuã in minus, & negatiua ipsius affirmatiuã in minus, qđ vero est in minus, sic se habet, vt affirmatiua ipsius sequat negatiuã, & negatiua affirmatiuã secundum plus, quoniam enim possibile est, vt homo canescat secundum plus in senectute possibile etiam erit, vt non canescat in ipsa secundum minus. De possibili igitur secundum minus & possibili æqualiter non agit ars demõstratiua, sed de ipsis agunt artes multæ, quemadmodum oratoria agit de possibili æqualiter: & ars augurandi, & ars excantandi pertractant de possibili secundum minus. Sed intentio in præsentia est dicere quo sctre possimus, qñ est, & qñ non est syllogismus ex propositionibus possibilibus absolu-

De poss secũdũ minus & æqualiter non agit ars demõstratiua, sed aliæ quædam.

Intento huius libri est loqui de propositionibus possibilibus secundū quod potes absolute, de vero possibili, nō descendendo ad spēs eius, quō fīāt ex eis syllogismi.


te, hoc est secundū quod sunt possibiles, aut in plus, aut æqualiter, aut minus: quū hoc in libro cōsideramus de forma, nō aūt de materia syllogismi.

De syllogismis ex ambabus de cōtingēti in prima figura. Cap. XIIII.

QVONIAM aūt cōtingere hoc huic inesse, dupliciter est accipere: aut enim cui inest hoc, aut cui contingit ipsum inesse: nam de quo b a contingere, horū alterū significat: aut de quo dicit b, aut de quo contingit dici: de quo autē b, a contingere: aut omni b possibile inesse a, nihil differt. Manifestū igitur quoniā dupliciter dicet, a omni b inesse cōtingere. Primū ergo dicemus si de quo c contingit b, & de quo b contingit a: quis erit, & qualis syllogismus: sic enim vtræque propositiones sumuntur secūdū contingere: quando autem de quo b est, contingit a: hæc quidem inesse, illa vero contingens: quare a similibus figuris incipiendum quemadmodum & in aliis.


Quale sit dicū de omni in propositionibus cōtingētibus.

Quando ergo a, contingit omni b, & b omni c, syllogismus erit perfectus, quoniā a cōtingit omni c inesse. Hoc aūt manifestum est ex definitione: nam contingere omni inesse sic dicebamus.



Prima contingatio vtilis.


Similiter aūt & si a quidē contingit nulli b: b autem omni c, quoniam a contingit nulli c. Nam de quo b contingit, a non cōtingere: hoc erat nullum dimittere sub b contingentium.



Secunda cōtingatio vtilis.


Quando

Quando autem a contingit omni b, b autem nulli c, per sumptas quidem propositiones nullus fit syllogismus: conuersa autem b c secundum contingere, fit idem quemadmodum & prius: quoniā enim contingit b nulli c inesse, contingit & omni inesse. Hoc autem dictum prius. Quare si b quidem omni c, a autem omni b, rursum idem fit syllogismus.



Tertia contingatio vtilis nō ex se sed ob minoris cōuersionē.


Similiter autē & si ad utrasq; propositiones negatio ponatur cū contingere (dico autem, vt si a contingit nulli b, & b nulli c) igitur per sumptas quidem propositiones nullus fit syllogismus: conuersus autem rursus idem erit, qui & prius.



Quarta contingatio vtilis per vtriusq; propositionis cōuersionem.


Manifestum est igitur quoniam negatione posita ad minorem extremitatem, vel ad vtrasque propositiones, aut non fit syllogismus, aut fit quidem, sed non perfectus: ex conuersione enim fit necessarium. Si autem hæc quidem propositionum vniuersalis, illa verò particularis sumatur, ad maioré quidem extremitatē posita vniuersali, syllogismus erit pfectus. Nā si a omni b cōtingit, b aūt alicui c cōtingit: a alicui c cōtingit hoc aūt manifestū ex definitione cōtingētis.

Quinta conjugatio vtilis.



Rursum si a contingit nulli b: b autem, contingit alicui c inesse: necesse est a cõtingere alicui c nõ inesse. Demonstratio aũt eadem, quæ in his.

Sexta conjugatio vtilis.



Si autem priuatiua sumatur particularis propositio, vniuersalis autem affirmatiua, positione autem similiter se habeant (vt a quidem, omni b contingat: b autem, alicui c contingat non inesse) per sumptas quidem propositiones nõ fit manifestus syllogismus: conuersa autem particulari, & posito b, alicui c cõtingere inesse, eadem erit conclusio quæ & prius, quemadmodũ in iis quę ex principio.

A Si autem quæ ad maiorem extremitatem particularis sumatur, quæ ad minorem vniuersalis, siue vtræq; sumantur affirmatiuæ, siue priuatiuæ, siue non similis figuræ, siue utræque indefinitæ, vel particulares: nullo modo erit syllogismus. Nihil enim prohibet b transcendere a, & non prædicari de æquis: in quo enim b trãscendit a, sumatur c: huic neq; omni, neq; nulli, neq; alicui, neq; non alicui contingit a inesse: siquidem conuertuntur secundum cõtingere propositiones, & b pluribus contingit quam a inesse. Amplius autem ex terminis manifestum est: nam sic se habentibus propositionibus, primum postremo & nulli contingit, & omni ex necessitate inesse. Termini autem communes omnium, inesse quidem ex necessitate, animal, album, homo non contingere vero, animal, album, vestis. Manifestum igitur quoniam hoc modo habentibus se terminis, nullus fit syllogismus: nam omnis syllogismus vel eius quod est inesse est, vel ex necessitate, vel contingere: non est autem eius quod est in-
B esse, neq; necessarii, manifestum quoniam nõ est: nam affirmatiuus interimitur priuatiuo, & priuatiuus affirmatiuo: relinquitur ergo eius quod contingere esse, hoc autem impossibile. Ostensum est.n. quoniam sic se habentibus terminis, & omni postremo primum necesse inesse, & nulli contingere inesse: quare non erit eius quod est contingere syllogismus: nam necessarium non erat contingens. Manifestum autem & quoniam cum vniuersales sunt termini in contingentibus propositionibus, semper fit syllogismus in prima figura, siue sint prædicatiui, siue priuatiui. Verum ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere sumere non in necessariis, sed secundum dictam definitionem: aliquoties autem latet huiusmodi.

Sexta conjugatio vtilis per conuersionẽ ad notis.

Oium particulariũ, aut indefinitarũ inutilium cõiugationum cõe exemplum.

POstea igitur quam hoc iam est habitum, loquamur de syllogismis, qui componuntur ex propositionibus possibilibus in prima figura: & incipiamus primo ab vniformibus, postea a mistis: & dicamus quod numerus syllogismorũ
C perfectorum concludentium in hac materia, est idem cum numero syllogismorũ concludentium in materia absoluta et necessaria: et hoc, quoniam si ponamus, omne quod est c est b possibiliter: & omne quod est b est a possibiliter: sequetur quod omne quod est c est a possibiliter: & hoc planum consimiliter ex dispositione dicti de omni, aut negationis ab omni: & hoc, quoniam dispositio eius, quod dicimus, omne b est a possibiliter, significat quod omne illud, quod disponitur per b possibiliter, aut in actu: hoc est, omne illud, quod est b in potentia aut in actu, est a possibiliter, id est, quod a de ipso possibiliter dicitur: quum itaque posuerimus, quod c disponitur per b possibiliter: sequitur, vt a sit in c possibiliter: et cõsimiliter si maior fuerit vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua vniuersalis: vt si dicamus, omne c est b possibiliter: & nullum b est a possibiliter: sequitur idem ex eo; quod a est pars possibiliter ipsius b, vt a negetur possibiliter ab omni c. Quod si ex duabus propositionibus maior vniuersalis fuerit affirmatiua & minor negatiua, non erit syllogismus: quoniam non erit in ipsis conditio dicti de omni, hoc est vt sit minor extremitas disposita per medium, id est disposita per medium dispositione affirmationis, secundum id, quod dicumest: sed iam erit syllogismus, eo quod proposito affirmatiua hac in materia sequitur ex negatiua: sed non erit perfectus: quoniam monstratio sua

Cõplicatio possibilis in prima figura.

Hic incipit loq de syllis ex vniformibus de contingenti.

Nota ꝙle sit dictum de oĩ in ꝓpõnib' de possibili.

Ex maiore affirmatiua cõtingente, & minor negatiua nõ fit syllogismus iii prima, nisi ad affirmatiuã reducat

Universidad de Deusto
Biblioteca

est per rem additam dispositioni dicti de omni: & hoc est, quod vocauit Aristo. D hac in materia conuersionem: & hoc, quoniam si ponamus loco propositionis negatiuę eam, quæ ex ipsa sequitur, id est affirmatiuam, tunc sequitur vt ex hac efficiatur species prima huius figuræ, quæ constat ex ambabus vniuersalibus affirmatiis. Maxima vero vtilitas, quæ inuenitur in huiusce modi syllogismis, est, quum fuerit vniuersalis negatiua secundum minus, quoniam conuertitur in eam, quæ est secundum plus, quæque plus facit. Et consimiliter, quum fuerint propositiones vniuersales in hac figura negatiuæ, nõ erit syllogismus perfectus: quoniam non inuenitur in ipsis dispositio dicti de omni: sed iam erit syllogismus perfectus, quum ambas negatiuas conuerterimus ad affirmatiuas sequentes ex ipsis, aut conuerterimus negatiuam minorem ad affirmatiuam sequentem ex ipsa. Maxima autem vtilitas, quæ inuenitur in hac conuersione est, quũ fuerint negatiuę secundum minus: quoniam huiusce modi syllogismi conferunt dialecticæ: & est cautela bona in ex arte: & hoc, quoniam interrogans, intendit, vt admittantur propositiones secundum plus, vt ex ipsis concludat affirmatiuam secundum plus: & timet si inter interrogandum monstrauerit aliquid super proposi tionibus concludentibus istam conclusionem, ne admittat respondens: & ideo interrogat negatiuas secundum minus, non enim sentiet quod sequitur ex hoc, & admittet eas. Quod si vna diarum propositionum extiterit vniuersalis & secunda particularis, & vniuersalis sit maior & particularis minor, si minor fuerit affirmatiua, erit syllogismus perfectus, siue maior extiterit vniuersalis negatiua, siue affirmatiua: & hoc planum est ex dispositione dicti de omni: quod si minor fuerit negatiua, non erit syllogismus perfectus: sed erit imperfectus, quum minorem conuerterimus ad affirmatiuam, quæ ex ipsa sequitur. Quod, si maior propositio extiterit particularis, & minor vniuersalis, non erit syllogismus omnino, neque perfectus, neq: imperfectus, siue fuerint simul affirmatiuæ, aut simul negatiuæ: aut vna ipsarum affirmatiua, & altera negatiua: & hoc, quoniam in ipsis nõ inuenitur dispositio dicti de omni, neq: per conuersionem, neque ex substantia propositionum: & hoc, quoniam si dicamus, omne c b, & aliquod b nihil prohibet, vt b intret sub aliquod, quo a transcendit b, hoc est, quo negatur ab a negatione necessaria: quare non sequitur propter hoc, vt sit omne c a possibiliter, & etiam vt non sit in aliquo ipsius possibiliter: quoniam, si non fuerit, omne c a possibiliter, non erit verum, quod nullum c sit a possibiliter. Consimiliter, ni verum etiam fuerit, quod aliquod c est a possibiliter, non erit etiam verum, quod aliquod c non est a possibiliter. Iam igitur monstratum est quod omnes istę species non concludunt, siue fuerint particulares simul, siue maior particularis & minor vniuersalis, ex terminis. Quoniam hi concludunt aliquando affirmatiuam & aliquando negatiuam, hoc est negatiuam necessariam, & affirmatiuam necessariam. Termini autem concludentes affirmatiuam, homo, album, animal: & hoc, quoniam aliquis homo est album possibiliter: & aliquod album animal possibiliter: & conclusio, quod aliquis homo est animal ex necessitate. Concludentes vero negatiuam, pannus, album, animal: & hoc, quoniam aliquis pannus est album possibiliter: & aliquod album animal possibiliter: & conclusio, quod nullus pannus est animal. Et consimiliter accidit, quum accipimus minorem vniuersalem, quemadmodum si dicamus, omnis homo potest esse album: & aliquod album potest esse animal: & omnis homo animal: & omnis pannus potest esse album: & aliquod album potest esse animal: & nullus pannus est animal, quæ est conclusio. Quum igitur termini accepti in hac compositione aliquando significent affirmatiuam necessariam, & aliquando negatiuã necessariam, monstratur quod hęc complicatio non est syllogismus omnino ad cõclusionem ex conclusionibus cuiuscunque materiæ, hoc est, siue ponatur absoluta, siue necessaria, siue possibilis: & hoc, quoniam dum concludit aliquando negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuam necessariam, significat quod nõ concludit conclusionem aliquam necessariam: & quoniam concludit necessariã, significat quod non concludit conclusionem absolutam, neque possibilem: quoniam absoluta & possibilis non sunt necessariæ. Sunt igitur syllogismorum con

Syllogismus mistus vel de vtilis sæpe in dialectica

Cautela dialecticæ.

Syllogismi particulares exambabus de contingẽti.

Syllogismi ex contingẽtibus inutiles.

Ostendit, q̃re concludẽtes ex terminis affirmatiũ necessariam, & negatiuam necessariam, sunt prorsus inutiles.

A cludentium hac in figura, & in hac materia species octo, quum non numeratur indefinita præter particularem: quatuor perfectæ, & hæ sunt, quæ in alijs etiã materijs concludunt: & quatuor imperfectæ, & hæ sunt appropriatæ huic materiei. Quod autem dixit Themistius, quod in his quatuor imperfectis non est vtilitas penitus: nanque, si negatiuæ extiterint & posuerimus ipsas a principio secundum plus, conuertentur ad eas, quæ sunt secundum minus: sed hæ ad artem nihil omnino faciunt: sinautem propositiones istæ fuerint secundum minus, non fiet de ipsis quæstio in arte aliqua ex artibus, quæ ponunt propositiones in quæstionem, neque ponuntur etiam principium in artibus facientibus questionẽ. Dictum inquam hoc est impossibile: quoniam iam exposuimus modum, secundum quem fiunt, & secundum quem conferunt arti dialecticæ: hoc dicimus, si admiserimus, quod ars non faciat propositiones secundum minus: quoniam verisimile est, vt qui de hac natura inquirit, ipsas etiam faciat. Et hæc est actio scientiæ diuinæ.

Syllogismi cõcludentes in prima figura ex vniformibus de contingenti sunt octo: quatuor perfecti & quatuor imperfecti. Dicit Themistij. Cõtra Themistium.

De syllogismis ex vna absoluta, & altera contingente in prima figura. *Cap. XV.*


B SI autem hæc quidem inesse, illa vero contingere sumatur propositionum, quando quæ ad maiorem quidem extremitatem contingere significauerit, perfecti erunt omnes syllogismi, & contingentis secundum dictam determinationem: quando autem quę ad minorem, & imperfecti omnes, & priuatiui syllogismi non contingentis secundum dictam determinationem, sed eius quod est nulli, aut nõ omni ex necessitate inesse. Si enim nulli, aut non omni ex necessitate contingere dicimus, & nulli, & non omni inesse. Cõtingat enim a omni b: b autem omni c ponatur inesse: quoniam igitur sub b est c, a autem contingit omni b: manifestum quoniam & c omni contingit a: fit ergo perfectus syllogismus.

C



Prima contingatio ex cõtingẽti & de in esse, cõcludẽs de cõtingenti.

Similiter autem & cum priuatiua est a b propositio, b c autem affirmatiua, & hæc quidem contingere, illa vero inesse sumetur: perfectus erit syllogismus, quoniam a contingit nulli c inesse.



Secunda ex contingenti & de inesse, cõcludens ꝺ contingenti.

Quoniam ergo inesse posito ad minorem extremitatem, perfecti syllogismi fiunt, manifestum. Quod autem contrarie se habente erunt syllogismi per impossibile monstrandum est: simul autem erit manifestũ & quoniam imperfecti: nam ostensio non ex sumptis propositionibus. Primum autem dicendum quoniam si cum est a necesse est esse b: & cum possibile est esse a, possibile erit b, ex necessitate. Sit enim sic se habentibus rebus vt in quo quidem a possibile, in quo autem b, impossibile: si ergo aliud possibile quidem est, cũ possibile esse, ipsum fiet: hoc vero impossibile, quoniam impossibile, nõ vtiq; fiet: simul autem si a possibile, & b impossibile: continget fieri præter b. si autem fieri, & esse, nam quod fit, quando factum est, est. Oportet autem accipere non solum in generatione possibile, & impossibile, sed & in verum esse & in quod actu est, & quocunq; modo simpliciter aliter dicitur possibile: in omnibus enim similiter se habebit. Amplius cum est a b esse, non tanquam vno aliquo existente a, erit b, oportet opinari: nihil enim est ex necessitate vno aliquo existente, sed duobus ad minus, vt quando propositiones sic se habent vt dictum est, secundum syllogismum: nam si c dicitur de d, d autem de e, & c, de e ex necessitate: & si vtrunq; possibile, & cõclusio erit possibilis. Quemadmodum ergo si quis ponat a quidem propositiones, b autem conclusionem, accidet non solum a existente necessario, & b simul esse necessarium, sed etiam possibili, possibile. Hoc autem ostenso, manifestum est quoniam falso posito, & non impossibili, & quod accidit propter positionem falsum erit, & non impossibile: vt si a falsum quidem est, non tamen impossibile: cum autem sit a & b, & b erit falsum quidem, non tamen impossibile. Nam ostensum est quoniã cum est a, est b, & cum possibile est a, possibile est b. Positum autem est a possibile esse, & b erit possibile:

si enim impossibile est b, simul idem erit possibile, & impossibile. Determinatis aũt iis, insit a omni b: b autem contingat omni c, necesse est a igitur contingere omni c inesse. Non enim contingat, b aũt omni c ponatur inesse: hoc autem falsum quidem, non tamen impossibile: si ergo a quidem non contingit omni c, b aũt omni c insit, a non omni b contingit. Fit enim syllogismus per tertiam figuram. Sed positum erat omni c contingere inesse, necesse est ergo a omni c contingere. Falso enim posito, & non impossibili, quod accidit est impossibile. Possibile est aũt & primã figurã facere impossibile ponentes b inesse c: nam si b omni c inest, a aũt omni b contingit, & omni c continget a: sed positũ erat non omni possibile inesse.

Tertia conjugatio concludẽs de cõtingenti, quę per impossibile demonstratur in tertia figura.

Oportet aut accipere omni inesse non secundum tẽpus determinãtes: vt nunc, aũt in hoc tempore, sed simpliciter (per huiusmodi.n. propositiones & syllogismos facimus) quoniã secundũ nunc sumpta propositione, non erit syllogismus: nihil enim fortasse prohibet quãdoq; & omni mouenti hominẽ inesse, vt si nihil aliud moueatur: mouens aũt contingit omni equo, sed homo nulli equo contingit.

Eiusdem ostensio p primam figurã.




Syllogismus primus astruens propositionem de inesse sumẽda esse simpliciter.

Amplius, Sit primum quidem animal, medium vero mouens, postremum vero homo: ergo propositiones quidem similiter se habebunt, conclusio vero erit necessaria, non contingens: ex necessitate enim homo est animal. manifestum igitur quoniam vniuersale sumendum simpliciter, & non tempore determinantes. Rursum: Sit priuatiua ꝓpositio vniuersalis a b, & sumatur a quidẽ nulli b inesse, b autem contingat omni c inesse: his igitur positis necesse est a contingere nulli c inesse: non enim contingat, b autem ponatur inesse c sicut prius: necesse est igitur a alicui b inesse. fit enim syllogismus per tertiam figuram. Hoc autem impossibile: quare contingit a nulli c. posito enim falso, & non impossibili, impossibile est quod accidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca


Quarta conſugatio concludens contingit nulli. i. nulli ex neceſſitate,

Hic ergo ſyllogiſmus non eſt contingentis ſecundum definitionem, ſed nulli ineſſe ex neceſſitate. Hæc eſt contradictio factæ hypotheſis. Poſitum eſt enim ex neceſſitate a alicui c ineſſe: ſyllogiſmus autem per impoſsibile oppoſitæ eſt contradictionis. Amplius autem & ex terminis manifeſtum, quoniam non erit concluſio contingens: ſit enim a quidem coruus, in quo autem b intelligens, in quo autem c homo: nulli ergo b ineſt a, nam nullum intelligens coruus: b autem contingit omni c, omni enim homini ineſt intelligere: ſed a ex neceſsitate nulli c, non igitur cõcluſio contingens.




Syllogiſm⁹ primus probans ex ſupradicta cõiugatiõe nõ concludi ve rũ cõtingẽs.

Sed nec neceſſaria ſemper: ſit enim a quidem mouens, b autem ſcientia, in quo autem c homo: ergo a quidem nulli b inerit, b aũt omni c contingit: & non erit concluſio neceſsaria: non enim neceſſe eſt nullum hominẽ moueri, ſed nõ neceſſe eſt aliquem. manifeſtũ igitur quoniam eſt cõcluſio eius, quod eſt nulli ex neceſsitate ineſſe. Sumendi ſunt autem melius termini.




Secundus ad idem,

Si autem Priuatiuum ponatur ad minorem extremitatem contingere ſignificans, ex ipſis quidem ſumptis propoſitionibus nullus erit ſyllogiſmus: conuerſa autem ſecundum contingens propoſitione, erit quemadmodum in prioribus. Inſit enim a omni b, b autem cõtingat nulli c: ſic ergo habentibus ſe terminis, nihil erit neceſſariũ. Si autem conuertatur b c, & ſumatur b contingere omni c: fiet ſyllogiſmus quẽadmodũ prius, ſimiliter. n. habẽt ſe termini poſitioni.



Quinta conſugatio concludẽs de cõtingenti per minoris conuerſionem.


Eodem autem modo & cum priuatiua ſunt vtraq; interualla: ſi a b quidem non ineſſe, b c autem nulli contingere ſignificat: nam per ea quidem quæ ſumpta ſunt, nullo modo ſit neceſſarium: conuerſa autem ſecundum contingens propoſitione erit ſyllogiſmus: ſumatur enim a quidem nulli b ineſſe, b autem contingere nulli c, per hæc quidem nihil neceſſarium. Si autem ſumatur b omni c contingere; quod uerum eſt, a b autem propoſitio ſimiliter ſe habeat, rurſus erit idem ſyllogiſmus.



Sexta conſugatio concludens de contingenti per minoris conuerſionem.

Si autem non ineſſe ponatur b omni c, & non contingere non ineſſe, non erit ſyllogiſmus nullo modo, ſiue priuatiua ſit, ſiue affirmatiua a b propoſitio. Termini autem communes ex neceſsitate quidem ineſſe, album, animal, nix. Non contingit autem, album, animal, pix.

Coniugationes binæ inutiles.



Manifestum est igitur, quod cum vniuersales sunt termini, & hæc quidem propositionum inesse, illa vero sumitur contingens, quando, quæ ad minorem est extremitatem contingere sumitur propositio, semper fit syllogismus: veruntamen quandoquidem ex ipsis, quando autem propositione conuersa, quando vero utrunq; horum, & ob quam causam, diximus. Si autem hoc quidem vniuersale, illud vero particulare sumitur interuallorũ, quando ad maiorẽ quidem extremitatẽ vniuersale ponitur, & cõtingens siue negatiuũ, siue affirmatiuũ, particulare aut affirmatiuũ & inesse, erit syllogismus perfectus, quemadmodum et cum vniuersales sunt termini: demonstratio autem eadem, quæ & prius.

Coniugationes binę particulares cõcludentes de contingenti per dictũ de omni.



Quando aũt vniuersale quidẽ fuerit ad maiorem extremitatem inesse, & non cõtingens, alterũ vero particulare, & cõtingens, siue affirmatiue, siue negatiue ponãtur vtreq;, siue hęc * quidẽ negatiua, illa vero affirmatiua, omnino erit syllogismus imperfectus. Verum his qui dẽ p impossibile ostenduntur, illi vero per conuersionẽ cõtingentis, quemadmodum in prioribus. Erit autem syllogismus per conuersionem, & quando vniuersalis quidem ad maiorẽ extremitatem posita significauerit inesse, vel non inesse: particularis vero, cum sit priuatiua, sumatur contingens: vt si a quidem omni b inest, vel non inest: b aut alicui contingit non inesse: conuersa enim b c secundum contingere, fit syllogismus.

* Vsurpatur hic negatiuũ pro priuatiuo, propter affinitatẽ significationis.


Coniugatio alia particularis concludẽs de cõtingenti, quæ p

impossibile ostẽditur.



Coniugationes binæ cõcludentes de cõtingenti p minoris cõuersionem.

Quando aũt non inesse sumet particulariter posita propositio, nõ erit syllogismus. Termini inesse, albũ, animal, nix: non inesse aũt, albũ, animal, pix. per indefinitum enim est sumenda demonstratio.



Coniugationes binę particulares inutiles.

Si aũt vniuersale quidem ponatur ad minorem extremitatẽ, particulare aũt ad maiorẽ, siue priuatiuum, siue affirmatiuum, siue contingens, siue inesse vtrumuis nullo modo erit syllogismus. Nec cũ particulares, vel indefinitæ ponentur propositiones, siue contingere sumptæ, siue inesse, seu permutatum, nec sic erit syllogismus: demonstratio autem eadem, quæ in prioribus. Termini autem cõmunes inesse quidem ex necessitate, animal, album, homo: non cõtingere vero, animal, album, tunica.



Omnium aliarũ coniugationũ inutilitũ cõmune exemplũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex maiore possibile, & minore absoluta fiũt syllogismi perfecti, cõcludentes p dictum de omni.

Si maior fuerit absoluta, et minor possibil', syllogismi erunt imperfecti, & affirmatiui cõcludunt conclusionẽ possibilem, negatiui vero, vel necessariã, vel possibilem.

Cõditio dicti de oi in ppositione maiore possibili ẽ diuersa ab illa, quæ reperitur in maiore necessaria, & de inesse.

Quod sit dictum de oi i ppositione necessaria, et de inesse.

* alias communis.

Quod sit dictum de omni i propositione possibili.

Manifestum est igitur quoniam vniuersali posito ad maiorem extremitatem semper erit syllogismus, ad minorem autem nunquam. D

Dicamus igitur, si fuerit vna ex duabus propositionibus absoluta, & altera possibilis, si fuerit maior propositio possibilis & minor absoluta, quod species syllogismorum, quæ inueniuntur in hac compositione, erunt perfectæ, hoc est manifestę conclusionis secundum dictum de omni: sunt autẽ quatuor species, hoc est, concludens vniuersalem affirmatiuam, & vniuersalem negatiuam, & particularem negandam, & particularem affirmatiuam: erunt autem conclusiones ipsarum possibiles veræ: Quod si fuerit maior absoluta & minor possibilis, syllogismi concludentes hu hac specie mistionis hac in figura erunt imperfecti: & ex ipsis cõclusio affirmatiua erit possibilis, siue vniuersalis fuerit, siue particularis: negatiua vero aut possibilis erit, aut necessaria, siue particularis siue vniuersalis. Sit ergo primum maior possibilis & minor absoluta, & sint vniuersales: dico quod concludunt conclusionẽ possibilem: puta, in exemplo: si omne c b in actu: & omne b a possibiliter: & concludit, quod omne c a possibiliter: & hoc, quoniam dispositio eius, quod dicimus, omne b est a possibiliter, significat quod omne, quod est b in potentia, aut in actu, est a possibiliter. Quoniam conditio ista dicit de omni, quæ accipitur in propositione maiore possibili, est diuersa a conditione dicit de omni, quæ accipitur in maiore propositione absoluta aut necessaria: & hoc, quoniã si dicamus, omne b est a in actu, aut ex necessitate, planum quod in pluribus materiebus verificantur propositiones istæ de omni eo, qđ est b in actu tantum vt quum dicimus, omnis homo est ambulans, & omnis homo loquitur: quoniam ambæ propositiones istæ de eo tantum verificantur, quod est homo in actu, non de eo, quod est homo in potentia: in multis autem verificatur de ambabus dispositionibus simul, hoc est de omni eo, quod est in potentia, & de omni eo, quod est in actu, & propriæ in materia necessaria: vt quum dicimus, omne motum est corpus: quoniam hoc est verum de moto in actu, & de moto in potentia. Quum ergo ita res se habeat, commune erit omni materiei in his propositionibus, hoc est necessaria & inexistente, vt prædicatum insit in actu omni illi, quod est terminus medius, hoc est, quod a insit ex necessitate aut in actu, omni illi, quod est b in actu. Et propterea inquit Aristo, in hac mistione, si fuerit maior absoluta, & minor possibilis, quod syllogismi erunt imperfecti: quoniã, quum minor sit possibilis, & maior absoluta aut necessaria, non comprehẽdit ipsam conditio dicti de omni vniuersalis * omni materiei: oportet igitur illud reijcere, quod concludit secundum partem materierum: quemadmodum reijcitur cõclusio ex ambabus affirmatiuis in secunda figura, licet concludant in aliqua materia. Sed dispositio propositionis possibilis est diuersa ab hoc: hoc est, quoniam in omni materia verificatur quod a dicitur possibiliter de omni eo, quod est b in actu, aut in potentia: quum enim dicimus, omne, quod est homo, potest ambulare, verificatur de omni eo, quod est homo in potentia, & homo in actu: & consimiliter se habet res in reliquis materiebus: & hoc per se manifestum est ex inductione materiarum, & ignoro, quomodo hoc latuit expositores, quum res in hoc sit manifestissima. Postes vero quam hoc est stabilitum, dicamus, si fuerit dispositio dicti nostri, omne b est a possibiliter, quod vult de omni, quod est b in actu aut in potentia a prædicari possibiliter: deinde posuerimus, qđ omne c est b in actu: planum quod a dicetur de omni c possibiliter. Consimiliter declarabitur res, quũ maior extiterit vniuersalis negatiua possibilis, & minor vniuersalis affirmatiua absoluta, quod conclusio erit negatiua possibilis ex eadem dispositione dicti de omni, cuius condtio est in maiore propositione negatiua possibili: & hoc, quoniam, quum dicimus nullum b est a possibiliter, volumus quod nulla res, quæ sit b in potentia, aut in actu, sit a possibiliter: deinde ponamus quod c sit b in actu: sequitur, quod c non sit aliquid ex a possibiliter. Quod si fuerit maior absoluta et minor possibilis, non erit syllogismus perfectus, quoniam condtio prædicationis absolutæ veræ in omni materia (quemadmodũ diximus) est, vt sit de rebus, quæ actu inueniuntur, non in potentia, quare quum posuerimus, quod omne b est

A a, in actu, id est omne, quod est b in actu, est a in actu: & coniunxerimus huic, qđ c est a possibiliter: manifestum est quod c non ingreditur sub conditionem dicti de omni: & species ista syllogismorum non est manifestæ conclusionis per se, hoc est ex propositionibus per se, sed ex alio, quod accipitur ex propositionibus positis: hæc autem est conditio syllogismorum imperfectorum. Et propterea dixit Aristoteles de speciebus syllogismorum, quarum maior in hac mistione est absoluta & minor possibilis, quod sunt imperfectæ. & ex cogitauit ostensionem ipsarum per impossibile, & adduxerit ad ostensionem syllogismorum imperfectorũ, quod falsum impossibile non sequitur ex falso possibili: sed ad hoc monstrandũ primo affert quod, quum fuerint duo, quorum vnum esse sequitur ex eo, quod secundum sit secundum consequentiam syllogisticam, hoc est, quum sint ambæ propositiones, oportet ex necessitate vt conclusio sit: sequitur ex his duobus, quũ primus, quod est antecedens, necessario est, vt secundum etiam, quod est consequens, necessario sit: quũq; prius est possibiliter, consequens itidem est possibiliter, hoc de possibilitate communi, quæ contradicit impossibili: Exemplũ huius: quoniã, quum posuerimus, quod si est a, vt sit b, hoc est, si inuentio b' sit per se ex inuentione a: sequitur, si a est necessarium, vt b ertam sit necessarium: & si a fuerit possibile, vt b etiam sit possibile: sit ergo primum a possibile: dico quod b, quod sequitur ex a, erit etiam possibile: monstratio huius, quoniam, si fuerit non possibile. Et volo per non possibile remotionem omnium intentionum, quas significat nomen possibile, quod est negatum verificatum de impossibili. Possibile ergo in tempore, in quo est possibile, poterit transire in actum: quum igitur posuerimus a possibile, & b, non possibile, iam poterit a esse & exire in actum abũ; hoc, qđ b sit: sed iam posuimus, quod si est a, est b: sequitur igitur, vt b sit & non sit simul: quod fieri nequit, & non coheret: oportet ergo, si est a possibile, vt b etiam sit possibile: quęcunq; species accidat eius, de quo dicitur nomen possibile. Quum itaque sit hoc stabilitum, dico quod non sequitur ex falso possibili, falsum impossibile. Exemplum huius, quoniam si posuerimus a esse falsum possibile, hoc est possibile, vt ponatur esse in tempore, in quo non est: dico quod b est falsum possibile, non falsum impossibile, hoc est falsum æternum. Exemplum huius, si fuerint propositiones, aut vna ipsarum falsa possibilis, fieri nequit, vt conclusio sit falsa impossibilis: & hoc, quoniam, si fuerit a falsum, & ipsum in tempore falsitatis possibile verum: & iam posuerimus, si a possibile verum, quod & b possibile verum, & possibile non est falsum impossibile: erit ergo b possibile & non possibile simul, quod fieri nequit & non cohæret: quare, cum fuerit vna propositionum syllogismi, aut ambæ falsæ possibiles, non erit conclusio falsa impossibilis: sed falsa possibilis. Quum itaque sit hoc stabilitum, ponamus binas propositiones vniuersales, quarum maior sit affirmatiua absoluta & minor affirmatiua possibilis: veluti si omne c sit b possibiliter: & omne b a in actu: dico quod ista cõplicatio semper concludit quod c potest esse a: quod monstratur: si enim non fuerit, possibile est omne c esse a, erit contradictorium suum, non possibile est omne c esse a: sed iam posueramus, omne c posse esse b: si igitur posuerimus propositionẽ istam in actum, hoc est, omne c esse b in actu, quod est falsum non impossibile: & ipsam coniunxerimus ei, quod sequitur ex dicto nostro, non possibile est omne c esse a concludetur nobis in figura tertia, quod aliquod b ex necessitate non est a: quoniam, cum eo, quod dicimus non possibile est omne c esse a verificatur quod dicimus, aliquod c non est a ex necessitate: fient igitur nobis in tertia figura binæ propositiones: quarum vna est affirmatiua absoluta, & secunda particularis necessaria negatiua, conclusio vero ex necessitate particularis necessaria negatiua, vt supra dictum fuit: aliquod igitur b, non erit a ex necessitate: atqui iam posueramus, omne c esse a in actu, quod est contradictorium conclusionis, quodque fieri nequit, & non cohæret: falsum igitur ac impossibile sequitur necessario ex propositione, quam coniunximus propositioni falsæ possibili, & qua dicebamus non possibile est omne c esse a ex necessitate: quoniam ex falso possibili non sequitur falsum impossibile, secundum quod declaratum fuit: illud igitur, ex quo sequitur impossibile, est impossibile. Quum itaqi sit falsum, quod dicimus, ali-

Ex falso possibili nõ sequitur falsũ impossibile, et hoc demõstrat hic Aristo.

Ex antecedente possibili sequit' consequens, & hoc intelligit Auer. de possibili cõmuni, qđ cõtradicit impossibili.

Nota quid sit intelligendum per nõ possibile.

Ostendit qđ ex absoluta maiore, & minore possibili affirmatiuis sequitur conclusio possibilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod c non est a ex necessitate: quod sequitur ex eo, quod dicimus, non possibile est omne c esse a: ergo quod dicimus, non possibile est, omne c esse a falsum: quumque hoc sit falsum, erit contradictorium suum verum, quod est, omne c potest esse a. Iam igitur ex hoc planum, quod conclusio huius syllogismi est possibilis. * Atqui, si fuerit falsum, quod dicimus, non possibile: & destruat omnes dispositiones, de quibus dicitur possibile: sequetur tam vt possibile, quod est verum, quodque est conclusio huius syllogismi, sit non tantum possibile propriū, sed quæcunque accidit ex speciebus illius, de quo dicitur nomen possibile: hoc est, quod contradicit impossibili ita, vt concludat syllogismus iste tres cōclusiones, absolutam, possibilem, & necessariam, aut rem procedentem processa generis ad ista tria: & hoc est, quod significamus, quum dicimus non impossibile: hoc autem ipsi accidit eo, quod priuatur conditione dicti de omni: sed quomodo dixit in hoc Aristote. quod est possibile proprium? Videtur igitur, vt hoc diceret, quod illud concluditur in hoc syllogismo, de quo iudicium fertur, quod sit vilissimum ipsorum. Nisi nobis contradicat aduersarius, quod hæc conclusio necessario sequetur, quemadmodum inter enumerationes de indefinita iudicium ferimus, quod ob vilitatem potentiā habeat particularis: considera igitur istud: quoniam hoc latuit expositores. * Atqui accidit huic complicationi, vt concludat in hunc modum: hoc est quod non concludit aliquando affirmatiuam necessariam, & aliquando negatiuam necessariam: quemadmodum est dispositio in syllogismis non concludentibus: quum accepta fuerit absoluta propria, quæ est ea, de qua verificatur prædicatio vniuersalis absoluta: hoc est in qua attesta tur sensus, prædicatum ipsius inesse omni subiecto in omni tempore aut plurimo ipsius: & hæ sunt propositiones, quæ inueniuntur per inductionem, in qua perficiantur omnes partes: quemadmodum omnis coruus niger, & omnis nix alba. Differentia vero inter ipsas & necessarias est, quoniam de istis existimat animus ipsarum possibilitatem in pauco tempore futuro priuari posse: de necessariis vero non existimat hoc: quoniam in ipsis cogitat proportionem essentialem, quæ est intra prædicatum & subiectum: ex istis igitur absolutis, quemadmodum inquit Aristoteles, fiunt plurimi syllogismorum: ex absolutis vero, quæ inueniuntur in pauco tempore, vt quod omne motum sit homo, planum non fieri syllogismum, sed multo magis tantum cum possibili: quemadmodum non fit syllogismus ex possibilibus secundum minus: quum igitur hæc absoluta, hoc est de qua non verificatur prædicatum vniuersaliter nisi in pauco tempore, accepta fuerit maior, & minor possibilis, aliquando concludetur affirmatiua, & nonnunquam negatiua. Causa autem huius est, quoniam hæc absoluta ita se habet, vt vniuersaliter verificetur in tempore præsenti: minor vero ex parte, qua est possibilis, non comprehenditur sub matore: quum possibile inueniatur etiam in futuro: & hoc est, vt arbitror, quod determinauit Aristoteles, vt propositiones vniuersales accipiātur vere in tribus temporibus: non autem quod existimauit Abumazar, quod hæc determinatio sit secundum dispositionem dicti de omni: non enim potest esse dictum de omni in propositione maiore absoluta vera vniuersaliter in tribus temporibus, nisi in aliqua materia: & hoc vt verificetur a inesse actu omni illi, quod est b in potentia, aut in actu: quod quum ita fuerit, complicatio ex hoc concludet secundum dictum de omni: quoniam Aristoteles præcepit propositiones absolutas non fieri nisi in hac materia. Quid igitur voluit, quum dixit ipsam non cōclu dere secundum dictum de omni: hoc est, quum absoluta miscetur possibili, & mō strauit eam concludere per impossibile? Quid etiam voluit, quum ait, quod aliquando concludit affirmatiuam, & aliquando negatiuam? sequitur ergo vt hæc absoluta, non sit ea absoluta, quam ostendit concludere per deductionem ad impossibile: & ita conditio, quod ipsa concludat secundum dictum de omni, colligitur esse vera in aliqua materia, non in omni. Neque est etiam præceptum, quod intellexit, vt propositio absoluta apud ipsum ea sit, quæ comprehendit possibilem, & necessariam, quemadmodum ex ipso intellexit Themistius: propterea quod propositio hæc, hoc est absoluta secundum hanc dispositionem, non inuenitur extra intellectum. Atqui intentio ipsius est connumerare modos propositio-

* Nota, qd hæc verba o dignata nō habentur in alia translatione vsque ad aliud signum, & pter incipere digressio in hoc loco.

Nota, quę sit ppositio absoluta proprii, considerandum tamen est dili gētius, an ex huiusmodi absolutis possit fieri eiusmodi conclusio: nā forte in hoc preferēda est Alexandri opinio.

Contra Abumazarem qp hæc complicatio nō teneat per dictum de oī.

Contra Themistium qd Philosoph' per absolutam nō intellexit eā, de qua Themistius.

A num annexos modis entis, aut primis scitis. Quod si intentio Aristote. in modis est enumerare differentias propositionum ex parte inuentionis & cognitionis, non erit vtilitas in absoluta secundum opinionem Theophrasti, & Themistij. Quod si voluit connumerare ex parte scitorum primorum, quæ nobis insunt secundum naturam, tam in ipsis, erit vtilitas: quoniam multa sunt, in quibus scimus prædicatum inesse subiecto, & ignoramus an inuentum fuerit possibiliter, an vero necessario. Credibile igitur est, vt de absoluta binas conceperit intentiones simul: hoc est, vt sit absoluta secundum scientiam & absoluta secundum inuentionem & scientiam: & hæc ea est, quam definiuimus: non autem ea, de qua meminit Alexander: quoniam ex hac non componitur syllogismus, nisi per accidens, hoc est in tempore determinato: quum enim miscetur cum possibili, non complicatur ex ipsa syllogismus omnino, hoc est, vt minor sit possibilis. Secūdum igitur expositionem istam remouentur dubitationes cadentes super te viri huius: cum hoc etiam, quod expositio ista vera est, & conueniens sententiæ ipsius in hac arte. Aristoteles autem monstrat per terminos acceptos ex materijs, quod si in tali mistione accipiatur absoluta inuenta in pauco tempore in actu, quod inquam nō erit omnino syllogismus concludens: quoniam aliquando colligit negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuam necessariam. Termini concludentes negati
B uam, homo, motum & equus: homo minor, motum medius, equus maior: & hoc, quoniam possibile est omnem hominem esse motum, & omne motum in aliquo tē pore erit equus, in quo nil aliud inueniatur, quod moueatur nisi equus: & conclusio necessaria, nullus homo est equus. Termini vero concludentes affirmatiuam, homo, motum, & animal: quoniam possibile est omnem hominem esse motum: & omne motum in aliquo tempore erit animal: puta, in quo nil aliud moueatur, nisi animal: & conclusio affirmatiua necessaria, quæ est, omnis homo animal. Quum igitur res ita sit, absoluta, quæ accipitur, ea erit, quæ non appropriabitur tempori præter aliud tempus: vt ex ipsius dispositione sciamus eam non esse necessariā, antignoretur hoc: quoniam maxima pars propositionum est istius dispositionis.
Sin autem exiterit propositio vniuersalis maior negatiua absoluta, & minor vniuersalis affirmatiua possibilis, dico quod ipsa concludit negatiuam possibilem secundum participationem nominis: hoc est, quæ dicitur de possibili & necessario: quum igitur dicimus hos syllogismos concludere, hoc volumus, quod non concludunt affirmatiuam aliquando, & negatiuam aliquando: sed concludunt, aut affirmatiuam tantum, aut negatiuam solumodo: atta men negatiua & affirmatiua in ipsis dicitur de pluribus intentionibus: & hæc est vna ex causis, ob quam dicimus, quod non est perfectus. Exemplum huius, si dicamus, omne c est b possibili ter: & nullum b a absolute: dico igitur quod ex hoc concluditur, nullum c a pos-
C sibiliter: & aliquando erit conclusio, nullum c a necessario: monstratio huius: qm si non est verum, quod dicimus, possibile est, nullum c esse a, sit verum, suum contradictorium, non possibile est, nullum c esse a: ergo sequitur, vt aliquod c sit a ex nessitate: & hoc est manifestę consequentiæ per se: si igitur aliquod c sit a ex necessitate: & omne c b in actu: & hoc translata propositione possibili hac in figura ad absoluram, fiet syllogismus in tertia figura ex binis propositionibus affirmatiuis, quarum vna est particularis necessaria maior, & secunda vniuersalis absoluta minor: sed iam declarauimus quod hic concludit particulatem necessariam per positionem: & hoc, qm redit ad ambas affirmatiuas vniuersales in tertia figura, quarū maior est neceisaria, & cōcludit particulārē necessariā affirmatiuā, hoc est, aliqd' b esse a ex necessitate: sed iam positū fuerat in syllogismo qd nullū b est a: qd fieri nō pōt & nō cohæret: impossibile aūt non sequitur ex falso possibile: sequitur ergo ex eo qd posuimus aliqd c esse a ex necessitate: atqui si hoc falsum, verum erit suum contradictoriū, veluti si dicamus, non necesse est c esse a: et hoc verificatur cum eo, quod est c non est a possibiliter, & non a necessario: & propterea erit conclusio syllogismi huius aliquando negatiua necessaria, & aliquando negatiua possibilis. Hoc autem monstratur ex terminis: sit eurm loco c homo, loco b intelligens, & loco a coruus: & com

Nota qp ma le arguit cō tra Alexandrū hic, quoniam aſſ accipit hic pro pōnē absolutā. Alex. cū acceperit supra in diuisione propositionum.

Hic est finis digressionis

Nota, si maior fuerit negatiua de inesse, minor possibilis affirmatiua, concluditur conclo negatiua possibilis de possibili cōi ad necessarium & posse.

Nota, hic vt velle modū etiā affirmatiuā concludere conclusionē posse de possibili cōi: quū tā oppositū superā dictū sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicetur hunc in modum, possibile est omnem hominem esse intelligens: & nul D
lum intelligens est cornus: & concluditur, nullus homo est cornus, quæ est ne
gatiua necessaria: sit etiam consimiliter c homo, b sapiens, & a motum, & ita
complicetur syllogismus, possibile est omnem hominem esse sapiens, nullum sa
piens est motum secundum sapientiam suam: & concluditur, possibile est om-
nem hominem non esse motum, quæ est negatiua possibilis. Verum oportet, si
voluerimus, quo perficiatur ex hoc conuenientia, aut quod est proximum con-
uenientiæ, vt fiat inductio in hac complicatione in pluribus materijs: inuenietur
enim res ita se habere: hoc est, quod concludit aliquando negatiuam necessari-
am, & aliquando negatiuam possibilem. Quod si fuerit hac in figura minor ne-
gatiua possibilis, non erit syllogismus perfectus: quoniã conditio figuræ istius
est, quod minor sit affirmatiua: verum si conuersa fuerit negatiua possibilis ad
affirmatiuam possibilem, erit syllogismus, qui præcessit: & consimiliter acci
dit, quum extiterint ambæ propositiones negatiuæ hac in mistione, & minor fue
rit possibilis, hoc est quod nihil concludit, nisi conuertatur possibilis ad affirma
tiuam. Sin autem minor in hac figura fuerit negatiua absoluta, non erit syllogis
mus concludens, siue maior fuerit negatiua possibilis, aut affirmatiua possibilis.
Termini cõcludentes affirmatiuam necessariam, nix, animal, & album: & hoc
quoniam nulla nix est animal: & possibile est, omne animal esse album: & cõ
clusio, omnis nix album, quæ est affirmatiua necessaria. Termini vero conclu B
dentes negatiuam, pix animal, album: & hoc, quoniam omnis pix non est ani
mal: & omne animal potest esse album: & conclusio, nulla pix potest esse al-
bum, quæ est negatiua necessaria. Iam igitur declaratum est, quum fuerint am-
bæ propositiones vniuersales hac in mistione, quando erit, & quando nõ erit syl
logismus concludens, quisque ex ipsis perfectus, & quis imperfectus: & decla-
ratum est etiam, quando in perfectis conclusio erit manifesta per syllogismum ad
impossibile, & quando per conuersionem. Sed quum fuerit altera duarum pro-
positionum huius mistionis vniuersalis, & altera particularis, & maior possi-
bilis vniuersalis, siue negatiua, siue affirmatiua, & minor affirmatiua particu
laris, erit syllogismus perfectus eodem modo, quo quando propositiones vtræ-
que erant vniuersales, & maior possibilis, & minor absoluta, & modus conclu
sionis erit idem illi modo, hoc est possibilis, præterquã q hic est particularis,
& ille vniuersalis: & hoc manifestum ex intentione dicti de omni, quemadmo-
dum & in illis. Si vero fuerit maior propositio vniuersalis & absoluta, non
autem possibilis, & minor particularis possibilis, siue fuerint ambę propositio
nes affirmatiuę, siue vna ipsarum affirmatiua, & altera negatiua, erunt ex hoc
syllogismi concludentes imperfecti: & ex ipsis aliqui monstrantur per impos-
sibile ad similitudinem monstratorum per impossibile in mistione ex ambabus
propositionibus vniuersalibus: alii vero monstrantur per conuersionem: puta, F
quum fuerit minor particularis negatiua possibilis, quemadmodum se habebat
res, & quum erat negatiua vniuersalis. Si autem extiterit, minor negatiua ab
soluta, non erit syllogismus. Termini concludentes affirmatiuam, nix, ani-
mal, & album: & hoc, quoniam aliqua nix nõ est animal & omne animal po
test esse album: & concluditur, aliqua nix est album. Concludentes vero ne-
gatiuam, pix animal, & album: & hoc, quoniam aliqua pix non est animal:
& omne animal potest esse album: & conclusio, aliqua pix non est album, quę
est negatiua necessaria particularis. Quod si accepti fuerint termini isti indefini
ti loco particularium, & non fuerimus imaginati in ipsis, quod imaginabamur
in particularibus, secundum quod dicebamus, aliqua nix non est animal, quod
pars ipsius sit animal: oportet quod stabiliatur per terminos, qui sint cõmunes
particularibus & indefinitis. Si vero extiterit propositio vniuersalis minor, &
particularis maior, seu negatiua, seu affirmatiua, aut possibilis, aut absoluta, non
erit ex hoc syllogismus: & consimiliter si fuerint ambæ propositiones particu-
lares, aut indefinitę, non erit syllogismus, siue maior fuerit absoluta, & minor
possibilis, siue econuerso: demonstratio autem huius est demonstratio de his
speciebus


De syllogismis particularib' in prima figura mistis ex inexistenti, & possibili.

A speciebus in materijs non mistis. Termini concludentes affirmatiuam necessariam in istis, quum fuerit maior particularis, homo, album, & animal; homo minor, album medius, & animal maior. Concludentes vero negatiuam, pannus, album, & animal. Sed iam declaratum fuit ex hoc, quis concludat in hac specie mistionis in ista figura, hoc est in prima, & quis non concludat, & quis perfectus, & quis non perfectus.

Mistio necessarii, & contingentis in prima figura. Cap. XVI.

QVANDO autem hæc quidem propositionum ex necessitate inesse, vel non inesse, illa verò contingere significat, syllogismus quidem erit hoc modo habentibus se terminis. Et perfectus, quando ad minorem extremitatẽ ponetur necessaria. Conclusio autem, si prædicatiui sunt quidem termini, contingentis, & non inesse erit, siue vniuersaliter, siue non vniuersaliter ponantur: si autem sit hoc quidem affirmatiuum, illud B verò priuatiuum, quando affirmatiuum quidem fuerit necessarium, & contingentis erit conclusio, & non eius quod est non inesse. Quando autem priuatiuum necessarium, & contingentis non esse, & non inesse, siue vniuersales, siue non vniuersales sint termini. Contingere autem in conclusione eodem modo accipiendum est, quo in prioribus. Eius autem, quod est ex necessitate non inesse, non erit syllogismus: aliud enim est non ex necessitate inesse, & ex necessitate non inesse. Quoniam igitur vniuersalibus affirmatiuis existentibus terminis non fit conclusio necessaria, manifestum: insit enim a omni b ex necessitate, b autem contingat omni c, erit igitur syllogismus imperfectus, quoniam a cõtingit omni c inesse. Quoniam autem imperfectus, ex demonstratione palam: eodem enim modo ostendetur, quo & prioribus. Rursum a quidem contingat omni b inesse, b autem omni c insit ex necessitate: erit itaq; syllogismus, quoniam a con- C tingat omni c inesse, sed non quoniam inest, & perfectus quidem, sed non imperfectus: statim enim perficitur per ex principio propositiones.

Demonstrationes conclusionum.




Prima conjugatio concludens contingens, quę per impossibile demonstratur in tertia figura.

Secunda cõjugatio concludens contingens per dictũ de oi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem non similis figuræ sint propositiones, sit primum priuatiua necessaria, & a quidem nulli contingat b ex necessitate, b autem contingat omni c: necesse est igitur a nulli c inesse. Ponatur enim a inesse aut omni, aut alicui: positum autem est a nulli contingere b: quoniam ergo conuertitur priuatiua, & b nulli a contingit, a autem positum est inesse c aut omni, aut alicui: quare nulli, aut non omni c continget b inesse, sed supponebatur omni ex principio: manifestum autem quoniam & eius quòd est contingere non inesse sit syllogismus, si quidem non inesse. Rursum sit affirmatiua: quidē propositio necessaria, & a quidem contingat nulli b inesse, b autem insit omni c ex necessitate: ergo sit syllogismus quidem perfectus, sed non eius quod est non inesse, sed eius quod est cōtingere non inesse: nam & propositio sic sumpta est, quæ ad maiorem est extremitatem, & ad impossibile non est ducere: nam si ponatur a inesse vlli c, positum est autem & b contingere nulli inesse: nihil accidit per hæc impossibile.

Tertia coniugatio concludens de inesse, quæ per impossibile demonstrat in prima figura.



Quarta coniugatio concludens de contingenti per dictū de nullo.


Si autem ad minorem extremitatem ponatur priuatiuum, quando contingere quidem significauerit, syllogismus erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus. Quando autem non contingere, non erit ex necessitate, nec quando vtraque quidem propositio priuatiua, non est autem contingens quod ad minorem est. Termini autem inesse quidem, album, animal, nix: non inesse quidem, album, animal, pix. Eodem autem modo se habebit & in particularibus syllogismis. Quando enim fuerit priuatiua necessaria, & conclusio erit eius quod est non inesse: vt si a quidem nulli b contingit inesse ex necessitate, b autem alicui c contingat inesse: necesse est a alicui eorum quæ sunt c non inesse. Si enim a omni c ineſt, nulli autem contingit b, & b nulli a contingit inesse: quare si omni c ineſt a, nulli c contingit b: sed positum erat alicui contingere. Quando autem particularis affirmatiua necessaria fuerit, quæ in priuatiuo est syllogismo, vt b c, aut vniuersalis in affirmatiuo, vt a b: non erit inesse syllogismus. Demonstratio autem eadem, quę in prioribus.

Quinta coniugatio concludens de contingenti per conuersionem.

Coniugationes hinc inutiles.

Coniugatio particularis prima cōcludens de contingenti, q

A




per impossibile mōstratur.

Coniugatio concludens de contingenti per dictū de nullo.

Si autem vniuersale quidem ponatur ad minorem extremitatem vel affirmatiuum, vel priuatiuum contingens, particulare autem necessarium, non erit syllogismus. Termini autem inesse quidem ex necessitate, animal, album, homo: non contingere autem, animal, album, tunica.

B



Prima cōiugatio inutilis.

C

Quando similiter vniuersale quidem est necessarium, particulare autem contingens: cum priuatiuum quidem est vniuersale: inesse quidem termini, animal, album, coruus: non inesse, animal, album, pix: cum autem affirmatiuum, inesse quidem, animal, album, cygnus: non contingere autem, animal, album, nix. Nec quando indefinitæ sumuntur propositiones, aut vtræque particulares, non sic erit syllogismus. Termini autem communes, inesse quidem: animal, album, homo: non inesse autem: animal, album, inanimatum. Nam & animal alicui albo, & album inanimato alicui est necessariū inesse, & non contingit inesse, & in contingenti similiter: quare ad omnia vtiles sunt termini.

Secunda.

Tertia.



Quarta contugatio inuenta.

Manifestum ergo ex iis, quæ dicta sunt, quoniam similiter habentibus se terminis, & in eo quod est inesse, & in necessariis, & fit, & non fit syllogismus: veruntamen secundum inesse quidem posita priuatiua propositione, eius quod est contingere erat syllogismus: secundum necessarium autem priuatiua, & contingere, & non inesse. Palam autem & quoniam omnes imperfecti syllogismi, & quomodo perficiuntur per prædictas figuras.

Tractatus de mistione necessariæ & possibilis in prima figura.

In syllogismis affirmatiuis, siue perfecti sint, siue imperfecti, cõclusio erit possibilis.

In negatiuis, si negatiua fuerit possibilis, sequet cõclusio possibilis, si vero necessaris, sequet cõclusio qũq: possibilis negatiua, qũq: de inesse.

Nota, quõsumendum sit possibile in hoc loco.

Nota, q syllogismus negatiuus per

QVVM vero extiterit vna propositionum syllogismi possibilis, & altera necessaria, species syllogismorum concludentium, erunt secundum numerum concludentium ex possibili & absoluta, perfecti, & nõ perfecti. Perfecti enim erunt hic, quum maior fuerit possibilis, quemadmodũ & ibi: imperfecti vero, quum maior fuerit necessaria, & minor possibilis: cõclusiones autem hic erunt possibiles, quum ambæ propositiones fuerint affirmatiuæ, seu syllogismi perfecti extiterint, aut imperfecti, vniuersales aut particulares. Si vero vna propositionum fuerit affirmatiua, & altera negatiua, ac affirmatiua quidem necessaria, negatiua autem possibilis, erit conclusio possibilis: sin autẽ affirmatiua extiterit possibilis, & negatiua necessaria, conclusio nonnunquam erit negatiua possibilis, & aliquando negatiua absoluta: veluti & in mistione possibilis atq; absolutæ, quando negatiua erat absoluta, conclusio fuerat aliqñ negatiua necessaria, & nonnunquam possibilis negatiua: & hoc pœnitus, siue ambæ propositiones vniuersales forent, siue vna ipsarum vniuersalis & altera in parte, hoc est quum maior erat vniuersalis, et minor particularis, quum enim maior erat in parte, non concludebat pœnitus. Possibile vero hoc in loco in conclusionibus forsasse significat ad similitudinem eius, quod significabat possibile in præcedentibus, hoc est possibile vniuersale, quod comprehendit tres inuentiones, quemadmodum exposuit Abumazar, forsasse autem vult in hoc possibile verum secundum modum, quo exposuimus in mistione possibilis & inexistentis, hoc est possibile manifestum: sed si res ita se habet, cur dixit, aliqñ negatiuam absolutam, & aliquando negatiuam possibilem, & tacuit quod possibile, puta, possibile consequens? & non distinxit ipsum ad modos inuentionis tres? & non dixit, quod syllogismus concludat negatiuam necessariam, quoniam hoc est particulare, & in quadam materia? Et forsasse syllogismus concludebat negatiuam necessarij, quoniam negatiua necessarij est alia a negatiua necessaria: quemadmodum non dixit hoc in loco, quod syllogismus concludat affirmatiuam necessariam, quoniam hoc est particulare & in aliqua materia, quemadmodum conclusio affirmatiua in secunda figura. Sint igitur ambæ p-

A positiones vniuersales affirmatiuæ, & maior necessaria, minor autem possibilis, dico quod iste concludit conclusionem possibilem nõ necessariam, & quod syllogismus in hoc non est perfectus. Exemplum huius, si dicamus, omne c b possibiliter: & omne b a necessario: dico quod concluditur, omne c a possibiliter: quodq; est syllogismus imperfectus, quoniam condito dicti de, omni in propositione necessaria est, quod a sit prædicatũ de omni eo, quod est b in actu, non in potentia: quod autem in ipso sequatur conclusio possibilis, monstratur per syllogismum ad impossibile secundum modum, quo monstratum fuit in simili huic: in mistione alia: & hoc, quum acceptum fuerit contradictorium conclusionis, hoc est negatiua necessaria, quoniam non possibile verificatur de negatiua necessaria, & coniunxerimus ipsũ propositionem possibilem ex syllogismo, hoc est minorem, posteaquam transtulerimus ipsam ad inexistentem, & concluderetur in figura tertia particularis negatiua necessaria: quoniam hoc reducibile ad figuram primam, & conclusio erit necessaria: sequetur autem ex ipso contradictorium propositionis maioris, hoc est negatiua necessaria: nam maior fuerat affirmatiua necessaria. Quod si maior fuerit possibilis & minor necessaria, erit in hoc syllogismus perfectus: & hoc planum ex intentione dicti de omni: secundum quod supra dictum est, & erit conclusio possibilis. Quod si vna ex duabus propositionibus exiterit affirmatiua & altera negatiua, & fuerit B negatiua necessaria maior, & minor possibilis, erit syllogismus imperfectus cõcludens binas conclusiones negatiuas, vnam negatiuam absolutam, & alteram negatiuam possibilem: & non dicitur, quod concludat negatiuam necessariã: quoniam hoc quidem fieri potest, quum fuerit minor extremitas in potẽtia sub medio: sed hoc non verificatur nisi in aliqua materia. Atqui monstratur consimiliter per syllogismum ad impossibile, quod concludit conclusionem absolutam negatiuam & possibilem: sit enim omne c b possibiliter: & nullum b a necessario: dico quod concludit, nullum c a in actu aut possibiliter: monstratio huius: quoniam si non sit vera hæc conclusio, vera erit sua contradictoria, hoc est, aliquod c a ex necessitate: & hoc, quoniam ista contradicit conclusioni in qualitate & quantitate: coniugamus autem ipsi propositionem vniuersalem negatiuam necessariam ex syllogismo, quod b non est a ex necessitate, & concluderetur in secunda figura, quod b non potest esse c: sed iam posueramus, omne c esse b possibiliter: quod fieri non potest, & non cohæret: sed, quum fuerit falsa necessaria affirmatiua, vera erit contradictoria, hoc est negatiua absoluta: quod si fuerit vera negatiua absoluta, potest cum ea verificari negatiua possibilis, quoniam absoluta est possibilis inuenta. Sin autem propositio C maior extiterit negatiua possibilis, & minor affirmatiua necessaria, erit syllogismus perfectus, & conclusio possibilis, secundum quod declaratum fuit ex dispositione dicti de omni: & Aristotel. dixit, quod non potest monstrari per syllogismum ad impossibile.

Si vero propositio minor fuerit negatiua possibilis, nõ erit syllogismus perfectus: sed syllogismus erit perfectus per conuersionem negatiuæ possibilis ad affirmatiuam, secundum quod supra diximus: quod si minor fuerit negatiua necessaria, & maior affirmatiua possibilis, non erit syllogismus: neque quando simul extiterint negatiuæ, & minor fuerit necessaria. Termini concludentes affirmatiuam, nix, animal, album: & hoc, quoniam nulla nix est animal, & omne animal album possibiliter: & conclusio affirmatiua necessaria, quod omnis nix est album. Termini vero concludentes negatiuam, pix, animal, album: & hoc, quoniam concluditur, nulla pix album, quæ est negatiua necessaria. Consimiliter si acceperimus binas negatiuas: & hoc, quoniam pix non est animal: & animal non est album: & pix itidem non est album: & ad hæc, quoniam nix non est animal: & animal non est album possibiliter: & nix album. Sed quum fuerit vna duarum propositionum particularis, & maior exiterit necessaria & negatiua, conclusio erit absoluta negatiua, & negatiua possibilis: quemadmodum se habebat res, quum erant vniuersales, & maior negatiua: hoc autem monstratur per impossibile, quemadmodum ostendeba-

dictus potest concludere negatiuã necessarij, non autẽ negatiuam necessariam: & hoc est, quod Alex. voluit in mistione contingentis & de inesse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in vniuersalibus. Quod si minor fuerit particularis affirmatiua necessaria, & maior negatiua possibilis, erit conclusio possibilis in parte: & hoc planum ex intentione dicti de omni. Atqui si etiam fuerint affirmatiuæ simul, & maior vniuersalis necessaria, erit conclusio quoque possibilis: monstratio autem huius eadem erit, quæ & prius, quum ambæ erant vniuersales affirmatiuæ.

Quod si propositio vniuersalis fuerit minor & particularis maior, & particularis extiterit necessaria & vniuersalis possibilis, siue fuerit affirmatiua seu negatiua, non erit syllogismus. Termini concludentes affirmatiuam, homo, animal, album; & hoc, quoniam omnis homo potest esse album: & aliquod album non est animal: & homo est animal ex necessitate; homo etiam potest non esse album: & aliquod album animal: & homo est animal ex necessitate. Termini vero concludentes negatiuam, pannus, album, animal: & hoc, quia possibile est pannum esse album: & aliquod album non est animal: & pannus non est animal. Consimiliter possibile est pannum quoq; non esse album: & aliquod album est animal: & pannus non potest esse animal: siue minor fuerit negatiua, siue affirmatiua, quum extiterit vniuersalis & possibilis, non concludit. Eodem pacto quum fuerit minor vniuersalis necessaria, siue negatiua, siue affirmatiua, & maior possibilis particularis, iste nõ concludit pœnitus. Termini cõcludentes affirmatiuam, quum fuerit negatiua. Coruus, album, animal: & hoc, quoniam coruus non est album ex necessitate: & aliquod album animal possibiliter: & concluditur, coruus est animal ex necessitate: termini vero concludentes negatiuam, pix, animal, album: & hoc, quoniam pix non est album, & aliquod album animal, & pix non est animal ex necessitate. Termini vero concludentes affirmatiuam, quum minor fuerit vniuersalis affirmatiua & necessaria, cygnus, album, animal: & hoc quoniam omnis cygnus album ex necessitate: & aliquod album animal: Conclusio, omnis cygnus animal, quæ est necessaria: concludentes vero negatiuam, nix, album, animal: & hoc, quoniã nix est album: & aliquod album animal: & nix non est animal ex necessitate, quæ est conclusio. Et consimiliter non erit syllogismus in hac specie, quã fuerint ambæ propositiones indefinitæ vel particulares aut vna ipsarum indefinita, & altera particularis, siue maior fuerit possibilis & minor necessaria, aut econuerso. Termini vero communes his omnibus speciebus concludẽtes affirmatiuam, homo, album, animal. Concludentes vero negatiuam, inanimatũ, album, animal. Compositio autem ipsorum facilis exercitato in eis. Cæterum ex hoc tractatu iam est manifestum, quod species syllogismorum compositorum in hac figura secundum mistionem possibilis & absolutæ, sunt æquales speciebus syllogismorum compositorum ex possibili & necessaria, concludentes concludentibus, & non concludentes non concludentibus, & concludentes perfecte concludentibus perfectis, & concludentes imperfecte concludentibus imperfectis. Et via, per quam ostenduntur imperfectæ est vna & eadem; & declaratum etiam est, quod in affirmatiuis conclusiones sunt possibiles, & consimiliter in negatiuis, quum propositiones maiores sunt possibiles: quum vero fuerint necessariæ aut absolutæ, erunt in mistione ex possibilibus & absolutis necessario, aut possibiles: in mistis vero ex possibilibus & necessarijs, erunt negatiuæ absolutæ, aut negatiuæ possibiles.


Species syllogismorum mistorũ, tã concludẽtes q̃ non concludentes, p fecti & imperfecti sunt æquales in ambabus mistionibus in figura prima.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in secunda figura. Cap. XVII.

IN secunda autem figura quando contingentes quidem sumuntur vtræque propositiones, nullus erit syllogismus, siue sint affirmatiuæ, siue priuatiuæ, siue mixtæ, siue vniuersales, siue particulares. Quando autem hæc quidem ineſſe, illa vero contingere significat, affirmatiua quidem


A dem ineſſe ſignificante, nunquam erit ſyllogiſmus: priuatiua vniuerſali exiſtente, ſemper. Eodem modo & quando hæc quidem ex neceſſitate, illa verò contingere aſſumatur: oportet autem & in iis accipere quod in concluſionibus eſt contingens, quemadmodum in prioribus. Primum igitur oſtendendum, quoniam non conuertitur in contingenti priuatiua: vt ſi a contingit nulli b, non neceſſe eſt & b contingere nulli a. Ponatur enim hoc, & contingat b nulli a ineſſe: ergo quoniam conuertuntur, quæ ſunt in eo quod eſt contingere affirmationes negationibus, & contrariæ, & contraiacentes, b autem contingit nulli a ineſſe: manifeſtum eſt quoniam & omni a contingit b ineſſe. Hoc aũt falſum eſt. Non enim ſi hoc huic omni cõtingit, & hoc huic contingat neceſſarium: quare non conuerticur priuatiua. Amplius autem nihil prohibet a quidem contingere nulli b: b autem alicui a ex neceſſitate non ineſſe: vt album quidem contingit omni homini non ineſſe, nam & ineſſe: hominem autem, non verum eſt dicere, quoniam contingit nulli albo, pluribus enim ex neceſſitate non ineſt: neceſſarium autem non inerat contingens. Sed nec B ex impoſsibili oſtendetur conuertens: vt ſi quis putet, quoniam falſum eſt b contingere nulli a ineſſe, verum non contingere nulli a: affirmatio enim & negatio: ſi autem hoc verum, ex neceſſitate alicui a ineſſe b: quare & a alicui b ineſſe: hoc autem impoſsibile. Non enim ſi a non contingit vlli b, neceſſe eſt a alicui b ineſſe. Nam non contingere nulli dicitur dupliciter: hoc quidem ſi ex neceſſitate alicui ineſt, illud verò ſi ex neceſſitate alicui non ineſt: Nam quod ex neceſſitate alicui eorum, quę ſunt a, non ineſt, non eſt verum dicere, quoniam omni contingit non ineſſe: quemadmodum nec quod alicui ineſt ex neceſſitate, quoniam omni contingit ineſſe. Si ergo aliquis putet, quoniam non contingit c, omni d ineſſe, ex neceſſitate C alicui non ineſſe ipſum, falſum ſumet: omni enim ineſt, ſi contingat: ſed q̃n quibuſdam ex neceſſitate ineſt, propter hoc dicimus nõ omni contingere. Quare ei quod eſt contingere omni ineſſe, & ea q̃ eſt ex neceſſitate alicui ineſſe, opponitur: & ea quæ eſt ex neceſſitate alicui non ineſſe: ſimiliter aũt & ei quę eſt contingere nulli. Palam ergo quoniam ad ſic contingens, & non contingens, vt in principio definimus, non ſolũ ex neceſſitate alicui ineſſe, ſed & ex neceſſitate alicui non ineſſe ſumendũ. Hoc aũt ſumpto, nihil accidit impoſsibile: quare non fit ſyllogiſmus. Manifeſtum ergo ex iis, quæ dicta ſunt, quoniã non conuertitur priuatiua. Hoc aũt oſtenſo ponatur a b qui dem contingere nulli, c verò omni: per conuerſionem ergo non erit ſyllogiſmus. Dictum eſt enim quoniam non conuertitur huiuſmodi propoſitio. Sed nec per impoſsibile: nam poſito b omni c contingere ineſſe, nihil accidit falſum: continget enim a & omni & nulli c ineſſe. Omnino autem ſi eſt ſyllogiſmus, palam quoniam contingens erit, eo quòd neutra propoſitionum ſumpta eſt in eo,

quod est inesse: & hic vel affirmatiuus, vel priuatiuus: neutro autem modo possibile est: affirmatiuo enim posito, ostendetur per terminos quod non contingit inesse: priuatiuo autem, quoniam conclusio non est contingens, sed necessaria. Sit enim a quidem album, b autem homo, in quo autem c equus: ergo album a contingit huic quidem omni, illi verò nulli inesse: sed b neque inesse contingit c, neque non inesse. Quoniam igitur inesse non possibile, est manifestum, nullus enim equus homo: sed neque contingere non inesse: necesse est enim nullum equum hominem esse, necessarium autem non erat contingens: non igitur fit syllogismus.




Coniugationes inutiles ad concludendum cõtingens.

Similiter autem ostendetur, & si e conuerso ponatur priuatiua, & si vtraq; affirmatiuè ponantur vel priuatiuè: nam per eosdem terminos erit demonstratio.



Coniugationes inutiles, vt supra.

Et quãdo hæc quidẽ vniuersalis, illa verò particularis, vel vtrq; particulares, vel indefinitæ, aut quolibet mõ aliter cõtingit permixti propositiones: semper, n. erit per eosdẽ terminos demonstratio



Coniugationes inutiles.

Manifestum ergo quoniam vtrisque propositionibus secundum contingere positis, nullius fit syllogismus.

Tractatus de cõplicatione possibilis in secũda figura.

QVVM vero fuerint binæ propositiones possibiles in secunda figura, non erit syllogismus concludens: siue extiterint affirmatiuæ, aut negatiuæ, siue vna ipsarum affirmatiua & altera negatiua, seu simul fuerint vniuersales, aut particulares, aut vna ipsarum vniuersalis, & altera particularis. Sin autem vna ipsarum fuerit absoluta, & altera possibilis, si affirmatiua fuerit absoluta & negatiua possibilis, non erit syllogismus concludens: quod si negatiua extiterit absoluta & vniuersalis, erit syllogismus concludens: & consimiliter accidet, quum fuerit vna duarum propositionum necessaria, & altera possibilis. Oportet autem vt possibile in conclusione horum syllogismorum intelligatur hoc in loco secundum modum, quo intellectum fuit in præcedentibus.

Hic demonstrat, qõ nõ cõuertit vniuersalis negatiua possibilis in seipsam vniuersaliter.

Operæ vero precium est, vt primo declaremus, quod vniuersalis negatiua possibilis nõ conuertitur, seruata quantitate & qualitate, quemadmodũ conuertitur negatiua necessaria & negatiua absoluta. Ponamus igitur primum, quod possibile sit nullum c esse a, dico quod non sequitur ex hoc, vt possibile sit, nullum a esse c, monstratio huius: quoniam si hæc esset vera, esset simul cum ea vera vniuersalis affirmatiua possibilis, puta, possibile est omne a esse c: propterea quod affirmatiuæ possibiles redeunt ad negatiuas possibiles, vniuersales ad vniuersales, & particulares ad particulares: & hoc, qũm eo quod dicimus, possibile est, nullũ c esse a verificatur affirmatiua ipsi cõtraria, puta, possibile est omne c esse a. Quod si verificatur cum hoc, quod dicimus, possibile est, omne c esse a, quod dicimus, possibile est omne a esse c igitur vniuersalis affirmatiua possibilis conuertetur vniuersaliter: sed iam declaratum fuit, quod nõ cõuertitur: hoc igitur impossibile & non cohæret. Amplius quod nõ cõuertatur semper, planũ ex materijs: dico enim quod si possibile est nullum c esse a, poterit ẽt aliquod a non esse c ex necessitate: exemplũ huius: quoniam possibile est nullũ hominẽ esse albũ, & ifi aliquod albũ ex necessitate non est homo, puta, nix & cygnus: quod si oportet aliquod a non esse c ex necessitate non verificabitur cum hoc, possibile est omne a non esse c: quoniam oportet aliquod ipsius & necessariũ est vt non sit. Dixit. Sed iam existimabit aliquis negatiuã possibilẽ monstrari per deductionẽ ad impossibile: puta, in exemplo. si aliquis dicat, quod hoc quod dicimus, possibile est nullum a esse b conuertitur. vere: quoniam possibile est nullũ b esse a: monstratio huius, quia si non est verum, quod dicimus, possibile est nullũ b esse a, erit igitur contradictorium suũ verũ, hoc est, non possibile est, nullũ b esse a: & qm est quod dicimus, non possibile est nullũ b esse a, sequitur ex ipso, vt aliqd b ex necessitate sit a: & est hoc, qđ declaratum est, quod conuertitur particularis necessaria: aliquod igitur a,

Demonstratio ex terminis.

Hic ponit modum falsum, quo possit ostẽdi, qđ cõcludit vniuersalis negatiua possibilis in seipsam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic excluditur ille modus.

ex necessitate erit b: sed iam posuimus, quod possibile est, nullum a esse b: qđ fieri non potest, & non cohæret. Atqui in hoc sermone est deceptio: & hoc, quoniam non sequitur ex eo, quod dicimus, non possibile est, nullum b esse a, vt dicamus, aliquod b ex necessitate est a: sed sequitur ex ipso, vt aliquod b ex necessitate non sit a: quoniam quod dicimus, aliquod b ex necessitate non est a, contradicit ei, quod dicimus, possibile est nullum b esse a: quemadmodum cõtradicunt, aliquod b ex necessitate est a, & possibile est, omne b esse a: quoniã igitur ex eo, quod dicimus, possibile est, omne b esse a, sequitur possibile est nullum b esse a: & ei quod dicimus, possibile est omne b esse a, contradicit aliquod b ex necessitate non est a: quare ei quod dicimus, possibile est, omne b esse a, cõtradicit aliqđ b ex necessitate est a, & aliquod b ex necessitate non est a: & consimiliter contradicunt ambe istæ particulares propositioni negatiuæ possibili, puta ei quod dicimus, possibile est nullum b esse a: ex illa igitur, quæ contradicit huic, sequitur ipsius contradictorium: quoniam cui contradicit consequens ex eo, ipsum similiter etiam contradicit illi, ex quo sequitur consequens: ei igitur quod dicimus, possibile est nullum b esse a, duo contradicunt, vnum, aliquod b ex necessitate non est a, & alterum, aliquod b ex necessitate est a. Ergo ex eo, quod dicimus in syllogismo ad impossibile, non possibile est nullum b esse a, sequitur aliquando, aliquod b ex necessitate est a, & nonnunquam, aliquod b ex necessitate non est a: quod si quæ sequitur, sue erit particularis negatiua necessaria, non deducetur semo ad impossibile, quoniam particularis negatiua necessaria non conuertitur, sed aliquando erit, quod possibile sit, nullum a esse b, & aliquod b ex necessitate non sit a: veluti si dicamus, possibile est nullum hominem esse album, & aliquod album non est homo ex necessitate, puta nix, & cygnus. Iam igitur declaratum fuit negatiuam possibilem non conuerti. Ponamus itaque binas propositiones vniuersales possibiles, quarum vna sit affirmatiua & altera negatiua in secunda figura: puta dicamus, possibile est omne c esse b: & possibile est nullum a esse b: dico quod hæc complicatio nihil concludit, quoniam negatiua possibilis conuerti non potest: quemadmodum poterat in materia absoluta & necessaria. Neque etiam consimiliter per syllogismum ad impossibile monstratur, quod sit syllogismus: si enim acceperimus contradictorium conclusionis affirmatiuam possibilem, non accidet ex hoc impossibile: quoniam hæ semper sequuntur hoc est, affirmatiua possibilis, & negatiua possibilis: & consimiliter si acceperimus contradictoriam, affirmatiuam necessariam particularem aut negatiuam. Omnino igitur si erit ex ista complicatione syllogismus, ipse per se concludet conclusionẽ possibilem, quum fuerint ambæ propositiones possibiles, non autem conclusionem absolutam, aut necessariam, quoniam non est in hoc syllogismo propositio secundum istam dispositionem. Si autem concludet conclusionem possibilem, aut erit negatiua possibilis, aut affirmatiua possibilis, sed ex terminis monstratur, ꝙ aliquando concludunt negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuã necessariam: ex vtraque autem istarum conclusionum sequitur, quod sit impossibile concludi, aut negatiuam possibilem, aut affirmatiuam possibilem: & hoc, quoniam negatiua necessaria destruit affirmatiuam ac negatiuam possibiles, & consimiliter affirmatiua necessaria destruit vtrasque. Termini concludentes negatiuam in hac materia homo, album, equus, album, terminus medius, & homo minor, & componitur sic, possibile est omnem hominem esse album, & possibile est, nullum equum esse album, & conclusio, nullus homo est equus, quæ est necessaria. Quum igitur a negatiua fuerit a c ex necessitate, non verificabitur, vt omne a possit esse in c, & iterum vt omne a possit non esse in c, quoniam ipsa conuertitur ad affirmatiuam. Ex hoc igitur planum quod hæc complicatio non concludit conclusionem possibilem, neque negatiuam, neque affirmatiuam. Iamq; monstratum est etiam hoc, quod similiter concludit in aliqua materia affirmatiuam necessariam, puta si accipiamus loco equi animal: & hoc, quoniam concludit, omnis homo animal, quæ est affirmatiua necessaria, cum qua neque verificari potest affirmatiua possibilis, neque negatiua possibi-

Ex ambabus de cõtingẽti nihil sequitur in secũda figura, qñ negatiua nõ cõuertitur.

Nota, si esset syllogismus in secũda ex ambabus cõtingẽtibus, omnino sequeretur cõclutio cõtingens nõ absoluta neq; necessaria.

Nota, ꝙ Aristoteles in litera nõ ponit cõcludi affirmatiuã necessariam, sed solũ ne-


lis: & hoc, quoniam quod contradicat negatiuæ possibili, planum est per se: quod autem contradicat affirmatiuæ possibili, planum etiam ex eo, quod ipsi sequitur ex negatiua possibili: & consimiliter monstratum est etiam quod nõ erit syllogismus in hac figura, si etiam varies locum negatiuæ, hoc est si posueris minorem, posteaquam fuerit maior, aut econuerso: & consimiliter declaratum est etiam quod non erit syllogismus si accipiantur ambæ propositiones affirmatiuæ aut negatiuæ: demonstratio autem huius est per eosdem terminos, neque erit difficile hoc exercitato in eis.

Mistio absoluti, & contingentis in secunda figura.

CAP. XVIII.

SI AVTEM altera quidem inesse, altera vero contingere significat, prædicatiua quidem inesse posita, priuatiua vero contingere, nunquam erit syllogismus, siue vniuersaliter, siue particulariter sumantur termini: demonstratio autem eadem, & per eosdem terminos.


Quando autem affirmatiua quidem contingere, priuatiua inesse, erit syllogismus. Sumatur enim a b quidem nulli inesse, c vero omni a contingere: conuersa ergo priuatiua a b ineſt nulli a, autem omni c contingebat: sit ergo syllogismus quoniam b contingit nulli c per primam figuram.



Coniugatio prima cõcludens contingẽs, ꝙ equivalet inesse.


gatiuam. Alex. quoq; conat adducere terminos, quibus concluditur affirmatiua necessaria: grãmaticum albũ, homo: sed Philoponus inquit hoc minime fieri posse: quia oportet sumere propositiões eodem tpe veras, hoc autẽ in dictis terminis fieri nequit: hoc ẽt nõe patet, qñ oportet sumere minorẽ sub maiore, ergo qđ affirmat de vna, non põt altera negari, ergo si pñt reperiri termini de omni.

Similiter autem & si ad c ponatur priuatiua. Si autem vtræque sint priuatiuæ, significet autem hæc quidem non inesse, illa vero contingere non inesse, per ea quidem, quæ sumpta sunt nihil accidit necessarium: conuersa autem secundū contingere propositione fit syllogismus: quoniam b contingit nulli c inesse, quemadmodum in prioribus: erit enim rursum prima figura.




Coniugatio idem concludens, in qua fit etiam cōuersio cōtingentis.

Si autem vtræque ponantur prædicatiuæ, non erit syllogismus. Termini quidem inesse: sanitas, equus, homo. Eodem autem modo se habebit & in particularibus syllogismis. Quando autem erit affirmatiua inesse, siue vniuersaliter, siue particulariter sumpta, nullus erit syllogismus: hoc autem similiter, & per eosdem terminos demonstratur, quibus & prius. Quando autem & priuatiua, erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus. Rursum si ambo quidem interualla priuatiua sumantur, vniuersaliter autem quod non inesse, ex ipsis quidem propositionibus non erit necessarium: conuersa autem contingenti, sicut in prioribus, erit syllogismus.



Coniugatio vtilis per cōuersionē cōtingentis, & reducit ad prima.

Si autem inesse quidem sit priuatiua, particulariter quidem sumpta: non erit syllogismus, neque affirmatiua, neque priuatiua existente altera propositione.



Coniugationes inutiles.

Nec quando vtræque ponuntur indefinitæ, vel affirmatiuæ, vel negatiuæ, aut particulares: demonstratio autem eadem & per eosdem terminos.

Cõplicatio absolutæ, & possibilis in secũda figura.


In secũda figura, si negatiua fuerit possibilis, si fiet syllus i vniuersali. bus modis. Si ppositio negatiua fuerit absoluta, fiet syllogismus per cõuersionẽ illius ad secũdã indemonstrabilẽ i prima ex maiori absoluta negatiua.

QVOD si vna duarum propositionum in hac figura fuerit absoluta & altera possibilis, & negatiua fuerit possibilis, non erit ex hoc syllogismus omnino, siue ambæ propositiones simul vniuersales extiterint, seu particulares: monstratio autem super hoc eadem est, quam fecimus, quum ambæ simul erant possibiles & in eisdem terminis, hoc est, quoniam inuenientur concludentes aliquando negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuam necessariam. Quod si fuerit propositio negatiua absoluta & affirmatiua possibilis, & fuerint ambæ vniuersales, erit syllogismus in hoc, quoniam negatiua absoluta conuertitur, & fiet maior in prima figura, secundum quod prædiximus, siue negatiua fuerit maior, siue minor: si minor, monstrabitur hoc per duas conuersiones, per conuersionem maioris, & conuersionem conclusionis, secundum quod prædictum fuit. Quod si fuerint ambæ negatiuæ, hoc est negatiuæ vniuersales, & fuerit vna ipsarum possibilis, & altera absoluta, erit syllogismus imperfectus, vbi conuersa fuerit negatiua possibilis ad affirmatiuam, quoniam erit ex binis propositionibus, negatiua absoluta & affirmatiua possibili: si vero extiterint ambæ propositiones affirmatiuæ non erit syllogismus, hoc autem planum ex eo, quod aliquando concludunt affirmatiuam, & aliquando negatiuam. Termini concludentes affirmatiuam, homo, sanitas, animal: & hoc, quoniam possibile est omnem hominem esse sanum, & omne animal est sanum, & omnis homo est animal ex necessitate, quæ est conclusio. Concludentes vero negatiuam, homo, sanitas, equus: & hoc, quoniã possibile est omnem hominem esse sanum, & omnis equus est sanus, & conclusio, nullus homo est equus, quæ est negatiua necessaria. Sin autem extiterit vna duarum propositionum vniuersalis, & altera particularis erit in hoc, quẽadmodum in eo, in quo accidit, vt ambæ sint vniuersales, id est, conditio concludens in ijs, est conditio concludens in illis, & non concludens in illis est non concludens in his, & hoc, quoniam si fuerit affirmatiua absoluta vniuersalis, aut particularis, non erit in hoc syllogismus: & hoc monstratur, quemadmodum & illud, quum fuerint vniuersales, & per eosdem terminos. Quod si vniuersalis fuerit absoluta & negatiua, erit syllogismus per cõuersionem ad primam figuram, si vero ambæ fuerint negatiuæ & vna ipsarum vniuersalis absoluta, erit consimiliter syllogismus imperfectus, quum fuerit conuersa negatiua possibilis ad affirmatiuam possibilem, secundum quod declaratum fuit: quod si fuerit negatiua absoluta particularis, non erit syllogismus, siue altera propositio extiterit affirmatiua seu negatiua. Et consimiliter non erit syllogismus, quum fuerint ambæ propositiones indefinitæ, aut particulares, aut vna ipsarum indefinita & altera particularis, seu sint affirmatiuæ simul, aut negatiuæ: demonstratio autem super hoc est eadem cum demonstratione præcedente, & in eisdem terminis.

Mistio necessarii, & contingentis in secunda figura.

CAP. XIX.

SI AVTEM hęc quidem propositionum ex necessitate, illa vero contingere significat, priuatiua quidem necessaria, erit syllogismus non solum quod contingit non inesse, sed & quoniam non inest: affirmatiua autem non erit. Ponatur autem a b quidem nulli inesse ex necessitate, c autem omni contingere, conuersa ergo priuatiua, & b nulli a inerit: a autem omni c contingebat. Fit igitur rursum per primam figuram syllogismus: quoniam b contingit nulli c inesse.



Conjugatio concludens contingẽs, q̃ equiualet in esse.

Simul aũt manifestũ quoniã neq; ineſt b nulli c. ponatur. n. ineſſe: ergo si a nulli b contingit, b aũt ineſt alicui c, a alicui c nõ cõtingit: sed omni ponebatur cõtingere. Rodẽ aũt modo ostẽdetur, & si ad c ponatur priuatiuũ. Rursum, Sit prędicatiua quidẽ necessaria, altera aũt priuatiua, & contingens: & a b contingat nulli, c aũt omni inſit ex neceſsitate: sic ergo habẽtibus se terminis, nullus erit syllogismus: accidit. n. b ex neceſsitate nõ ineſſe c. Sit. n. a quidẽ albũ, in quo aũt b, homo, in quo vero c, cygnus: ergo albũ cygno quidẽ ex neceſsitate ineſt: homini aũt contingit nulli, & homo nulli cygno ex neceſsitate ineſt: homini aũt contingit nulli, & homo nulli cygno ex neceſsitate. Quoniam igitur eius quod eſt contingere non eſt syllogiſmus, manifeſtum eſt: nam ex neceſsitate non erat contingens.




Conjugatio inutilis ad concludẽdũ contingens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed tamen non necessarii: nam necessarium aut ex vtrisque necessariis, aut ex priuatiua necessaria contingebat. Amplius & possibile est iis positis b inesse c. Nihil enim prohibet c quidem sub b esse: a autem b quidem omni contingere: c vero ex necesitate inesse: vt sit quidem c vigilãs, b autem animal, in quo autem a motus. Nam vigilanti quidem ex necesitate inest motus: animali autem nulli contingit, & omne vigilans animal. Manifestum ergo quoniam non eius quod est non inesse: siquidem sic sese habentibus terminis, necesse est inesse: neque autem oppositarum affirmationũ, quare nullus erit syllogismus. Similiter autem ostendetur, & ecõuerso posita affirmatiua. Si autem similis figuræ sint propositiones, cum priuatiuæ sint, semper fit syllogismus, conuersa secundum contingere propositione, quemadmodum in prioribus. Si sumatur enim a b quidem ex necesitate non inesse, c autem contingere nõ inesse, conuersis autem propositionibus b quidem nulli inesse a: a autẽ omni c contingit: fit igitur prima figura: & si ad c ponatur priuatiuum similiter.


Coniugatio tribus indigens cõuersionibus, & præmissarũ transpositione.



Si autem prædicatiuæ ponantur, non erit syllogismus: nam eius quod est non inesse, aut eius quod est ex necesitate non inesse, manifestum quoniam non erit, eo q̃ non sumpta sit priuatiua propositio, neq; in eo q̃d est inesse, neq; in eo quod est ex necesitate inesse,

sed neque

A sed neque eius quod est contingere non inesse: ex necesitate enim sic se habentibus, b non inerit c: vt si a quidem ponatur album, in quo autem b, cygnus, in quo autem c, homo: neq; oppositarum affirmationum: quoniam ostensum est b ex necesitate non inesse c: nõ ergo fit syllogismus omnino. Similiter autem se habebit, & in particularibus syllogismis. Quãdo autem fuerit priuatiua, & vniuersalis, & necessaria, semper erit syllogismus, & eius quod est contingere & eius quod est non inesse: demonstratio autem eadem: per conuersionem. Quando autem affirmatiua, nunquam: eodem autem modo ostenderũr, quo & in vniuersalibus, & per eosdẽ terminos. Nec quãdo vtræq; sumuntur affirmatiuæ: nam & huius eadem demõstratio, quæ & prius. Quando vtræq; quidem priuatiuæ, vniuersalis autem, & necessaria, quæ non inesse significat, per ea quidem, quæ sumpta sunt, non erit necessarium: conuersa autem secundum contingere propositione, erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Si autem B vtræq; indefinitæ, vel particulares sumantur, non erit syllogismus: demonstratio autem eadem, & per eosdem terminos.



Coniugatio inutilis.

Manifestum igitur ex prædictis, quod priuatiua quidem vniuersali posita necessaria, semper fit syllogismus, non solum eius, quod est contingere non inesse, sed & non inesse. affirmatiua autem, nunquam. Et quoniam eodem modo se habentibus & in necessariis, & in iis, quæ insunt, fit, & non fit syllogismus. Palam & quoniam imperfecti omnes sunt syllogismi, & quod omnes perficiuntur per prædictas figuras.

Complicatio possibilis & necessariæ in secunda figura.

In secũda figura ex necessaria negatiua & affirmatiua possibili erit

QVum vero extiterit vna propositionum hac in figura possibilis, & altera necessaria, & fuerint ambæ vniuersales, ac negatiua extiterit necessaria, erit syllogismus per conuersionem negatiuæ ad primam figuram, in qua maior negatiua necessaria, & minor affirmatiua possibilis: sed iam monstratum fuit, qd hæc concludu absolutam & possibilem, siue necessaria fuerit maior, siue minor:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syllogismus concludens conclusionē absolutā & possibilē si autem affirmatiua fuerit necessaria non erit syllogismus in modis vltimis.


sin autem affirmatiua fuerit necessaria, non erit syllogismus: hoc autem planum ex terminis, si posuerimus extremitatem minorem hominem, & medium album, & maiorem cygnum: & hoc, quoniam possibile est nullum hominem esse albū: & omnis cygnus est album ex necessitate: & cōcluditur nullus homo est cygnus. quæ est negatiua necessaria. Concludens autem negatiuam necessariam, non potest concludere possibilem penitus, neque affirmatiuam, neq; negatiuam, & planū etiam quod non concludit conclusionem negatiuam necessariam: quoniā necessaria erit ex ambabus necessarijs, aut ex syllogismo in quo exiterit necessaria negatiua, sed affirmatiua absoluta non est possibilis, secundum quod monstratum fuit. Consimiliter planū est etiam, q̄ nō concluditur absoluta, quoniā absoluta est ex natura possibilis. Amplius, manifestum est etiam ex terminis, q̄ non concludit negatiuam necessariam, quoniam concludit aliquando negatiuam necessariā, & aliquando affirmatiuam necessariam. Termini igitur concludentes negatiuam necessariam sunt qui præcessere. Concludentes autem affirmatiuam necessariā, vigilans, motum, animal: & hoc, quoniam omne vigilans est motum ex necessitate: & possibile est, nullum animal esse motum: & omne vigilans est animal ex necessitate: non igitur erit in hac complicatione syllogismus concludens penitus siue affirmatiua necessaria maior exiterit, siue minor. Quod si fuerint binæ q̄ positiones similes in qualitate, si negatiuæ quidē exiterint, erit syllogismus, quū negatiua possibilis conuersa fuerit ad affirmatiuam possibilem, quæ ex ipsa sequitur, quoniam fiet complicatio ex binis propositionibus, affirmatiua possibili, & negatiua necessaria: sed iam monstratum fuit quod hæc concludit, siue minor negatiua fuerit, siue maior. Sin autem exiterint binæ propositiones vniuersales affirmatiuæ, non erit syllogismus. Planum etenim est, quod conclusio nō potest esse negatiua, neq; absoluta, neq; necessaria: quū non inuenitur in syllogismo propositio negatiua, neq; necessaria, neq; absoluta: neq; etiam negatiua possibilis, neq; affirmatiua necessaria, quoniam planum ex terminis, quod cōcludūt negatiuam necessariam: quod autem concludit negatiuam necessariam non potest omnino concludere aut affirmatiuam necessariam, aut possibilem, aut absolutam: & consimiliter non potest concludere penitus negatiuam possibilem. Termini concludentes negatiuam necessariam, homo, album, cygnus: quoniā possibile est omnem hominem esse album: & omnis cygnus album ex necessitate: & conclusio, nullus homo cygnus. Istæ ergo sunt viæ concludentes hac in figura secundum hanc viam mistionis, & non cōcludētes, quū fuerint ambæ propositiones vniuersales. Si vero vna ipsarum vniuersalis exiterit, & altera in parte, si maior quidem propositio fuerit vniuersalis necessaria, erit syllogismus concludens, aut negatiuam possibilem, aut negatiuam absolutam: quoniā, si negatiua necessaria conuersa fuerit, redibit ad primam figuram, quæ componitur ex affirmatiua possibili, & maiore negatiua necessaria: sin aūt affirmatiua exiterit necessaria, non erit consimiliter syllogismus omnino: monstratio aūt huius eadem est, quæ & in vniuersalibus, & per eosdem terminos, qui præcessere. Consimiliter non erit syllogismus, quum fuerint ambæ affirmatiuæ: ostensio autē huius, est ostensio, quæ fuit in vniuersalibus. Quod si fuerint ambæ propositiones, hoc est vniuersalis & particularis, negatiuæ, & vna ipsarum exiterit vniuersalis necessaria, erit in hoc syllogismus imperfectus: & hoc, si conuertatur possibilis negatiua ad affirmatiuam, erit syllogismus, quē admodum fuit, quum erant vniuersales, vt prædictum est: & si fuerit negatiua necessaria particularis non erit syllogismus, siue fuerit affirmatiua, siue negatiua possibilis. Consimiliter non erit syllogismus, quum fuerint binæ propositiones indefinitæ aut particulares: monstratio autem huius est eadem monstratio cum præcedente, & in eisdē terminis. Iam itaq; declaratum fuit, si propositio necessaria ponatur negatiua vniuersalis, quod erit syllogismus concludens, aut negatiuam absolutam, aut negatiuam possibilem: quum vero ponatur necessaria affirmatiua, non erit syllogismus. Manifestum igitur ex hoc, q̄ vno ordine terminorum in syllogismis absolutis, & necessarijs erit, & non erit syllogismus. Amplius manifestum, quod omnes syllogismi isti sunt imperfecti.

Quæ conclusiones in modis particularibus cōcludāntur.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura. Cap. XX.


IN postrema autem figura, & vtrisq; contingentibus, et altera, erit syllogismus. Quando ergo contingere significant propositiones, & conclusio erit contingens. Et quā do hæc quidem contingere, illa vero ineſſe: similiter erit syllogismus. Quando autem altera ponitur necessaria, si affirmatiua quidem, non erit cōclusio, neque necessaria, neq; ineſſe. Si aūt priuatiua, eius quod est non ineſſe erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Sumendum aūt & in his similiter, qd̄ est in conclusionibus contingens. * Sint ergo primum contingentes: & a & b contingant omni c ineſſe: quoniam ergo conuertitur affirmatiua particulariter, b autem omni c contingit, & c alicui b contingit: quare si a quidem omni c contingit, c autem alicui b, & a alicui b contingit: fit enim prima figura.

*Quia scilicet aliquando pro cōtingēti non necessario, & aliquādo p̄ contingenti cōmuni desumitur.




Prima vlis cōiugatio cōcludēs de cō tingenti per conuersionē

Et si a quidem contingit nulli c ineſſe, b autem omni c contingat, necesse est a alicui b contingere non ineſſe: erit enim rursum prima figura per conuersionem.



Secunda cõiugatio concludẽs de cõtingẽti p conuersionẽ minoris.



Si autem vtræq; priuatiuæ ponantur, ex his quidem, quæ sumpta sunt, non erit necessarium: conuersis autem propositionibus erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Si enim a & b contingunt c nõ ineſſe, ſi tranſmutatur contingere non ineſſe: rurſum erit prima figura per conuerſionem.

Tertia cõiugatio idẽ cõcludens per conuerſionẽ amborum ꝑ poſitionum.

Si autem hic quidem terminorum eſt vniuerſalis, ille uero particularis, eodem modo ſe habentibus terminis quo ineſſe, & erit & non erit ſyllogiſmus. Contingat enim a quidem omni c: b autem alicui c ineſſe: erit ergo rurſum prima figura particulari propoſitione conuerſa: nam ſi a omni c, c autem alicui b, & a alicui b contingit. Et ſi ad b c ponatur vniuerſale. Similiter autem & ſi a c quidem priuatiua ſit, b c autem affirmatiua: erit vnum rurſum prima figura per conuerſionem: ſi autem vtræq; priuatiuæ ponantur, hæc quidem vniuerſaliter, illa vero particulariter, per ea quidem, quę ſumpta ſunt, non erit ſyllogiſmus: conuerſis autem propoſitionibus erit, quemadmodum

in prioribus. Quando autem vtræque indefinitæ, vel particulares ſumuntur, non erit ſyllogiſmus: etenim neceſſe eſt a omni b, & nulli ineſſe. Termini ineſſe, animal, homo, album: non ineſſe, equus, homo, album: medium, album.



Coniugationum particularium, & indefinitarũ, inutilia exẽplum.

Complicatio poſſibilis in tertia figura.

QVum vero extiterint hæc in figura binæ propoſitiones poſsibiles vniuerſales, erit ſyllogiſmus, et erit concluſio particularis poſsibilis eo modo, quo ſunt in abſoluta ſolum & neceſſaria, hoc eſt per eaſdem illas conditiones: & monſtratio ſuper hoc eſt monſtratio ſuper illis: quod autem, proprium eſt iſtius materiæ, eſt, quod quum fuerint negatiuæ, erit ex ipſis ſyllogiſmus imperfectus p conuerſionem vtrius negatiuæ ad affirmatiuam, & affirmatiua ex ipſa erit ex binis propoſitionibus, quarum vna affirmatiua, & altera negatiua. Quod ſi fuerit vna ex ipſis vniuerſalis, & altera particularis, ſyllogiſmi concludentes & non concludentes erunt, quemadmodum fuerẽ in materia abſoluta, & neceſſaria, & p eaſdem illas conditiones: hoc autem eſt proprium: quoniam quum fuerint ambæ negatiuæ, erit ſyllogiſmus per conuerſionem, hoc eſt per conuerſionem negatiuæ ad affirmatiuam, quæ ſequitur ex ipſa, quoniam non fit ſyllogiſmus ex binis negatiis ſecundum aliquam materiam, neq; ſimplicem, neque compoſitam. Sin autem accipiantur duæ propoſitiones indefinitæ, aut particulares, non erit conſimiliter ſyllogiſmus, quoniam aliquando concludit affirmatiuam neceſſariam, & nonnunquam negatiuam neceſſariam. Termini concludentes affirmatiuam, homo, album, animal: & hoc, quoniam aliquod album poteſt eſſe homo: & album poteſt eſſe animal: & homo ex neceſſitate eſt animal. Concludentes vero negatiuam, homo, album, equus: & hoc, quoniam album poteſt eſſe homo: et album poteſt eſſe equus: & concluſio, nullus homo eſt equus: & per hos eoſdem terminos monſtratur hoc, quum fuerint negatiuæ, aut vna ipſarũ affirmatiua, & altera negatiuarum complicatio poteſt ex ipſis componi.

Propriũ eſt materiæ poſſibilis, vt ex ambabus negatiis ꝑ cõuerſionẽ ad affirmatiuas fiat ſyllogiſmus.


Non fit ſyllogiſmus in aliqua materia nec ſimplici nec mixta ex ambabus negatiis.

Miſſio contingentis & ineſſe in tertia figura. Cap. XXI.

SI autem hæc quidem propoſitionum ineſſe, illa aũt contingere ſignificet, concluſio quidem erit quoniam contingit, & non quoniam ineſt: ſyllogiſmus autem erit eodem modo ſe habẽtibus terminis, quo & in prioribus. Sint enim primũ predicatiuę, & a quidem omni c inſit:


Hoc caput ex x v.c.lucem capit.

b autem omni c contingat: conuersa ergo b c erit prima figura, & conclusio quoniam contingit a alicui b ineſse: cum enim altera propositionū in prima figura significabit contingere, & conclusio erit cōtingens. Similiter autem & si b c quidem ineſse, a c autem contingit in eſse.




Coniugationes binę vniuersales concludētes contingens.

Et si a c quidem priuatiua, b c autem prædicatiua, insit autem alterutra vtrinq;, contingens erit conclusio: sit enim rursum prima figura. Ostensum est aūt quoniam si altera propositio significet contingere in prima figura, & conclusio erit contingens. Si autem contingens priuatiua ponatur ad minorem extremitatem, vel si vtraq; ponatur priuatiua, per ea quidē quæ posita sunt non erit syllogismus: conuersis autem erit, quemadmodum & in prioribus. Si autem hæc quidem propositionum sit vniuersalis, illa vero particularis, vtrisq; quidem prædicatiuis, aut vniuersali quidem priuatiua, particulari autem affirmatiua, idem modus erit syllogismorum: omnes enim cōcludūtur per primam figuram. Quare manifestum quoniam eius, quod est contingere, & non eius quod est ineſse, erit syllogismus.



Binæ consignationes particulares negatiuæ concludētes cōtingens

Si autem affirmatiua quidem vniuersalis, priuatiua autem particularis, per impossibile erit demonstratio. Insit enim b quidem omni c, a autem contingat alicui c non ineſse, necesse est ergo a alicui b cōtingere non ineſse: nam si omni b inest a ex necessitate, b autē omni c positum est in eſse, a omni c ex necessitate inerit. Hoc autē ostensum est prius, sed positum est alicui contingere non ineſse. Quando aūt in definitæ, vel particulares sumuntur vtræq; non erit syllogismus: demonstratio aūt eadem & in vniuersis, & per eosdē terminos.



Indefinitarū & particularium inutilium cōmune exemplum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Complicatio possibilis & absolutæ in tertia figura. D

In tertia figura ex absoluta & possibili ambabus affirmatiuis & uniuersalibus sequitur semp cõclusio possibilis.

QVum vero vna duarum propositionum hac in figura fuerit absoluta, & altera possibilis, & ambæ affirmatiuæ uniuersales, erit conclusio possibilis in parte: & hoc monstratur per conuersionem minoris: quoniam si ipsa fuerit possibilis, redit ex figura prima ad id, in quo minor possibilis & maior absoluta: sed iam in præcedentibus declaratum fuit, quod est conclusio possibilis: si vero minor extiterit absoluta, redit ad id, in quo minor est absoluta in figura prima, et maior possibilis, sed iam consimiliter expositum fuit, quod hæc concludit possibilem. Quod si vna ipsarum extiterit affirmatiua & altera negatiua, & fuerit vtrauis ipsarũ absoluta, hoc est, aut maior, aut minor, & maior extiterit negatiua possibilis, erit conclusio possibilis vera: sin autem negatiua fuerit absoluta, erit conclusio negatiua possibilis per participationem nominis, hoc est, quæ concludit binas conclusiones, negatiuam necessariam, & negatiuam possibilem. Quod si minor extiterit negatiua & possibilis, seu fuerint ambæ negatiuæ, non erit syllogismus, nisi conuertatur negatiua possibilis ad affirmatiuam, quæ sequitur ex ipsa: quoniam reuertetur ad eam, quæ est ex binis affirmatiuis, aut ad eam, in qua maior negatiua & minor affirmatiua. Si vero extiterit vna duarum propositionum uniuersalis, & altera particularis, & fuerint ambæ affirmatiuæ, aut maior affirmatiua & particularis negatiua, erit syllogismus per reductionem ad primam figuram per conuersionem particularis affirmatiuæ, secundum quod declaratum fuit, & conclusio sua erit secundum modum, quo fuit, quando binæ propositiones erant uniuersales. Quod si affirmatiua fuerit uniuersalis & negatiua particularis, & minor absoluta affirmatiua, & maior negatiua particularis possibilis, erit syllogismus: declaratio autem huius erit per syllogismum ad impossibile. Sit ergo omne b c absolute: & aliquod b non est a possibiliter: dico quod possibile est aliquod c non esse a: si enim hoc non est verum, verum erit suum contradictorium, hoc est, omne c est a ex necessitate: nanq; hoc est contradictorium secundum modum & quantitatem & qualitatem: sed iam positũ fuerat, quod omne b est c absolute: ergo concluditur in prima figura, quod omne b est a ex necessitate: sed illi posueramus aliquod b non esse a possibiliter: quod fieri non potest, & non cohæret: sin autem extiterit maior particularis absoluta & minor possibilis, erit syllogismus, qui monstratur positione, quod si minor fuerit negatiua & absoluta, non erit syllogismus: quoniam proprium est tertiæ figuræ, quod non habeat minorem negatiuam, si vero fuerit minor negatiua possibilis, erit syllogismus per conuersionem ad affirmatiuam secundum quod prædictum fuit, sin autem extiterint ambæ propositiones indefinitæ, aut particulares, non erit syllogismus, monstratio vero huius ea est, quæ facta fuit in speciebus uniuersalibus in hoc capitulo, hoc est in possibili tantum, & in his eisdem terminis. E

Si altera fuerit negatiua possibilis, cõclusio erit possibilis vera. & syllogismus perfectus, si absoluta fuerit negatiua, erit cõclusio possibilis de possibili. cõ i.

Syllogismi particulares in tertia, misti ex possibili & inesse.


Mistio necessarii, & contingentis in tertia figura. Cap. XXII.


Hoc caput. c v i. quodã modo fabul. tertium est.

SI autem est hæc quidem propositionum necessaria, illa vero contingens, si predicatiui quidem sunt termini, semper eius, quod est contingere, erit syllogismus. Quãdo autem fuerit hic quidem prædicatiuus, ille autẽ priuatiuus, si sit affirmatiuus quidem necessarius, eius erit quod est contingere non inesse: si autem priuatiuus, & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est non inesse: eius autem quod est ex necessitate non inesse non erit syllogismus, quemadmodum & in aliis figuris. Sint ergo prædicatiui termini primum: & a c quidem omni insit ex necessitate: b autem omni c cõtingat inesse: quoniam ergo a omni c necessario inest, c autem alicui b cõtingit, & a alicui b

A contingens erit, & non inerit: sic enim accidit in prima figura. Similiter autem ostendetur, & si b c quidem ponatur necessaria: a c aũt contingens. Rursum sit hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuum, necessarium autem prædicatiuum, & a quidem contingat nulli c inesse: b autem omni insit ex necessitate c: erit ergo rursum prima figura, & conclusio contingens, sed non inesse. Nam priuatiua propositio contingere significat. Manifestum est igitur quoniam conclusio erit contingens: cum enim sic se habebant propositiones in prima figura, & conclusio erat contingens. Si autem priuatiua sit propositio necessaria, & consulsio erit, quoniam contingit alicui non inesse, & quoniam non inesse. Ponatur enim a non inesse c ex necessitate: b autem omni c contingere, conuersa ergo b c affirmatiua, prima erit figura, & necessaria priuatiua propositio. Cum autem sic se habebãt propositiones, accidebat a & contingere alicui c non inesse, & non inesse: quare & a necesse est alicui b non inesse. Quando aũt priuatiuum ponitur ad minorẽ extremitatẽ, si contingens quidem, erit syllogismus transumpta propositione, quemadmodum & prioribus. B


In multis exemplaribus hæc verba, & quo, non inesse desũt, in Græco tamen habẽt.





Coniugatio concludens cõtingens p duplicem cõuersionẽ cõtingentiæ.

Si autem necessarium, non erit. Sitenim necesse est omni, & nulli D
contingat inesse. Termini omni inesse: somnus, equus dormiens, homo. Nulli inesse, somnus, equus vigilans, homo. Similiter aũt se habebit, & si huic quidem terminorum sit vniuersalis, illle aũt particularis ad medium: nam si vtriq; sint prædicatiui, eius qđ est contingere, & non eius qđ est inesse, erit syllogismus. Et quando hoc quidem priuatiuum sumetur, illud vero affirmatiuum, necessarium autem affirmatiuum, huius quod est contingere. Quando aũt priuatiuum vniuersaliter sumptum ponitur ad minorem extremitatẽ, si contingens quidem, erit syllogismus per cõuersionem: si aũt necessarium sit, non erit: ostendetur autem eodem modo, quo & in vniuersalibus, & per eosdem terminos. B



Conjugatio quartilis.

Manifestum ergo & in hac figura, quando, & quomodo erit syllo F
gismus, & quando eius quod est contingere, & quando eius quod est inesse. Palam autem & quod omnes imperfecti, & quod perficiuntur per primam figuram.

Complicatio possibilis & necessariæ in figura tertia.

Ex poss et necessaria i tertia figura habus affirmatiuis sequitur cõclo polis: si aũt altera negatiua fuerit possibilis erit syllogismus, & cõ-

Si autem ambæ propositiones extiterint & vniuersales, & vna ipsarum necessaria, & altera possibilis, & ipsæ ambæ affirmatiuæ, erit in hoc syllogismus concludens conclusionem possibilem: & hoc planum per conuersionem ad primam figuram: qđ si fuerit vna affirmatiua & altera negatiua, & affirmatiua necessaria & minor, erit conclusio negatiua possibilis: hoc per conuersionem affirmatiuę & reductionẽ complicationis ex figura prima ad id, in qua maior est negatiua possibilis, & minor particularis necessaria. Quod si negatiua fuerit necessaria maior, erit conclusio negatiua possibilis, & negatiua absoluta per reductionem secundum conuersionem ad id, in quo maior in figura prima negatiua necessaria, & minor affirmatiua possibilis. Si vero minor fuerit negatiua possibilis, & maior affirmatiua necessaria, non erit syllogismus, nisi per

A conuersionẽ negatiuæ possibilis ad affirmatiuam possibilem. Sin autem minor extiterit negatiua necessaria, non erit syllogismus. Termini concludentes affirmatiuam, homo, dormiens, equus: & hoc, qm̃ nullus homo est equus, & possibile est omnẽ hominem esse dormiens: & conclusio. possibile est omnẽ equũ esse dormiens. Terminti vero concludentes negatiuam, homo, dormiẽs, & equus vigilans: & hoc, quoniam nullus homo est equus vigilans: & possibile est omnem hominẽ esse dormiẽs: & cõclusio, nullus equus est vigilans, quod si dormiens. Sin autem extiterit vna duarum propositionum vniuersalis & altera particularis, erit syllogismus per reductionẽ ad primam figurã, & erit conclusio possibilis scũm dispositionem specierũ, quæ ad ipsam deducuntur ex figura prima. Quod si vna ppositionum extiterit negatiua & altera affirmatiua, & fuerit negatiua maior, si quidem necessaria, erit cõclusio absoluta aut possibilis: qm̃ redibit per conuersionẽ ad primam figurã, quæ cõcludit binas illas conclusiones, seu fuerit vniuersalis, seu particularis per positionẽ, & impossibile: sed si negatiua fuerit possibilis, erit conclusio possibilis vera scũm dispositionem possibilis appropriati syllogismo, ad quem reducitur in prima figura: sinautem negatiua extiterit minor, liquidem possibilis, erit syllogismus per conuersionem ad affirmatiuam possibilem: si vero necessaria, non erit syllogismus: & hoc manifestum secundum modum, quo monstratum fuit, quum erant vniuersales, & per illos eosdem terminos. Sed iam ex positum fuit, quando erit syllogismus in hac specie, & qño erit, & qualẽ conclusionẽ qualis syllogismus cõcludat, & quales ex ipsis perfecti, & non perfecti secundum dispositionem specierũ, quæ sunt hæc in figura. Sed iam perfectus est tractatus de omnibus syllogismis prædicatiuis. B

Syllogismi particulares in tertia, mixti ex necessaria & possibili.

Quod figuræ syllogismorum sint tantum tres in omnibus syllogismorum generibus. Cap. XXIII.

QVoniam igitur qui in his figuris sunt syllogismi, perficiuntur per eos, qui in prima figura sunt, vniuersales syllogismos, & in hos reducuntur, palam ex dictis. Quoniam aũt simpliciter omnis syllogismus sic se habebit, nũc erit manifestum, cum ostensus fuerit omnis, qui fit, per aliquam harum figurarum fieri. Necesse est ergo omnem demonstrationem, & omnẽ syllogismũ aut in esse quid, aut nõ inesse monstrare. Et hoc aut vniuersaliter, aut particulariter. Amplius aut ostensiue, aut ex hypothesi. Eius autem quod est ex hypothesi, pars est per impossibile. Primum ergo dicemus de ostensiuis: his enim ostensis, manifestum erit & de iis qui ad impossibile, & omnino de iis qui ex hypothesi. Si ergo oporteat a de b syllogizare, vel inesse, vel nõ inesse: necesse est sumere aliquid de aliquo. Si ergo a sumatur de b, quod ex principio, erit sumptum. si autem a de c, c autẽ de nullo alio, nec aliud de illo c neq; de a, alterum, neq; de altero a, nullus erit syllogismus: nam in eo quod vnum de vno sumitur, nihil accidit ex necessitate: quare assumenda est & altera propositio. C

De syllogismis hypotheticis.

De syllogismo ostensiuo.

Animal.	Homo.	Animal.	Rationale.
A	B	A	C

Ex vna propositione nihil cõcluditur.


Si igitur sumatur a de alio, aut aliud de a, aut de c alterum, esse qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem syllogismum nihil prohibet: ad b autē non erit per ea, quæ sumpta sunt, nec quando c inest alteri, & illud alii, & hoc alteri: non copuletur autem ad b, nec sic erit ad b syllogismus ipsius a. Omnino enim dicimus quoniam nullus nunquam erit syllogismus alius de alio, nō sumpto aliquo medio, quod ad vtrunq; se habet quoquomodo prædicationibus. Nam syllogismus quidem simpliciter ex propositionibus est. ad hoc autem syllogismus ex propositionibus quæ ad hoc, qui autem est huius ad hoc, per propositiones huius ad hoc. impossibile est autem ad b sumere propositionem, nihil neq; prædicantes de eo, neq; negantes: aut rursum eius quod est a ad b, nihil commune sumentes, sed vtriusq; propria quædam prædicantes, aut negantes: quare sumendū medium vtriusq; qđ copulet p̄dicationes: si erit huius ad hoc syllogismus. Ergo si necesse est aliquod sumere ad vtrunq; cō mune, hoc autem contingit tripliciter aut enim a de c, & c de b prædicantes, aut c de vtrisq;, aut utraq; de c: hæ autem sunt tres dictæ figuræ. Manifestum quoniam omnem syllogismum necesse est fieri p aliquam harum figurarum. Nam eadem ratio est & si per plura copuletur ad b, eadem enim erit figura & in pluribus. Quoniam igitur ostensiui terminantur per prædictas figuras, manifestum est. Quoniā autem & qui ad impossibile, palam erit per hæc: omnes enim, qui per impossibile concludunt, falsum quidem syllogizant: quod autem ex principio erat, ex hypothesi demonstrant, quando aliquid accidit impossibile posita cōtradictione, vt quoniam diameter est asymeter, eo quod fiunt abundantia æqualia perfectis, posito symetro: ergo æqualia quidem fieri abundantia perfectis syllogizant: asymetrum autem esse diametrum, ex hypothesi monstrant, quoniam falsum accidit propter contradictionem. Hoc enim fuit per impossibile syllogizare, ostendere aliquid impossibile propter priorem hypothesim.

Auexis nepetionum.

De syllogismis ex hypothesi, quos cō ditionales appellamus, & dicatoris, intelligit vbique Aristoteles.



Ostensio q̄ diameter sit incommensurabilis lateri.

Quare q̄m falsus sit syllogismus ostensiuus in his, quæ ad impossibile deducuntur, qđ autē est ex principio, ex hypothesi mōstratur, ostensiuos autē diximus prius, q̄m per has terminantur figuras, manifestum quoniam & per impossibile syllogismi per has erunt figuras.

A Similter aūt & alii omnes, qui sunt ex hypothesi. in omnibus his.n. syllogismus quidem sit ad transsumptum: quod autem est ex principio, terminatur per confessionem, aut per aliquam aliam hypothesim. Si autem hoc verum: necesse est omnem demonstrationem, & omnem syllogismum fieri per tres prædictas figuras. Hoc autem ostēso, palam quoniam omnis syllogismus perficitur per primam figurā, & reducitur in huius vniuersales syllogismos.

Quod figure syllogismorū sint tantū tres, & de syllogismis hypothetis, hoc est, conditionalibus.

Notæ pulcherrimā diuisionem cō clusionum, q̄ per syllogismos categoricos ostēdūtur, & ēi hypotheticos. Ois syllo. aut categhoricus, aut hypotheticus, aut mistus ex vtroque, vt syllogism' ad impossibile. Ostēdit per diuisionē necessariā, non posse fieri syllogismū, nisi p̄ pōnes cōicēt in aliquo medio.

Dixit. Iam igitur declaratum fuit secundum, modum, qui dictus fuit in figuris absolutis, quod omnes syllogismi existentes in his figuris, reducuntur ad primam figuram, quæ est in ipsis. Quod autem omnia syllogismorum genera, quæ absolute inueniuntur, reducantur ad primam figuram penitus, planū erit, postea quam ostensum fuerit q̄ omnia syllogismorum prædicationum genera sunt, hæc tria tantum, quodq; reliqui syllogismorum, quibus non egent necessario prædicatiui, non sunt reducibiles ad eos, qui sunt secundum viam prædicationis. Dicamus igitur, quod omnis syllogismus penitus, aut monstrat aliquid
B esse, aut aliquid non esse: & vterque horum duorum, aut ostendit aliquid vniuersale, aut aliquid particulare: omnis autem qui monstrat aliquid esse, aut aliquid non esse. aut monstrat secundum modum prædicationis, aut monstrat secundum modum conditionis, aut monstrat per syllogismum compositum ex ambobus istis, puta, per syllogismum ad impossibile, de quo est intentio nunc: est enim hæc de syllogismis, qui sunt secundum viam prædicationis, & conditionis, concludentes & non concludentes absolute, si enim monstrari fuerint isti, mō strati etiam erunt hi, quibus indigemus ad hos hoc est syllogismus ad impossibile, & syllogismus qui est secundum conditionem. Dicamus igitur, si opus fuerit, vt ostendamus aliquid esse in aliquo, puta, si oportuerit monstrare quod a prædicatur de b, aut secundum modum negationis aut secundum modum affirmationis, planum quod accipiemus ad monstrationem huius secundum modum prædicationis, q̄ aliquid est in aliquo, & prædicatur de aliquo: q̄ si acceperimus in hoc a prædicari de b, planum q̄ idem acceptum erit in monstrationem suiipsius, sed hoc & impossibile est, & non confert cognitioni consequenti quæsitum: et consimiliter si acceperimus ad hoc enuntiatione diuersam & a subiecto & a prædicato quæsiti, manifestum etenim etiam quod non sequetur ex ipso quæsitum, neq; affirmatiuum, neq; negatiuum: quemadmodum si dicamus quod a prædicatur de b, quoniam c prædicatur de d. Quum igitur bina hæc contraria sint impossibilia, superest vt dicamus, quod id quod accipitur ad monstrandum a prædica-
C ti de b, aut est oratio participans alterius extremorum, aut participans amborū simul. Amplius, si participat alterius extremorum, oportet vt aut ipsius prædicatum, sit idem quod prædicatum quæsiti, & subiectum aliud, aut vt subiectum suum sit subiectum quæsiti & prædicatum aliud, aut prædicatum quæsiti sit ipsius subiectum, aut subiectum quęsiti prædicatum suum, nō enim potest oratio participationis effugere ab vna istarum partium. Præterea, Oportet etiam hoc participans, aut ita se habere, vt vnum & idem iudicium sit, præterquam quod illi cō municet iudicium aliud, aut enuntiatio alia, aut quod communicatio sit cum enūtiatione alia, & hoc absq; eo, quod verificetur de quæsito. Si igitur accipiatur participans cum vno extremorum quæsiti, quod est a & b enuntiatio vna tantū, puta, si accipiatur a partici pare cum c, prædicatione vna ex ipsis secundum cō positionem suam: planum quod non sequitur ex hoc, vt a participet cum b, hoc est, vt prædicetur affirmatiue aut negatiue de b in omni tempore, in quo nō participat c cum b. Quod si accepertimus a communicare cum b, in prædicatione seorsum & secundum se, planum quidem, quod ex hoc erit syllogismus, non autē super quęsito quod quæritur, hoc est quod a inest b, aut negetur ab eo: si vero acceperimus aliqua communicantia cum vna duarum extremitatum in infinitum, præterquam quod communicent cum altera, quemadmodum si accipiatur a com

Universidad de Deusto
Biblioteca

municare cum c, & c cum d, & d cum e, non sequitur ex hoc, vt a communicet cū b, aut prædicatione affirmativa, aut prædicatione negativa vsque quo communicans cum a, non communicauerit cum b: quoniam syllogismus non terminatus erit ex propositionibus non determinatis, hoc est syllogismus, qui non est super q̄sito determinato, erit ex propositionibus non determinatis: nerū syllogismus determinatus hoc est, qui erit super quæsito determinato, sequitur vt cōponatur ex propositionibus determinatis communicantibus cum vtraque extremitate quæsiti, & ex hoc sequitur, vt ad minimum syllogismus determinatus componatur ex binis propositionibus communicantibus in termino medio & variatis in extremitatibus q̄ sint: quod si non, non potest monstrari aliquid prædicari de aliquo propter prædicationem alicuius de aliquo: quemadmodum si a communicet cum c, & c cum b, tunc sequitur vt a communicet cum b. Et ex hoc monstratur quod omnis syllogismus erit ex binis propositionibus, & terminis tribus, termino minore, & medio, & maiore. Quare syllogismus omni prædicatiuus, qui componitur super quæsito determinato, erit secundum vnam harum trium specierum syllogismorum prædicatiuorum, hoc est figuram primam, secundam, & tertiam: quod autem non inueniatur figura quarta, planum ex medio termino, qui accipitur communicare cum ambabus extremitatibus, quemadmodum si accipiatur c communicare cum b, et a, quæ sunt extremitates quæsiti, ex necessitate sequetur vnum ex tribus, vel vt subiectum maioris extremitatis sit prædicatum minoris, quemadmodum est a prædicetur de c, & c de b, & hæc figura prima: aut prædicetur de vtrisq; simul, & hæc figura secunda: aut ipsis subiciatur, & hæc figura tertia. Si vero accipiatur prædicatū maioris subiici minori, non conueniet, propterea quod prædicatū maioris prædicatur de minore, q̄m maior prædicatur in quæsito secundum naturam de minore, & ita erit idem prædicatum de seipso: quod fieri non potest, si interpretetur terminus medius secundum quæsitum positum, quod si ponatur secundum participationem, concludet aliud a quæsito, puta, conuersum suum, & hoc secundum modum, qui numeratur complicatio figurę quartæ, quam posuit Galenus: atqui erit syllogismus super alio a quæsito posito: sed in hoc non cadit cogitatio secundum naturam, neq; accipitur in sermone syllogistico non demonstrativo, neq; existimativo. Iam igitur monstratum est, quod omnis syllogismus prædicatiuus ex necessitate erit vna ex his tribus speciebus: q̄ si fuerit vnum & idem quæsitum ostensum per plura media, quemadmodum si monstratum fuerit a inesse b per inuentionem a b c, & c in d, & d in e, & e in b, erit syllogismus compositus ex vna istarum trium figurarum, aut ex duabus, aut ex tribus. Consimiliter syllogismus ad impossibile componitur etiam ex vna harum trium figurarum, & syllogismo conditionali: hoc autem monstratur, propterea q̄ syllogismus ad impossibile fit per deductionem sermonis ad impossibile per syllogismum prædicatiuum & ex eo, q̄ quesitum primum in eo sequitur & monstratur per syllogismum conditionalē: quemadmodum si dicamus q̄ diameter aut est communicans cum latere quadrati aut diuersa: deinde monstretur conditionatum ex hoc syllogismo, puta, q̄ nō est communicans per syllogismum prædicatiuum, qui deducat ad impossibile: & hoc si dicamus, si communicaret, esset proportio quadrati vnius ad quadratum alterius proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, sequitur ergo ex hoc, vt proportio quadrati lateris ad quadratum diametri sit proportio numeri quadrati ad numerum quadratum: sed iam declaratum fuit in libro elementorum, q̄ proportio duorum quadratorum vnius illorum ad reliquum non est proportio numeri quadrati ad numerū quadratum, sed est proportio duorum ad vnum, hoc autem fieri non potest & non coharet. Sed postea quam monstratum fuit, q̄ non cō municat, ponimus in eo ex syllogismo conditionali, quod a principio fecimus, puta quā dicebamus, diameter aut diuersa, aut cōmunicans: sed non est communicās: igitur ex necessitate est diuersa: hic aūt est syllogismus conditionalis diuisiuus, q̄ componitur ex binis contradictorijs perfectæ cōtradictionis, ex quibus quum vnum ponitur, concluditur alterum, quemadmodum dicemus in syllogismis conditionalibus: impossibile itaq; , veluti diximus in hoc syllogismo, mōstratur per syllogismum prædicatiuum, & quæsitum ostenditur per syllogismum conditionalē, Sed ex syllogismi conditionalis dispositionibus planum consimiliter, q̄ non est

Omnis syllogismus constat ex duabus propōsitionibus & tribus terminis.

Omnis syllogismus cathegoricus est secundū vnā trium figuratum.

Nota totum, q̄d sequitur de figura q̄rta contra, Gal. de q̄ vide supra ca. pi. 8

Nota de syllogismo ad impossē.

A sufficiens sine syllogismo prædicatiuo. Est hoc, q̄m syllogismorum conditionalium duo sunt genera prima, vnum est syllogismus communis, is videlicet, qui componitur ex consequentibus, & coaptatur per notas conditionis facientes conjunctionem: veluti si dicamus, si sol ascendit est dies: illud aūt, ex quo aliud sequitur vocatur antecedens, quod aūt sequitur consequens. Istius vero sunt binæ species: vna, vt ponatur ipsius antecedens per se & concludatur consequens: quōd modum si dicamus, atqui sol ascendit, ergo est dies: altera vero quum ponitur in ipso oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis, puta, si dicamus, atqui dies non est, ergo sol non ascendit. Sed genus secundum est conditionalis diuisus: hic autem componitur ex contradictorijs perfectæ contradictionis, & coaptantur illi notæ conditionis significantes partitionem: veluti si dicamus, hoc tempus, aut est dies, aut est nox, huius aūt sunt quatuor species: & hoc quia pertitur antecedens, & concluditur oppositum consequentis: & ponitur consequens & concluditur oppositum antecedentis, & ponitur oppositum antecedentis cōcludit consequens: & ponitur oppositum consequentis & concluditur antecedens. puta, si dicamus, atqui non est nox: igitur est dies: vel atqui non est dies: igitur est nox: vel atqui est nox: igitur non est dies: vel atqui est dies: igitur non est nox: Quum itaq; syllogismorum conditionalium genera prima sint hæc duo, si perscrutabimur ipsorū dispositionem, planum nobis fiet, quod quæsitum in ipsis id est, quod monstratur per modum conditionis: sed positum est illud quod oportet monstrare per syllogismum prædicatiuum in conditionali diuiso & coniuncto, postequam fuerit coniunctio & contradictio per se manifesta: & hoc, quoniam si fuerit coniunctio in ipsis manifesta per se, & positum manifestum per se, erit etiam cōsequens manifestum per se, & hoc planum in conditionali diuiso: q̄m si fuerit contradictio manifesta per se, & positum manifestum per se, erit quæsitum quoq; manifestum per se. Puta, si primum extiterit quod mundus ex necessitate aut est nouum aut æternum: & fuerit etiam planum q̄ non est æternum: erit igitur ex necessitate per se quoq; manifestum, q̄ est nouus. Consimiliter se habebit dispositio in conditionali coniuncto: si enim motum esse est manifestum per se, & natura manifesta per se sine medio, ergo naturam esse per se quoq; manifestum erit. Eodem pacto si fuerint operationes animæ manifestæ ab anima per seipsam & anima erit manifestæ inuentionis per se. Consimiliter si motor fuerit manifestæ inuentionis, & motū quoq; extiterit per se, q̄ est a motore, igitur & motor erit manifestę inuentionis per se. Eodem modo si priuatio motus in re aliqua fuerit manifesta per se: & priuatio ipsius a motore nota etiam per se, igitur priuatio motoris ibi erit per se manifesta. Et vniuersaliter quā cōsideraueris demonstrationes, quæ prodeunt processu cōditionatum in scientijs, & hoc in quæstibus secundū naturam, inuenies coniunctionem aut manifestam per medium aut per positionem

Sylli. cōditionalis diuisus nō cōstat ex duabus propōsitionibus & tribus terminis, sufficiens sine prædicatiuo

Syllogismi cōditionalis duo sunt genera, quorū primum est syllogismus communis. secundū syllogismus diuisus.

Syllogismus conditionalis cōiunctus duas habet spās. Nota de syllogismo conditionali diuisiuo, cuius sunt quatuor species.

B

C & hoc sequitur quidem in syllogismis conditionalibus, qui non sunt prædicatiui in potentia, hoc est, qui sunt conditionales veri. Cæteruni qui sunt in potentia prodest processus conditionis: & propterea potest p ipsos monstrari ipsius p se, & seorsum p additionē propositionis, & hæc cōditionalū species ea est, in qua cōmunicat antecedēs cū cōsequēte in termino vno: sed tū cautissimus hoc in tractatu, q̄m destinauimus ad hoc. Quod si fuerint duę dispositiones in syllo cōditionali p se note, nō esset ecturus omnino ad declarādū rē ignotā p naturā: et fortasse est sicut ad mōstrādū aliq̄d minus occultū ignoto p naturā, q̄madmodū fit inductio & ei similia. Nec dici potest, qd̄ q̄madmodū sunt ꝓpositiones in syllo p̄dicatino p se note, & cōclusio ignota, cōsimiliter accidat, vt res sit in syllo cōditionali, hoc est vt sint ambæ ꝓpositiones p se notæ id est cōditionalis & posita, & sic cōclusio ignota, q̄m accidit vt sint ambæ ꝓpositiones in syllo p̄dicatino notę, & cōclusio ignota: q̄m ꝓpositiones nō cōplectūr, nisi vt existimemus, q̄ ꝓpter cōplicationē sequit cōclusio: sed ꝓpositiones in syllo cōditionali nō requrunt ad cōpositionē, vt ex ipsis sequat id, q̄d sequit. Quare opus est vt intelligamus locū istū sup Ari. nō q̄madmodū dixit Abumazar, neq; q̄madmodū super ipso in hoc debuit Abēzoa. & omnino p inductionē quā descripsimus, manifestum, qd dixit Ari. q̄madmodum manifestū etiā est, qd̄ ex sermone nostro planum factum fuit, multa esse per se nota, veluti animam esse & reliqua: atqui ponimus ista per hāc

In syllogismo p̄dicatino ꝓpositiones sunt per se notæ, & concio ignota, & nō cōiungitur nisi vt sequatur conclusio. sed in syllogismo conditionali nō requiruntur ꝓpōnes vt ꝓpter cōpōnē ipsarū se quatur conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnia syllogismorū genera pficiūtur per primam figurā.


modum monstrationis. Verum fieri non potest, vt si vna & eadem via, qua consistamus super noto per se & super ignoto per naturam, Sed tam declaratum fuit quod omnia syllogismorum genera perficiuntur per primam figuram, & qđ resoluuntur ad vniuersales ipsius, quemadmodum prædictum fuit: & hoc, quoniam alij a prædicatiuis perficiuntur per prædicatiuos, & prædicatiui perficiūtur per primam figuram, & particulares, qui sunt in prima figura p vniuersales eiusdem, secundum quod expositum fuit.

De qualitate, & quantitate terminorum syllogismi. Cap. XXIIII.

In omni syllogismo terminum aliquem prædicatuum esse.

IMplius autem in omnibus oportet aliquem terminorum prædicatiuum esse & vniuersalem: sine vniuersali enim nō erit syllogismus, aut nō ad hoc quod positū est, aut qđ ex principio est petere. Ponatur enim musicā voluptatē esse studiosam, si ergo poposcerit voluptatem esse studiosam, non addēs omnem, non erit syllogismus: si autem aliquam voluptatem esse studiosam: si aliam quidem, nihil ad hoc qđ' positum est: si aūt eandē, qđ' ex principio erat, sumit. Magis autem fit manifestum in figuris: B vt quoniam æquicruris æquales sunt anguli, qui sunt ad basim.

Ysocheles, ꝙ Latine æquicrus dicitur, est trigulus duorū æqualium laterū.



Sint enim in centrum ductæ a b, si ergo æqualem sumpserit a c angulum ei, qui est b d, nō omnino petens æquales eos, qui sunt semicirculorum: & rursum c ei, qui est d, non omnem assumens cum, qui est incisionis. Amplius, ab æqualibus existētibus totis angulis, æqualibus demptis, æquales esse reliquos, scilicet e f: qđ ex principio est petet, nisi sumat ab omnibus æqualibus, æquis demptis, æqualia relinqui. F

Demonstratio, ꝙ anguli eqcruris, qui sunt supra basim, æqualis inter se sunt.



Manifestū

A Manifestum igitur quoniam in omni syllogismo oportet vniuersale esse. Et quoniam vniuersale quidem ex omnibus terminis vniuersalibus monstratur particulare autem & sic, & aliter. Quare si cōclusio sit vniuersalis, & terminos necesse est vniuersales esse: si autem vniuersales sint termini, cōtingit conclusionem non vniuersalem esse. Palam etiam quoniam in omni syllogismo aut vtraque, aut alteram propositionem similem necesse est fieri conclusioni: dico autem non solum in eo quòd affirmatiua sit, vel negatiua, sed in eo quòd necessaria, aut inesse, aut contingens: considerare autem oportet & alia prædicamenta. Manifestum autem & simpliciter quādo erit, & quando non erit syllogismus, & qñ perfectus: & quod si est syllogismus, necessarium est habere terminos scdm aliquem dictorū modorum.

In omni syllogismo propositionem aliquam esse affirmatiuam, & aliquam vniuersalem.

B PLANVM etiam ꝙ oportet, vt in omni syllogismo cōcludente sit propositio affirmatiua, quantacunq; fuerit in quantitate, & propositio vniuersalis, qualiscunque extiterit in qualitate: & hoc, quoniam si non fuerit propositio vniuersalis, nō erit ibi syllogismus omnino, siue fuerit super alio a quæsito, siue fuerit propositio eadem cum quæsito: vt in exemplo, si fuerit quæsitum an delectatio musicæ sit bonum; quod enim accipi potest ad monstrationem istius quæsiti ex necessitate, aut est idem cum quæsito, aut aliud a quæsito. Amplius, si fuerit aliud a quæsito non effugit a tribus dispositionibus, vel vt propositio accepta in hoc sit indefinita, puta, quod voluptas est bonum: vel vt sit particularis, puta, quod aliqua voluptas bonum; vel vt sit vniuersalis, quemadmodum quod omnis voluptas bonum: si igitur acciptatur propositio indefinita vt quod voluptas est bonum, non confidimus hanc voluptatem veram esse de alijs voluptatibus a voluptate musica, ergo non comprehendet q̄situm, puta quod voluptas musica est bonum. Consimiliter si ipsam exposuerimus per signum particulare, & dixerimus aliqua voluptas bonum. Fortasse enim conclusio sua plerunq; erit alia a quæsito; quemadmodum si dicamus, aliqua voluptas bonum. & verificetur de voluptate scientiæ; & similiter indefinita concludet, quod voluptas scientiæ est bona, sed hoc non est quæsitū. C Si vero accipiatur idem, quod quæsitum, planum quod non erit syllogismus: ergo necesse est vt in syllogismo cōcludente contineatur minor extremitas sub medio, secundum quod continetur pars in toto, quousq; fuerit proportio vnius ad aliud, proportio partis ad totum; & hoc in actu in figura prima, & in potentia in figura secunda & tertia: & ex hoc manifestum etiam, quod oportet propositionem contentam sub propositione vniuersali esse affirmatiuam; quoniam si esset negatiua, non contineretur sub ipsa & non inueniretur in ipsa hæc proportio; & propterea dispositio dicti de omni comprehendens istam proportionem inuenitur in actu in prima figura, in potentia vero in secunda & in tertia. Iam itaq; declaratū fuit ex hac expositione quod oportet in omni syllogismo esse aliquam propositionem vniuersalem & affirmatiuam; quodque conclusio vniuersalis monstratur quidem ex propositionibus vniuersalibus. Conclusio aūt particularis ostenditur ex duabus propositionibus, quarum altera est particularis, & hoc in figura prima ac secunda. Iam enim monstratur etiam ex binis vniuersalibus, & hoc in tertia figura; quod quum ita sit, conclusio vniuersalis non poterit monstrari, nisi ex binis vniuersalibus. Conclusiones vero particulares iam monstrantur secundum duas species simul, hoc est ex duabus vniuersalibus & ex vniuersali & particulari. Et palam etiam est, quod ambæ propositiones, aut vna ipsarum similis erit in qualitate ac modo suo cōclusioni, hoc

Ois syllogismus concludēs constat ex altera affirmatiua, & altera vlī.

In oī syllo cōcludente oportet minorē sub medio cōtineri vt partē sub toto; i actu i prima figura, in potentia in scda, & tertia.

Hoc totum vsq; ad tertiā partē huius cōmenti nō legebat i alia translatione.


Ambę ppōnes, vel vna saltē sit debet esse conclusioni, siue in qualitate & modo.

est, si fuerit conclusio necessaria, aut possibilis, aut absoluta, erunt ambæ propõnes, aut vna ipsarum secũdum hũc modũ. & hoc in syllogismis concludentibus conclusionem vnam, quæ est conclusio in eo, quod comprehenditur in dispositione dicti de omni, & ex eo, quod diximus, planum est etiam, quando est syllogismus concludens: & quando non est syllogismus concludens, & concludens qũ est deficiens, & quando perfectus: quodq; quum fuerit syllogismus prædicatiuus necesse est, vt termini in ipso ordinentur secundum vnam harum aliarum, quas disposuimus.


De numero terminorum syllogismi. Cap. XXV.

Ostm syllm ex tribus tm constare terminis, duabusq; ppõnibus: ac quo pacto, dum addunt termini propositiones crescant, ac conclusiones. Cõclusio ex dẽ demõstrata per diuersos terminos in eadem figura.

PAlam autem, & quod omnis demõstratio erit per tres terminos, & non per plures, nisi per alia & alia eadem conclusio fiat: vt e per a b, & per c d: aut per a b, & a c, & b c: plura enim media eorũdem nihil esse prohibet: hæc autem cum sint, non vnus, sed plures sunt syllogismi.



Aut rursum, quando vtrunq; a b sumitur per syllogismum, vt a per d e. & rursum b per f g: aut hoc quidem inductione, illud autem syllogismo: sed & si plures erunt syllogismi: plures enim conclusiones sunt: vt a b & c.




Conclusio p syllm, & pro syllogismũ ostensa.

Si igitur non plures, sed vnus (sic aũ contingit fieri per plura media eandem conclusionem: vt equidem per a b c d) impossibile. Sit enim conclusio ex a b c d, ergo necesse est aliquid eorũ aliud ad aliud sumptum esse: hoc quidem vt totum, illud verò vt pars: hoc enim ostẽsum est prius quod si est syllogismus, necesse est sic aliquos se habere terminorum. Habeat se ergo a sic ad b: est itaq; aliqua ex eis conclusio: aut ergo e, aut alterum eorum quæ sunt c d, aut alterum aliud quidem præter hæc. Et si e quidem ex a b tantũ, erit syllogismus: c d autẽ si quidem se habeant sic, vt sit hoc quidem vt totum, illud verò vt pars, erit aliquid ex illis & aut e, aut aliquid eorũ quæ sunt a b, aut vt pars, erit aliquid ex illis & aut e, aut aliquid eorũ quæ sunt a b, aut alterum aliud quidem præter hæc. Et si e quidem, aut eorum quæ sunt a b alterum: aut plures erunt syllogismi, aut (vt contingebat) idem per plures terminos concludi accidit: si autem aliud quidem præter hæc, plures erunt, & inconiuncti syllogismi adinuicem: si autem non sic se habeat c ad d vt faciat syllogismum, vane erunt sumpta, nisi inductionis, aut relationis, aut alicuius alius talium gratia. Si autem ex a b nõ e, sed alia quædam fiat conclusio, ex c d autem, aut horum alterum, aut aliud præter hæc: & plures fiunt syllogismi, & nõ eius quod positum est: Ponebatur enim eius quod est e esse syllogismum. Si autem non fiat ex c d nulla conclusio, & vane sumpta esse ea accidit, & non eius quod est ex principio esse syllogismum. Quare manifestum, quod omnis demonstratio, & omnis syllogismus, erit per tres terminos solos.

Auxesis negationum.

Alexan. & Philopon. legunt hęc verba affirmatiue qm si ex c d.




Ostenditur ostm syllm constare ex tribus terminis.

Hoc autem manifestum: palam quoniam & ex duabus propositionibus, & non pluribus: nam tres termini, duæ sunt propositiones: nisi si assumatur aliquid (quemadmodum in prioribus dictum est) ad perfectionem syllogismorum. Manifestum igitur quando vt in oratione syllogistica non pares sunt propositiones, per quas fit conclusio principalis (quædam enim superiorum conclusionum necessariũ

est esse propositiones) hæc oratio aut non syllogistica est, aut plura necessariis interrogauit ad positionem. Secundum igitur principales propositiones sumptis syllogismis, omnis syllogismus erit ex propositionibus quidem perfectis, ex terminis autem abundantibus: vno enim plures termini propositionibus: erunt autem & conclusiones dimidietas propositionum. Quando autem per* prosyllogismos concluditur, aut per plura media non continua, vt a b per c d, multitudo quidem terminorum similiter vno superabit propositiones: aut enim extrinsecus, aut medium ponetur intercidens terminus, vtrinque autem accidit vno minus esse interualla quam terminos: propositiones autem æquales sunt interuallis. Non tamen hæ quidem semper perfectæ erunt, illi verò abundantes, sed permutatim: quia eũ propositiones quidem sunt perfectæ, abundantes erunt termini: cum verò termini perfecti, abundantes erunt propositiones. simul enim termino addito, vna additur propositio, vndecunque addatur terminus. Quare quoniam hæ propositiones quidem perfectæ, illi verò abundantes erant, necesse est tranimutare eadem, additione facta. Conclusiones autem, non etiam eundem habebunt ordinem neq; ad terminos, neq; ad propositiones: vno enim termino addito, conclusiones adiungentur vno pauciores præ existentibus terminis: ad solum enim vltimum non facit conclusionem, ad alios autem omnes. Vt si eis quæ sunt a b c adiacet d, statim & conclusiones duæ adiacent, quæ ad a & ad b: similiter autem & in aliis. Si autem ad mediũ intercidat, eodem modo: ad vnũ enim solum non faciet syllogismũ quare multo plures cõclusiones erunt & terminis, & ꝓpositionibus.

*Cum syllogismi cuiuspiam propositio, aut assumptio syllogismo colligit, is syllogismus prosyllogismus & præratiocinatio nuncupatur.

Mõstratio, quo pacto augeat propositionũ, ac cõclusionũ numerus auctis terminis & extrinsecus additis & intercisis.



Omnem syllogismum ex tribus tantum constare terminis, duabusq; propositionibus, & quo pacto propositiones, conclusionesq; crescant, additis terminis.

ET de cætero declaratum etiam similiter fuit, quod omnis conclusio erit per tres terminos, non pauciores, neque plures: nisi fuerit vna & eadem conclusio ostenta per plures syllogismos, quorum vnusquisque sufficit ad

A concludendam conclusionem, hoc est diuersam & eandem. Asseremus autem, quod hoc potest esse bmis modis: quorum vnus est, vt exempli gratia, monstremus conclusionem per duas propositiones a b, & per duas propositiones c d tantũ, aut per duas propositiones a b tantum, & per duas propositiones c d tantũ. Modus vero secundus, vt sint ambæ propositiones concludentes conclusionẽ positam, conclusiones propositionum alterum, aut ambæ, aut vna ipsarũ. Exempli huius, vt si e conclusio concludatur per duas propositiones a b & propositio a concludatur per duas propositiones d e, & propositio b concludat per duas propositiones f g: vel vt propositio a concludatur per duas propositiones d e, & propositio b sit manifesta per inductionem, aut sit manifesta per se a principio rei. Secundum igitur modum priorem erunt syllogismi plures & conclusio vna: secundum vero modum istum erunt syllogismi plures & conclusiones plures; puta in exemplo hoc erunt tres, hoc est e conclusio vltima, & a & b, quæ sunt propositiones ad conclusionem e, & conclusiones respectu propositionum d et g. Quod si non fuerint syllogismi plures ad conclusionẽ vnã, sed syllogismus vnus, non poterit esse conclusio vna ex pluribus terminis quã tribus: quoniam iam declaratum est, quod nõ erit syllogismus ex paucioribus propositionibus duabus: ponamus igitur quod conclusio vna sit ex syllogismo vno ex quatuor propositionibus & sex terminis: quemadmodum si ponamus exempli gratia, quod e conclusio est ex propositionibus a b, & propositio e ex propositionibus c d. Sed quoniam planum, si fuerit concessum syllogismum esse ex propositionibus a b quod erit proportio vnius ad alterum, proportio partis ad totũm: & si fuerit proportio vnius ad alterum proportio partis ad totum, quod erit ex ipsis conclusio ex necessitate. Si igitur fuerit ex ipsis conclusio, ex necessitate erit vna ex tribus dispositionibus, vel vt sit ex ipsis e conclusio posita, vel vt sit conclusio vna ex propositionibus c d, aut vt sit aliud quippiã ab istis. Amplius, in omnibus istis tribus dispositionibus ad propositiones a b non effugiet, quin propositiones c d ita se habeant, vt proportio vnius ad alterum sit proportio totius ad partem, aut non sit. Quod si conclusio ex ipsis de necessitate sequitur ex necessitate, hæc conclusio consimiliter non effugiet ab his tribus dispositionibus, vel vt sit conclusio vna ex propositionibus a b, vel vt sit conclusio aliud ab istis, vel vt sit conclusio sequens ex propositionibus a b, conclusio e quæsita. Quod si ex c d propositionibus erit conclusio aliqua, erit proportio vnius ex ipsis ad alteram, proportio totius ad partem: si ergo conclusio ista erit conclusio e, aut vna propositionum a b, erunt syllogismi plures super conclusione vna: quod non est impossibile. Si vero conclusio propositionum c d non erit conclusio e, neque vna etiam ex propositionibus a b, erunt

B

C syllogismi plures super quæsitis pluribus non continũi tibimuicem. Quod si propositiones c d non ita se habuerint, vt proportio vnius ad alteram sit proportio totius ad partem, non erit vtilitas ad conclusionem: nisi acceptæ fuerint per modum inductionis ad verificandas propositiones syllogismi, aut ad occultandam celandamque conclusionem, aut ad aliud tale ex ijs, propter quæ accipiuntur propositiones non necessariæ ad conclusionem, secundum quod declararum fuit in octauo libri dialectices: & hoc est, quod sequitur, quum posuerimus, quod conclusio propositionum a b est e. Quod si conclusio propositionum a b fuerit aliud ab e, & aliud ab altera propositionum c d, non effugiet etiam consimiliter, quin conclusio propositionum c d, aut sit conclusio e, aut vna propositionum a b, aut aliud ab istis: vel vt c d sint propositiones nõ concludentes omnino. Si vero extiterit conclusio a b aliud ab e, & aliud ab altera propositionum c d, non erit syllogismus super quæsito: & si fuerit etiã conclusio propositionum c d aliud ab e, & aliud a propositionibus a b, non erit syllogismus super quæsito vno tanquam super quæsito, sed erunt syllogismi plures super quæsitis pluribus; si autem fuerit conclusio propositionum c d vna ex propositionibus a b, erunt etiam consimiliter syllogismi plures super quæsito vno, nisi aliud extiterit a quæsito. Quod si c d propositiones sint non concludentes, non conferent aliquid conclusioni propositionum a b, cum hoc sit,

Nota duos modos ad concludẽdã conclusionẽ vnam.

Si ad cõclusionẽ vnam syllogismus vnus est, nõ cõstabit nisi ex tribus terminis. nota totum.

Si ꝓpõnes, non se hãnt in ꝓportione partis ad totũ, nõ erũt ad conclusionẽ vtiles: sed erũt sumptæ gratia inductionis, aut celationis. vt in 8. top. dẽ in principio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod conclusio propositionum a b est aliud a quæsito. Si vero fuerit conclusio D propositionum a b vna ex propositionibus c d, non effugiunt similiter etiam propositiones c d ab his tribus dispositionibus, vel vt concludant e, vel vt cõcludant alteram propositionum a b, vel vt concludant aliud ab his: si igitur cõclusertur e, erunt syllogismi plures super quæsito vno: sed iam declaratũ fuit, quod hoc non est impossibile: quod si fuerit conclusio sua vna ex propositionibus a b, erit monstratio circularis & non erit ibi syllogismus super quæsito. Quod si fuerit conclusio sua, conclusio ex propositionibus c d alia ab e, & alia a b alterx propositionum a b, erunt consimiliter syllogismi plures super quæsito vno, nisi fuerit aliud a quæsito. Sin autem propositiones c d nihil concludãt pœnitus, non erit ipsis vtilitas ad conclusionem, & erunt cassæ, & erit ibi syllogismus vnus, sed super alio a quæsito. Iam igitur declaratum fuit, quòd omnino fieri non potest, vt imaginemur quæsitum vnum monstrari per syllogismum vnum compositum ex pluribus propositionibus quam duabus: & ex hoc etiam manifestum est, quod non potest quæsitum vnum monstrari per syllogismum vnum compositum ex pluribus terminis quam tribus: & hoc est, quod intendebamus ostendere. Postea igitur quam monstratum fuit quod omnis syllogismus simplex non erit ex pluribus terminis quam tribus, & tres termini erunt duæ propositiones tantum: ergo syllogismus omnis nõ erit E ex pluribus propositionibus, quam duabus, & terminis tribus, & planum erit am quod non erit ex paucioribus: igitur syllogismus omnis non erit ex pluribus terminis quam tribus, neque ex paucioribus. Quod quum fuerit planum, manifestum etiam erit quod omnis syllogismus simplex, aut compositus ex syllogismis simplicibus perfectis, in quo non deficiat propositio ex propositionibus necessarijs ad conclusionem vltimam, componitur ex propositionibus paribus, & terminis imparibus: quoniam termini superant propositiones vno: quodq; qualiscunque syllogismus fuerit secundum hanc dispositionem, & non habuerit propositiones suas pares, quod inquam non concludit, nisi in ipso accepta fuerit propositio non necessaria ad conclusionem, aut dereliqua fuerit aliqua ex propositionibus necessarijs: & proprium est hoc syllogismi, vt sint in ipso conclusiones dimidium propositionum: quoniam ex omnibus duabus propositionibus est conclusio. Syllogismus vero compositus secundum istam dispositionem vocatur coniunctus. in quo videlicet coaptantur, veluti diximus, omnes propositiones necessariæ ad conclusionem quæsiti, & repetuntur propositiones mediæ bis, semel ex eo quo sunt conclusiones, & semel ex eo quo sunt propositiones: & intelligo per propositiones mediæ propositiones, quæ sunt inter quæsitum primum & propositiones primas, ex quibus componuntur syllogismi simplices, ad quos resoluitur syllogismus cõ F positus: ipsi autem sunt per se noti, quemadmodum si monstratum fuerit quod n est in b per propositiones c d, & monstretur vtraque istarum duarum propositionum per duas propositiones: puta, si monstretur propositio c per propositiones e g. & propositio d per propositiones e b, & sint propositiones e g e b, quatuor per se manifestæ, & sint omnes propositiones istius syllogismi præter quatuor aliquãdo conclusiones, & aliquando propositiones, hoc est conclusiones respectu superiorum, & propositiones respectu inferiorum. Verum syllogismus consecutiuus, qui vocatur partitiuus, hoc est, in quo ponuntur, aut omnes propositiones tantum sine conclusionibus consequentibus ex ipsis, aut pars propositionum secundum modum, quo non dicuntur omnes propositiones, proprium habet, vt semper termini vno superent propositiones: non autem erunt propositiones semper pares & termini impares, quemadmodum erant in syllogismo composito coniuncto, sed proprium huius consimiliter erit, quam fuerint propositiones pares, vt sint termini impares, & quum fuerint propositiones impares, vt sint termini pares: quoniam hoc est proprium numerorum, quorum vnus addit super alium, quod si fuerint propositiones impares & termini pares, & additus fuerit terminus vnus, conuertetur dispositio, & erunt propositiones pares & termini impares. Quoniam

Ex quo syllogismus ois constat ex tribus terminis, cõstabit ex ppõnibus duab' necessario.

Ois syll's simplex vel cõpositus, i q̃ non deest nec supfluit propõ, habet ppõnes pares & terminos impares, et cõclones dimidiũ ppositionũ. Nota qs sit syllogismus compositus.

Nota q̃s sit syll's cõsecutiuus, q partitiuus dr.

A Igitur hoc consequitur syllogismum, vt ex propositionibus suis aliquæ aliquibus coaptentur, & non fit distinctio conclusionum inter ipsas, de quibus mentionem facimus in syllogismo coniuncto, sed negligantur: sequitur ergo vt innouetur conclusio in ipso simul cum omnibus tribus terminis ex illis conclusionibus, quarum aliqua est opus ad conclusionem quæsiti, & aliqua nõ est opus, & hæ sunt conclusiones, quæ vocantur superfluæ. Quod quum ita fuerit, erunt conclusiones innouatæ in hoc syllogismo multo plures & terminis & propositionibus, hoc est, quoniam si extiterint termini plures quatuor, & addatur terminus vnus, addentur etiam conclusiones pauciores tertuor, & addatur terminus vnus, addentur etiam conclusiones pauciores terminis præcedentibus termino vno: quoniam non complicabitur cõclusio ex minis præcedentibus termino vno: quoniam non complicabitur cõclusio ex termino addito & consequente, sed ex ipso complicabitur & termino tertio, termino addito & consequente, sed ex ipso complicabitur & termino tertio. Amplius ex ipso & ex termino quarto, & consimiliter vsque ad vltimum ter Amplius ex ipso & ex termino quarto, & consimiliter vsque ad vltimum terminorum, qui fuerit terminus additus ad extremitatem inferiorem: qui videminorum, qui fuerit terminus additus ad extremitatem inferiorem: qui videlicet subiiciatur prædicato vltimo, aut in extremitate superiore, qui prædicetur de prædicato primo. Vel vt addatur similiter etiam in medio: & hoc, quoniam quum fuerit additus in medio, faciet iridem conclusiones cum terminis superioribus & cum inferioribus præter duos terminos consequentes, quorum alter superior, & alter inferior.

Nota hic de multiplicatione cõclusionum.

B Exemplum huius: quoniam si nobis subiiciantur termini quatuor a b c d, erunt ex terminis istis tres conclusiones, conclusio ad terminos a b c, & conclusio ad terminos a c d, & conclusio ad terminos b c d. Quod si addatur superclusio ad terminos a c d, & conclusio ad terminos b c d. Quod si addatur superaddatur terminus vnus, vt exempli gratia e, innouantur tres conclusiones, præ ipsos terminus vnus, vt exempli gratia e, innouantur tres conclusiones, pra ipsos

Universidad de Deusto
Biblioteca

postrema, in illa quidem dupliciter, in hac verò tripliciter. Manifestum ergo quoniam vniuersalem affirmatiuam construere quidem difficillimum, destruere autem facillimum: omnino autem est interimenti quidem vniuersalia, quàm particularia facilius. Etenim si nulli, & huic alicui non inest, interemptum est horum autem alicui quidem non, in omnibus figuris monstratur: nulli autem in duabus. Eodem autem modo & in priuatiuis: etenim si omni, & si alicui, interemptum est quod ex principio. Hoc autem fit in duabus figuris. In particularibus autem simpliciter, aut omni, aut nulli ostendentem inesse. Construenti autem, facilius est particularia: nam in pluribus figuris, & per plures modos. Omnino autem non oportet latere, quoniam destruere quidem per se inuicem est, & vniuersalia per particularia, & hæc per vniuersalia: construere autē non est per particularia, vniuersalia: per illa verò, hæc est. Nam si omni, & alicui. Simul autem manifestum, quoniā destruere quàm construere facilius. Quomodo ergo fit omnis syllogismus, & per quot terminos, & propositiones, & quomodo habentes se adinuicem: amplius autem quæ propositio in vnaquaq; figura, & quæ in pluribus, quæ in paucioribus monstratur, palam ex his, quæ dicta sunt.

Quæ problemata per vnam, & quæ per plures figuras concludantur: & quæ facile, quæue difficulter concludi possint.

SED quoniam species conclusionum, quæ sunt ex syllogismis, sunt apud nos notæ, & in quot figuris sit vna, & eadem conclusio, & in quot speciebus sit istius figuræ: Planum nobis erit in hoc, qualis species conclusionum ac quæsitorum ita se habuerit, vt cum difficultate super ipsa syllogismus inuenti possit: & qualis syllogismorum species ita etiam se habeat, vt facile sit per ipsa inueniatur syllogismus: quoniam manifestum, q̄ species, quæ monstratur per syllogismos plurium figurarum & plurium specierum, q̄ figuræ vnius & eiusdem, q̄ inquam est facilior ex, quæ ostenditur per syllogismos pauciores figurarum & pauciorum specierum. Monstratum est itaq;, q̄ vniuersalis affirmatiua non ostenditur nisi in prima figura, & hoc in vna specie ipsius: & declaratum est etiam, q̄ vniuersalis negatiua monstratur in duabus figuris prima & secunda: sed prima in vna tantum specie, in secunda in binis speciebus. De affirmatiua etiam particulari consimiliter monstratum fuit, quod concluditur in figura prima in specie vna ipsius, & in tertia in tribus speciebus. Et consimiliter quoque monstratum fuit, quod particularis negatiua concluditur in omnibus figuris: in prima in specie vna, in secūda in binis speciebus, & in tertia in tribus speciebus. Quod quum ita fuerit, vt exposuimus. Planum quod difficillima ad construendum est vniuersalis affirmatiua, quum per vnicam viam construatur: ad destruendum vero est omnium facillima, quum destruatur per constructionem particularis negatiuæ: particularis autem negatiua construitur facillima omnium, quum in pluribus ex ipsis construitur: amplius, quia cōstruit per vniuersalem negatiuam: & omnino vniuersalis destructio facilior quā particulare, & per constructionem sui contradictorij, quod est particulare, & per constructionem sui contrarij, quod est vniuersale. Vniuersalis autem negatiua construitur in duabus figuris, & destruitur etiam in duabus figuris: nisi quod destructio ipsius facilior est constructione eiusdem: & hoc, quia destruitur per constructionem particularis affirmatiuæ & vniuersalis affirmatiuæ, quæ construitur per modum vnum, & est conclusio per se. Particularis vero quæsita constructu facilio ra sunt quam destructu: & hoc, quoniam cōstruuntur ex vno modo per se, & monstrant in pluribus figuris ac speciebus pluribus: & ex modo constructionis ipsius vniuersalis quod continet ex, destruuntur autem per modum vniuersalis sui contradictorij tantum: & propterea inter ipsa difficultas est in destruendo negatiuum particulare, quoniam ipsum vtique destruitur per vniuersale affirmatiuum, quod ex ipsis constructu difficillimū est. Et oino constructio affirmatiui difficilior est cōstructione negatiui, & hoc, quoniam particulare negatiuum monstratur per plures vias, quā sunt hæ per quas ostenditur particulare affirmatiuum. Consimiliter vniuersale negatiuum monstratur per plures vias quam sint hæ, per quas monstratur vniuersale affirmatiuum. Quum ergo constructio affirmationis sit destructio inuentionis, propter hunc modum iam vere possumus dicere, quod destructio est facilior constructio ne. Quod si accipiamus vniuersale particulare q; construenda ac destruēda, erit destructio vniuersalis leuior constructione eiusdem, particularis autem eadem ratione. Sed iam declaratum est ex eo, quod diximus, qualis erit ordo terminorum in syllogismis, & ex quot terminis & ex quot propositionibus constabit, & quō oportet proportionē propositionū inuicem se habere, & quale quæsitum in qualibet monstretur figura, & quod ostenditur in figuris paucioribus, & quot in figuris pluribus. Iam itaque cōpleta est pars primi istius tractatus.

Oino cōstructio affirmatiui est difficilior cōstructione negatiui.

Difficillima ad cōstruendū vtris affirmatiua, ad destruendū facillima.

Particularis negatiua ad cōstruendū facillima, ad destruendā difficillima.

De abundantia propositionum. Inuentio neque medii syllogistici.

CAPVT XXVII.

QVOMODO autem idonei erimus semper syllogizare ad propositum, & per quam viam sumemus circa vnumquodque principia, nunc dicendum. Nō enim solum forsasse oportet generationem considerare syllogismorum, sed & potestatem habere faciendi. Omniū igitur quæ sunt, hæc quidem sunt talia, vt de nullo alio prædicentur vere vniuersaliter: vt Cleon, & Callias, & quod singulare, & sensibile: de his autem alia: nam & homo, & animal vterque horum est. Illa vero & ipsa quidem de aliis prædicātur, de illis autem alia prius nō prædicantur: alia autem & ipsa de aliis, & de his alia, vt homo de Callia, & de homine animal. Quoniam ergo quædam eorum quæ sunt, de nullo nata sunt dici, palam: nam sensibilium pene vnumquodque est huiusmodi, vt de nullo prædicetur, nisi vt secūdum accidens: dicimus enim quandoque album illud Socratem esse, & hoc venicus Calliā. Quoniam autem in sursum pergentibus statur quādoque, rursum dicemus: nunc autem sit hoc positum: de iis ergo prædicatum aliquod non est demonstrare, nisi secundum opinionem: sed hæc de aliis, neque singularia de aliis, sed alia de ipsis. Quæ autem in medio sunt, manifestum quoniam vtrunque cōtingit: nam & hæc de aliis, & alia de his dicuntur: & pene rationes, & considerationes sunt maxime de his. Oportet ergo propositiones circa vnumquodque horum sic sumere supponentem, ipsum primum & definitiones, & quæcunque propria sunt rei: deinde post hoc quæcunque sequūtur rem. Et rursum quæ res sequitur, & quæcúque non contingunt ipsi inesse: quibus aūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa non contingit, non sumendum, eo quod conuertitur priuatiua. D
Diuidendum autem est & eorum quæ sequuntur, quæcunque in eo
qd quid est, & quæcũq; vt propria, & quęcunq; vt accidentia dicant:
& horũ quæ secũm opinionẽ; & quæ secũm veritatem. Quanto, n. plu-
rium talium abundauerit quis, citius inueniet cõclusionem: quanto
autem veriorum, magis demonstrabit. Oportet autem eligere non
quæ sequuntur aliquam, sed quæcunque totam rem sequuntur: vt nõ
quod aliquẽ hominem, sed quod omnem hominem sequitur: per
vniuersales enim propositiones fit syllogismus. Cum autem est in-
definitum, incertum, si vniuersalis est propositio: cum vero definitũ,
manifestum. Similiter aũt eligendum & quæ ipsum sequitur totum,
propter dictam causam. Ipsum autem quod sequitur, non est sumen
dum totum sequi: dico vt hominem omne animal: aut musicã, omnẽ
disciplinam, sed simpliciter solum sequi, quemadmodum & præten-
dimus: etenim inutile alterum, & impossibile: vt omnem hominem E
esse omne animal, vel iustitiam, omne bonũ, sed cui consequens est,
in illo omni esse dicitur. Quando autem ab aliquo continetur su-
biectum, cuius cõsequentia oportet sumere, quæ vniuersale quidem
sequuntur, vel non sequuntur, nõ eligẽdum in his: sumpta enim sunt
in illis: quæcunque enim animal, & hominem sequuntur, & quæcun-
que non animali insunt, similiter. Quæ autem in vnoquoque sunt
propria, sumendum: sunt enim quædam speciei propria præter ge-
nus: necesse est enim diuersis speciebus propria quædam inesse. Neq;
autem vniuersale eligendum iis quæ sequitur quod continetur: vt ani
mal iis quæ sequitur homo, necesse est enim si hominem sequitur
animal, & hęc omnia sequi, conuenientia autẽ hæc hominis electioni.
Sumendũ autem & quæ plerunque sequitur ea quæ consequuntur:
nã & ꝓblematibus q̃ plerunq;, & syllogismis ex ꝓpositionibus, quę
plerũq; aut oibus, aut aliqbus. sunt enim est vniuscuiusq; cõclusio,
principiis. Amplius, q̃ omnibus sequẽtia sunt, non eligendũ, nõ erit F
syllogismus ex ipsis, ob quã aũt causam, in sequẽtib⁹ erit manifestũ.

PARS SECVNDA.

De inuentione mediꝰ syllogistici.

DIXIT. Sed iam est opus, vt sciamus quomodo cadit syllogismus super omni quæsito, cuius cognitionem intendimus, & per qualem viam accipiantur propositiones cuiuscunque syllogismi: non enim solum nobis est opus, vt cognoscamus quid syllogismus, sed etiã vt sciamus ordines, per quos accidit, vt faciamus syllogismum: hoc autem perficitur ex cognitione duarum specierum ordinum: quarum vna est, vt sciamus ordines, in quibus accidit syl-
logismus: secunda vero, vt sciamus ordines, in quibus sunt exitus propositio-
nũ syllogismi. Dicamus igitur, ꝙ entium aliqua de nullo pœnitus prędicantur, nisi per accidens, & per viam non naturalem: de ipsis vero reliqua prædican-
tur, puta, indiuidua substantialia sensibilia, vt Zijad, dicimus enim quod Zij ad est homo & animal, quodque reliqua de ipso prædicant: ipsum vero non dẽ de reliquis, nisi per accidẽs, veluti quũ dicimus, quod hoc albũ est Zijad. Alia vero sunt, de quibus aliqua prædicantur, quęq; & ipsa de aliquo dãr, quemad-

Nota duos ordines inuẽiendi syllogismũ ad q̃situm quorũ vnus est ad materiã, alter ad formam,

A modũ prædicatio specierũ de indiuiduis, & generũ de speciebus, puta, in exẽ-
plo, prædicatio animalis de homine, & ꝓdicatio hominis de Zijad & Amar,
quod hinæ istæ species inuenlantur, manifestum per se. Tertia vero species est
eorũ, quæ prædicantur de aliquo, & nihil omnino de ipsis prædicatur, & hoc
secundũ vtã naturalẽ. Amplius, species ista prædicationis monstratur in libro
secundo vtã naturalẽ. Amplius, species ista prædicationis monstratur in libro
demonstrationis, quoniã ibi ostẽditur, ꝙ prędicata omnino deuenirent ad prędi
catũ vltimũ, de quo penitus non dicitur prædicatum. Quod, quã fuerit positũ, Maxima ps
& planum etiam exiterit, ꝙ maxima pars inuestigationum & quæstionũ est quęstionũ ẽ
de rebus mediis inter ambas istas extremitates, hoc est, quæ prędicantur de ꝓdicatis me
aliquo, & aliquid de ipsis prædicatur. Planũ ꝙ omne quæsitũ inuentũ in hoc dijs interex
genere, in quo sit & prædicatum & subiectũ, ꝙ omne, innuã, quæsitum tale ita tremitates. i
se habeat, vt & ipsum de alio dicatur, & aliud de ipso prædicetur. Quod, quum ꝑsta genera-
etiam fuerit positũ, consimiliter sequitur vt via, per quam omnino assequimur lissima, & i
dispositiones cuiuscunq; quæsiti, contineatur sub hoc genere en- diuidua.
tiũ, hoc est sit sub mediis, posteaq̃ a principio distinctũ fuerit quæsitũ in duos
terminos, prædicatũ, videlicet & subiectũ, quũ quæsitũ omne distinguit in istos
duos terminos. Præterea, inspiciemus ea oia, quæ inueniuntur in vnoquoque Via ꝛt ad ꝓ
istorũ terminorũ, hoc est ea, quæ sequitur subiectũ quæsiti, quæque sequuntur positiões cõ
prædicatũ eiusdẽ: puta, definitiones, genera, differẽtias, propria & accidẽtia cõ sequẽdas su
sequentia rem; & ad hæc ea, in quibus inuenitur vnusquisq; terminorũ quæsi- mi ex ꝓdi-
ti, hoc est ea, ex quibus sequitur subiectũ quæsiti, & ex quibus sequitur prædi- caris mediꝰ
catũ eiusdẽ, & ea ꝛt consimiliter, quæ negantur ab vtroque terminorũ duorum Quę sint in-
istorũ, quũ iam monstratũ fuit ꝙ negationes cõuertuntur. Oportet aũt vt discer- spiciẽda ex
namus, qualis ex istis prædicatis sunt definitiones vnius duorũ terminorũ, aut parte subie-
genus, qualis ex istis prædicatis sunt definitiones vnius duorũ terminorũ, aut cti & ꝓdica
vtriusque, & qualia gẽa, & qualia propria, & qualia accidẽtia cõsequentia. Et ti in qsito.
consimiliter opus ꝛt est vt discernamus, quale ex istis est definitio in veritate,
aut genus, aut proprium, aut accidẽs, & quale ex istis est definitio secundũ opi-
nionẽ celebratã, aut genus, aut proprium, aut accidẽs, secũdem ꝙ facit dialecti-
cus in quæcũq; arte, quũ quod erit secũm veritatẽ, fiet in arte demonstrationis,
quod aũt erit secũm opinionẽ celebratã, fiet in arte dialecticę, & omnino quanto
cognitiones erimus specierũ propositionũ, tanto citius inueniemus quæsitum.
Cæterũ ex cõsequentibus oportet vt accipiant vniuersaliter cõsequẽtia vtrũ-
que terminorũ, hoc est prædicata de vtroq; ipsorũ: non autẽ cõsequẽtia appro
prianta, quæ sunt particularia, hoc est, quæ prædicantur de aliquo ipsorum, puta,
in exẽplo, si fuerit quæsitũ, an homo ita sit, non debemus eligere, quod sequitur
aliquẽ hominẽ, sed quod sequitur omnẽ, quũ non est syllogismus, nisi ex propoſi
C tionibus vniuersalibus, quemadmodũ declaratum fuit. Cõsimiliter nõ est opus, Sepimentũ,
vt accipiamus propositiones indefinitas, quarũ potẽtia est potentia particula- hoc ẽ determi-
ris, secundum ꝙ declaratum fuit, neq; planũ ex dispositione ipsarũ, an sint par- natio, est
ticulares, an vero vniuersales. Rodẽ pacto oportet, vt eligamus ea, quę conse- addenda su-
quuntur vterque duorum terminorum, vniuersalia, puta in exẽplo, quod secundũ biecto, non
dãr, non refert hoc in loco, siue quæsierit consequens suum per se, aut cõsequẽs prędicato.
huius vniuersalis cõprehendentis ipsum, puta in exẽplo, si quęramus, verbi Quũ quęri-
gratia, consequentia hominem, & nouerimus, ꝙ animal continet hominem, nõ mus aliqd cõ
refert hoc in loco, siue accipiamus aliquod consequens ex consequentibus ho- sequens non
minẽ, aut aliquod consequens, ex consequentibus animal: quoniã omne id, qd refert, siue
consequitur cõprehendẽs hominẽ, tam & hominem consequitur. Amplius, si accipiamus
quæramus aliquid, quod sequatur vnum duorum terminorum, & fuerit termi- ꝓpinquũ siue
nus, cuius consequentia quærimus, continens aliquod subiectorum suorum, nõ remotius
est opus, vt simus solliciti ad verificandũ, ꝙ consequens istum terminũ, sequitur nam qđ vni
subiectũ suũ, quã planũ est, ꝙ omne consequens aliquid, cõsequitur etiam co- uersalius est,
ꝛt subiectũ suũ, cõprehendit
ꝛt minus vni
uersale,


Si terminus, cuius consequens quæri mus, aliquid cõtinet, non oportet, vt examinemus an illud consequens de illo contento prædicet: illud.n. est manifestũ quod si prædicat de continente, de contẽto etiã prædicabitur.

prehensum in ipso. Sed est opus, vt verificemus, q̃ terminus, cuius consequẽs accipitur, comprehenditur in hoc subiecto: puta in exemplo, si animal sequitur hominẽ, & continet ipsum, sequitur etiam omne id, quod continetur ab ipso homine. Atqui opus est, vt verificemus, q̃ in hoc continetur, aut non continetur homo. Et est etiam opus, vt eligamus ex filiis consequentiis proportionatis quæstro: si enim exiterit quæsitum possibile vt multum, accipiamus consequentia possibilia vt multum: quonam syllogismus quæsitorum possibilium vt multum erit ex propositionibus, quæ sunt vt multum: quemadmodũ syllogismus quæsitorum existentium in materia necessaria erit ex propositionibus necessarijs. Hi autẽ sunt duo ordines, per quos quærimus copiam propositionis, & omnis syllogismi, cuius constructionem intendimus.

Medij syllogismorum inueniendi regulæ. Cap. XXVIII.

CONSTRVERE ergo volẽtibus aliquid de aliquo toto, eius quidẽ quod constituitur inspiciẽdum ad subiecta de quibus ipsum dicitur: de quo autem oportet prædicari, quæcunque hoc sequuntur. Si enim aliquod horum sit idem, alterum alteri necesse est inesse. Si autem non quod omni, sed quoniam alicui, quæ sequitur vtrunque: si enim aliquod horum idem fuerit, necesse est alicui inesse. Quãdo autem nulli oporteat inesse, cui quidem oportet non inesse, ad sequentia subiecti: quod autem oportet non inesse, inspiciendum ad ea quæ non cõtingunt illi adesse. Aut conuersim cui quidem oportet non inesse, ad ea quæ non contingunt eidem adesse: quod vero non inesse, inspiciendum ad sequentia. Nam si hæc sint eadem vtrorumque, nulli cõtingit alteri alterum inesse: sit enim quandoque quidem in prima figura syllogismus, quandoque autem in media. Si autem alicui non inesse, cui quidem oportet non inesse, quæ consequitur: quod vero nõ inesse, quæ non possibile est illi inesse. Si enim aliquid horum sit idẽ, necesse est alicui non inesse. Magis autem fortasse erit sic, vnumquodque eorum, quæ dicta sunt, manifestum. Sint enim sequẽtia quidem a, in quibus b: quæ autem ipsum sequitur, in quibus c: quæ autem non contingunt ei inesse, in quibus d: rursum autem ipsi e quę quidem insunt, in quibus f, quę autem ipsum sequitur, in quibus g: quæ autẽ non contingunt eidem inesse, in quibus h.

Figura methodi pro medio in singulis coniugationibus & vtilibus, & inutilibus inueniendo ex antiquis excerpta.




Antecedentia bonũ. Felicitas, Bona habitudo, Sanitas, Virtutes, Quod secũm naturã, Perfectũ, cuius gñs, operatio sc̃ũm virtutem.

Antecedentia voluptatem, Sanitas, abundãtia, Bona gloria, Bona propagatio, operatio secundum virtutem, tranquillitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si ergo eidem aliquid eorum quæ sunt e, alicui eorum quæ sunt f, necesse est a omni e inesse: nam f quidem omni e, e autem omni a, quare omni e inest. Si autem c & g idem, necesse est alicui e inesse a: nam id quod est c, a id vero quod est g e omne cõsequitur. Si autem f & d sint idem: nulli e a inerit ex prosyllogismo: quoniam enim cõuertitur priuatiua, & f ei quod est d idem, nulli f inerit a: f autẽ omni e. Rursus si b & h idem: nulli e inerit a: nam h a quidem omni: ei autem in quo e nulli inerit: Idem enim erat ei quod est h, h autem nulli e inerat. Si autẽ g d & idem, a alicui e non inerit: nam ei quod est g non inerit a, quoniam neq; dig aũt sub e est, quare alicui e non inerit. Si autem g & b idem, conuersus erit syllogismus: nam g inerit omni a, nam b ei quod est a: e autem ei quod est b, idem enim erat ei quod est g: a autem ei quod est e omni quidem nõ necessarium est inesse, alicui autem necessarium: eo q̃ cõuertatur vniuersale prædicatiuum in particulare. Manifestum ergo quoniam ad prædicta per- B
spiciendum vtrunque in vnaquaq; quæstione per hæc enim oẽs syllogismi. Oportet autem & sequentium, & quibus sequitur singulũ, ad prima & vniuersalia maxime inspicere. Vt e quidem magis ad K f, quam ad f solum: a autem ad K e magis, quã ad e solũ. Si enim ei quod est K f inest a, & ei quod est f inest, & ipsi e: si vero hoc non sequitur a, possibile est id quod est f sequi. Similiter autem & in quibus idem sequitur, considerandum: nam si primis, & iis quæ sub ipsis sunt, sequitur: si autem non his, & iis quæ sub ipsis sunt, possibile. Palã autẽ quoniam per tres terminos, & duas propositiones consideratio, & per prædictas figuras syllogismi omnes: monstratur enim omni quidem e inesse a, quando eorum, quæ sunt c f, idem quiddam sumitur: hoc autem erit medium, extremitates autem a & e: fit enim prima figura. Alicui autem, quando c & g sumitur idem: hoc autem postrema figura, medium enim fit g. Nulli vero, quando d & f idem: sic aũt & prima figura, & media: prima quidem, quoniam nulli f inest a: si quidem conuertitur priuatiua: f autem, omni e. Media aũt quoniam d a quidẽ nulli: e autem omni inest. Alicui autem nõ inesse, quãdo d & g idẽ fuerit: hæc autẽ postrema figura: nam a quidem nulli g inerit, e vero omni g. Manifestum igitur est quoniam per prædictas figuras omnes syllogismi. Et quoniã nõ eligendum quæcũque omnibus sequãtur, eo q̃ nullus fiat syllogismus ex ipsis: nam construere quidem non omnino erat ex sequentibus: priuare autem non contingit per ea, quæ omnibus sequuntur: oportet enim huic quidem inesse, illi vero nõ inesse. Manifestũ autem quoniam & aliæ considerationes, quæ secũdum electiones, inutiles ad faciendum syllogismum. Vt si sequentia vtrunque eadem sint, aut quæ sequitur a, & quæ non contingit e inesse: aut rursum quæcunque non possibile est vtrique inesse. non enim fit syllogismus per hæc. Nam si sequentia sint eadem, vt b & f, media fit figura, prædicatiuas habẽs vtrasq; propositiones.

A



O. N.

Inconstãtes ex duabus affirmatiuis in secũda figura, qa cõcludit contraria.

B

Si autẽ ea, quæ sequitur a, & quæ non contingit e, vt c & h, prima erit figura priuatiua habens propositionem ad minorẽ extremitatẽ. Si aũt quecunque non contingũt vtriq; vt d & h, priuatiuæ vtreq; propositiones erũt, vel in prima figura, vel in media. sic aũt nullo modo erit syllogismus. Palam autẽ & quæ eadẽ, sumendum secundũ cõsiderationẽ, & non quę diuersa, vel cõtraria: primũ quidẽ quoniam medii gratia, inspectio: medium autem non diuersum, sed idem oportet sumere. Deinde & in quibus accidit fieri syllogismum, q̃ sumãtur contraria, aut non contingentia eidem inesse, in prædictos omnia reducuntur modos. Vt si b & f sint contraria, aut non contingãt eidem inesse: erit enim his sumptis syllogismus, quoniã nulli e inest a, sed non ex ipsis, sed ex prædicto modo: nam b a quidẽ omni, e aũt nulli inerit: quare necesse est b idem esse alicui eorum, quæ sunt h, C
Rursum si b & g non possint eidem adesse, erit quoniam alicui e nõ inerit a: nam & sic media erit figura: nam b a quidẽ omni, g vero nulli inerit. quare necesse est g idem esse alicui eorum quæ sunt d: nam nõ contingere g & b eidem inesse nihil differt, aut g alicui d idẽ esse. omnia. n. sumpta sunt in d, quæ nõ contingunt a inesse. Manifestũ ergo quoniã ex istis quidẽ inspectionibus nullus fit syllogismus: & si b & f sint contraria, idem esse b alicui h, & syllogismum semper fieri per hęc. Accidit ergo sic inspicientibus considerare viam aliã necessariũ, eo q̃ quandoque latet identitas horũ, quæ sunt b & h

De syllogismis ad impossibile.

Eodẽ aũt modo se habẽt & q ad impossibile deducũt syllogismi, ostẽsiuis: nã & ipsi fiũt per ea quæ sequũtur, & quibus sequit vtrũq;. Et eadẽ cõsideratio in vtri sq;: nam quod monstratur ostensiue, & per impossibile est syllogizare, & per eosdẽ terminos, & quod p impossibile, & ostẽsiue. Vt quoniam a nulli e inest: ponatur enim alicui inesse: ergo quoniam b omni a, a autem alicui e, & b alicui e inerit: sed nulli inerat. Rursum quoniam alicui inest a: si enim nulli

Propositum de præcipua conclusio.


e ineſt a, e autem omni g, nulli g inerit a, ſed omni inerat. Similiter D autem eſt in aliis propoſitis: ſemper enim erit in omnibus per impoſſibile oſtenſio, ex ſequentibus, & quibus ſequitur vtrũque. Et in vnoquoque propoſito eadem conſideratio & oſtenſiue volenti ſyllogizare, & ad impoſſibile ducere: nam ex eiſdem terminis vtræque demõſtrationes. Vt ſi oſtenſum eſt nulli e ineſſe a: quoniam accidit & b alicui e ineſſe, quod eſt impoſſibile. Si ſumptum ſit e quidem nulli b, a autem omni b ineſſe, manifeſtum eſt enim quoniam nulli e inerit a. Rurſum ſi oſtenſiue ſyllogizatum ſit a ineſſe nulli e: ſuppoſitis ineſſe per impoſſibile monſtrabitur nulli ineſſe. ſimiliter autem & in

Syllogiſmus mendacii dicitur ſyllogiſmus ad impoſſibile, qđ falſum concludit.

aliis. In omnibus enim neceſſe eſt iis, qui per impoſſibile communem aliquem ſumere terminum alium a ſubiectis, ad quem erit mendacii ſyllogiſmus: quare conuerſa ea propoſitione, altera autem ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Differt autem oſtenſiuus ab eo, qui ad impoſſibile: quoniam in oſtenſiuo ſecundum veritatem ambæ propoſitiones ponuntur: in eo autem qui ad impoſſibile, falſa vna. hæc vero erunt magis manifeſta per ſequẽtia, quando de impoſſibili dicemus: nunc autem tantum nobis ſit manifeſtum, quoniam ad hæc perſpiciendum, & oſtẽſiue volentibus ſyllogizare, & ad impoſſibile deducere. In aliis autem ſyllogiſmis quicunque ſunt ex hypotheſi, vt quicunque ſecundũ tranſſumptionẽ. aut ſecundum qualitatem in ſubiectis, non in prioribus, ſed in tranſſumptis erit conſideratio, modus autem inſpectionis idem: conſiderare autem oportet, & diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi: monſtratur ergo vnumquodque propoſitorum ſic. Eſt autem & alio modo quædam ſyllogizare horũ, vt vniuerſalia per particularem inſpectionem ex hypotheſi. Si enim c & g eadem ſint, ſolum g autem ſumatur e ineſſe, omni e inerit a:

De ſyllogiſmis ex ſuppoſitione.

Coniugatio hæc concludit vniuerſalem, quia minor hæc cõuertitur in terminis.



Et rurſum ſi g & d eadem, ſolum autem de g prædicetur e, quoniam nulli e inerit a: manifeſtum ergo quoniam ſic inſpiciendum.

Eodem

A Eodem autem modo & in neceſſariis, & in contingentibus: nam eadem conſideratio, & per eoſdem terminos erit, eodemq; ordine & cõtingentis, & ineſſe ſyllogiſmus. Sumendum autem & in contingentibus & quæ non inſunt, poſsibilia autem ineſſe. Oſtenſum eſt enim quoniam & per hæc fit contingentis ſyllogiſmus. ſimiliter autem ſe habebit & in aliis predicationibus. Manifeſtũ ergo ex prædictis quoniam nõ ſolum poſsibile eſt per hanc viam fieri omnes ſyllogiſmos, ſed etiam quoniam per aliam impoſsibile. Omnis enim ſyllogiſmus oſtenſus eſt quoniam per aliquam prædictarum figurarum fit. has aũt non contingit per alia conſtitui, quam per ſequentia. & quæ ſequitur vnumquodq; : ex his enim propoſitiones. & medii ſumptio: quare nec ſyllogiſmum poſsibile eſt fieri per alia. Ergo methodus quidem de omnibus eadem eſt, & circa philoſophiam, & circa artem & quãlibet diſciplinam. Oportet enim quæ inſunt, & quibus inſunt, circa

Nõ eſſe aliã viam a prædicta conſtituendi ſyllogiſmorum

B vnumquodq; colligere, & his quam plurimis abundare, & hoc per tres terminos conſiderare: deſtruentem quidem ſic, conſtruentẽ vero ſic: & ſecundum veritatem quidem, ex iis quæ ſecundum veritatem ſcripta ſunt ineſſe: ad dialecticos autem ſyllogiſmos, ex propoſitionibus, quæ ſunt ſecundum opinionem. Principia autem ſyllogiſmorum vniuerſaliter quidem dicta ſunt, & quomodo ſe habeant, & quomodo oportet inquirere ea: quatenus non aſpiciamus ad omnia quæ dicuntur, neq; eadem conſtruentes, & deſtruentes, neque conſtruẽtes de omni, aut de aliquo, deſtruentes ab omnibus, aut ab aliquibus, ſed ad pauciora, & determinata. Secundum ſingulum autem eorũ, ſed ad pauciora, & determinata. Secundum ſingulum autem eorũ, quæ ſunt eligere: vt de bono, aut diſciplina. Propria autem in vnaquaq; ſunt plurima, quare principia quidem, quæ ſunt circa vnũquodque experimento eſt creſcere, dico autẽ vt aſtrologicam quidem ex perientiã, aſtrologicæ diſciplinæ: ſumptis enim ſufficienter apparẽtibus, ſic inuentæ ſunt aſtrologicæ demonſtrationes. Similiter autẽ

Principia ſyllogiſmorũ, terminii, propoſitiones, figuræ.

C & circa quamlibet aliam ſe habet & artem, & diſciplinam. Quare ſi ſumantur quæ inſunt circa vnumquodq;, noſtrum erit iam demonſtrationes prompte declarare: ſi enim nihil ſecundum hiſtoriã omittatur eorum, quę ſubtiliter, & uerè inſunt rebus, habebimus de omni (cuius quidem non eſt demonſtratio) hanc inuenire, & demonſtrare: cuius autem non nata eſt demonſtratio, hoc facere manifeſtum. Vniuerſaliter ergo, quo opertet modo propoſitiones eligere, pene dictum eſt: per diligentiam autem per tranſiuimus in eo negotio, quod circa dialecticam eſt.

Ordines, quibus ſyllogiſmi cuiuſcunq; formã inquirimus.

ORdines vero, quibus inquirimus ſyllogiſmum perſe, hoc eſt formam ſuam, ſunt, ſecundum q̃ dicam: & hoc, quoniam omne quæſitum, cuius quærimus ſyllogiſmum, aut eſt affirmatiuum vniuerſale, aut negatiuum vniuerſale, aut affirmatiuum particulare, aut negatiuum particulare. Si igitur quæſitũ exteri erit vniuerſale affirmatiuum, & voluerimus ipſum concludere, oportet vt cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Particularis affirmatiua cõcludit ex subiectis. i. antecedentibus ad vtrũq; terminum quæsiti in tertia figura.

Vniuersalis negatiua duob' modis concluditur per primam, & secundam figuram.

Tribus modis concludunt particularis negatiua.

Eligẽda sũt ex cõsequẽtibus, & antecedẽtibus quę sunt magis vniuersalia.

sideremus prædicatũ subiecti sui, & subiectũ prædicati sui: & si inuenerimus ali quod subiectum prædicati esse idem cum aliquo prædicato subiecti, ex necessitate prædicatum ipsius erit in omni subiecto: hoc autem manifestum ex eo, ꝙ hęc positio est eadem cum positione primæ figuræ, propterea ꝙ vniuersalis affirmatiua concluditur in hac figura: puta in exemplo si quæsierimus an omnes partes mundi sint nouæ & mundus disponatur per compositum, & compositum subiicitur mundo: & complicetur syllogismus hunc in modum: omnis pars mundi est compositum: & omne compositum nouum: omnis itaq; pars mundi est nouum. Quod, si voluerimus concludere affirmatiam particularem per propositiones vniuersales, fieri hoc poterit, si accipiamus duos terminos subiectos simul: si enim inuenerimus aliquid vnum & idem subiectum vtriq;, ex necessitate sequitur, vt prædicatum inlit alicui subiecto: hoc autem manifestum per positionem tertiæ figuræ: puta in exemplo, si quæritum nostrum fuerit, an aliquis motus sit æternum: & aliquid inueniatur subiectum ambobus istis terminis, vt corpus cæleste: & complicetur syllogismus hunc in modum: corpus cæleste mouetur: & corpus cæleste est æternũ: & concluditur, aliquod motum est æternum: sed & hoc accidit in figura prima, quum inuenerimus vnum ex subiectis prædicati per se vnum ex prædicatis de aliquo subiecto quæsiti. Sin aũt voluerimus concludere vniuersalem negatiuam, fieri potest hoc secundum duos modos: vel vt concluderemus consequẽtia subiectũ quæsiti, & id, qd' non põt subiici prædicato quæsiti: si enim inuenerimus cõsequens subiectũ quæsiti idem cum subiecto, qd' nõ potest subiici prædicato quæsiti, concludetur nobis in prima figura quod prædicatum quæsiti non potest inesse alicui subiecto quæsiti: puta in exemplo, si quæramus an anima sit immortalis: & per se motum sit consequens subiectum istius quæsiti: & idem hoc sit subiectum: qd' non põt esse subiectum prædicati istius quæsiti; & complicetur ita syllogismus, omnis anima per se mouetur: nullum per se motum est mortale: & concluditur ex hoc, quod omnis anima non est mortale. Modus vero secundus, vt consideremus consequentia prædicatum, & inueniamus aliquid, quod negetur a subiecto: ex hoc enim concludetur nobis in secunda figura quod prædicatum negatur ab omni subiecto: puta in exemplo, si quæsierimus, an vacuum sit vnum ex entibus naturalibus: & inuentũ fuerit ens sensibile, quod sequatur entia naturalia, & negetur a vacuo: & complicetur syllogismus hunc in modum: vacuum non est sensibile, & entia naturalia sunt sensibilia: & conclusio, vacuum non est vnum ex entibus naturalibus. Sin autem voluerimus concludere negatiuam particularem, fieri poterit hoc secundum tres modos: quoniam iam monstratum fuit, ꝙ hęc concluditur in tribus figuris: vnus ipsorum, si consideraremus consequentia subiectum, & quæ non possunt inesse prędicato, concludetur in secunda figura, ꝙ prædicatum non est in aliquo subiecto: puta in exemplo, si quæsierimus, an aliqua anima non sit mortalis: & inueneriamus consequentia aliquam animam, puta, habere operationes per se, & aliquando non est operatio sua per se: & complicemus syllogismum hunc in modum, aliqua anima habet operationes proprias: & nullum mortale habet operationes proprias: redit enim ad primam figuram per conuersionem negatiuæ, & concluditur ꝙ aliqua anima non est mortalis: sed hoc etiam monstratur in tertia figura, si accipiamus subiecta subiecto quæsiti huius & ea, a quibus negatur prædicatum: si igitur inuenerimus ex istis aliquid, quod sit vnum & idem, concludetur nobis in tertia figura, ꝙ prædicatum negatur ab aliquo subiecto. Sed hoc etiam accidit in prima figura, si ex cõsequẽtibus subiectũ inueniãt aliqd, qd sit idẽ cum eo, cui nõ põt inesse p̃dicatũ. Præterq; ꝙ cõcluditur istud q̃sitũ ex ꝓpositionibus vtibus in figura tertia tãtũ: atq; volebamus hoc, vt acciperent ꝓpositiones vtes. Sed oportet vt eligant, ex cõsequẽtibus vtiq; extremitatẽ & subiectis eiscẽ, qd' est magis vtr et magis vtriq;, si fuerit syllis ex talibus ꝓpositionibus, erit ẽt syllis ex eo, qd est minus vtr: qm in ipsis cotinet: ꝙ si cõ inueniet syllus ex eo, qd est magis vtr, iã inueniri poterit ex eo, qd est minus vtr, et põt ẽt nõ inueniri: puta i exẽplo si inuenianus syllin sup eo, qd ẽ hoiẽ ex cõpositũ ex cõtrarijs ex eo, ꝙ habet oãp exionẽ: et sup hoc inueniamus syllin ex eo, qd est sẽsibile: qm sẽsibile ẽ magis appropriatum quam habens cõplexionem, & continetur in ipso: quare igi-

A tur inuenerimus inesse habemi complexionem, tam inuenimus & sensibili: & quum inuenerimus complexionem habens inesse sentibilis, tam inuenimus complexionem habens inesse homini. Quũ itaq; inuenerimus contrarta inesse homini per medium cõplexionẽ habens, tam & ipsa inuenimus per mediũ sentibile: quod, si non inuenerimus syllin super hoc ex parte, qua est habens complexionem, tam fieri poterit, vt super hoc inueniatur syllis ex parte, qua est sentibile: & tam põt etiam non inueniri. Cæterum ex hoc planum est: quod nõ euadet, quin hæc intentio sit per duas propositiones & tres terminos, secundum qd' declaratum fuit ex dispositione syllogistica: & quod non erit syllogismus, nisi in tribus figuris, de quibus mentionẽ fecimus, & ex istis in concludendibus. Quod aũt oportet dimittere in copia propositionũ, quũ accipimus consequẽtia & subiecta, ea est id, ex quo complicatur figura non concludẽs: quemadmodũ non est opus, vt accipiamus consequens ambas extremitates, quum fuerit vnum & idem, quoniam ex hoc erunt binę affirmatiuæ in secunda figura: tam enim monstratũ fuit, qd non cõcludit. Conimiliter non est opus, vt accipiamus, quod negatur ab vtrisque: propterea quod tam declaratum fuit nihil concludi ex duabus negatiuis. Eodem modo, si fuerit subiectum subiecto quæsiti, & qd' negatur a subiecto quæsiti, vnũ & idem, non est opus vt accipiamus ipsum: quũ erit minor negatiua in prima figura: sed tam declaratum fuit qd' non concludit. Planum etiam ꝙ

B erit vtiq; syllus, quũ idem positũ fuerit bis: hoc est quũ habuerit ꝓportionẽ ad duos terminos, proportionẽ prædicati, aut subiecti: & hoc est terminus medius: si enim fuerit terminus medius duæ res, nõ erit syllis: quũ sequitur vnã duarũ existentiarũ inesse vni aut negari ab eo. Quod aũt nonnulli existimauerũt qd' erit

Nota, quę si ne dimittenda in arte intendenda me dium.

tyllis, quũ acceptis fuerint duo ad ambas extremitates varia sibi cõtrarietates, & olio illud, qd' nõ põt cõplicari cũ alio: qm hoc reducitur ad id, cuius est positionis alterius rei, q̃ sequitur vnã ipsarũ, & negatur ab altera: & forsitan acceptionis alterius rei, q̃ sequitur vnã ipsarũ, & negatur ab altera: & fortasse hoc nõ erit cõcludẽs. Puta in exẽplo, si aliqs monstrare contendat, qd voluptas non est finis hois, eo quod voluptas est malũ, & finis hominis bonum: nãq; ex hoc conclusum fuit, qd voluptas nõ est finis hois ex eo, qd a principio concluſit, qd' voluptas nõ est bonũ ex parte, qua est malũ: quũ igitur cõplicitũ fuerit cũ hac cõclusiõe, qd finis hois bonũ, cõcludemus qd voluptas nõ ẽ finis hois. Tales igitur syllis sunt syllis cõpositi ex pluribus figuris, nõ aũt syllis quarus sim

Contra opinionem illorũ, qui dicebant acipienda esse duo contraria ad ambas extremitates, vt concludatur negatiua.

p̃ex. Qui vero existimauit talẽ syllin esse vnũ syllin simplicẽ, ipse est similis ei, qui existimat syllin cõpositũ esse syllin simplicẽ: qui aũt hoc arbitratur, ignorat quid sit syllis simplex: & qui ignorat, quid sit syllis simplex ignorat ẽt syllin absolute. Cõsiler quoq; se habebit syllus ad impossibile sedm cõsiderationẽ, hoc est p ea, quę ꝓportionẽ habẽt ad vtrunq; terminorũ: hęc aũt sunt tria, quẽadmodũ diximus: aut ea, q̃ subiicitur illi, aut ea, q̃ prædicantur de ipso: aut ea, quæ

Syllis ad impoſe per eandem considerationem potentiam syllis cõstrui, p quã & syllus cathegoric'.

C negantur ab ipso, vel sedm modum subiecti, vel sedm modũ prædicati: qm hoc non variatur in negatione, sedm qd diximus. Hoc aũt manifestũ eo, qd oẽ q̃stiũ, qd' monstratur p syllin p̃dicatiuũ, põt ẽt mõstrari in his eisdem terminis p syllin p̃dicatiuũ. Puta in exẽplo, si habuerimus, qd b insit oĩi a: & nõ insit alicui e, & voluerimus p duas istas propositiones mõstrare qd a nõ ineſt alicui e p viã impossibilis, dicemus, a nõ ineſt alicui eiqa si nõ, inerit ergo a alicui e: sed iã habebamus qd b ineſt oi a, & cõcludit nobis qd b ineſt alicui e: sed iã habebamus, qd b nõ ineſt alicui e: qd est impossibile, & non cohæret: qd, si voluerimus cõcludere hoc p viã p̃dicationis, dicemus qd a nõ ineſt alicui eiqm b non ineſt alicui e, & ineſt omni a: & eodem pacto monstratur res in omnibus quæritis: & hoc, qm ambo syllogismi, hoc est p̃dicatiuus, & deducens ad impossibile, sunt vtique p acceptionẽ cõsequentiũ ambas extremitates, aut p subiecta ipsarum, aut per acceptionẽ alicuius, qd ponitur in ipsis. Sed differunt in

Omne quęsitum, qd syllogistice cathegorice ostdit, põt & per syllogismum ad impoſe conclu di, & eõuerso in eisdem terminis.

Differentia inter syllm ad impoſe, & cathegoricum.

se, qm syllis deducẽs ad impossibile cõplicatur ex binis ꝓpositionibus, quarũ vna est propositio vera, & altera falsa, & cõcludit cõtradictoriã ꝓpositionis sę cũdæ veræ. Syllogismus vero prędicatiuus ex ambabus propositionibus veris, non aũtẽ aliis: non igitur coaptatur syllus ex ipsis, nisi cognouerimus per binas

Universidad de Deusto
Biblioteca

propositiones: hoc autem erit per vias, quas narrauimus: Quod si ita fuerit, erit ubi syllogismus prædicatiuus: si vero acceperimus contradictorum quæsiti, & vnum ipsarum ipsi coaptauerimus, erit syllogismus ad impossibile: hoc autē manifestius monstrabitur, quum declarabuntur species syllogismorum prædicatiuorum, quæ ex his in syllogismum ad impossibile, & huiusmodi syllogismis conditionalibus, quibus est opus ad hunc modum considerationis: qm iam declaratum fuit, quod non monstratur quæsitum secundum naturam, nisi coniunxerimus illi syllogismum prædicatiuum, qui ostendat aut veritatem positi, aut veritatem coniunctionis. Secundum itaq; modum istum considerationis monstratur omne quæsitum, siue fuerit in materia necessaria, siue in materia possibili. Amplius ex hoc manifestum, quod non dicimus, omnem syllogismum fieri posse per istam viam: sed q̄ non potest syllogismus fieri nisi per hanc viam: propterea quod iam monstratū fuit, quod omnis syllogismus erit in vna trium figurarum: quodq; tres, istæ figuræ erunt ex ijs, quæ prædicantur de duabus extremitatibus, aut subijciuntur binis extremitatibus. Quare non potest inueniri syllogismus, nisi ex consideratione istorum, hoc est consequentium & subiectorum. Quod, si planum fuerit omnem syllogismum esse secundum considerationem istorum, manifestum etiam ex hoc erit, quod omnis syllogismus erit in vna trium figurarum, & ex duabus propositionibus, ac terminis tribus. Via igitur hæc ad copiam propositionum, ac syllogismorum super quæsitis est vniuersalis omnibus artibus ac doctrinis, seu veræ extiterint, seu probabiles: nam veratum vera inueniuntur consequentia ac subiecta, & probabilium probabilia. Quarę, via hæc confert nobis in cognitione acquirendarum propositionum ad omne quæsitum: quod si non, fortasse crederemus, nisi esset apud nos via hæc, quod deceret ad assequendum quodcunq; quæsitum inspicere ad quācunq; rem ex propositionibus: & ad propositiones vnas eas dem in quæsitis affirmatiuis, ac quæsitis negatiuis: nec solum hoc, sed etiam potemus existimare nos assecutum ire omnes quæsitorum species, hoc est affirmatiuum vniuersale, & negatiuum vniuersale, & affirmatiuum particulare, ac negatiuum particulare per vnam viam, & ex propositionibus vnis eisdem. Atqui, quū habuerimus hanc viam, tunc erit intentio nostra in quocunq; quæsito ex rebus determinatis notis paucis secundum numerum: quum enim fecerimus hoc quæsitum, oportet vt appropriemus cuicunq; quæsito propositiones appropriatas generi, in quo fuerit hoc quæsitum, proportionatas ipsi. Quemadmodum, si fuerit q̄ situm operatiuum, eligendæ erunt propositiones proportionatæ rebus voluntarijs. Quia si extiterit scientiale, accipiemus res proportionatas rebus speculatiuis appropriatis huic generi, de quo speculatur ars hæc speculatiua: & propterea opus est in cognitione propositionum primarum in omnibus generibus, hoc est appropriatarum, vt sint proportionatæ conclusioni. Puta in exemplo, si opus fuerit cognoscere stellas, hoc est scientiam astrologiæ, oportet prius cognoscere situm motuū stellarum: & propterea ex eo, quod nouimus per intellectionem & inspectionem motus stellarum erraticarum, poterimus inuenire demonstrationes super cognitione suorum orbium consimiliter in omni arte atque omni scientia, cuius intellectio est necessaria. Si enim adepti fuerimus cognitionem omnium primorum, & propositionum, quæ inueniuntur in hoc genere, tunc facile poterimus inuenire demonstrationes super omnibus rebus quæsitis in hoc genere, & cognoscemus etiam de quo afferri potest demonstratio in hoc genere, & de quo nō potest. Sed iam diximus vniuersaliter, quomodo oporteat acquirere syllogismos ac propositiones. Sermo autem expositiuus & appropriatus vnicuiq; quæsitorū generi dicetur in libro dialecticę.

Omne quæstum, siue in materia necessaria, siue possibili per viā dictam monstratur.

Via prius dicta est vtilis omnibus artibus, & doctrinis.


Procedentibus hac via in quocunq; quæsito, sumendę sunt ppōnes cuncunque gñi appropriatæ, secūdum diuersitatē ipsorum quæstorum.

De diuisione, & eius syllogismo. Cap. XXIX.

QVoniam autem diuisio per genera, parua quędam particula est dictę methodi, facile videre: est enim diuisio velut infirmus syllogismus: nam quod oporteat quidem ostendere petitur, syllogizatur vero semper aliquid superio

A rum. Primum autem idem hoc latuit omnes utentes ea, & suadere conati sunt, quoniam esset possibile de substantia demonstrationem fieri, & de eo quod est quid: quare neq; quoniam contingebat syllogizare eos qui diuidunt, intellexerunt: neq; quoniam contingebat sic, quemadmodum diximus. Ergo in demonstrationibus quidem cum oporteat quid syllogizare, oportet medium per quod fit syllogismus minus semper esse, & non vniuersaliter de prima extremitate. Diuisio autem contrarium vult, nam uniuersalius sumit mediū. Sit enim animal quidem in quo a, mortale autem in quo b, & immortale in quo c, homo uero, cuius terminum oportet sumere, in quo d. omne ergo animal accipit aut mortale, aut immortale: hoc autem est quicquid erat a, omne esse aut b aut c: Rursus hominē semp, qui diuidit, ponit animal esse, quare de d sumit a esse: ergo syllogismus quidem est quoniam d, aut b, aut c omne erit: quare hominem aut mortalem, aut im

B mortalem oportet sumere: nam mortale quidem, aut immortale esse necessarium est animal: mortale autem non necessarium est, sed petitur. Hoc autem erat quod oportebat syllogizare.



Syllogismus diuisiuus.

C

Et rursus, qui ponit a quidem animal mortale, in quo autem b pedes habens, in quo autem c, non habens pedes, hominem uero d: similiter sumit a quidem aut in b, aut in c esse. omne enim animal mortale aut pedes habens, aut pedes non habens est: de d autem a. nam hominem animal mortale sumpsit esse: quare habens pedes, uel non habens pedes esse animal, necesse est hominem: pedes aūt habens nō necesse est, sed sumit: hoc autem erat, quod oportebat rursum ostendere. Et ad hunc modum semper diuidentibus, vniuersale quidem accidit eis medium sumere: de quo oporteat ostendere & differentias, & extremitates, in fine aūt quoniam hoc est homo, aut quicquid erat quod quæritur, nihil dicunt manifestum, quare necessarium est esse: etenim aliam viam faciunt omnem: non quidem contingentes idoneitates, opinantes esse. Manifestum est autem quoniam neque de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

struere hac via est, neque de accidente aliquid, aut de proprio syllo D
gizare, neq; de genere, neque de quibus ignoretur vtrum hoc modo, aut illo sic habet: vt putas ne diameter est symeter, vel asymeter? si enim sumat quoniam omnis longitudo est symetros, vel asymetros: diameter autem longitudo, syllogizatum est quoniam symeter, vel asymeter est diameter. Si autem sumetur incommensurabile, quod oportebat syllogizare sumetur, non ergo est ostendere: nam via quidem hæc: per hanc autem non est ostendere symetrum, vel asymetrum: in quo a, longitudo: b autem symeter, aut asymeter: diameter c. Manifestum est igitur quoniam neque ad omnem considerationem congruit inquisitionis modus, neque in quibus maximè videtur conuenire, in his est vtilis. Ex quibus ergo demonstrationes fiunt, & quomodo, & ad quæ perspiciendum secundum vnumquodque propositum, manifestum ex dictis.

De diuisione, & eius syllogismo.

Via diuisiua, qua processit Plato, parua ps est dictæ speculationis. B

DIxit, Via autem diuisionis est parua pars istius modi speculationis: qm̃ ipsa considerat copiam propositionum, quæ sunt ex differentijs consequẽtibus. Causa autem, quare est pars parua, est, qm̃ diuisio est velut infirmus syllogismus, & non syllogismus verus: quicunque enim ratiocinatur per viã diuisionis, ponit id, super quo oportebat afferre demonstrationem per syllogismum, & sem per ponit aliquid, quod exit propositiones, & non comprehenditur in ipsis: & hoc per variationem eius, super quo est intentio in syllogismo. Dixit, Antiqui aũt existimarunt de via diuisionis, quod est syllogismus: qm̃ per ipsam cognoscimus definitiones rerum. Sed error ipsarum de via demõstrationis fuit duplex: vnus, quia existimauerunt, quod definitio ostenditur per demonstrationem: alter qm̃ arbitrati sunt, viam diuisionis esse syllogismum: quapropter ignorarunt qd̃ possit sciri per demonstrationẽ, & quod non possit sciri: qd̃ enim ostenditur per syllogismum, monstratur vtique per syllogismos, de quibus mentionem fecimus. Quod igitur diuisio non sit vere syllogismus, planum: eo quod terminus medius in syllogismo semper est particularior priori extremo, & prius extremum, quod est prædicatum quæsiti comprehendit amplius quam ipsum: in diuisione autem res econuerso se habet, hoc est, quoniã terminus medius est vniuersalior maiore extremitate, quæ est prædicatum quæsiti: puta in exemplo, si ignorauerimus an homo sit mortalis, vel immortalis: & cognouerimus binas propositiones, quarum vna est, qd̃ homo est animal: & altera quod animal aut est mortale, aut immortale: quam itaque monstrare voluerimus vnam istarũ duarũ propositionum, ꝙ homo aut est animal mortale, aut immortale, hoc est vnum ex binis istis oppositis, vt ex hoc perficiamus definitionẽ: & est, qm̃ est aſal mortale aut nõ mortale: & cõplicemus orationẽ hãc in modũ, hõ est aſal, & aſal aut mortale aut immortale: sequitur aũt ex binis istis ꝓpositionibus, ꝙ hõ aut est mortale, aut immortale, non aũt qd̃ sit vnã istorũ perfecte, quod erat quæsitum: nisi forte ita exciterit per se manifestum, aut notum per aliquem syllogismum ex supra relatis. Medius igitur terminus in hoc syllo, qui est animal, est communior quæsito: qd̃ est mortale aut immortale. Constat, si fuerit notum apud nos, ꝙ homo est animal mortale: & ꝙ mortale aut est bipes aut multipes: & voluerimus mõstrare, vtrã istorũ fuerit hõ, nõ inuenietur aliquo modo vtilitas hæc in via diuisionis. Quare diuisio non est syllogismus aliquo pacto, non in quæsitõ simplr, vt si res sit, aut nõ sit, neq; in quæsito rei coaptatæ, quemadmodum si quæsitum fuerit, an res sit accidens, vel genus, vel proprium, vel definitio: attamen est vtilis in syllogismo. Sed iam dictum fuit, per quid possideamus syllogismos, & quomodo ipsos possidebimus: & super qua re opus est considerare in omni specie quæsitorum.

Error antiquorum duplex.

Quod diuisio non sit syllus.

A

PARS TERTIA.

De resolutione syllogismorum in propositiones.
Cap. XXX.

Syllogisticæ rõnes in aliquam prædictarum figurarum reducuntur.

QVomodo autem reducemus syllogismos in prædictas figuras, dicendum erit post hæc: restat enim consideratio hæc, si enim, & generationem syllogismorum inspiciamus, & inueniendi habeamus potestatem: amplius autem factos reducamus in prædictas figuras, finẽ habebit quod ex principio propositum est: accidet etiam simul quę prædicta sunt confirmari, & manifestiora esse, quoniam sic se habent, per ea quæ nunc dicenda sunt. Oportet enim omne quod uctum est, ipsum sibiipsi manifestum * esse omnino. Primum ergo oportet tentare duas propositiones acci B pere syllogismi, facilius enim in maiora diuidere quam in minora: maiora autem compositiora sunt, quam ea ex quibus componuntur. Deinde considerare: utra, in toto, & utra in parte. Et si non ambę sumptæ sint, cum qui ponit alteram. Aliquoties enim uinci salem protendentes, eam, quæ in hac est, non sumunt, neq; scribentes, neq; interroganres: aut has quidem protendunt, per quas autem hæc concludunter, omittunt: alia uero uane interrogant. Considerandum autem si quid superfluum sumptum sit, & si quid necessarium omissum: & hoc quidem ponendum, illud uero auferendum, donec ueniat quis ad duas propositiones: sine his enim, non est reducere sic interrogatas orationes. In aliquibus ergo facile est uidere quod minus est: aliqui uero latent, & uidentur quidem syllogizare, eo quod necessarium quid accidit ex iis quæ posita sunt. Vt si sumatur, non substantia interempta substantiam non interimi, ex quibus autem est, interemptis, & quod ex eis est corumpi. His enim positis, necessariũ C est substantiæ partem esse substantiam: non tamen syllogizatum est per ea quæ sumpta sunt, sed desunt propositiones. Rursum si cum est homo, necesse est esse animal: & cum est animal, substantiam: & cum est homo, necesse est esse substantiam: sed nondum syllogizatum est: non enim se habent propositiones ut diximus. Fallimur auté in talibus, eo quod necessarium quidam accidat ex his quæ posita sunt, quoniam & syllogismus, necessarium est: in plus autem est necessarium, quam syllogismus: nam omnis syllogismus, necessarium: necessarium autem non omne, syllogismus. Quare non (si quid accidat positis quibusdam) statim tentandum est reducere, sed primum sumendum est duas propositiones. Deinde sic diuidendum in terminos. Medium autem ponendum terminorum, qui in utrisque propositionibus dicitur: necesse est enim medium in utrisque esse in omnibus figuris. Si ergo subuciatur, & prædicetur medium:

*In plus ē necessarium ꝙm syllus.

De Resolutione in terminos.


Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ipsum quidem prædicetur, aliud vero de illo abnegetur, prima erit figura. Si autem & prædicetur, & negetur ab aliquo, media erit figura: si vero alia de illo prædicentur, aut hoc quidem prædicetur, illud vero ab illo negetur, postrema. sic enim se habuit in postrema figura medium. similiter autem etsi non vniuersales sint propositiones, nam est eadem determinatio medii. Manifestum igitur quoniã in qua oratione non dicitur idem frequenter, non fit syllogismus: non enim sumptum est medium. Quoniam autem habemus quod propositorum in vnaquaque figura clauditur, & in qua vniuersale, & in qua particulare, manifestum est quoniam non ad omnes figuras perspiciendum, sed in vnoquoq; proposito propriam. Quæcunq; uero in pluribus concluduntur, medii positione cognoscimus figuram frequenter ergo falli accidit circa syllogismos propter necessarium, quemadmodum dictum est prius: aliquoties autem propter similitudinem positionis terminorum: quod non oportet latere nos. Vt si a de b dicitur, & b de c: uidebitur enim sic se habentibus terminis esse syllogismus: non fit autem neq; necessarium quicquã, neq; syllogismus. Sit enim in quo a semper esse, in quo autem b intelligibilis Aristomenes, in quo autem c Aristomenes: uerum est autem a inesse b, semper enim est intelligibilis Aristomenes: sed & b de c. nam Aristomenes est intelligibilis Aristomenes: a autem nõ inest c, corruptibilis est enim Aristomenes; non igitur fiebat syllogismus sic se habentibus terminis, sed oportebat vniuersaliter a b sumi propositionem: hoc vero falsum, quod putabat, omnẽ intelligibilem Aristomenẽ semper esse: cum Aristomenes sit corruptibilis.

De necessario, ceteris terminorũ.

De deceptione iuxta similitudinem põnis terminorum.

Aristomenes & Micalus auditores fuere Platonis.




Syllogism' non concludens, quia nulla põnisfarum vtis,

Rursum sit in quo quidem c Micalus: in quo autem b musicus Micalus, in quo autem a corrumpi cras. Verum est ergo b de c prædicari: nam Micalus, est musicus Micalus: sed & a de b: corrumpetur enim cras musicus Micalus: a autem de c falsum: hoc autem idem est priori: non enim uerum est uniuersaliter, Micalus musicus quoniam corrumpetur cras, Hoc autem non sumpto non erat syllogis-

mus. Hæc ergo fallacia fit in eo quòd penè: ut enim nihil differens dicere hoc huic inesse, aut hoc huic omni inesse, concedimus. Frequẽter autem mentiri euenit: eo quòd non bene exponuntur secundum propositionem terminj, vt si a quidem sit sanitas, b autem ægritudo, c vero homo. verum est enim dicere quoniam a nulli b contingit inesse: nulli enim ægritudini sanitas inest: & rursum quoniam b inest omni c: omnis enim homo susceptibilis est ægritudinis: uidebitur ergo accidere nulli homini contingere sanitatem inesse. Huius autem causa est, quòd non bene exponuntur termini secundum locutionẽ, quoniam transsumptis quæ iis sunt secundum habitudines, non erit syllogismus. Vt si pro sanitate quidem ponatur sanum, pro ægritudine autem ægrum: non enim verum est dicere quoniam non contingit ægrotanti inesse sanum esse: hoc autem non sumpto, non fit syllogismus, nisi contingentis. Hoc autem non impossibile, contingit enim nulli homini inesse sanitatem.

Promiscue utitur Arist. thesi, & ecthesi, pro eodem.

De ecthesi terminorum fallacia, cũ termini diuersimode ippõnibus assumuntur.



Coniugatio concludens, quia termini in concreto sumuntur.

Rursum in media figura similiter erit falsum. Nam sanitatem ægritudini quidem nulli, homini uero omni contingit inesse: quare nulli homini ægritudo. In tertia autem figura secundum contingere accidit falsum: etenim sanitatem, & ægritudinem, & disciplinam, & ignorantiam, & omnino contraria, omni eidem contingit inesse: sibi uero inuicem impossibile, hoc autem confessum in prædictis. Cum enim eidem plura contingerent inesse, contingebant & sibi inuicem. Manifestum igitur quoniam in omnibus his fallacia fit propter terminorum expositionem: transsumptis enim his, quæ sunt, secundum habitudines, nihil fit falsum. Palam ergo quoniam secundum huiusmodi propositiones semper quod est secundum habitum, pro habitu sumendum, & ponendum terminum. Non oportet autem terminos semper quærere nomine exponi, sæpe enim erunt orationes, quibus non ponuntur nomina: quare & difficile erit reducere huiusmodi syllogismos. aliquoties autem & falli accidet propter huiusmodi inquisitionem: ve quoniam immediatorum erit syllogismus. sit enim a

Nõ semper terminos nomine, sed interdũ oõne exponendos esse.

Syllogismus immediatorũ appellat, quãdo extre

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

rum, que affirmatiuæ, & prædicatum conclusionis, nullũ nomen, nullumque medium intercedens, inter extremumque simplex.

De exthesi terminorum compositorũ, & obliquorum syllogismi.

Non semper termini sunt in recto sumendi.


Ex his terminis fit propositio habẽs prædicatum obliquum.

duo recti, b autem triangulus, c uero æquicrus: ergo ei quod est c, D ineſt a propter b: ei uero quod est b, non iterum propter aliud: per se enim triangulus habet duos rectos, quare nõ erit medium eius quod est a b, cum sit demonstrationis. Manifestum enim quoniam medium non sic semper est sumendum ut hoc aliquid, sed aliquando ut orationem, quod accidit & in prædicto. Ineſſe autem primum medio, & hoc postremo non oportet sumere, ut prædicentur semper ad seinuicem: similiter, & primum de medio, & hoc de postremo: & in non ineſſe similiter, sed quoties dicitur esse & uerũ dicere, hoc toties arbitrari oportet significare & ineſſe. Vt quoniam contrariorum una est disciplina: sit enim a unam esse disciplinam, b autem contraria sibinuicem: a ergo ineſt b, non quoniam contrariorum unam esse eorum disciplinam, sed quoniam uerum est dicere de ipsis unam esse eorum disciplinam.

A Vna scientia B Contraria E

Accidit autem quandoq; primum de medio dici: medium autem de tertio non dici: ut si sophia est disciplina, boni autem est sophia: conclusio, quoniam boni est disciplina: & non bonum quidem est disciplina, sophia autem est disciplina. Quandoq; autem medium quidem de tertio dicitur, primum autem de medio non dicitur: ut si qualis omnis est disciplina, aut contrarii. Bonum autem est & contrarium, & quale: conclusio quidem, quoniam boni est disciplina. Non est autem bonum disciplina, neq; quale, neq; contrarium: sed omnium, disciplina. Non est autem bonum disciplina, neq; conclusio secundũ rectum, neq; quale, neq; contrarium: sed bonum hæc. Est autem quandoq; neq; primũ de medio, neq; hoc de tertio: primo de tertio quandoq; quidem dicto, quandoq; autem non dicto. Vt si cuius est disciplina, huius est genus, boni autem est disciplina: conclusio, quoniam boni est genus. Prædicatur autem nullum de nullo: si autem cuius est disciplina, genus est hoc, boni autem est disciplina, conclusio, F quoniam bonum est genus: ergo de extremo quidem prædicatur primum, de se autem inuicem non dicuntur. Eodem autem modo & non ineſſe sumendum, non enim semper significat non ineſſe hoc huic, non esse hoc, hoc: sed aliquando non esse hoc huius, aut hoc huic: ut quoniam non est motionis motus, aut generationis generatio, uoluptatis autem est, non ergo uoluptas generatio. aut rursus quoniam risus est signum: signi autem non est signum, quare non est signum risus: similiter autem & in aliis, in quibus interimitur propositum: eo quod dicitur aliquo modo ad id genus. Rursum quoniam occasio non est tempus opportunum: Deo enim occasio quidem est, tempus autem opportunum non est. eo quod nihil sit Deo conferens. Terminos enim ponendum est occasionem, & tempus opportunum, & Deũ: propositio aũt sumenda scdm nominis casum.

A




Hęc conclusio dicit in tertia figura ex .p positionibus in obliquo.

B

Simpliciter enim hoc dicimus de omnibus, quoniam terminos quidem semper ponendũ secundum declinationes nominum, ut homo, aut bonum, aut contraria, nõ hominis, aut boni, aut contrariorum: propositiones aũt sumendum scdm cuiusq; casus. aut .n. qm̃ huic ut æquale, aut qm̃ huius ut duplum, aut qm̃ hoc ut feriens, uel uidens, aut quoniam hic ut homo, animal: aut si quolibet modo aliter cadit nomen secundum propositionem. Ineſſe autem hoc huic, & uerum esse hoc de hoc toties sumendum, quoties prædicamenta diuisa sunt, & hæc aut aliquo modo, aut simpliciter, amplius aut simplicia, aut complexa. Similiter autem & non ineſſe. Considerandum hæc autem, & determinandum optimum. Reduplicatum autem in propositionibus ad primam extremitatem ponendum, non ad medium: dico autem ut si fiat syllogismus: quoniam iustitiæ est disciplina quoniam C bonum: quoniam bonum, ad primam extremitatem ponendum. Sit enim a disciplina quoniam bonum, in quo autem b bonum, in quo autem c iustitia: ergo uerum est a de b prædicari. Nam boni est disciplina quoniam bonum. Sed & b de c: nam iustitia, quiddam bonum est: sic ergo fit resolutio.

Præcepta circa reduplicationem particulam.

De anadiplosi, et thesi syllogismorum, hoc est, de geminatione, et positione.



Cõcludit hic syllogismus q̃ terminus reduplicatiuus ponitur ad maiorem extremitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem ad b ponatur, quoniam bonum, non erit: nam a quidem de b verum erit, b autem de c non erit uerum: nam bonum quoniam bonum prædicari de iustitia falsum est, & non intelligibile. Similiter autem & si salubre ostendatur, quoniam disciplinatum est in eo qđ bonum: aut hircoceruus opinabilis in eo quod existens: aut homo corruptibilis in eo quod sensibile: in omnibus enim prædicatis ad extremum reduplicationem ponendum. Non est autem eadem positio terminorum, quando simpliciter quidem syllogizatum fuerit: & quando hoc aliquid, aut quo, aut quō. Dico aût ut quando bonum disciplinatum ostensum erit: & quando disciplinatum quoniam bonū. Sed simpliciter quidem disciplinatum ostensum est, medium ponendum ens: si autem quoniam bonum, quid ens. Sit enim a disciplina quoniam quid ens, in quo autem b ens quidam quo autem c bonū: uerum est ergo a de b prædicari: erat enim disciplina alicuius entis, quoniam quid ens: sed & b de c, nam in quo c, ens quid, quare et a de c: erit ergo disciplina boni quoniam bonum: erat enim quid ens, proprie substantiæ signum. Si autem ens medium positum sit, & ad extremum ens simpliciter, & non quid ens dictum sic, non erit syllogismus: quoniam est disciplina boni quoniam bonum, sed quoniam ens, ve si sit in quo a disciplina quoniam ens, in quo b ens, in quo c bonum. Manifestum igitur quoniam in particularibus syllogismis, sic sumendum terminos. Oportet autem accipere quæ idem possunt nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & non en, & orationem, & semper pro oratione nomē suscipere: facilior est enim terminorum expositio: ve si nil differt dicere suspicabile opinabile non esse genus, aut non esse idem quiddam suspicabile, quod opinabile: nam si idem est quod significatur, pro oratione dicta, suspicabile, & opinabile terminos ponendum. Quoniam vero non est idem uoluptatem esse bonum, & esse voluptatem quod bonum, non similiter ponendum terminos: sed si est syllogismus quoniam voluptas quod bonum, terminum ponendum quod bonum: si autem quoniam bonum, bonum: similiter autē & in aliis. Non est aût idem neq; esse, neq; dicere* quoniam cui b ineſt, huic quoq; omni a ineſt & dicere, cui omni b ineſt, & a ineſt omni: nihil enim prohibet b ineſſe c, non autem omni. Vt sit b pulchrum quid, c autem album: si igitur alicui albo ineſt pulchrum quid, uerum est dicere quoniam albo ineſt pulchrum, sed non omni fortasse. Si ergo a ineſt b, non omni autem de quo b (neq; si omni c, ineſt b, neque si solum alicui) non necesse est ei quod est c, ineſſe a, non quia non omni, sed nec ineſſe ei quod est c. Si autem de quocunq; b dicatur uere, huic omni ineſt a, accidet ve de quo omni b dicitur, de eo omni & a dici. Si autem a dicitur de omni de quo b dicatur, nihil prohibet ei quod est c ineſſe b, non omni autem a, aut non ineſſe omnino. In tribus igitur terminis manifestum est quoniam de quo b quidem omni & a dicitur: hoc est de

Documēta quando accipēdi sūt termini simpliciter, & quādo cum addi none.

Quomodo transumenda sunt nota

Pro debita resolutione precepta.

Hoc precept ū attinet ad articulos apud græcos, nos assimimus ipsis p articulo.

* id est neque ipsi, & secundā veritatem, neq; oratione.

Preceptum, quando propositiones simpliciæ sint in vno dicto, quo pacto eognosere debeam' an ex eis effici possit syllogismus, nec ne.

A quibuscunq; b dicitur, de omnibus dicitur & a: & si b quidem de omni, & a similiter: si autem non de omni, non necesse est a ineſſe omni. Nō oportet autem arbitrari propter expositionem accidere aliquod inconueniens: non enim laboramus in eo quōd aliquid sit hoc, sed quemadmodum geometer pedalem, & rectam hanc esse & sine latitudine dicit, quæ non est: sed non sic utitur, ut eis syllogizans. Omnino enim quod non est vt totum ad partem, & aliud ad hoc vt pars ad totum, ex nullo talium ostendit demonstrator, neq; enim sit syllogismus: expositione autem sic utimur, ut & sentiat qui d scit dicentes, non enim sic vt sine his non possibile sit demonstrare, quemadmodum ex quibus est syllogismus. Non lateat autem nos, quoniā in eodem syllogismo, non omnes conclusiones per unam eandem figuram sunt, sed hæc quidem per hanc, illa uero per aliam. Palam ergo quoniam & resolutiones sic faciendum. Quoniam autem non

B omne propositum in omni figura, sed in vnaquaque disposita sunt, manifestum est ex conclusione in qua figura sit, quærendum. Et ad definitiones orationum quæcunq; ad unum quiddam sunt argumētatæ in eorum quæ insunt termino, ad quod argumentatum est ponēdum terminū, & non totam orationem: minus enim contingit perturbari propter longitudinem: ut si quis aquam ostendit, quoniā est humidus potus, potum & aquam terminos ponendum. Amplius aût ex hypothesi syllogismos non est tentandum reducere: nam non est ex iis quæ posita sunt reducere, non enim per syllogismum ostensi sunt, sed ad placitum concessi sunt omnes. Vt si quis ponat, si vna quædam potestas * non sit contrariorum, neq; disciplinam esse vnā. Deinde disputet quoniam non est vna potestas contrariorum, ut sanatiui, & ægrotatiui: simul enim idem erit sanatiuum, & ægrotatiuū.

Obiectionis soluto circa exemplorū vsum.


Complicandas interdū cōfiguras, vt problemata expostulāt.

Definitionis pars, non tota sæpius redargūenda.

De resolutione syllogismorum, ad impossibile, & ex hypothesi.

Quid agēdū in syllogismis ex suppositione.

* id est naturalis, insitæq; potentiæ.



Cōclusio mōstrata p̄ prosyllogismum et syllogismum, q̄ iā est syllogismi cōditionalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quoniam aũt non est omnium contrariorum una potestas, ostensum est: sed quod disciplina non una, non est ostensum, quanuis confiteri sit necesse, at non ex syllogismo, verum ex hypothesi: hoc igitur non est reducere, quoniam non una potestas est: hic enim fortasse erat syllogismus: illud autem hypothesis. Similiter autem in his, qui per impossibile concluduntur, nam neq; hos est resoluere, sed ad impossibile quidem reductionem est: syllogismo enim monstratur: alterum autem non est, nam ex hypothesi concluditur. Dissentiunt aũt a prædictis: quoniã in illis quidẽ oportet prius confiteri, si debet concedere: vt si ostendatur una potestas contrariorum, & disciplinam esse eandem: hic aũt & non prius confessi concedunt, eo q̃ manifestum sit falsum: vt posita diametro symetro, eo q̃ impariã esse æqualia paribus. Plures aũt & diuersi terminantur ex conditione: quos prospicere oportet, & notare apte. Quæ ergo horum differentiæ, & quoties hunc, qui sunt ex hypothesi, postea dicemus: nũc aũt tantum sit nobis manifestum, quoniã nõ est resoluere in figuras huiusmodi syllogismos: & ob quam causam, diximus.

De reductione orationũ male contextarum ad prædictas figuras.

DIxit, Iam vero nobis reliquum est post hoc, vt dicamus, quomodo possimus reducere syllogismos, qui fiunt in libris & enuntiationibus ad istas figuras: quoniam non fiunt in libris & enuntiationibus secundum eam viam, de qua fecimus mentionem. Hæc enim est inuentio tertia, quæ restat nobis considerandi in re syllogistica: propterea q̃ quum sciuerimus species syllogismorum, & habuerimus potentiam faciendi eos, & potentiam reducendi omnes illos, qui ceciderint in sermone aut enuntiatione ad figuras, de quibus mentionem fecimus, perfectum erit desiderium nostrum primum de decognitione syllogismi cum eo, qd accidet nobis ex eo, qd dicet de resolutione syllogismi ad figuras, de qbus mentionẽ fecimus: quodq; sequet confirmatio veritatis eius, quod diximus, omnẽ videlicet syllogismum esse per vnã trium figurarũ prædictarum: qũm, quum inuenerimus oẽs syllogismos, qui fiunt in libris & enuntiationibus redire ad istas figuras, iam assecuti erimus per viam inductionis, q̃ istæ figuræ sunt fundamenta omnium syllogismorum: & hoc est declarato eius, super quo consistit demõstratio: hoc est, vt sint veræ quocũq; modo inquirantur, & consentientes ex omni latere: quoniam veritas, vt inquit Aristo. attestatur sibipsi, & cõsentit ex omni latere: & vult per hoc, q̃ modus modo attestetur. Primum ergo, quod oportet facere in resolutione syllogismorum ad istas figuras est, vt soliciti simus ad inueniendas binas propositiones in hoc sermone syllogistico: qũm duæ propositiones sunt partes magnæ syllogismi. Diuisio autem rei in partes suas magnas facilior est diuisione in partes suas paruas. Amplius, post hoc, oportet vt sciamus qualis sit maior propositio, & qualis sit minor: hoc aũt planũ ex duabus extremitatibus q̃sitis: & an plane dictæ fuerint simul in hoc sermone syllogistico, an vna ex ipsis: & si plane vna fuerit dicta, & vna silentio prætermissa, quæ ex ipsis taceat & omittatur, an maior, an minor: qũ plerũq; accidit in sermone consequente, vt ex primatur maior, & omittatur minor: & plerumq; consimiliter, vt ponantur in syllogismo propositiones inutiles & ad constructionem conclusionis & ad destructionẽ eiusdem: & hoc, aut ad elongationem, aut coaptationem, aut ad aliquem aliũ modum ex ijs qui cõnumerati fuere in octauo dialecticæ. Et ꝓpterea oportet, vt inuestigemus an accepta fuerit in hoc sermone syllogistico propositio sufficiens, aut deficiat propositio necessaria, vt relinquatur superfluum & ponatur diminutum, quousq; inueniantur binæ propositiones, ex quibus componitur syllogismus: qũ nisi inuenerimus binas propositiones, non conueniet reducere sermonem syllogisticum ad vnam figurarum præcedentium,

Veritas attestatur sibi met. idẽ primo eth. c. 10 & tertio de anima. c. 5.

Nota, ab hoc loco præcepta obseruanda ad resoluendã syllogismum.

A Orationũ aũt syllogisticarũ, aliæ sunt, in qbus additamẽta ac defectiones facile ꝑcipimus, aliæ vero, in quibus difficile: & aliæ sunt q̃ existimant esse syllogismi aliqui, eo q̃ ex ipsis sequitur aliquid aliæ sunt, quæ existimantur se ex necessitate, non tamen sunt syllogismi: quoniam non omne illud, quod sequitur ex aliquo consequentia necessaria, est syllogismus: sed illud, quod sequitur ex necessitate ex binis propositionibus, quarum proportio vnius ad alteram, est proportio totius ad partem, est syllogismus. Exemplum vero in quo deficit, & cum difficultate scitur, quod deficit, est sermo prædictus ad concludendum, q̃ partes substantiæ sunt substantia: propterea q̃, quum destruitur non substantia, non destruitur substantia: & quum destruantur partes substantiæ, destruitur substantia: hæc enim conclusio sequitur ex hoc sermone: sed deficit maior, quæ est, q̃ id, quo destructo destruitur substantia, est substantia: hæc aũt propositio sequitur ex propositione expressa in hoc sermone, qui est, quod non est substantia, non destruit substantiam per destructionem suam. & hoc, qũ si verificata fuerit nobis hæc propositio, verificabitur etiam conuertia suæ contradictoriæ, quæ est, q̃ destruens substantiam per destructionem suam, illud est substantia: quum ergo adiunxerimus huic propositioni minorem, q̃ est, q̃ partes substantiæ destructione sua destruunt substantia, concluderur nobis in prima figura, q̃ partes substantiæ sunt substantia.

Sed fieri etiam potest, vt sermo iste disponatur per aliam figurã, quam p illã: B quemadmodum, si dicamus, partes substantiæ destructione sua destruunt substantiam: quod aũt est aliud a substantia non destruit destructione sua substantiã: & concluditur in secunda figura, q̃ partes substantiæ non sunt aliud a substantia. Amplius, complicemus huic, & id, quod non est aliud a substantia est substantia: & concludetur q̃ partes substantiæ sunt substantia. Exemplum vero, in quo deficit aliqua propositionum, & cognitio huius facilis extitit, est quod dicimus: si est homo, est animal: & si est animal, est substantia: igitur si est homo est substantia: & hoc, quoniam deficit in isto, omnis homo animal & omne animal substantia. Causa autem illius erroris est, propterea q̃ existimatur q̃ id, quod necessario sequitur, sequatur consequentia syllogistica. Quũ igitur inuenerimus aliquod, quod ex aliquo sequatur, non est opus, vt existimemus syllogismum perfectum: nisi inuenerimus binas propositiones in ipso simul. Quumq; in hoc negotio inuenerimus binas propositiones, oportet vt adhuc diuidamus binas propositiones ad tres terminos, & cognoscamus illum esse medium terminum, qui sit terminus communicans cum duobus terminis, qui sunt extremitates quæsiti: propterea q̃ fieri non potest, vt sit aliquis syllogismus sine termino medio. Quũq; inuenerimus terminum medium prædicatum de minore & subiectum maiori, aut prædicatum de minore, & negatum a maiore, erit hoc ex figura prima. Sin autem medius terminus prædicetur de vna ipsarum, & negetur ab altera secundum modum prædicati, non secundum modum subiecti, erit hoc ex secunda figura. C Si vero medius terminus subijciatur vtriq; extremitati, aut secundum viam affirmationis, aut ad viam ipsarum secundum viam affirmationis, ad alteram vero secundum viam negationis, erit tertia figura. Quoniam iam declaratum fuit, q̃ non est hic proportio quarta termini medij ad duas extremitates & duarum extremitatum secundum cursum naturalem prædicationis: sine fuerint ambæ propositiones vniuersales, siue vna ipsarum vniuersalis & altera particularis: amplius, q̃ non accidit, vt maior sit particularis in figura prima, & secunda: quoniã positio medij termini in hoc est vna. Quod quum ita fuerit, planum: q̃ in quocunque sermone non inuenitur aliquid bis positum, q̃ inquam sermo iste non est syllogismus: si enim in ipso non inueniatur vnus terminus bis, non erit ibi terminus medius: q̃, si ibi non extiterit terminus medius, non erit ibidẽ syllogismus.

Quoniam aũt declaratum fuit, q̃ non monstratur omne quæsitum in omni figura: quodq; ex ipsis aliquid monstratur in vna figura, vt vniuersale affirmatiuũ: aliquid vero ostenditur in duabus figuris, vt vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua: aliquod autem monstratur in tribus figuris, vt negatiua particularis: manifestum q̃ non est opus, vt quæratur quæsitum in quacunq; figura acciderit, sed in figura ipsi appropriata. Omnis autem quæsiti, quod extiterit in pluribus R

Nota aliqũ esse ordines syllogistícas, in qbus facile cognoscuntur, quæ desint, vel superfluãt aliquę, in quibus difficile. Quum inuẽtæ sunt duæ ꝓpositiones in syllogismo, resoluendę sũt in tres terminos.

Quæritur est relatiuo cuiuscunq; syllogismi, et q sit secundum appropriatã figuram.

gitis, vna cognoscetur figura, in qua monstratur per positionem medij termini ex duabus extremitatibus illius igitur, quod ostenditur in figura appropriata, cognoscemus figuram, in qua monstratur, ex questo per se, quemadmodum etiã cognoscemus ipsam expositione medij termini: illius vero, quod monstratur in duabus figuris, quam inuenta fuerit positio medij termini, quæremus vtiq; positionem duarum extremitatum tantum: & hæc ea sunt, quæ constituere possimus super figura syllogismi in sermone syllogistico scripto, aut dicto.

Accidit error in syllogistæ solutione, qa credimus in eo esse oppositiões vles, quam sint in definitæ.

Accidunt autem nobis plerumq; errores & deceptio, eo q existimemus in resolutione dicti, in quo non est syllogismus, q est syllogismus, & econuerso, ob causas multas: quarum vna est, quum arbitramur propositiones esse vniuersales & non sunt vniuersales secundum veritatem: hoc autem accidit, quum acceperimus indefinitas: quoniam figura syllogismi decipit nos in hoc: quemadmodum si accipiamus, q homo est animal: & animal est neq; generabile neq; corruptibile: & existimemus ex hoc sequi, q homo sit neq; generabile neq; corruptibile: qd est falsum. Minor itaq; est vera in toto, puta q omnis homo est animal: maior vero est vera in parte, non autem in toto: puta q non omne animal est ingenerabile & incorruptibile. Atqui verificatur hoc de animali q vniuersali intellecto, non autem de omni individuo animalis.

Accidit etiã error propter corruptionem proportionis terminorum inter se in positione: quum ponuntur dispões loco susceptiũ illas.

Accidit autem falsum quoq; ac deceptio propter corruptionẽ proportionis terminorum inter se in positione terminorum ita, vt existimemus aliquid esse syllogismum, quod non est syllogismus: puta, si accipiamus eo modo, quo non sunt vere: vt in exemplo, si dicat aliquis, omnis homo est susceptiuus ægritudinis: & ægritudo non potest suscipere sanitatem: igitur homo non potest suscipere sanitatem: causa autem huius est: quia termini in istis propositionibus, non accipiantur in prædicatione, super quo est opus: & hoc, quoniam accipit loco prædicati sanitatis & ægritudinis, sanitatem & ægritudinem per se, hoc est, qm̃ accepit loco sani sanitatem, & loco ægri ægritudinem: & propterea si variemus terminos, & dicamus, possibile est hominẽ esse ægrum: & possibile est ægrum esse sanum: concluderetur nobis res vera, quod videlicet possibile est hominem esse sanum. Si vero nõ fuerit seruatum hoc in huiusmodi propositionibus, non erit syllogismus: puta, si accipiantur intentiones ac dispositiones loco susceptionum dispositiones non solũ existimabitur quod non sit syllogismus in figura prima, sed neq; in tribus figuris etiam: puta, si aliquis dicat, possibile est hominem suscipere sanitatẽ: & ægritudo non potest suscipere sanitatem: hæc enim complicatio est in secunda figura non concludens: qm̃ concludit falsum, puta quod homo non potest suscipere ægritudinem. Consimiliter possibile est, vt non sit conclusio secundum istam complicationem in tertia figura: & hoc, qm̃ ægritudo & sanitas, ac scientia & ignorantia insunt vni eidem: non tamen inest vnum ipsorum alteri: & hæc est complicatio tertiæ figuræ: & propter hoc existimabitur ob istam causam, qd non concludit in tribus figuris: causa autem huius est: qm̃ ipse accepit loco subiecti dispositionum & intentionũ intentiones & dispositiones per se: & propterea oportet vniuersaliter in huiusmodi propositionibus, vt accipiamus suscipiens intentionem simul cum intentione: & tunc ponamus ipsum, subiectum terminum aut prædicatum. Non est autem opus, vt quæramus terminos, in quos resoluitur syllogismus, & simpliciter terminum medium, secundum quod super ipsis significat terminus abstractus; qm̃ multa sunt, super quibus significatur per orationem compositam: & simpliciter ternarius, cui non est nomẽ abstractum: & propterea difficile est reducere huiusmodi sermones ad figuras prædictas: & accidit error in hoc, quoniam existimatur, quod sit syllogismus sine termino medio: puta in exemplo, si dicamus anguli trianguli sunt æquales duobus rectis: qm̃ existimatur est æqualis duobus intransecis: & propterea non oportet, vt quæramus terminum medium in omni quæsito oratione, neq; etiam dictionem abstractam: sed aliqñ erit oratio, aliqñ erit dictio separata. Amplius, similiter non oportet, quæramus proportionẽ vnã prædicationis terminorũ, q sunt in sylo, qq: de seinuicẽ predicant siue secũdũ modũ negationis, siue secm̃ modũ affirmationis: qmadmodu si accipiamus maiorẽ extremitatẽ inesse medio, et medij vltimo: qm̃ nõ oportet, vt intelligamus ex hoc in

omni

omni loco, quod primum disponitur ad medium, & medium disponitur ad vltimum, & primum in vltimo consimiliter disponitur: eodem pacto quũ negamus terminum a termino, non oportet vt ex ipso intelligamus negationem suam secundum quod est disponens & dispositum: sed ex hoc oportet, vt intelligamus vnum ex modis proportionum, per quos sequitur aliquid ex aliquo, aut negatur aliquid ab aliquo: aut plures modos ex ipsis, si modi proportionum extiterint plures vno: puta in exemplo, verum est, si dicamus, contrarijs inest vna cognitio: & si dicamus, contrariorum est vna cognitio: non autem verum erit, si dicamus, contraria sunt vna cognitio.

Sed accidit etiam vt maior extremitas disponatur ad medium, & mediũ nõ erit dispositum ad tertium: puta in exemplo, si dicamus, sapientia est scientia, & scientia est studiosum: & conclusio q scientia est studiosum: & aliquando erit cõtrarium huius: puta, erit terminus medius dispositus ad vltimum, & primum non erit dispositum ad medium: quemadmodum si accipiamus, q omnis contrarij est scientia, & quod bonum est contrarium, & conclusio erit, quod bonum est scientia. Ad hæc accidit, vt primum non sit dispositum ad medium, neque medium ad vltimum, & tamen primum sit dispositum ad vltimum, quæ est conclusio: vt in exemplo, bonum est scientia, & scientia est generis: & conclusio, quod bonum est genus. Ad huius similitudinem opus etiam est, vt intelligamus in negatione: quum enim negatur aliquid ab aliquo, non significat semper, quod hoc non est hoc: sed aliquando quod hoc non inest huic, aut non est in hoc, & similia ex modis proportionum: puta in exemplo vere dicimus, motus nõ inest motui: non autem vere dicimus, motus non est motus. Consimiliter dicimus, generationis non est generatio: & non dicimus, generatio non est generatio: quum igitur addiderimus huic, quod delectatio est generatio, concluderetur nobis, quod delectationis non est generatio: non autem, quod delectatio non est generatio.

Hoc est dicere, seu nominatiue.

Dixit, simpliciter & sermone vniuersali oportet terminos positos accipi eo modo, quo fuerunt accepti separati, hoc est in punto qui arabice vocatur Alraphaa: quoniam in hunc modum significant super propositionibus: propositiones vero oportet accipere eo modo, quo sunt veræ, siue exterint in recto (Alraphaa) scilicet in recto, siue in alio quam in Alraphaa: & in alio quidẽ q̃ in Alraphaa, scilicet vt quam dicimus, decem sunt duplum quinque, & pannus est ex lino. Termini autem, qui affirmantur de aliquo, non sunt semper separati, neq; absoluti: sed aliquando erunt compositi, quemadmodum, quum sint coaptati: oportet igitur, vt accipiantur eo modo, quo sunt veri compositi, aut separate, aut absolute, aut coaptate: & consimiliter termini prædicati secundũ modum negationis. Oportet autem, vt termini, qui ter ponuntur in propositionibus in quibusdam locis, vice tertiæ ponantur simul cum maiore termino, nõ autem cum termino medio. Puta in exemplo, homo est sensibile: & sensibile est compositum secundum quod sensibile, igitur homo est compositum secundum quod est sensibile. Si enim poneremus, quod dicimus, secundum quod sensibile simul cum termino medio, & diceremus, homo est sensibile, secundum qđ est sensibile, esset vtiq; falsum. Consimiliter etiam si dicamus, rectum est bonũ: & bonum est scibile, secundum quod bonum: igitur rectum est scibile secundũ quod bonum. Quod si posuissemus simul cum termino medio. & dixissemus, rectum est bonum secundum quod bonum, fuisset falsum, & non intelligibile. Atqui oportet vt per istam positionem, fiat propositio vera: quoniam si dixerimus, quod homo componitur & non posuerimus cõditionem secundum quod sensibile, erit falsum.

Termini, q ter ponunt in propositionibus, id est, reduplicati, sungendi sunt cum maiori extremitate.

Non esse eodẽ modo ponẽdos terminos, qñ cõclusio est absoluta, & qñ coaptata id est simpliciter, & cũ aliqua determinatione.

Dixit, Non est autem positio terminorum in propositionibus syllogismi, cuius cõclusio est absoluta, quemadmodum est positio ipsorum in syllogismo, cuius conclusio est coaptata, & in positione alicuius conditionis in ipsis: puta, in exemplo, si aliquis monstret, quod bonum est scibile, aut quod est scibile quoddam per medium, quod est ens, oportet quod monstremus, quod est scibile quoddam, quum acceperimus, quod ipsum est ens aliquod, non autem ens absolute

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nō esse ad-dendū aliqd in cōclone, qd nō sit positū i ppōnibus, neq; in ppōnibus, qd i cōclone nō ponatur, sicut de articulis apud Arabes & græcos.

In tecnis, q de inuicem ꝓdicantur i prima figura, obseruandū esse dictū de omni.

Hoc pt optime declarari exēplo posito ab Alexan. sit b volatile, a animal. bā c cygnus de q̄ dr volatile, de primo dr a, sed nō oī: puta, de cygno, sed nō d coruo; vnde maior est pticularis vera, sed nō cōclusa, patet i loco cygni ponat coruus, si ēt dicat, de q̄ oī b dr: tūc maior est de oī sed falsa: nō enim oē volatile est albū; vnde, vt inquit Alex.

lute; si vero intentio nostra extiterit monstrare, quod est scibile absolute, accipiemus ad huius ostensionem, quod est ens absolute: puta si dicamus, bonum est ens quoddam: & hoc ens est scibile, concludetur quod bonum est scibile quoddam: & volo per quoddam illud, quod appropriat ipsum: hoc, & quoniam hoc, quod est, quoddam adiacens significat substantiam appropriatam rei. Quum vero dixerimus, bonum est ens: & ens est scibile: concludemus vtique, quod bonum est scibile: eo, quod est ens, non autem eo, quod aliquid, quod appropriet ipsum. Oportet autem vt permutemus nomina in terminis, vt quæ non fuerint manifesta pro nominibus manifestis. Consimiliter mouemus orationem compositam cum oratione composita, quæ sit manifestior, quam significet ipsos per orationem compositam; quumque fuerit nomen impositum termino, quem significat oratio composita, oportet, vt accipiatur nomen loco istius orationis; quoniam ipsum & facilius, & appropriatius est: puta in exemplo, si non referret dicere, imaginabilis non est genus existimabile, & dicere imaginabile non est existimabile, opus est, vt faciamus in syllogismo, quod dicimus, imaginabile non est existimabile, loco eius, quod dicimus, imaginabilis non est genus existimabile. Oportet autem vniuersaliter, vt interpretatio propositionum sit secundum modum, quo est in conclusione, hoc est, vt non addatur dictio, quæ non sit in propositionibus: neque deficiat etiam dictio aut litera, quæ accepta fuerit in propositionibus. Puta, si fuerit conclusio, quod voluptas est ipsum bonum, opus est, vt accipiatur (etub;) hoc est ipsum bonum in propositionibus concludentibus conclusionem istam cum He cognitionis in lingua sancta, quod est, Al, in lingua arabica. Sin autem fuerit conclusio, quod voluptas est bonum sine He cognitionis, oportet, vt accipiatur bonum in propositionibus secundū istum modum: quoniam differentia maxima est inter hoc, quod dicimus, voluptas est bonum, & hoc, quod dicimus, voluptas est ipsum bonū: & hoc, quoniam oratio prior significat, quod voluptas est ex bonis: & oratio secunda significat, quod voluptas seorsum est ipsum bonum. Quum vero accepti fuerint termini de se inuicem prædicari, opus est, vt in ipsis obseruemus dictū de omni: & hoc, quoniam differentia magna est in propositione maiore: si dicamus, cui inest b illi omni inest a, & dicamus quod a inest cui oī inest b. Quoniam, si huic, quod dicimus a inest omni illi, cui inest b, complicuerimus, quod b inest omni c, concludemus ex necessitate quod a inest omni c. Si vero hinc, quod dicimus a inest illi, cui omni inest b coniunxerimus quod b inest omni c, non sequetur ex hoc quod a insit omni c: quoniam condicio fuit vtiq; quod illud, cui inest b a, inest omni illi: sed res erit, quod aliquod cui inest b, non accidit omne: neque sequitur ex hoc, quod a insit omni c: quoniam fieri potest, vt c sit ex extremitate, quæ disponitur per b, & tamen non insit ipsi a. Consimiliter, quum maior exiterit negatiua: hoc est, quoniam est magna differentia, si dicamus, quod a negatur ab omni, cui inest b, & dicamus, quod a negatur ab omni eo, cui inest ipsum b. Propterea quod manifestum, si acceperimus in terminis, quod a dicitur de omni eo, de quo dicitur b & b, dicitur de omni c, quod non sequitur, vt a, dicatur de omni c. Si vero accipiatur q̄ a dicitur de omni eo, de quo dicitur ipsum b, sequitur quod a dicatur de omni c.

Dixit, Non oportet autem vt imaginemur, quum dicimus a est b, & b est c, quod opinemur velle in sermone isto abducere impossibile: quoniam nos non fecimus has literas, vt essent aliquid determinatum ad quæsitum declarandū. sed accepimus ipsas loco materierum: quemadmodum accipit geometra lineā, quam describit, loco lineæ, per quam intendit nobis adducere demonstrationem: & propterea ponit geometra, lineam istam esse tantæ quantitatis secundum longitudinem, & illam lineam esse longam sine latitudine: quum tamen non sit ita secundum sensum. Et propter hoc si a scriptum non est b, & b non est a, nolumus, quum hoc dicimus, q̄ si a non dicatur de omni eo, quod est b, & sit c subiectum ipsi b, q̄ non sequitur, vt a dicatur de c; nolumus inquā aliud, nisi quod si fuerit aliquid, cuius proportio ad aliud, non sit sicut proportio totius ad partem, quod inquam non erit ex hoc syllogismus: verum loco exemplorum, quæ sunt in hoc sermone, accepimus literas: quoniam ipsæ sunt facilio res in doctrina: quoniam exhibitio exemplorum in doctrina est necessaria.

Dixit, Per hunc igitur considerationis modum conueniens est, vt resoluamus syllogismos, sed non oportet, vt quæramus resolutionem syllogismi conditionalis per hunc modum; quoniam nō habemus aptitudinem, vt resoluamus syllogismum, qui monstratur per modum conditionis: quoniam hoc vtiq; erit per modum positionis & conuenientię inter duos loquentes: quemadmodum, si quispiam ponat per modum conuenientię, si vna potentia non suscipiat contraria, quod non erit vna contrariorum cognitio: deinde monstremus, quod vna potentia non suscipit contraria: & sequitur ex ipso, quod non est vna cognitio contrariorum. Quod igitur resolui potest ex hac oratione, non est id, q̄ positum fuit per modum conditionis, quod est hoc, contrariorum non est vna cognitio: sed quod potest resolui est id, quod monstratur per viam syllogismi prædicatiui, quod est, potentiam nullam inueniri, quæ suscipiat contraria; quoniam iam super hoc fuit syllogismus, qui est, quoniam ęgritudo & sanitas sunt contraria, & ægritudo & sanitas non sunt vna potentia: quare sequitur in tertia figura, quod non omnium contrariorum est vna potentia; quoniam, si hoc esset, inuenireturaliquid sanum & ægrum simul; & hoc fuit, quoniam in syllogismo conditionali monstratur, positum per syllogismum prædicatiuum deducentem ad impossibile: & consimiliter in syllogismo deducente ad impossibile non resoluitur nisi syllogismus prædicatiuus deducens ad impossibile, non autem syllogismus conditionalis: quoniam iam monstratum fuit, quod ipse est compositus ex duabus speciebus syllogismi.

A
B
C


dre cui inest b, illi oī inest a, est facere maiorem particularē, qd aliquod b est a.

Sylli hypothetici non eodē modo resoluuntur, q̄m demonstrant p modum pōnis. Quod resoluit in hypothetico est id, qd per prædicatiuū probatur.


De reciproca reductione syllogismorum vnius figuræ in aliam. Cap. XXXI.

QVAECVNQVE autem in pluribus figuris monstrantur proposita, si in altera syllogizetur, est reducere syllogismum in alteram: ut eum qui in prima est priuatiuum, in secundam figuram: & eum qui in media est, in primam. Non omnes autem, sed quosdam: erit autem in sequentibus manifestum. Si enim a nulli b, b aūt omni c, a nulli c: sic ergo prima figura: si autem conuertatur priuatiua, media erit. Nam b a quidem nulli, c autem omni inerit. Similiter autem & si non vniuersalis, sed particularis sit syllogismus: vt si a quidem nulli b, b autem alicui c: conuersa enim priuatiua, media erit figura. Eorum autem syllogismorum, qui sunt in secunda figura, vniuersales quidem reducentur in primam figuram, particularium autem alter solum. Insit enim a b quidem nulli: c verò omni, conuersa priuatiua, prima erit figura: nam b quidem nulli a, a autem omni c inerit. Si autem prædicatiuum quidem sit ad b, priuatiuum autem ad c, primus terminus ponendus est c: hoc enim nulla, a autem omni b, quare nulli b inerit c, ergo & b nulli c: conuertitur enim priuatiua. Si autem particularis sit syllogismus, quando priuatiuum quidé erit ad maiorem extremitatem, resoluetur in primam figuram: vt si a nulli b, b autem alicui c, conuersa enim priuatiua, prima erit figura; nam b quidem nulli a, a autem alicui c.

Tres coniugationes in secũda figura, quæ reducũtur ad primã, & conuersione, & præmissarũ transpositione.



Quando verò prædicatiuum, non resoluetur: vt si a quidem omni b, c verò non omni: non enim suscipit conuersionem a b: neq; cũ sit, erit syllogismus. Rursus qui in tertia quidẽ sunt figura, non resoluuntur omnes in primam: qui aũt sunt in prima, omnes in tertiam. Insit enim a quidem omni b, b autem alicui c, ergo quia conuertitur particularis prædicatiua, inerit & c alicui b: a verò omni b inerat, quare fit tertia figura. Et si priuatiuus sit syllogismus, similiter: conuertitur enim particularis affirmatiua: quare a quidem nulli b: c autem alicui inerit. Eorum aũt syllogismorum, qui sunt in postrema figura, vnus tantum non resoluitur in primam, quando nõ vniuersalis ponitur priuatiua: alii aũt omnes resoluuntur. Prædicentur enim de omni c & a & b: ergo conuerteretur c ad vtrunq; particulariter: inerit ergo a alicui b: quare erit prima figura. Siquidem a omni c: c verò alicui b: & si a quidem omni c, b autem alicui c, eadem ratio. conuertitur enim ad b c. Si autem b quidem omni c a autem alicui c, primus ponẽdus b, nam b omni c, c autem alicui a, quare b alicui a: quoniam aũt conuertitur particularis, & a alicui b inerit. Et si priuatiuus sit syllogismus, vniuersalibus terminis: similiter sumendum. Insit enim b omni c, a autem nulli c. ergo alicui b inerit c, a autem nulli c: quare erit medium c. Similiter autem & si priuatiua quidem sit vniuersalis, prædicatiua autem particularis: nam a quidem nulli c, c autem alicui b inerit. Si autem particularis sumatur priuatiua, non erit resolutio: vt si b quidem omni c, a autem alicui c non inest: cõuersa enim b c, vtreque propositiones erunt particulares. Manifestum autem quoniam ad resoluendum ad seinuicem figuras, quæ ad minorem extremitatem est propositio, conuertenda in vtrisque figuris: hac conuersa, transitio fit.



Coniugatio hęc in tertia figura nõ reducit ad primam, quia ambę propositiones essent particulares, sed mõstratur p impossibile.

Eorum autem, qui in media sunt figura, alter quidem resoluitur, alter verò non resoluitur in tertiam: nam cum sit vniuersalis priuatiua, resoluitur. Si enim a nulli quidem b, alicui autem c, vtraque similiter conuertitur ad a: quare b quidem nulli a, c verò alicui, medium ergo a. Quando autem a omni b, c autem alicui non insit, non fit resolutio: neutra enim propositionum ex conuersione vniuersalis. Qui autem ex tertia sunt figura, resoluentur in mediam, quando fuerit vniuersalis priuatiua: vt si a nulli c, b autem alicui, aut omni c: nam c a quidem nulli b autem alicui inerit. Si aũt particularis sit priuatiua, non resoluetur: non enim suscipit conuersionem particularis negatiua. Manifestum ergo quoniam iidem syllogismi non resoluuntur in his figuris, qui nec in primam resoluebantur. Et quoniam in primam figuram reductis syllogismis, isti soli syllogismi per impossibile clauduntur. Quomodo ergo oporter syllogismos reducere, & quoniam resoluuntur figuræ in seinuicem, manifestum ex dictis.

De mutua syllogismorum resolutione.

PLANVM etiam consimiliter, si fuerit aliquod quæsitum, quod manifestetur in pluribus figuris vna, quod fieri potest, vt oratio, quæ fit ad demonstrationem istius quæsiti, resoluatur ad plures figuras vna. Ordo autẽ in hoc est, quoniam species syllogismorum, quæ sunt in secunda figura, & certis communicans cum figura prima in declarandis aliquibus quæsitorum specie-

Oratio, qua concluditur ĝsitũ, quod per plures figuras ostẽ-

dit, pōt ad existere plures figuras resolui, præter cōcludentem particularē negatiuam, quia nō cōuertit.

bus: quemadmodum est communicatio primæ ac secundæ speciei ex figura secunda cum specie secunda primæ figuræ ad vniuersalem negatiuam concludendam: & quemadmodum est etiam communicatio specierum concludentium particularem negatiuam in figura secunda & tertia cum eo, quod concludit particularem negatiuam in figura prima: quoniam ex speciebus illis; quæ sunt in secunda ac tertia figuris, aliqua est, cuius conclusio monstratur per conuersionem, siue fuerit per duas conuersiones, siue per vnam conuersionem, & hæc potest reduci ad primam figuram: & quæ est primæ figuræ potest etiam reduci ad secundam & tertiam: illa autem species secundæ figuræ ac tertiæ, cuius conclusio monstratur per viam ad impossibile, aut positionem, non reducitur apte ad primam figuram; quemadmodum via quarta secundæ figuræ cōcludens negatiuam particularem non apte reducitur ad speciem primæ figuræ concludentem negatiuam particularem; et propterea apparet, quod oratio concludens negatiuam vniuersalem potest resolui ad secundam, ac primam figuras; particularis autem negatiua, quæ concluditur in secunda ac tertia figuris, non redit ad primam figuram: neque etiam, quod in prima figura redit ad secundam, nisi in eo, cuius conclusio non monstratur per positionem: illi vero, cuius conclusiones monstrātur per positionem in duabus figuris, non conuenit hoc: & si reducatur quod est in secunda figura ad tertiam, hoc est ex eo, quod concludit negatiuam, redibit quod est in tertia ad secundam. Atqui conuenit hoc in speciebus, in quibus fieri potest conuersio ambarum propositionum simul; & hoc erit, quum propositio negatiua extiterit vniuersalis: quoniam vtraque ipsarum redibit ad suam complicitam; propterea quod vniuersalis negatiua conuertetur, & particularis etiam affirmatiua conuerteretur. Quod si negatiua fuerit in secunda figura particularis, particularis negatiua non conuertetur. & vniuersalis etiam si conuertetur, erit particularis. Consimiliter in figura tertia, si negatiua fuerit vniuersalis, poterunt redire propositiones suæ ad primam figuram: quoniam negatiua vniuersalis conuerteretur, & affirmatiua etiam conuerteretur particulariter, siue fuerit vniuersalis, siue particularis: quod si negatiua fuerit particularis, non resoluetur syllogismus ad secundam figuram: quoniam negatiua non conuertitur. Iam igitur manifestum est ex hoc sermone, quales syllogismorum species ex tribus generibus syllogismorum communicantes in quæsito vno, quales inquam resolui possunt ad seinuicem, & in quibus fieri non potest hoc.

De syllogismis infinitis, & regulis consequentiarum. Cap. XXXII.

DIFFERT autem in construendo, vel destruendo opinari, aut idem, aut diuersum significare, non esse hoc, & esse non hoc: vt non esse album, ei quod est esse non album: non enim idem significant: nec est negatio eius, quæ est esse album, ea quæ est, esse non album, sed non esse album. Ratio autem huius hæc est: similiter enim se habet possibile est ambulare, ad possibile est non ambulare, ei quæ est, esse album, ad esse non album: & scit bonum, ad scit non bonum: nam scit bonum, vel sciens bonum, nihil differt: neque potest ambulare, vel est potens ambulare: quare & opposita, non potest ambulare; & non est potest ambulare. Si igitur non est potens ambulare idem significat, & est potens non ambulare, ipsa simul inerunt eidem: nam idem potest ambulare, & non ambulare: & idem sciens bonum, & non bonum est. Affirmatio autem, & negatio non sunt appositæ simul in eodem. Quemadmodum ergo non idem est, non scire bonum, & scire non bonum, nec esse non bonum, & non esse bonum idem: nam proportionalium, si alterum sit, & alterum: nec esse non æquale, & non esse æquale idem. huic enim quod est non æquale, subiacet aliquid, & hoc est inæquale, illi verò nihil: eo quòd æquale quidem, vel inæquale non omne est, æquale autem, vel non æquale omne. Amplius, est non album lignum * & non est album lignum, non simul sunt: si enim est lignum non album, erit lignum: quod autem non est album lignum, non necesse est esse lignum. Quare manifestum est, quoniam non est eius quod est bonum, est non bonum, negatio: si ergo de omni vno, vel affirmatio vel negatio vera: si non est negatio, palam quod affirmatio aliquo modo erit: affirmationis autem omnis, negatio est: & huius ergo ea, quæ est, non est non bonum.

* Solum nō album infinitum est.

* Propositiones illæ dicunt simul esse, quarum vna non potest esse vera sine altera.

Enunciationum simplicium, ac infinitarum seu transpositarum, per varia exempla dispositio.

Propositio affirmatiua simplex	*Propositio negatiua simplex*
Est bonum	*Non est bonum.*
Negatiua infinita	*Affirmatiua infinita*
seu transposita	*seu transposita*
Non est non bonum	*Est non bonum.*

Exemplum manifestius.

Affirmatiua simplex in minus	*Negatiua simplex in plus*
Est æquale	*Non est æquale*
Negatiua transposita in plus	*Affirmatiua transposita in minus*
Non est non æquale	*Est non æquale.*

Exemplum manifestius, apposito subiecto ipsi propositioni.

Affirmatiua simplex	*Negatiua simplex*
Lignum est album	*Lignum non est album*
Negatiua infinita	*Affirmatiua infinita*
Lignum non est non album.	*Lignum est non album.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habent autem ordinem hunc adinuicem: sit esse quidem bonum in quo a, non esse autem bonum in quo b, esse autem nō bonum in quo c sub b, non esse autem non bonum in quo d sub a: omni ergo inerit aut a, aut b, & nulli eidem: & omni aut c, aut d, & nulli eidem: & cui c ineſt, necesse est b omni inesse. Si enim verum est dicere, quod est non album, & quoniam non est album, verū: impossibile est enim simul esse album, & esse non album: aut esse lignum album, & esse lignum non album: quare si non affirmatio, negatio inerit. Ei autem quod est b, non semper c: quod enim omnino non est lignum, neque lignum erit album, nec non album. Econuerso autem cui ineſt a, & d omni ineſt: aut enim c, aut d: quoniam autem non possunt simul esse non album, & esse album, d inerit: nam de eo quod est album, verum est dicere, quoniam non est non album. De d autem non omnino a erit: nam de eo, quod omnino nō est lignum, non verum est dicere a quoniam est lignum album: quare d verum est, & a non verum, quoniam est lignum album. Palam autem quoniam & a & c nulli eidem insunt: sed b & d contingit eidem alicui inesse.

Propositionum simplicium & infinitarum ordo, ac consequentiæ.



Similiter autem se habent & priuationes ad prædicationes eadem positione: sit enim æquale, in quo a: non æquale, in quo b: inæquale, in quo c: non inæquale, in quo d. In pluribus autem, quorum his quidem ineſt, illis verò non ineſt idem, negatio quidem similiter vera sit, vt quoniam non sunt alba omnia, aut quoniam non est album vnumquodq; : at quoniam est non album vnumquodq; , aut quoniam

A omnia sunt non alba, falsum est. Similiter autem & eius, quæ est omne animal album, non hæc (est non album omne animal) negatio, ambę. n. falsę: sed est, nō omne animal albū. Quoniā autē palā q; aliud significat est nō album, & nō est album, & illa quidem affirmatio, hęc vero negatio: manifestum quoniam non est idem modus monstrandi vtrunque: vt quoniam quicquid est animal, non est album, aut contingit non esse album, & quoniam verum dicere non album: hoc enim est esse non album. Sed verum quidem dicere, est album, siue non album, idem modus. Constructiue enim ambæ per primam ostenduntur figuram: nam verū ei, quod est; similiter ordinatur: eius enim quæ est, verum dicere album: non hæc, verum dicere non album, negatio: sed hæc, nō est verum dicere album. Si enim verum est dicere quicquid est homo musicū esse, aut nō musicum esse: quicquid est animal sumendum, musicum esse, aut nō musicum esse, & ostensum est. Non esse autem musicum quicquid est homo, destructiue mōstratur secun-
B dum dictos tres modos. Simpliciter autem, quando sic se habent a & b, vt simul quidem eidem non contingant, omni autem de necessitate alterum: & rursum c & d similiter. Sequitur autem id quod est c a, & nō conuertitur: & id quod est b sequitur d, & non conuertitur. & a quidem & d contingunt eidem: b autem & c nō contingunt Primum ergo quoniam id quod est b sequitur d, hinc manifestum: quoniam eorum quæ sunt c d alterum ex necessitate omni ineſt: qui autem b non contingit c, eo quòd simul infert a: a autem & b nō contingunt eidem: manifestum quoniam d sequetur b. Rursum quoniam ei quod est a nō conuertitur c: omni autem vel c vel d contingit a, & d eidem ineſse. B autem & c non contingit: eo quòd cōsequitur a id quod est c: accidit enim quiddam impossibile. Manifestum est ergo quoniam nec b ei, quod est d conuertitur, eo quod contingit simul a d inesse. Accidit autem aliquoties in huiusmodi terminorum ordine falli, eo quod opposita non sumantur recte, quorum necesse est omni alterum
C ineſse Vt si a & b nō contingunt simul eidem, necesse est autem ineſse cui non alterū, alterum: & rursus c & d similiter, cui autem c omni, sequitur a, accidet enim cui d, b ineſse ex necessitate, quod falsum est: si sumatur enim negatio eorum, quæ sunt a b, ea quæ est in quibus f: & rursus eorum quæ sunt c d, ea, quæ est in quibus g. necesse est igitur omni ineſse vel a, vel f, aut enim affirmationem, aut negationem, & rursum, aut c, aut g, affirmatio enim & negatio. & cui c, omni a subiacet: quare cui f, omni hoc quod est g. Rursum quoniam eorum quæ sunt f b, omni alterum: & eorum quæ sunt g d, similiter. Sequitur autē g id quod est f, & id quod est d sequitur b: hoc enim scimus. Si ergo a id quod est c: & id quod est d sequetur b. hoc autem falsum. e contrario enim erat in his (quæ sic se habent) consequentia. Non enim fortasse necessarium omni ineſse, aut a, aut f: nec f, aut b: non enim est negatio eius quod est a hoc quod est f: nam boni non bonum negatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

non autem est idem hoc quod est non bonum, ei quod est neque bo D
num, neque non bonum: similiter autem & in c d, nam negationes, quæ sumptæ sunt, duæ sunt.

De syllogismis ex propositionibus I. finitis, et priatorijs, ac ipsarū consequentijs.

ACCIDIT autem deceptio in syllogismo, eo quod existimatur, quod ens tiatio infinita & negatiua sunt vna & eadem: & hoc, quoniam accidit propter istud, vnum ex duobus: aut, vt existimetur, quod concludens sit non concludens: & hoc quum cadit enuntiatio infinita in loco, in quo si caderet negatiua, fieri non posset, vt esset syllogismus. & existimatur quod infinita sit negatiua. & tamen in veritate est infinita: & hoc, quum cadit propositio infinita ita, vt de ea existimemus quod sit negatiua in loco, in quo non prohiberur syllogismus, quin sit concludens: quod autem removet deceptionem istam est, vt scias, quod hoc, quod dicimus, aliquid est non album, & aliquid non est albū, non significant super re vna: quodque negatio huius, Ziiad est album, non est, quod dicimus, Ziiad est non album: sed quod dicimus, Ziiad non est album: & hoc, quoniam proportio huius, quod dicimus, Ziiad est album, ad hoc, quod dicimus, Ziiad est nō album, est proportio eius, quod dicimus, possibile est, quod Ziiad ambulet, ad hoc, quod dicimus, possibile est, quod Ziiad non ambulet. Proportio autem huius, quod dicimus, Ziiad est album, ad hoc, quod B
dicimus, Ziiad non est album, est proportio eius, quod dicimus, possibile est, quod Ziiad ambulet, ad hoc, quod dicimus, non possibile est, quod Ziiad ambulet: & quemadmodum duæ possibiles sunt duæ enuntiationes affirmatiuæ, veluti declaratum fuit in libro præcedente. Consimiliter Ziiad est album, & Ziiad est non album, sunt duæ enuntiationes affirmatiuæ: quod si hoc, quod dicimus, Ziiad est non album esset in gradu eius, quod dicimus, Ziiad non est

Nota hic, de non ente nō dici nomen infinitum.

album, oporteret, vt res omnis, aut esset album, aut non album: quemadmodum sequitur, vt res omnis, aut sit album, aut non sit album: attamen manifestum quod de non entibus & de multis etiam entibus non vere proferimus, quod sint alba, aut sint non alba: sed cp sint alba, aut non sint alba vere proferur de omnibus. Amplius, si hoc, quod dicimus, Ziiad potest non ambulare, esset in gradu eius quod dicimus, Ziiad non potest ambulare, affirmatio & negatio coniungerentur in vno & eodem: quoniam quemadmodum quod dicimus de Ziiad, quod potest ambulare & non ambulare, verificantur simul. Consimiliter & hoc, quod est posse & non posse, hoc est si intentio negationis in hoc fuerit intentio priuationis, planum quod posse & non posse non coniungentur

Nota differē tiā inter ēntiationē infinitā, & negatiuā simul cū affirmatiua sibi opposita possunt

simul in vno & eodem. Enuntiatio igitur infinita differt a negatiua: quoniam aliquando inuenitur ipsa simul cum sua opposita in vno & eodem: aliquando autem caret subie ctā vtraque ipsarum: enuntiatio vero negatiua & affirmatiua nunquam complicantur simul in vno & eodem, neque est aliquid, quod caret vtroque: & propterea quod dicimus, Socrates est iustus & Socrates est nō iustus, sunt simul falsæ, quum fuerit Socrates mortuus: sed quod dicimus, Socrates est iustus & Socrates non est iustus, dividunt verum & falsum, hoc est, quod non potest Socrates non disponi per alterum istorum, siue fuerit mortuus, siue vivus. Consimiliter, si dicamus de Ziiad quod potest ambulare, & quod non potest ambulare, vnum ipsorum est verum, & alterum falsum. Quumque extiterint enuntiationes infinitæ affirmatiuæ, habebunt negatiuas. Quum autē comparantur enuntiationes simplices & infinitæ affirmatiuæ & negatiuæ, apparent ad scinuicem binæ proportiones, proportio oppositionis & proportio affirmationis. Ponamus igitur loco affirmatiuæ simplicis quæ est. Ziiad est bonum, literam a: & loco negatiuæ simplicis, quæ est, Ziiad non est bonū, literam b: & loco affirmatiuæ infinitæ, quæ est, Ziiad est non bonum, literam d: & loco negatiuæ ipsius, quæ est Ziiad non est non bonum, literam c: & ponamus sub a c, & sub b d: omni igitur ineſt a, aut b: & non possunt coniungi in vno, quoniam vnum ipsorum est affirmatiuum, & alterum negatiuum. Consimiliter se habebit c cum d, quum horum itidem vnum sit affirmatiuum, & al-

A terum negatiuum: & manifestum etiam est, quod cuicunque ineſt d, ex necessitate omni illi ineſt b: si enim verum est, quod dicimus, est non bonum, verum etiam erit, quod dicimus, non est bonum: de eo nanque oportet quod verificetur, quod est bonum, aut quod non est bonum: quum igitur falsum de ipso sit, quod est bonum, sequitur vt verum sit de eo, quod non est bonum, ergo cuicunque ineſt d, illi omni ineſt b: quoniam b sequitur ex d, & est quum fuerit d, sed non conuertitur ita, vt d insit omni illi, cui ineſt b. Quoniam, quum fuerit Ziiad non ens, verificatur de eo, quod non est bonum, & tamen non vere profertur de ipso, quod est non bonum: ista igitur est dispositio d cum b infra consequentia: dispositio autem a cum c se habet in contrarium huius: hoc est, quoniam c sequitur a, & est quum fuerit a, & non conuertitur ita, vt a sequatur c, & sit quando ipsum est: quoniam de quo vere proferimus quod est bonum, de eodem vere dicimus, quod non est non bonū: quoniam de eo verificabitur, aut quod non est non bonum, aut cp est non bonum: & non conuertitur hoc ita, vt de quocunq; vere dicamus, quod non est nō bonū, de eodem etiam vere possimus dicere, cp est bonum: quoniam de Ziiad non ente vere proferimus, quod non est non bonum, quoniam fieri non potest, vt de eo nō verificetur, aut quod est non bonum, aut cp non est non bonum: quoniam duæ orationes istæ, ita se
B habent, vt vna sit affirmatiua & altera negatiua, & fieri non potest, vt aliquid sit, cui alterum istorum non insit: neque etiam coniungi possunt in aliquo simul, Quum hoc igitur ita sit, planum cp fieri non potest, vt c, quæ est negatiua infinita, & b, quæ est negatiua simplex, coniungantur in vno & eodem: quoniā de quo verificatur a, de eo verificatur c: & de quo verificatur a, de eo falsificatur b: quoniam vna ipsarum affirmatiua, & altera negatiua. igitur de quo verificatur c, de eo, est falsum b. Sed d, quæ est affirmatiua infinita, & a, quæ est affirmatiua simplex, coniunguntur in aliquo vno: quoniam non est opus, vt d sit in eo, in quo est b: sed res se habet in contrarium, hoc est, vt b sit in eo, in quo est d. Sed iam existimatur, vt a, quæ est affirmatiua simplex, & d, quæ est affirmatiua infinita, sint oppositæ: quoniam posuimus, quod si est d, est b: & b, & a sunt oppositæ, hoc est, quoniam quum est vnum ipsorum, alterum tollitur, & non potest aliquid esse sine altero ipsorum, ergo d, & a sunt in hac dispositione. verum si d, & a fuerint oppositæ per modum negationis & affirmationis, sequetur, quod si esset b, esset etiam d: quod est falsum & contrarium ei, quod monstratum fuit: quoniam oportet vt d verificetur de b, quum de ipso falsificetur a. Sed fieri potest, quum posuerimus c sequi ex a, & a non sequi ex c, vt monstremus ex hoc, qd b sequitur ex d: quodq; hoc non cōuertitur: quodque fieri
C non pōt, vt simul coniungantur c, & b, sed fieri vtique potest, vt a, & d, simul coexistant. Quod quū ita fuerit, manifestū quod fieri nequit, vt b, & c coniungantur simul in aliquo vno: qm̄ b comprehenditur in d: & cum est d, non est ei qm̄ vnum ipsorū affirmatiuum est, & alterū negatiuum. Sed fieri vtique potest, vt d, & a coniungantur in aliquo vno: qm̄ a non continetur in c, imo in aliquo tempore est c, in quo nō est a. Quū ergo res omnis ita se habuerit, vt ipsi insit a, aut b, & d inuenitur aliquando in a, & aliquando in b. Sed fieri etiam potest, vt ostendamus per demonstrationē aliam, quod si c sequatur ex a, quod b sequitur ex d, & quod b, & c non coniunguntur: quodque fieri potest, vt d, & a coniungantur: & hoc, quoniam si c comprehenditur in a, & de re omni verificatur, aut d, aut c, sequitur vt d vere enuntietur de b, absq; c. qm̄ c comprehenditur in opposito ipsius b, quod est a. Quum igitur c comprehendatur in a, b compreh̄detur in d, quumque c cōprehendatur in a, & b comprehendetur in d. Planum quod c, & b coniungi nequeunt in aliquo vno: quodque hoc fieri vtique potest in d, & a. Hoc autem, quod accidit in enuntiationibus indefinitis infinitis ac simplicibus, accidit etiam consimiliter in pluratiuis ac singularibus: & quemadmodum negatiua affirmatiuæ singularis simplicis non est infinita simplex affirmatiua, eodem pacto negatiua affirmatiuæ simplicis vniuersalis non est affirmatiua vlī infinita: puta i exēplo, nō est negatio huius, qd dicimus, oīs homo est albū, hoc, qd dicimus, oīs homo est nō albū: sed hoc, qd dicimus, nō est oīs

falsum in oībus ennibus. Nota duas ,pportiones inter simplices, & infinitas affirmatiuas & negatiuas.

Nota, nomē infinitū non prædicari de non ente.

Alia demonstratio, qd si c sequat ex a, ipsum etiā b sequetur ex d.

Idem est iudicīū de priuatiuis, & infinitis.

homo albū: causa aūt huius ea est, quam supra diximus: & hoc, quoniā ista, quæ dicimus, omnis homo est album, & omnis homo est non album, sunt falsa simul, & non inest alterum ipsorum ex necessitate vnicuique, quemadmodū se habet dispositio in hoc, quod dicimus, omnis homo est album, & non omnis homo est album. ergo syllogismus concludens, omnis homo est non album, est alius a syllogismo concludente, nullus homo est album: & hoc est, quod dicebamus, quod omnis homo est non album, est affirmatiua: & propterea ostensum fuit, quod non concluditur nisi in prima figura: sed quod dicimus, nullus homo est album, est negatiua vniuersalis, & concluditur in prima ac secunda figuris: & hoc in specie vna primæ figuræ, & in duabus speciebus secundæ. quare concludetur in tribus syllogismorum speciebus. Consimiliter quum fuerit propositio minor in prima figura infinita, non oportet, vt existimemus, quod non concludat: quemadmodum se habet dispositio, quum extiterit negatiua: neque etiam quum fuerint ambæ propositiones infinitæ, disponuntur eo modo, quo disponebantur negatiuæ: nam propositio infinita distinguitur a negatiua, quoniam dictio infinitans est pars propositionis. Et propterea super ipsam cadit etiam dictio negationis non est pars propositionis: & ob hoc prædicatum affirmatiuæ ac subiectum eiusdem, est idem cum prædicato negatiuæ, ac subiecto suo. Sed iam perfectæ sunt intentiones, quas comprehendit tractatus iste. D E

Quū fuerit minor infinita in prima figura, erit syllogismus.

Dictio infinita est pars propositionis, ideò super ipsam p̄ negatio cadere.

Primi libri Priorum Analiticorum cum Auerroe.

FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PRIORVM ANALITICORVM LIBER SECVNDVS.

Cum Auer. Cordub. media expositione.

Summa libri secundum Auer.

Secundus Priorum in tria secta, seu partes diuiditur.
In 1.a cap. 1. vsque ad cap. 21. loquitur de potentijs syllogisticis.
In 2.a cap. 21. vsque ad cap. xxvij. de Impotentijs syllogismi.
In 3.a cap. 27. vsque ad finē, ratiocinatur de Annexis syllogismo.

Qui syllogismi plura concludant. Cap. 1.

IN QVOT ergo figuris, & per quales, & quot propositiones, & quādo, & quo fit syllogismus: amplius autē ad quę perspiciendū cōstrueti, & destruēti, & quo oportet querere de proposito secundum vnamquamq; artē: amplius autē per quā viam sumemus, quæ in singulis sunt principia, iam pertransiuimus. Quoniā autē alii quidē syllogismorū sunt vniuersales, alii vero particulares: vniuersales quidem oēs semper plura syllogizant, particularium aūt prædicatiui quidem plura, negatiui vero conclusionē solam. Nam aliæ quidē propositiones conuertūtur: priuatiua vero non conuertitur. Conclusio vero aliquid de aliquo est: quare alii quidem syllogismi plura syllogizant. Vt si a ostensum sit, omni aut alicui b inesse: & b alicui a necessarium est inesse: & si nulli b inesse a, & b nulli a: hoc autem aliud est a priore. Si autem a alicui b non insit, non necesse est & b alicui a non inesse: contingit enim omni a inesse. Hæc ergo communis omnium causa vniuersalium, & particularium. Est aūt de vniuersalibus, & aliter dicere: quæcunque. n. aut sub medio, aut sub conclusione sunt, omnium erit idem syllogismus: si illa quidem in medio, hæc vero in conclusione ponantur: vt sit a b conclusio per c, quæcunque sub b, aut sub c sunt, necesse est de omnibus dici a: nā d si in toto b, & b in a, & d erit in a. Rursum si e in toto c, & c in toto a, & e in toto a erit. Similiter autem, & si priuatiuus sit syllogismus. In secunda aūt figura q̄ sub conclusione erit, solū erit syllogizare, vt si a insit nulli b, & omni c: conclusio quoniam nulli c, ineſt b: si autem d sub c est, manifestum quoniam nō ineſt ei, b: iis autem quæ sunt sub a, quoniam b non ineſt, non palam est per syllogismum, etsi non ineſt b, ei quod est e, si est e sub a: sed d ineſſe quidem b, nulli c, per syllogismum ostensum est: non ineſſe vero a hoc quod est b, indemonstratum sumptum est: quare nec per syllogismum accidit b non ineſſe e. In particularibus autem, eorum quidem quæ sub conclusione sunt, non erit necessarium. Non enim fit syllogismus, quando ea sumpta fuerit particularis, eorum autem quæ

B


C

Syllogismus vniuersalis, qui cōclusionem colligit vniuersalē: Particularis qui particularē. Prædicatiuus, qui affirmatiuam: Negatiuus, qui negatiuam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt sub medio, erit omnium, veruntamen non per syllogismum: vt si a omni b, & b alicui cnam eius quod sub c est positum, non erit syllogismus: eius vero quod sub b erit, sed non propter eum qui prius factus est syllogismum. Similiter autem & in aliis figuris: nam eius quidem quod sub conclusione est, non erit, alterius vero erit: verum non per syllogismum, eo quód & in vniuersalibus ex indemonstrata propositione, quæ sunt sub medio ostendebantur, quare neque hic erit, vel & in illis.

Coniugatio hæc: particularis in secũda figurã, termino sumpto sub minori, nihil cõcludit: quia maior ẽ particularis. sũpto vero sub medio cõcludit aliã conclusionem.



PARS PRIMA.

Tractatus de syllogismo.

Epilogus omniũ, quę dicta sunt i primo priorũ.

DIXIT, Sed posteaquã declarauimus per quot figuras erunt sermones syllogistici, & per quales species propositionũ, eas videlicet propositiones, in quibus est intẽctio dicti de omni. & p quot propositiones erũt, quodq; ipsæ sunt duæ, & qñ erit, & qñ non erit syllogismus, & hoc qñ nõ inuenitur inter ipsas terminus medius cõtcans. Et diximus de qualitate cuiuscunq; triũ figurarũ qd est ordo medij termini intra ambas extremitates, & diximus cum hoc, quæ ex quatuor quæsitis in quali quærant figura, hoc est affirmatiuo ac negatiuo vniuersalibus, & affirmatiuo ac negatiuo particularibus. Et determinauimus post hoc qualitatẽ inquisitionis super quæsito absolute, & per qualẽ viã accipiuntur ꝓpositiones syllogistmi & faciamus ipsas, ac qũo resoluat omnis sermo syllogisticus ad cõpositionẽ, ex qua fuit cõpositus. Dicamus nunc, qñ syllogismorũ omniũ alij concludunt cõclusiones vniuersales, alij vero cõclusiones particulares, qd accidit vt syllogismi cõcludẽtes vniuersales ex cõsequenti cõcludant, præter cõclusionẽ primã, conclusiones plures. Sed ex syllogismis cõcludẽtibus cõclusiones particulares, accidit, vt illi, qui cõcludunt affirmatiuas particulares, cõcludant cõclusiones plures cũ prima cõclusione: qui vero concludũt particulares negatiuas, non cõcludunt nisi conclusionẽ primam. Causa aũt in hoc est: qũ cõclusiones vniuersales & particulares affirmatiuæ conuertuntur, negatiua vero particularis nõ conuertitur: quare accidit, vt syllogismus cõcludens cõclusionẽ vniuersalẽ affirmatiuã, concludat ẽt particularẽ, quæ continet sub hac vniuersali, & particularẽ, in qua cõuertit vniuersalis affirmatiua. Item accidit, vt concludens vniuersalẽ affirmatiuã, concludat ẽt ipsam conuersam: sed non accidit, vt cõcludens negatiuã particularẽ, concludat aliã ab ipsa, quoniã neq; conuertitur, neq; continet aliam. Secundum igitur hunc modũ accidit vni & eidẽ syllogismo, vt concludat conclusiones plures vna. Præterquã qd prima quidẽ, quã per se concludit, est vna, reliquas vero ab hac concludit secũdum qd sequuntur conclusionẽ primã & mediante illa. & sunt quasi conclusiones per accidens: & propterea tales nõ fuere connumeratæ intra conclusiones syllogisticas in tractatu primo, & erranerunt in hoc antiqui enarratores, quoniã connumerauerunt ipsas. Sed posset etiã aliquis existimare, quod ex vno & eodẽ syllogismo essent plures cõclusiones vna secundũ aliũ modũ: præterqm quod hoc est secundũ existimationẽ, non aũt sc̃dm veritatẽ. Hoc igit accidit in prima figura secũdum duos modos: quorũ vnus est, quum expasuimus, quod aliqd prędicatũ prędicatẽ de aliquo subiecto, & sit manifestũ apud nos, ꝙ aliquid subijcitur subiecto qsiti: existimat enim, quũ mõstratũ fuerit ꝓdicatũ quæsiti inesse subiecto quæsiti, qd iam ex hoc sit manifestũ, ipsum inesse ẽt subiecto subiecti: puta in exẽplo, si fuerit quæsitũ, an mundus sit nouũ, & declaratũ fuerit ex hoc quod cœli sunt noui, & hoc exiterit per se manifestum, qd cœli sunt pars mundi, & hoc est vnũ exijs, quo existimatur ex syllogismo vno esse scdm modũ istũ plures conclusiones vna: sed hoc non est verũ, qũ hoc, qd dicimus, cœli sunt noui, in hoc exẽplo cõcluditur per duas propositiones, quarum vna est, quod cœli sunt pars mundi: & altera qd omnes partes mũdi sunt nouæ, & sequit ex hoc, ꝙ cœli sunt nouæ. Modus vero alius est, quũ declarauerimus, qd aliquid inest subiecto duarũ propositionũ, & sit manifestũ per se, qd terminus medius i duabus propositionibus cõprehendit sub se subiectũ aliud simul cũ subiecto quęsiti: iam enim existimabit, qd ex hoc cõcludunt cõclusiones plures vna: quarũ vna est cõclusio ḣsita, altera vero, cuius subiectũ continet sub medio termino simul cũ subiecto quæsiti: puta in exẽplo, si monstratũ fuerit, qd mundus est nouũ per duas ꝓpositiones, quarũ altera sit, qd mũdus est cõpositũ ex partibus: & altera, qd cõpositũ est nouũ. Iã. n. existimat, qd ex binis istis ꝓpositionibus binę conclusiones cõcludant, quarũ vna est, ꝙ mũdus est nouũ, & altera qd corpus est nouũ: manifestũ, n. est per se, qd corpus cõprehẽditur sub cõposito, quẽadmodũ

Syllogismi vles cõcludunt plures cõclusiones & particulares affirmatiui.

Syls cõcludẽs particularẽ negatiuam, vnã tm conclusionẽ concludit.

Quãuis syllogismus vnus cõcludere possit plures cõclusiones: primam tñ per se cõcludit, alias vero p accidẽs, rõne cõuersionis.

Hic notanꝺ duo alij modi, quibus vnus syls existimatur posse cõcludere plures cõclusiones, non tñ secũdũ veritatẽ.

Modi duo prius dicti fiũt i modis vniuersali-bus primę figurę, sed nõ in particularibus: quãcõclusio ẽ particularis, q̃ fieret maior & syllogismus inutilis.

sub ipso comprehenditur mundus: & vt plurimũ accidit hoc, quam maior fuerit manifesta ex syllogismo: sed in veritate sunt duo syllogismi cõcurrentes in maiore propositione, & separati in minore. Et hoc per se accidit in prima figura, quãconcludit negatiuas vniuersales, quemadmodũ accidebat, quum concludebat affirmatiuas vniuersales: in ijs vero qui concludunt particulares, non accidit species ista conclusionũ, vt sint vniuersales, quia subiectũ suum intrat sub subiectũ conclusionis, quoniam conclusio est particularis: sed accidit species secunda eo, q̃ maior propositio est vniuersalis in omnibus syllogismis iustis figuræ vniuersalibus ac particularibus. Sed in secunda figura accidit, vt existimetur q̃ in vniuersalibus syllogismis concludatur conclusio sua, & quod comprehenditur sub subiecto conclusionis eo, q̃ hoc approximat principio existimationis, sed in veritate est conclusio syllogismi in prima figura, hoc est, quod maior extremitas insit subiecto subiecti sui: non autem existimatur quod concludat simul cum sua conclusione id, quod est subiectum medio termino: quoniã si hoc vtique concluditur, concluditur quidem secundũ ordinẽ secundæ figurę. Sed cogitatio non cadit naturaliter secundum mensuram conclusionis in secũda figura, quemadmodũ cadit omne hoc in prima figura: & propterea videtur, quod maiorem extremitatem ineſſe illi, quod subijcitur medio termino, in secũda figura sit per secundam syllogismum, & non existimatur, quod concludatur per syllogismum primum per contrarium eius, quod subijcitur subiecto conclusionis: puta, in exemplo, corpus cœleste non est nouum: & corpus compositũ est nouum: & sequitur ex hoc syllogismo quod corpus cœleste non est compositum, & quod orbis stellarum fixarum non est compositus: quoniam manifestum est per se, quod comprehenditur sub corpore cœlesti. Si autem existimaret aliquis quod sequeretur ex hoc syllogismo maiorem extremitatem ineſſe ei, quod subijcitur medio termino: quoniam quum fuerit per se manifestũ, quod elementa non sunt noua, iam non sequitur ex hoc, quod elementa non sunt cõposita, nisi per aliam syllogismum a syllogismo, ex quo sequitur, quod corpus cœleste non est compositum, & hoc secundum veritatem & secundũ principiũ existimationis. Et consimiliter se habet dispositio in tertia figura, hoc est, quia non existimatur, quod concludat simul cum conclusione sua, nisi maiorem extremitatem ineſſe illi, quod subijcitur minori extremitati tantum, non autem illi, quod subijcitur medio termino: & propterea non existimamus in syllogismis particularibus, quod concludant aliud a conclusione sua, q̃ subiectum quæsitorum est particulare.

In tertia & figura fit vnus modus tantum,


Quod ex falsis in prima figura verum colligatur.

CAPVT II.

EST ergo sic se habere, vt veræ sint ꝓpositiones, per quas fit syllogismus: est autem vt falsæ, est vero vt hæc quidẽ vera, illa autem falsa: conclusio autem aut vera, aut falsa ex necessitate. Ex veris ergo non est falsum syllogizare: ex falsis autem verum, tamen non propter quid, sed quia: nam eius qui est propter quid, non est ex falsis syllogismus: ob quam autẽ causam, in sequẽtibus dicetur. Primum ergo quoniam ex veris non possibile falsum syllogizare, hunc manifestum. Si enim cum est a, necesse est esse b: si nõ est b, necesse est a non esse: si ergo verum est a, necesse est & b verum esse, aut accidet idem simul & esse, & nõ esse: hoc aũt impossibile. Non autem quoniam ponitur a vnus terminus, accipiatur contingere vno aliquo existẽte, ex necessitate aliquid accidere:


non

non enim potest. Nam quod accidit ex necessitate, conclusio est: per quæ autem fit, ad minimum tres sunt termini, duo autem interualla, & propositiones. Si ergo verum est cui omni ineſt b, & a: cui autem c, & b: cui c, necesse est a ineſſe: & non potest hoc falsum esse: simul enim erit idem, & non erit: ergo a ut vnum positum est duas propositiones colligere. Similiter autem se habet & in priuatiuis: non enim est ex veris ostendere falsum.



Coniugationes binæ ex veris verũ cõcludẽtes.


Ex falsis autem est verum syllogizare, & vtrisq; ꝓpositionibus falsis, et vna: hac autem non vtralibet contingit, sed secunda: si quidẽ totam sumamus falsam: non tota autem sumpta est vtralibet. Insit enim a omni c, ei autem quod est b nulli, nec b insit c: contingit autẽ hoc, vt nulli lapidi animal, & lapis nulli homini: si igitur sumatur a omni b: & b omni c: a omni c inerit, quare ex vtrisq; falsis vera est conclusio omnis enim homo animal. Similiter autem & priuatiuum: insit enim c nulli nec a nec b: a autem b omni: vt si eisdem terminis sumptis, medium ponatur homo, lapidi enim nec animal, nec homo ulli ineſt: homini autem omni, animal: quare si cui quidem omni ineſt, sumamus nulli ineſſe: cui vero non ineſt, omni ineſſe: ex falsis vtrisq; vera erit conclusio.



Coniugationes binæ vniuersales cõcludentes verum ex vtrisq; ꝓpõnibus in toto falsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similiter autem oſtẽdetur,& ſi in aliquo vtraq; falſa ſumatur. Si autem altera ponatur falſa,prima quidem tota falſa exiſtente ut a b, non erit concluſio vera: b c autem erit. Dico autem totam falſam quod contrariam veræ:vt ſi quod nulli ineſt,omni ſumptum eſt, aut ſi quod omni,nulli ineſſe. Inſit enim a b nulli:b autem omni c:ſi ergo b c quidem propoſitionem ſumamus ueram, a b autem falſam totam,& omni b ineſſe a: impoſsibile eſt a c concluſionem ueram eſſe: nulli enim inerat a earum quæ ſunt c: ſiquidem cui b,nulli a:b autem omni c. Similiter autem nec ſi a omni b ineſt:& b omni c: ſumpta ſit autem b c quidem vera propoſitio:a b autem falſa tota,& nulli, cui b,ineſt a,concluſio falſa erit:omni enim c ineſt a, ſi quidem cui b omni,& a: b autem omni c. Manifeſtum ergo quoniam prima tota ſumpta falſa ſiue affirmatiua, ſiue priuatiua, altera autem uera, non fit uera concluſio.




Binæ coniugationes habentes maiorẽ in toto falſam minorẽ veram, non cõcludentes verum.

Non tota autem ſumpta falſa,erit:nam ſi a c quidem omni ineſt, b autem alicui:b autem omni c:vt animal cygno quidem omni:albo autem alicui, album autem omni cygno: ſi ſumatur a omni b,& b omni c:a omni c inerit vere:omnis enim cygnus animal. Similiter autem & ſi priuatiua ſit a b:poſsibile eſt enim a b quidem alicui ineſſe, c vero nulli:b autem omni c:ut animal alicui albo, niui uero nulli:album vero omni niui:ſi ergo ſumatur a quidem nulli b:b autem omni c:a nulli c inerit.Si autem a b quidem propoſitio tota ſumatur vera, b c autem tota falſa:erit ſyllogiſmus uerus:nihil enim prohibet a & b,& c omni ineſſe: b autem nulli c,ut quæcunque eiuſdem generis ſunt ſpecies non ſubalternæ: nam animal & homini, & equo ineſt: equus autem nulli homini ineſt:ſi ergo ſumatur a omni b: & b omni c:concluſio uera erit, tota falſa b c propoſitione. Similiter autem


Silli, verus dicitur, cuius cõcluſio vera: & ex oppoſito falſus, cuius cõcluſio falſa.

cum uniuerſalis priuatiua eſt a b propoſitio: contingit enim a neq; b, neq; c nulli ineſſe; & b nulli c:ut ex alio genere ſpeciebus diuerſũ genus:nam aĩal nec muſicæ,nec medicinę ineſt,neq; muſica medicinę. ſumpta ergo a quidem nulli b,b autem omni c:uera erit concluſio.



Coniugationes binæ ex maiori vera minori in toto falſa, concludentes verum.

Et ſi non tota falſa ſit b c,ſed in aliquo: etiam ſic erit concluſio uera. Nihil enim prohibet a,& b,& c toti ineſſe,b autem alicui c:ut genus ſpeciei,& differentiæ:nam animal homini omni, & omni greſsibili:homo autem alicui greſsibili,& non omni:ſi ergo a omni b, & b omni c ſumatur,a omni c inerit,quod quidem erat uerum. Similiter autem cum priuatiua eſt a b propoſitio:contingit enim a nec b, nec c nulli ineſſe:b uero alicui c:ut genus ex alio genere ſpecici,& differentiæ:nam animal nec ſapientiæ nulli ineſt,nec contemplationi: ſapientia uero alicui contẽplationi: ſi ergo ſumatur a nulli b: b aũtomni c: nulli c inerit a:hoc aut erat uerum. In particularibus aũt ſyllogiſmis contingit & prima propoſitione tota falſa exiſtente,altera autem uera,ueram eſſe concluſionem, & a b in aliquo falſa exiſtente, b c autem uera,& a b quidem uera, particulari autem falſa:& utriſque exiſtentibus falſis. Nihil enim prohibet a b quidem nulli ineſſe:c autem alicui,& b alicui c ineſſe,ut animal nulli niui,albo autem alicui ineſt & nix albo alicui:ſi ergo ponatur medium nix, primum autem animal,& ſumatur a quidem toti b ineſſe,b autem alicui c, a b tota falſa, b c autem uera: & concluſio uera. Similiter autem & cum priuatiua eſt a b propoſitio:poſsibile eſt enim a b quidem toti ineſſe: c autem alicui non ineſſe,b uero alicui c ineſſe:ut animal homini quidem omni ineſt,album autem aliquod non ſequitur. homo uero alicui albo ineſt,quare ſi medio poſito homine, ſumatur a nulli b ineſſe, & b alicui c,uera erit concluſio:cum ſit tota falſa a b propoſitio.



Coniugatio hes bing par ticulares ex maiori in to to falſa, mi nori vera cō cludentes ve rum.

Et ſi in aliquo ſit falſa a b propoſitio, b c vera exiſtente, erit concluſio vera. Nihil enim prohibet a & b, & c alicui ineſſe: b autem alicui c: vt animal alicui pulchro, & alicui magno: & pulchrum alicui magno ineſt: ſi ergo ſumatur a omni b, & b alicui c: & a b quidē propoſitio in aliquo falſa erit, b c autem vera: & concluſio vera. Similiter autem & cum priuatiua eſt a b propoſitio: nam iidem erunt termini, & ſimiliter poſiti ad demonſtrationem. Rurſum ſi a b quidē vera, b c autem falſa: vera erit concluſio. Nihil enim prohibet a quidem toti ineſſe b, c autem alicui: & b nulli c ineſſe. Vt animal cygno quidem omni, nigro autem alicui, cygnus vero nulli nigro: quare ſi ſumatur a omni b, & b alicui c, vera erit concluſio, cum ſit falſa b c. Similiter autem & priuatiua ſumpta a b propoſitione: poſſibile enim a b quidem nulli: c autem alicui non ineſſe, & b nulli c: vt genus ex alio genere ſpeciei, & accidenti eius ſpeciebus: nam animal quidem numero nulli ineſt, albo vero non alicui, numerus autem nulli albo: ſi ergo medium ponatur numerus, & ſumatur a quidem nulli b, b autem alicui c: a alicui c non inerit: quod fuit verum, cum a b quidē ſit propoſitio vera, b c autem falſa. Et ſi in aliquo ſit falſa a b, falſa autem & b c, erit concluſio uera. Nihil enim prohibet a alicui b, & alicui c ineſſe vtriq; b autem nulli c: vt ſi b ſit contrarium ipſi c, & ambo accidentia eidem generi: nam animal alicui albo, & alicui nigro ineſt, album autem nulli nigro ineſt: ſi ergo ſumatur a omni b, & b alicui c, vera erit concluſio. Et priuatiua quidem ſumpta a b, ſimililiter. Nam iidem termini, & ſimiliter ponentur ad demonſtrationem. Et ex vtriſque falſis, erit concluſio uera. Poſſibile eſt enim a b quidem nulli: c autem alicui ineſſe: b verò nulli c. Vt genus ex alio genere ſpeciei & accidenti ſpeciebus eius. animal enim numero quidem nulli, albo uerò alicui ineſt: & numerus nulli albo. Si ergo ſumatur a omni b: & b alicui c: concluſio quidem vera, propoſitiones uero ambæ falſæ. Similiter autem & cum priuatiua eſt a b. Nihil enim prohibet a b quidē

toti ineſſe: c autem alicui non ineſſe: & neque b nulli c: vt animal cygno quidem omni, nigro autem alicui non ineſt: cygnus vero nulli nigro: quare ſi ſumatur a nulli b: b autem alicui c: a alicui c non inerit: ergo concluſio quidem vera, propoſitiones autem falſæ.

Qualiter fieri poſſit, vt ex propoſitionibus falſis ſit concluſio vera, & quando erit, & quomodo.

Propoſitio I toto falſa ẽ, cuius contrarium eſt verum.

Quando ex falſis ſequitur verum, illud nō accidit ꝓpter propoſitiones, ſed alia de cauſa, vt poſt dicetur.

Consequētia concluſionis ex ſyllogiſmo nō eſt cōuertibilis.

Maiori tantū exiſtente in toro falſa, non ſequitur cōcluſio vera.

PRopoſitiones vero, ex quibus erit ſyllogiſmus, aliquando erunt ſimul veræ, aliquando autem erunt ſimul falſæ: & nonnunquam erit vna ipſarum vera, & altera falſa: illa autem, quæ eſt falſa, poteſt eſſe aliquando falſa in toto, & eſt ea, de qua verificatur ſuum contrarium: & poteſt etiam eſſe falſa ſecundū partem. Concluſio autem ex neceſſitate, aut erit vera, aut erit falſa. Quod ſi fuerint ambæ propoſitiones veræ, fieri non poteſt, vt ex ipſis ſit concluſio falſa: ſed fortaſſe, quum fuerint ambæ propoſitiones falſæ, poterit eſſe concluſio vera: hoc autem accidet non propter propoſitiones, ſed propter altam cauſam, quæ poſtea declarabitur. Quod autem fieri non poſſit vt ex propoſitionibus veris ſit concluſio falſa, planum ſecundum iſtum modum: ſi accipiatur loco propoſitionū verarū a, & accipiatur loco concluſionis b, manifeſtum igitur ex definitione ſyllogiſmi ꝙ ſi ponatur a eſſe, ꝙ b etiam erit: quū a eſt in gradu antecedentis in ſyllogiſmo conditionali coniuncto, & b in gradu conſequentis: manifeſtum namq; quum fuerit antecedens, ꝙ erit conſequens: & quū tollitur conſequens, tollitur antecedens. Quod ſi non eſt hoc, ſequitur vt ſit antecedens ſine conſequente: ſed iam poſitum fuit, ꝙ ſi eſt antecedens, eſt etiam conſequens: quare ſequitur vt conſequens ſit & non ſit ſimul: quod fieri non poteſt, & non cohæret: ſi igitur fuerit a verum ex neceſſitate, erit etiam b verum: quū, ſi fuerit non verum, accidet vt b nō ſit, & a ſit, ſed iam monſtratum fuit hoc fieri non poſſe. Non oportet autem vt imagineris a hoc in loco eſſe rem vnam: acceptum nāq; fuit loco duarum propoſitionum, quarum propoſitio vnius ad reliquam, eſt ſicut proportio vniuerſalis ad particularē, & hoc, quoniam quum verum extiterit, ꝙ a dicatur de omni b: & b dicatur de omni c terit etiam ex neceſſitate, vt a dici de omni c: ſit verum quia ſi non, accidit vt verum non ſit verum. Sed quū non oportet, vt propter ſublationem antecedentis, auferatur conſequens, non ſequitur, ſi fuerit a falſum, vt b, quod eſt concluſio, ſit falſum: quoniam conſequentia concluſionis ex ſyllogiſmo, non eſt conſequentia æqualis, hoc eſt conuertibilis: & hæc eadem demonſtratio eſt vniuerſalis ſyllogiſmo concludenti negatiuam aut affirmatiuam, hoc eſt ꝙ fieri non poteſt, vt ex propoſitionibus veris ſit concluſio falſa. Sin autem exiſterint in ſyllogiſmo propoſitiones falſæ, fieri poteſt, vt ex ipſis ſequatur cōcluſio vera, præterquam ꝙ non accidet hoc ex quibuſcūq;, quibus accidit eſſe falſis, neq; ex vtrauis ſpecie duarum ſpecierum falſi, hoc eſt vniuerſalis ac particularis. Atqui ſi exiterit in hoc maior propoſitio vniuerſaliter falſa, non erit ex ſyllogiſmo concluſio vera omnino: ſin autem acceptæ fuerint falſæ in parte: aut acceptæ fuerint ambæ propoſitiones falſæ: aut accepta fuerit minor tantum falſa: nam fieri poteſt, vt ex ipſis ſit concluſio vera. Sint primum ambæ propoſitiones falſæ vniuerſaliter, dico ex materijs planum eſſe, ꝙ concludunt concluſionem veram: & hoc, quū nihil prohibet, vt a, exempli gratia, quod eſt maior extremitas, prædicetur prædicatione vera de c, quod eſt minor extremitas: & a non inſit b, & b conſimiliter, quod eſt medius terminus non inſit c, quod eſt minor extremitas: quum igitur acceptum fuerit, ꝙ a prædicatur de omni b, & b prædicatur de omni c, erunt ambæ ꝓpoſitiones falſæ, & concluſio erit vera, puta ꝙ a prædicatur de omni c: puta in exēplo oīs homo lapis: omnis lapis animal: igitur omnis homo animal: ambę n. ꝓpoſitiones iſtæ ſunt falſę vniuerſaliter, & concluſio vera. Ad huius eiuſdem ſimilitudinē accidit in ſyllogiſmo vniuerſali, qui concludit negatiuam in prima figura: ſtat. n. aliqñ, vt a non inſit alicui c, quod eſt minor extremitas: & a inſit b, quod eſt medius terminus, & b non inſit ipſi c: ſi igitur acciperatur ꝙ a non inſit ali

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota demonstrationem, q̃ maiori ex iſtẽte vniuer. falſa, no erit cõclo vera.


cus b, & b inſit omni c, ſint falſæ: niſi quod concludit, quod a non ineſt ipſi c, quæ D
eſt verum: vt in exemplo omnis homo lapis, & nullus lapis ſtatua, & nullus hõ
eſt ſtatua. Conſimiliter oſtenditur, quum fuerint binæ ꝓpoſitiones falſæ in parte.
Quod ſi fuerit altera propoſitio falſa, & fuerit maior & falſa in toto, dico, quod
concluſio non erit vera, demonſtratio huius, ſi a non in ſit alicui b, & b inſit om-
ni c: ſi nos accipiamus, quod a ineſt omni b, quod eſt falſum, & accipiamus, etiã
quod b ineſt omni c, quod eſt verum, fieri vtique nequit, vt a inſit omni c, hoc eſt,
vt hoc, quod dicimus, a ineſt omni c, ſit verum: & hoc verum fuit, quod a nõ ineſt
alicui, quod ſubijcitur ipſi b, & c ſubijcitur ipſi b; quare fieri non poteſt, vt prædi-
catio a de c ſit vera. Illud autem manifeſtum eſt ex diſpoſitione dicti de omni: &
hoc, quum fuerit & accipiatur maior propoſitio falſa, ſiue negatiua, ſiue affirma-
tiua. Sin aũt exiterit maior propoſitio falſa in parte, tam erit concluſio vera: qũ
fieri poteſt, vt a inſit omni c, & alicui b, & b inſit omni c. Si igitur accipiatur a ꝑ
dicari de omni b, & b de omni c: prædicatio a de omni b erit falſa in parte, ſed ꝓdi
catio b de omni c vera in toto, & concluſio vera in toto: puta in exemplo, omnis
cygnus album: & omne album animal. igitur omnis cygnus animal. Concluſio
itaq; vera eſt in toto, & maior falſa in parte, puta quod dicimus, omne album ani
mal. Conſimiliter autem accidit, quum fuerit maior propoſitio vniuerſalis negati-
tiua, & accipiatur falſa in parte: puta in exemplo, omnis nix album & nullũ al-
bum animal: & concluſio, nulla nix animal, quæ eſt vera. Quod ſi minor accipia E
tur falſa in toto, & maior vera in toto, erit aliquando concluſio vera: nihil enim
prohibet a ineſſe omni b, & c & b non ineſſe alicui c: ſi igitur acceperimus a ineſ
ſe omni b: & b ineſſe omni c: concludetur quod a ineſt omni c, quod eſt verum: &
minor eſt falſa, quæ eſt b ineſſe omni c: hoc autem accidit in duabus ſpeciebus
exiſtentibus ſub vno genere, hoc eſt, quoniam genus prædicatur de ipſis ſimul,
& non prædicatur vna ipſarum de altera. Si igitur accipiatur, quod genus ineſt
vni ipſarum, eo quod ineſt alteri, quodque altera ineſt vni ipſarum, poſtquam
acceptum fuerit, quod genus ipſi ineſt a principio, tam accipietur concluſio vera
ex duabus propoſitionibus, quarum maior eſt vera et minor falſa in toto: puta in
exemplo, ſi dicamus, omnis homo equus, & omnis equus animal, igitur omnis ho
mo animal. Conſimiliter accidet, quum exiterit maior propoſitio negatiua, hoc
autem accidit in genere ſimul cum ſpeciebus exiſtentibus ſub alio genere, hoc
eſt, ſi genus negatum fuerit ab vtraque duarum ſpecierum, & vtraque duarũ ſpe
cierum negata a ſuo coniuncto: quum igitur acceperimus vnam ipſarum ineſſe al
teri, & acceperimus genus non meſſe ipſi, concludetur genus negari ab eo, a quo
accipitur negari, propter ea quod negatur ab altero puta in exemplo, omnis muſi-
ca eſt medicina: & nulla medicina eſt animal: igitur nulla muſica eſt animal: qd'
eſt verum ex duabus propoſitionibus, quarum minor eſt falſa in toto, et maior ve
ra. Conſimiliter ſi minor exiterit falſa ſecundum partem, erit iſidem concluſio F
vera, fieri enim poteſt, vt a inſit vtrique b, & c, & b inſit alicui c: accipiatur au-
tem a ineſſe omni b, & b ineſſe omni c: & concludetur quod a ineſt omni c, quæ
eſt concluſio vera ex duabus propoſitionibus, quarum maior eſt vera in toto, &
minor falſa in parte. & hoc accidet in genere, quod ineſt ſpeciei & differentiæ,
quemadmodum animal, quod ineſt omni homini, & omni grætibili, & homo
ineſt alicui greſsibili, non aũt omni: ſi igitur dicamus, omne greſsibile homo, &
omnis homo animal, ſequitur ex hoc concluſio vera, puta, quod omne greſsibile
eſt animal: accidit etiam quod a non inſit alicui b, & c, & b inſit alicui c, quem-ad
modum ſe habet genus ſimul cum differentia, & ſpecie, quæ eſt ſub alio genere,
vt planta, quæ ineſt nulli homini, & nulli imaginatiuo, & aliquod imaginatiuum
eſt homo: ſi igitur dicamus, omne imaginatiuum eſt homo, & nullus homo eſt plã
ta: concluditur nobis, quod nullum imaginatiuum eſt planta. Et hoc eſt, quod ac-
cidit concluſioni ſimul cum propoſitionibus falſis in duabus ſpeciebus vniuerſa
libus primæ figuræ. Sed in duabus ſpeciebus particularibus tam fieri poteſt, vt
De modis ꝑticularib' pri mæ figuræ. maior propoſitio ſit tota falſa, & altera tota vera, & tamen concluſio ſit vera:
hoc autem eſt contrarium ei, quod accidebat in ſpeciebus vniuerſalibus in hac fi
gura. Conſimiliter fieri etiam poteſt hoc, quum exiterit falſa in parte, aut tue

A rint ambæ falſæ, vel in toto, vel in parte. Quod ſi igitur concluſio ſit vera cum
hoc, quod maior ſit falſa in toto, fieri vtique poteſt: quoniã nihil prohibet quod a
non inſit ipſi b, & inſit alicui c. & tamen b inſit alicui c: quemadmodum animal
ineſt nulli niui: & ineſt alicui albo: & nix ineſt alicui albo: ſi igitur dicamus, ali
quod album eſt nix, & omnis nix animal, concluditur quod aliquod album eſt
animal: & hæc concluſio eſt vera ex duabus propoſitionibus, quarum maior eſt
falſa in toto, & minor vera. Conſimiliter accidet, quum exiterit, maior propoſi
tio negatiua: fieri enim poteſt, vt a inſit omni b, & non inſit alicui c: & b inſit ali
qui c: vt animal ineſt omni homini, & non ineſt alicui albo, & homo ineſt alicui
albo: ſi igitur dicamus, aliquod album homo: & nullus homo animal: conclude-
mus, aliquod album non eſt animal: & hæc eſt concluſio vera ex duabus propoſi
tionibus, quarum maior eſt falſa in toto, & minor vera. Conſimiliter accidet, ſi
fuerit maior propoſitio falſa in parte: quoniam nihil prohibet a ineſſe alicui b, &
alicui c, & b ineſſe alicui c: puta in exemplo, animal ineſt alicui bono, & alicui
magno, & bonum ineſt alicui magno: ſi igitur dicamus aliquod magnum eſt bo-
num: & omne bonum eſt animal: concludetur, quod aliquod magnum eſt animal,
quæ eſt concluſio vera ex duabus propoſitionibus, quarum maior eſt falſa in par
te, & minor vera. Conſimiliter accidit, quum fuerit maior propoſitio negatiua:
hoc autem monſtratur per hos eoſdem terminos: vt ſi dicamus, aliquod magnum
B eſt bonum: & nullum bonum eſt animal; & concluditur nobis quod aliquod ma
gnum non eſt animal: & hoc eſt verum ex binis propoſitionibus, quarum maior
eſt falſa in parte, & minor vera. Eodem modo ſi ꝓpoſitio falſa fuerit minor, erit
aliquando ex hoc concluſio vera: quoniam fieri poteſt, vt a inſit omni b, & ali-
cui c, & b inſit nulli c: vt in exemplo, animal ineſt omni cygno, & alicui nigro,
& cygnus ineſt nulli nigro: ſi igitur dicamus, aliquod nigrum eſt cygnus; & om-
nis cygnus eſt animal: concludetur quod aliquod nigrum eſt animal: quod eſt ve
rum ex duabus propoſitionibus, quarum minor eſt falſa, & maior vera. Conſimi
liter accidet, ſi maior exiterit negatiua, quoniam fieri poteſt, vt a non inſit alicui
b, & non inſit etiam alicui c, & b inſit nulli c: vt genus proportionatum ſpeciei
alterius generis & accidenti, quod ineſt ſpeciebus illius generis proportionati:
puta in exemplo, animal ineſt nulli numero, & non ineſt alicui albo, & numerus
ineſt nulli albo: ſi igitur dicamus, aliquod album eſt numerus; & nullus numerus
eſt animal: concluditur quod aliquod album non eſt animal, quæ eſt concluſio ve
ra ex binis propoſitionibus, quarum maior eſt vera, & minor falſa. Eodem pa-
cto accidet vt ſit concluſio vera, quum maior propoſitio falſa exiterit in parte
& minor falſa in toto: fieri enim poteſt, vt a inſit alicui b, & alicui c, & b inſit
nulli c: hoc autem accidit, quum b fuerit contrarium c, & fuerint ambo acciden
tia in genere vno: vt animal quod ineſt alicui albo & alicui nigro & album ineſt
C nulli nigro: ſi igitur dicamus, aliquod album eſt nigrum: & omne nigrum eſt ani
mal; concludetur quod aliquod album eſt animal; hæc igitur concluſio eſt vera
ex duabus propoſitionibus falſis, quarum maior eſt falſa in parte & minor into
to. Conſimiliter accidit, quum exiterit maior propoſitio negatiua: hoc autem
monſtratur per hos eoſdem terminos; puta ſi accipiatur aliquod album eſt nigrũ;
& nullum nigrum eſt animal, concluditur quod aliquod album non eſt animal,
quod eſt verum. Conſimiliter, quum fuerint binæ propoſitiones falſæ, & exiterit
maior falſa in toto, accidet aliquando concluſionẽ eſſe veram, fieri enim poteſt,
vt a inſit nulli b, & iſidem inſit alicui c, b vero inſit nulli c: vt genus quod ineſt
ſpeciei alterius generis, & in eſt accidenti, quod ineſt ſpeciebus ſuis, & hoc acci
dens non ineſt illi ſpeciei: puta in exemplo, ſi dicamus, aliquod album numerus;
& omnis numerus animal: aliquod igitur album animal: iſta igitur concluſio * * alr. ꝓpõ.
eſt vera ex binis propoſitionibus falſis. Conſimiliter accidet, quum fuerit maior
propoſitio negatiua, puta in exemplo, aliquod nigrum cygnus: & nullus cygnus
animal, & concluditur quod aliquod nigrum non eſt animal: & hoc eſt verum, ex
binis propoſitionibus falſis: niſi igitur ſunt ſpecies concludentes concluſionem ve
ram ex propoſitionibus falſis in prima figura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod colligatur verum ex falsis in secunda figura. Cap. III. D

IN media autem figura omnino contingit per falsa uerum syllogizare: & vtrisq; propositionibus totis falsis sumptis, & hæc quidem uera, illa tota falsa. utralibet falsa posita, & si veræq; in aliquo falsæ, & si hęc quidem simpliciter uera, illa autem in aliquo falsa: & in uniuersalibus, & in particularibus syllogismis. Si enim a b quidē nulli inest, c autem omni: vt lapidi animal quidem nulli, homini autem omni: si contrariæ ponantur propositiones, & si sumatur a b quidem omni, c vero nulli: ex falsis totis propositionibus erit vera conclusio. Similiter autem & si a inest b quidē omni, c vero nulli: nam idem erit syllogismus.




Coniugationes binę vtiles ex propōnibus in toto falsis cōcludentes uerū, g

Rursum, si altera quidem tota falsa, altera autem tota uera. Nihil.n. prohibet a, & b, & c omni inesse: b autem nulli c, vt genus non subalternis speciebus. Nam animal & equo omni, & homini inest, & nullus homo equus: si ergo sumatur animal huic quidem omni, illi vero nulli inesse: hæc quidem erit falsa, illa vero tota vera, & conclusio vera, ad utrūlibet posito priuatiuo. Et si altera in aliquo falsa, altera aut. m tota vera: posibile est enim a b quidem alicui inesse: c autem omni: & b nulli c, vt animal albo quidem alicui, coruo autem omni, albū vero nulli coruo. Si ergo sumatur a b quidem nulli, c autem toti inesse, a b quidem propositio in aliquo falsa est, ac autem tota vera, & cō clusio vera: & transposita quidem priuatiua, simililiter. Nam per eosdem terminos demonstratio. Et si affirmatiua quidem propositio in aliquo falsa, priuatiua autem tota vera: nihil enim prohibet a b quidē alicui inesse, c autem toti non inesse, & b nulli c: vt animal albo quidē alicui, pici autem nulli, album vero nulli pici: quare si sumatur a toti b inesse: c autem nulli: a b quidem in aliquo falsa, a c aūt tota vera, & conclusio vera. Et si vtreque propositiones in aliquo falsæ, erit cō clusio vera: posibile est enim a & b, & c alicui inesse, b autē nulli c,

Coniugationes binę, vna ex maiori in parte falsa, minori vera: altera ex tota, cōcludentes verum, f

A vt animal, & albo alicui, & nigro alicui, album vero nulli nigro si ergo sumatur a b quidem omni, c autē nulli, ambæ quidem propositiones in aliquo falsæ, conclusio autem vera: similiter autem transposita priuatiua p eosdem terminos. Manifestū aūt & in particularibus syllogismis: nihil enim prohibet a b quidem omni, c autem alicui inesse, & b alicui c non inesse: vt animal omni homini, album autem alicui, homo vero alicui albo non inerit. Si ergo ponatur a b quidem nulli inesse, c autem alicui inesse, vniuersalis quidem propositio tota falsa, particularis autem vera, & conclusio vera. Similiter autem & affirmatiua sumpta a b: posibile est enim a b quidē nulli, c autem alicui non inesse, & b alicui c nō inesse, vt animal nulli inanimato, albo autem alicui: & inanimatum non inerit alicui albo. Si ergo ponatur a b quidem omni, c vero alicui non inesse: a b quidē ppositio vniuersalis tota falsa, a c aūt vera, & cōclusio vera.




B

Coniugationes binæ ex maiori falsa, minori vera cōcludentes verum,

Et vniuersali quidem vera posita, minori autem particulari falsa: nihil enim prohibet a nec b, nec c ullum sequi, et b alicui c non in- C esse: vt animal nulli numero, nec inanimato, & numerus aliquod inanimatum non sequitur. Si ergo ponatur a b quidem nulli, c autem alicui, & conclusio vera, & vniuersalis propositio vera: particularis autem falsa. Affirmatiua autem vniuersali similiter posita: posibile est enim a & b, & c toti inesse, b autem aliquod c non sequi: vt gele est enim a & b, & c toti inesse, b autem aliquod c non sequi: vt genus speciem, & differentiam. Nam animal omnem hominem, & totus speciem, & differentiam. Nam animal omnem hominem, & totum gressibile sequitur. homo vero non omne gressibile: quare si sumatur a b quidem toti inesse, c autem alicui non inesse, vniuersalis quidem propositio vera, particularis falsa, conclusio autem vera. Manifestum autem quoniam & vtrisq; falsis erit cōclusio vera: si qui dem contingit a & b, & c huic quidem omni, illi vero nulli inesse: b vero aliquod c non sequi: nam sumpto a b quidem nulli, c autem alicui inesse, propositiones quidem ambæ falsæ: conclusio autē vera. Similiter autem & cum prædicatiua fuerit vniuersalis propositio,

particularis autem priuatiua : posſibile eſt enim a b quidem nullũ, D
c autem omne ſequi, & b alicui c non ineſſe : vt animal diſciplinam
quidem nullam, hominem autem omne ſequitur, diſciplina vero nõ
omnem hominem . ſi ergo ſumatur a b quidem toti ineſſe, c autem
aliquod nõ ſequi, propoſitiones quidem falſæ, cõcluſio aũt vera.



Coniugationes binæ ex ambabus in toto falſis, verũ concludentes,

Tractatus de ſecunda figura.

Modi vniuerſales in ſecũda figura, qbus ex falſis ,ppoſitionibus cõcludit vera cõcluſio.

DIxit, In ſecunda uero fieri poteſt, vt concluſio ſit vera ex propoſitionibus falſis, quum fuerit vtraque duarum propoſitionum falſa : & hoc, aut in toto, aut in parte: vel quum fuerit vna ipſarum falſa, & altera vera, ſiue exiterit falſa in toto, ſiue in parte, & hoc erit in ipſis ſyllogiſmis concludentibus vniuerſalem & particularem : puta quoniam b, quod eſt terminus medius, inerit nulli a, quod eſt maior extremitas, & inerit omni c, quod eſt minor extremitas: & a inerit nulli c, ſecundum quod monſtratum fuit, vt in exẽplo, ſi dicamus, omnis homo animal, & nullus lapis eſt animal. Si igitur ponamus ambas iſtas ꝓpoſitiones ecõtrario eius, quo ſunt, vt ſi accipiatur b ineſſe omni a, hoc eſt, ſi accipiatur. ꝙ omnis lapis animal, & ineſſe nulli c. Hoc eſt ſi accipiatur, quod nullus homo eſt animal. Concludetur ex duabus iſtis propoſitionibus falſis eadem F
concluſio, quę erat, quum ambę ponebantur veræ, puta; ꝙ nullus homo eſt lapis. Conſimiliter accidet, ſi veram exiterit, quod b ineſt omni a, & ineſt nulli c, hoc eſt, quum fuerint iſtę conuerſæ etiam ad ſua contraria. Concludetur enim poſtea quã conuerſe fuerint ad falſitatem id, qd' antea concluſum fuit, puta, ꝙ a ineſt nulli b . Eodem pacto accidet, quum fuerit vna propoſitio tota falſa, & altera vera, vt concludatur conſimiliter concluſio vera : fieri nanq; põt, vt b, qd' exẽpli gratia eſt, medius terminus, inſit vtriq; & a & c, quæ ſunt extremitates quæſiti, & a inſit nulli c . Hoc autem accidit generi ſimul cum ſpeciebus diuidẽtibus, quæ ſunt ſub ipſo : vt animal, quod ineſt omni homini & omni equo, & equus ineſt nulli homini: ſi igitur accipiatur quod genus ineſt vni, alteri autẽ nõ ineſt, erit vna propoſitio non falſa, altera autem non uera, & erit concluſio tota vera, ad quamcunque partem ponatur negatiua, hoc eſt maioris aut minoris : puta in exemplo, ſi dicamus, omnis equus animal : & nullus homo animal. Cõcluditur, quod nullus equus homo : hęc autem eſt concluſio vera ex binis propoſitionibus, quarum vna falſa, & altera vera. Conſimiliter accidet, quum exiterit pars vnius propoſitionis falſa, & fuerit altera tota vera . Fieri enim poteſt vt b inſit alicui a, & omni c, & a inſit nulli c : quemadmodum animal, qd' ineſt

A alicui albo, & omni coruo, & album ineſt nulli coruo : ſi igitur accipiatur, nullum album eſt animal, & oĩs coruus eſt animal. Concludetur, nullus coruus eſt album, quæ eſt concluſio vera ex binis propoſitionibus, quarũ vna eſt falſa in parte, puta, quã dicimus nullũ albũ eſt animal, altera aũt vera in toto, vt quã dicimus, omnis coruus animal. Eodem modo accidet, quum ea, quæ eſt falſa in parte, extiterit affirmatiua, quę aũt vera in toto negatiua: puta, ſi dicamus, omne albũ animal, nulla pix alal, & cõcluditur, nullũ albũ pix : quę eſt cõcluſio vera ex binis propoſitionibus, quarum altera eſt affirmatiua falſa in parte, vt quã dicimus, oĩ album animal : altera aũt vniuerſalis negatiua vera in toto, vt quã dicimus, nulla pix eſt animal. Conſimiliter accidet, vt ſit concluſio vera, quã fuerint ambę propoſitiones falſę in parte : puta in exemplo, ſi dicamus, omne albũ eſt animal, nullum nigrum eſt animal, & cõcluditur ex hoc pd' nullum albũ eſt nigrũ, quę eſt concluſio vera ex binis propoſitionibus falſis in parte: & hoc, quoniam aliqd' album eſt animal, & aliquod nigrum eſt animal : & hoc æque, ſiue ponatur negatiua maior ſeu minor, veluti ſi dicamus, nullũ albũ animal, & omne nigrum animal : erit.n. concluſio vera ex binis propoſitionibus falſis in parte.

Modi particulates in ſecunda figura.


Hęc igitur eſt diſpoſitio ſyllogiſmorum ex propoſitionibus vniuerſalibus, qui ſunt in hac figura . In ſyllogiſmis aũt particularibus idem accidet, quod & in vniuerſalibus: & hoc, qm aliquãdo maior erit falſa in toto, & particularis vera,
B & tamen concluſio erit vera: vt in exemplo, aliquod albũ eſt animal, & nullus homo eſt animal, & cõcluditur ex hoc, quod aliqd' albũ non eſt hõ, quę eſt vera ex binis ꝓpoſitionibus, particulari vera, & vniuerſali falſa in toto. Eodẽ modo accidet, ſi vniuerſalis falſa extiterit affirmatiua : vt in exẽplo, aliqd' albũ non eſt animal, & omne inanimatum eſt animal, concluditur ex hoc, qd' aliquod album non eſt inanimatum, quæ eſt vera, ex particulari negatiua vera, & affirmatiua vniuerſali falſa. Conſimiliter accidet, ſi ponatur propoſitio vera vniuerſalis, & falſa particularis: vt in exẽplo, ſi dicamus, aliqd' inanimatum eſt animal. & nullus numerus eſt animal, cõcluditur ex hoc, qd' aliqd' inanimatum non eſt numerus: qd' eſt verũ ex particulari falſa, & vniuerſali negatiua vera. Eodem modo accidet, ſi acciptatur vniuerſalis vera affirmatiua, & particularis falſa negatiua qd' accidit generi ſimul cum ſpeciebus, quæ ipſi inſunt, & differentiis harum ſpecierũ : & hoc, qm nõ eſt verũ, quũ dicimus, aliqd' ambulans non eſt animal, & omnis homo animal, & concluditur ex hoc, qd' aliquod ambulans nõ eſt homo, qd' eſt verũ ex propoſitione vniuerſali vera & falſa particulari : ſed & hoc aliquando accidet, quũ fuerint ambæ propoſitiones falſę, particularis & vniverſalis, vt in exẽplo, ſi dicamus, oĩs ſcientia eſt potentia animalis, & aliqui homini non ineſt potentia animalis, concluditur ex hoc, qd' aliqui homini nõ ineſt
C ſcientia, qd' eſt verum ex ambabus propoſitionibus falſis . Eodem pacto accidet, quum exiterit vniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua : veluti ſi dicamus, nulli homini ineſt potẽtia animalis, & aliqua ſcientia eſt potentia animalis. & concluditur ex hoc, quod aliqua ſcientia non ineſt homini.

Quod ex falſis uerum identidem colligatur in tertia figura. Cap. IIII.



RIcatur autem & in poſtrema figura per falſas totas, & in alĩ quo utraque, & altera quidem uera, altera autem falſa: & hac quidem in aliquo falſa, illa autem tota uera: & e conuerſõ, & quotquot modis aliter poſſibile eſt tranſſumere propoſitiones . Nihil enim prohibet nec a, nec b, ulli c ineſſe, a autem alicui b ineſſe : ut nec homo, nec greſſibile, nullũ inanimatum ſequitur: homo autem alicui greſſibili ineſt: ſi ergo ſumatur a, & b omni c ineſſe, propoſitiones quidem totæ falſæ, cõcluſio autem uera. Similiter autem & cum hæc quidẽ eſt priuatiua alia uero affirmatiua . Poſſibile eſt enim b quidem nulli c ineſſe, a


autem omni, & a alicui b non ineſſe: vt nigrum nulli cygno, animal D
autem omni, & animal non omni nigro; quare ſi ſumatur b quidem
omni c, a vero nulli: à alicui b non inerit: & concluſio quidem
vera, propoſitiones autem falſæ.



Coniugatio nes binæ uniuerſales ex utriſq; in toto falſis, cõcludentes verum.

B

Et ſi in aliquo fuerit vtraq; falſa, erit concluſio vera: nihil enim prohibet & a, & b alicui c ineſſe, & a alicui b: vt album, & pulchrũ alicui animali ineſt, & album alicui pulchro: ſi ergo ponatur a, & b omni c in eſſe: propoſitiones quidem in aliquo falſæ, concluſio aũt vera: Et priuatiua a c poſita, ſimiliter: nihil enim prohibet a quidem alicui c non ineſſe, b vero alicui ineſſe: & a non omni b ineſſe, vt album alicui animali non ineſſe, pulchrum autem alicui ineſt, & album non omni pulchro: quare ſi ſumatur a quidem nulli c, b aũt omni, vtræq; propoſitiones quidẽ in aliquo falſæ, cõcluſio aũt vera.




Coniugatio nes binæ ex vtriſo: i parte falſis verũ cõcludentes,

F

Similiter autem & hæc quidem tota falſa, illa uero tota vera ſumpta. Poſsibile eſt enim a, & b omne c ſequi: & a alicui b non ineſſe. vt

A animal, & album omnem cygnum ſequitur, & animal non omni ineſt albo. poſitis igitur his terminis, ſi ſumatur b quidem toti c ineſſe, a vero toti non ineſſe, b c quidem tota erit uera, a c autem tota falſa, & concluſio uera. Similiter autem & ſi b c quidem falſa, a c autem vera: nam hi quidem termini ad demonſtrationem: nigrum, inanimatum, cygnus. Sed & ſi vtræq; aſſumantur affirmatiuæ: nihil enim prohibet b quidem omne c ſequi, a autem toti c nõ ineſſe, & a alicui b ineſſe: vt omni cygno animal, nigrum uero nulli cygno: & nigrum ineſt alicui aſali: quare ſi ſumatur a & b oĩ c ineſſe, b c quidem tota vera, ac aũt tota falſa, & cõcluſio uera. Similiter aũt & a c ſumpta vera, nam p eoſdem terminos demõſtratio. Rurſum hac quidẽ tota vera exiſtẽte, illa vero in aliquo falſa: poſsibile eſt n.b quidẽ oĩ c ineſſe, a aũt alicui c, & a alicui b: vt bipes quidẽ omni homini, pulchrum nõ omni, & pulchrum alicui bipedi ineſt. Si ergo ſumatur a, & b toti c ineſſe, b c quidem tota vera: a c autem in aliquo falſa, concluſio aũt
B vera. Similiter aũt & a c quidem vera: b c autem falſa in aliquo ſumpta: tranſpoſitis enim iiſdem terminis erit demonſtratio. Et cum hæc quidem eſt priuatiua, illa vero affirmatiua: quoniam poſsibile eſt b quidem toti c ineſſe, a autem alicui c: & quando ſic ſe habeant, nõ omni b ineſſe a. Si ergo aſſumatur b quidẽ toti c ineſſe, a aũt nulli: priuatiua quidem in aliquo falſa, altera aũt tota vera, & concluſio erit vera. Rurſum quoniam oſtenſum eſt, quod cum a quidem nulli c ineſt, & b alicui, euenit a alicui b non ineſſe: manifeſtum igitur quoniam & cum a c tota eſt vera, b c autem in aliquo falſa, contingit cõcluſionem eſſe veram: ſi enim ſumatur a quidem nulli c, b autem omni: a c quidem tota vera, b c autem in aliquo falſa.



Q

Coniugatio nes binæ negatiuæ, altera in parte falſa, altera vera, concludentes verũ.

Manifeſtum autem & in particularibus ſyllogiſmis: quoniam omnino per falſa erit verum: nam iidem termini ſumendi, & quãdo vniuerſales fuerint propoſitiones: in prædicatiuis quidem prædicatiui,

Syllogismus vniuersalis in tertia figura cuius vtraq; propositio est vniuersalis ex particularibus vero, cuius altera particularis sumitur.

in priuatiuis autem priuatiui: nihil enim differt cum nulli inerat, vniuersaliter sumere ineſſe, & ſi alicui inerat, vniuerſaliter ſumere ad terminorū ex poſitionem: ſimiliter autem & in priuatiuis. Manifeſtum igitur quando ſit concluſio falſa, neceſſe eſt ea ex quibus eſt oratio, falſa eſſe aut omnia, aut aliqua: quando autem vera, non neceſſe eſt verum eſſe nec aliquod quidem, nec omne. Sed eſt cum nullum ſit verum eorum, quæ ſunt in ſyllogiſmis, & concluſionem ſimiliter eſſe veram, non tamen ex neceſſitate. Cauſa autem quoniam quando duo ſic ſe habent adinuicem, vt cum alterum ſit, ex neceſſitate eſſe alterum: hoc cum non ſit quidem, nec alterum erit: cum aũt ſit, non neceſſe eſt eſſe alterum: idem autem cum ſit, & non ſit, impoſſibile ex neceſſitate eſſe idem. Dico autem cum ſit a album, b eſſe magnum ex neceſſitate, & cum non ſit a album, b eſſe magnum ex neceſſitate, quando enim cum hoc ſit (vt a) album, illud neceſſe eſt (vt b) eſſe magnum: cum autem ſit b magnum, c non eſt album: neceſſe eſt ſi a ſit album, c nõ eſſe album. Et quando duobus exiſtentibus, cum alterum ſit, neceſſe eſt alterum eſſe: hoc autem cum nõ ſit, neceſſe eſt a non eſſe: cum ergo b non ſit magnum, a poteſt album eſſe: cum vero a non ſit album, neceſſe eſt b magnum eſſe: accidit ex neceſſitate cum b magnum non ſit, idem b eſſe magnum: hoc autẽ impoſſibile: nam ſi b non eſt magnum, a non erit album ex neceſſitate: ſi ergo cum non ſit a album, b erit magnum, accidit ſi b non eſt magnum, b eſſe magnum, vt per tria.



Ex hac ratione oſtẽditur ſi concluſio eſt falſa ęp ,ppõnes ſunt falſę.

Nota modũ, quo in tertia figura ex ambabus in toto falſis, ſequitur cõclo vera.

COnſimiliter accidet hac in figura, vt ſit concluſio vera, & ambæ propoſitiones falſæ, aut in toto, aut in parte: aut vna ipſarum in toto, & altera in parte. Eodẽ modo quum extiterit vna ipſarum vera, & altera falſa, vel in toto, vel in parte: & hoc, quoniam nihil prohibet, vt duo ſint, quæ alicui vni nõ inſunt, ſed vnum ipſorum alteri inſit: quum igitur accipitur, quod vtrunque ipſorum ineſt rei huic vni, innouatur ibi concluſio vera ex ambabus propoſitionibus falſis in toto: vt in exemplo, ſi dicamus, omne inanimatum eſt ambulans & omne inanimatum eſt homo. Concludetur hac in figura, quod aliquod ambulans eſt homo: hoc autem eſt verum ex binis propoſitionibus falſis in toto. Conſimiliter accidet, quum extiterit vna negatiua & altera affirmatiua: fieri

nanque poteſt, vt c, quod eſt minor extremitas, inſit nulli b, quod eſt medium, & a, quod eſt terminus maior, inſit omni b, & non inſit alicui c: quum igitur acceperimus c ineſſe omni b, & a ineſſe nulli c. Concludetur nobis quod a non ineſt alicui c: vt in exemplo, ſi dicamus, omnis cygnus nigrũ, & nullus cygnus animal: concludetur quod aliquod nigrum non eſt animal: hoc autem eſt verũ ex binis propoſitionibus falſis in toto. Eodẽ pacto, quum fuerit vtraque duarum propoſitionũ falſa in parte, poterit aliquando concluſio eſſe vera: fieri. n. poteſt, vt a, & c, inſint alicui b, & a inſit alicui c: quemadmodũ album & bonum, quę inſunt alicui animali, & bonum ineſt alicui albo: ſi igitur poſuerimus a, & c vtraque ineſſe omni b, concludetur a ineſſe alicui c: hoc autem eſt verum ex binis propoſitionibus falſis in parte: puta in exemplo, ſi dicamus, omne animal album, & omne animal bonum, concluditur ęp aliquod album eſt bonum, quod eſt verum. Conſimiliter accidet, quum fuerit maior propoſitio negatiua, & minor affirmatiua, & ambæ falſæ in parte, & ipſæ extiterint vniuerſales: nihil enim prohibet, quod a non inſit alicui b, & c inſit alicui b, & a non inſit alicui c, quæ eſt concluſio: vt in exemplo ſi dicamus, nullum animal eſt bonũ, & omne animal eſt album, concluditur enim ex hoc, quod aliquod album non eſt bonum, quod eſt verum ex binis propoſitionibus falſis in parte. Eodẽ modo aliquando erit concluſio vera, quum fuerit vna duarum prn poſitionum falſa in toto, & altera vera: fieri enim poteſt, vt a, & c, ambo inſint ipſi b, & a non inſit alicui c: quum igitur acceperimus a ineſſe nulli b, & c ineſſe omni b, Concludetur nobis, quod a non ineſt alicui c: hoc autem eſt verũ ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt falſa in toto, & altera negatiua vera: vt in exemplo, ſi dicamus, omnis cygnus animal, & nullus cygnus album, cõcludetur ex hoc, quod aliquod animal non eſt albũ, hoc aũt eſt verum ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt falſa in toto. Conſimiliter accidet, quum propoſitio, quæ eſt minor falſa exiterit, & propoſitio a b, quæ eſt maior, vera. Termini autem, quibus hoc monſtratur ſunt, nigrum, cygnus, & inanimatum: & hoc, quoniã ſi ponamus, quod omnis cygnus eſt nigrum, & nullus cygnus eſt inanimatũ, concludetur nobis, quod aliquod nigrum non eſt inanimatum, quod eſt verum ex binis propoſitionibus, quarum minor eſt falſa in toto. Eodem modo accidet, quum acceptæ fuerint ambæ propoſitiones affirmatiuæ, hoc eſt vera & falſa. Termini autem, quibus hoc monſtratur, ſunt animal, cygnus, & nigrum: & hoc quum dicitur, omnis cygnus nigrum, & omnis cygnus animal, concludetur. n. nobis ex hoc, ęp aliquod nigrũ eſt animal: & hoc autem eſt verum ex duabus propoſitionibus affirmatiuis, quarũ altera eſt falſa, ſiue exiterit vera maior, ſiue minor: monſtrant aũt hoc ijdem iſti termini. Conſimiliter aliquando erit cõcluſio vera, quum fuerit vna duarum propoſitionum vera, & altera falſa in parte: fieri enim poteſt, vt c inſit omni b, & a inſit alicui b, & a inſit alicui c, quæ eſt concluſio: vt in exemplo, bipes quod ineſt omni homini, & bonum nõ ineſt omni homini, & bonum ineſt alicui bipedi: ſi igitur acceperimus a, & c, ineſſe omni b, erit propoſitio b c vera tota, & pars propoſitionis a b falſa. Concluſio autem vera, puta in exemplo, ſi dicamus, omnis homo bipes, & omnis homo bonum, concluditur enim, quod aliquod bipes eſt bonum. Conſimiliter accidet, quum acceperimus propoſitionem a, b, hoc eſt maiorem veram & propoſitionem b, c, hoc eſt minorem falſam in parte, monſtratio autem huius eſt per hos eoſdem terminos, ſi ponamus minorẽ extremitatem maiorẽ, & ponamus quę ſitum noſtrũ, quod cõcluditur prius conuerſum, puta ęp aliqd̃ bonũ eſt bipes. Eodẽ pacto accidet, quũ acceperimus vnam propoſitionẽ negatiuam, & alteram affirmatiuam, iam enim monſtratũ fuit in figura tertia, quũ c inſit oi b, & a non inſit alicui b, qd̃ a non inerit alicui c: ſi igitur accipiatur c ineſſe oi b, & a ineſſe nulli b, accidet vt ſit ,ppoſitio negatiua falſa, & altera ſit tota vera, & reliquatur eadẽ cõcluſio vera, puta qd̃ a nõ inſit alicui c: erit aũt concluſio vera ex duabus propoſitionibus, quarũ vna eſt vera in toto, vt negatiua, & altera falſa in gte, vt affirmatiua. Hoc aũt idẽ, qd̃ diximus accidere in ſyllis vniuerſalibus hac in figura, accidet etiam in ſyllis particularibus; monſtratio aũt huius erit

Syllogiſmi particulares i ter

tia figura, in quibus ex falsis vera conclusio cõcluditur.

Conclusio falsa fieri nõ potest, nisi sit aliqua propositio falsa.

Nota cũm, ex qua potẽ est esse propõnes falsas quã sit conclusio vera.

per terminos, per quos ipsorum dispositionem monstrauimus in syllogismis vniuersalibus: & hoc vt faciamus in negatione istorum, quod fecimus in negatione illorum: & in affirmatione istorum, qd fecimus in affirmatione ipsorum: quoniã propositio vniuersalis falsa in toto est falsa in parte, siue fuerit negatiua, siue affirmatiua, quum ergo propositiones vniuersales falsas, quas tbi exemplo vniuersales adduximus, fecerimus particulares, monstrabitur hoc in loco, quemadmodum tbi etiam monstratum fuit. Quum igitur sit hoc manifestum, planum si extiterit conclusio falsa ꝙ necessarium est, vt in propositionibus sit propositio falsa: quũ alioqui non perficeretur ex propositionibus veris conclusio vera, quod est cõtrarium ei, quod acceptum fuit in definitione syllogismi, & ei, quod confessio cõstat ex demonstratione sine dispositionis. Attamen quum fuerit conclusio vera, nõ sequitur omnino, vt sint propositiones veræ: causa autem huius est, quũ verum est vniuersalis vero, quod monstratur per viam syllogismi: & verum, quod monstratur per viam syllogismi, monstratur etiam per plures syllogismo vno: & propter hoc non sequitur, quum perimitur syllogismus, vt perimatur conclusio, hoc est, quum fuerint propositiones falsæ, vt sit conclusio falsa: sed sequitur quum perimitur conclusio, hoc est, quum fuerit falsa, vt perimatur syllogismus, id est vt sint propositiones falsæ, aut in figura syllogismi corrupta: hæc enim est dispositio consequentis cum eo, ex quo sequitur, vt non sit consequentia sua conuertibilis, quemadmodum se habent animal & homo: quũ enim homo appropriatius est quã animal, sequitur, quum sit homo, vt sit animal, & quum perimitur homo, vt nõ perimatur aĩal, sed quũ perimitur animal, vt perimatur homo: homo igit est loco syllogismi, & animal loco conclusionis. Consimiliter etiam non sequitur omnino, quum sunt ambæ propositiones falsæ, vt sit conclusio falsa, aut vt sit vera: demõstratio autem super hoc, est, si dicamus, ꝙ posita fuerit duo, quorum vnum sit primum & alterum secundum, & ponamus ꝙ secũdum sequatur ex primo, hoc est, quum sit primum, vt sit secundum: sit autem signum primi a, & signum secundi b, puta sit a album, & b magnum: dico igitur, quod si a ita se habuerit, vt quum sit, sit etiam b, non sequitur quum destruitur a, vt destruatur b: & hoc, quoniam iam monstratum fuit, quum destruitur b, vt destruatur a: & hoc, quoniam si non destruetur, erit inuẽtum: sed quum est a, iam posuimus, quod est etiam b: ergo quũ destruitur b, sequitur vt sit b, quod fieri non potest & non cohæret. Quum igitur stabilium sit hoc fundamentum, dicamus, quum fuerint tres termini, primus secũdus & tertius, & secundus sequatur primum, & secundum tertius, dicamus in ijs, ꝙ tertius sequitur primum: quũq; fuerit hoc sanctum, dico quod non est necessarium, vt perimatur a, & sit b: & hoc, quũ iam monstratum fuit, quia b sequebatur ex a, quũ inquam, quum destruitur b, destruitur a: si igitur ponamus, quod destructio a, destruatur b, quum iam posuerimus, quod destructio b, destruitur a: sequitur, quod quum destruitur b, sit b: sed hoc & fieri non potest, & non cohæret: & propterea non est necessariũ, quum sint propositiones falsæ, vt sit conclusio vera: sed veritas ipsius est per viam accidentis, & hoc est, quod volebamus monstrare: & propter hoc planum consimiliter etiam est, quod non oportet, vt destructo a, destruatur b: quũ necessarium esset, vt inuentio a sequeretur ex inuentione b, sed b sequebatur ex inuentione a: quare consequentia esset conuertibilis, quod est impossibile: & propterea non oportet, quum fuerint propositiones falsæ, vt sit conclusio falsa: sed quum fuerit conclusio falsa, propositiones erunt falsæ: quũ destructo b, destruitur a.

Nota regulã hic posita de tribus terminis, qñ se cõsequãtur vt vno existente, alterũ sit.


De circulari ostensione in prima figura. Cap. V.

Circulo ostẽdere, & ex seinuicem ostendere, idem.

CIrculo aũt, & ex seinuicem ostendere est per conclusionẽ, & econuerso prædicationem, alteram sumentem propositionem, concludere reliquam, quam sumpserat in altero syllogismo: vt si oportuit ostẽdere quoniã a inest omni c, ostendat

ostendat autem per b: rursus, si monstret quod a inest b: sumens a quidem inesse c, & a inerit b, prius autem c conuerso sumpsit b inesse c: aut si quoniam b inest c, oporteat ostendere, si sumat a de c, quæ fuit conclusio, b autem de a esse: prius autem sumptum est econuerso a de b. Aliter verò non est ex seinuicem ostendere, siue enim aliud medium sumetur, non circulo: ni. enim sumitur eorundem: siue horum quiddam, necesse est alterum solum: nam si ambo, eadem erit conclusio, at oportet diuersam esse. In iis igitur, quæ non conuertuntur, ex indemonstrata altera propositione fit syllogismus: non enim est demonstrate per hos terminos, quoniam medio inest tertium, aut primo medium. In iis autem quæ conuertuntur, erit omnia monstrate per seinuicem. Vt si a, & b, & c conuertuntur, erit omnia monstrate per seinuicem: ostendatur enim a c per medium b: & rursum a b per conclusionem, & per b c propositionem conuersam. Similiter autem b c, per conclusionem, & per a b propositionem conuersam. Oportet autem & c b, & b a, propositionem demonstrare: nam his demonstratis vsi sumus solis. Si ergo sumatur, b omni c inesse, & c omni a: syllogismus erit eius quod est b ad a. Rursus si sumatur c omni a inesse, & a omni b, necesse est c inesse omni b. In vtrisque ergo syllogismis c a propositio sumpta est in demonstrata, nam aliæ probatæ erant: quare si hanc ostenderimus, omnes erunt approbatæ per seinuicem: si ergo sumatur c omni b, & b omni a inesse: vtræque propositiones demõstratæ sumuntur, & c necesse est inesse a. Manifestum est ergo quoniam in solis iis quæ conuertuntur, circulo & per seinuicem contingit fieri demonstrationes: in aliis verò quemadmodum prius diximus. Accidit autem & in iis eodem quod mõstratur vti ad demonstrationem: nam c de b, & b de a mõstratur, sumpto ç de a dici: c autem de a per hæc ostenditur propositiones: quare conclusione vtimur ad demonstrationem. In priuatiuis autem syllogismis hoc modo monstratur ex seinuicem: sit b quidem omni c inesse: a autem nulli b: conclusio autem quoniam a nulli c. Si ergo rursum oporteat concludere quoniam a nulli b, quod prius sumptũ erat, erit a quidem nulli c, a autem omni b: sic enim econuerso propositio. Si autem quod b inest c oporteat concludere, non iam similiter conuertendum a b: nam eadem propositio est b nulli a, & a nulli b inesse: sed sumendum, cui a nulli inest, huic b omni inesse. Sit enim a nulli c inesse, quod quidem fuit conclusio, cui autem a nulli, b si sumatur omni inesse: necesse est ergo b omni c inesse: quare cum sint tria, vnumquodque conclusio est facta, & circulo demonstrare: hoc est conclusionem sumentem, & econuerso alteram propositionem, reliquam syllogizare. In particularibus autem syllogismis vniuersalem quidem propositionem non est demonstrate per alias, particularem autem est: quoniam autem non est demonstrate vniuersalem, manifestum: nam vniuersale monstratur per vniuersalia: con-

clusio autem non est vniuersalis: oportet autem ostendere ex co- D
clusione & altera propositione. Amplius omnino non fit syllogis-
mus conuersa propositione: nam particulares fiunt vtræque pro-
positiones. Particularem autem est: ostendatur enim a de aliquo c per
b, si ergo sumatur b omni a, & conclusio maneat: b alicui c inerit: fit
enim prima figura, & est a medium. Si autem sit priuatiuus syllogis-
mus, vniuersalem quidem propositionem non est ostendere, pro-
pter hoc quod prius dictum est: particularem (si simpliciter con-
uertatur a b: quemadmodum & in vniuersalibus) non est: per as-
sumptionem autem est, vt cui a alicui non insit, b alicui inesse: nam
aliter se habentibus non fit syllogismus: eo quòd negatiua est parti-
cularis propositio.



Sylli duo, primus concludens conclusionẽ intentam, sed̃s minorẽ primi p assumptionem.

E

Tractatus de monstratione circulari in prima figura.

ACCIDIT autem syllogismo, vt in ipso cadat monstratio circularis, F
quæ est, quum accipitur conclusio sua & conuersum vnius propositionũ,
& monstratur per ea propositio altera: puta in exemplo, si aliquis con-
cluserit, q̃ a inest omni c per medium b, quum posuerimus a omni b: & b om-
ni c: & concludatur ex hoc, q̃ a inest omni c: si igitur voluerimus monstrare
per istam conclusionem, quæ est a inesse omni c, q̃ a inest omni b, accipiemus
a inesse omni c: & c omni b, quæ est minor propositio conuersa: & concludetur
ex hoc, q̃ a inest omni b, quæ est altera propositio, cuius monstrationem
intendebamus. Consimiliter accidet, quũ voluerimus concludere per hãc eandem
conclusionem, propositionem aliam, quæ est b inesse omni c: & habeamus
q̃ b insit omni a: & a omni c: erit enim conclusio, q̃ b inest omni c, quæ est
propositio, cuius conclusionem intendebamus ex duabus propositionibus syl
logismi. Ostendemus aũt q̃ fieri nequit, vt ostendamus propositiones ex con

Ex cõclone nulla propositionũ ostẽdi põt per ppositionẽ extraneã assumptam.

clusionibus per alium modum ab hoc: puta, si accipiamus vnam propositionẽ
extraneam, & ipsam complicemus conclusioni: & hoc, quoniam si accipiatur
terminus medius, qui non sit vnus ex terminis existentibus in propositioni-
bus, non concludetur ex hoc aliquid ex propositionibus acceptis ad hanc con
clusionem: vt in exemplo, si complicemus conclusioni, quę est a inesse omni c,
q̃ c inest omni e, non concludetur ex hoc, nisi q̃ a inest omni e, quod est aliud
ab eo, quod dicebamus a inesse omni b, aut b inesse omni c, quæ erant propos
tiones huius conclusionis. Postea igit quam non conuenit accipere simul cum

A conclusione propositionẽ extraneam, superest, vt cũ ea accipiatur vna ex du-
bus propositionibus syllogismi: qm̃, si acciperemus ambas, ppositiones eas-
dẽ, rediret conclusio, ad quã posueramus eandẽ propositionem. Cõsimiliter, si acci
peremus ẽt vnam propositionem sylli eo modo quo est simul cũ conclusione,
non cõcluderẽ similiter ex hac propositio alia: & hoc, qm̃ si complicuerimus
simul cũ conclusione, quæ est, a inesse omni c, quod dicimus, a inesse omni b, q̃
est maior propositio, prodibit oratio ex duabus affirmatiuis in scḋa figura, q̃
non concludit. Quod si eidem cõplicuerimus minorẽ, vt b inesse omni c, prodi
bit ex hoc syll's ex duabus affirmatiuis in tertia figura, & cõcluderetur q̃ a in-
est alicui b, & propter hoc oportet, vt propositio, quã coaptamus conclusioni,
accipiatur conuersa: quemadmodũ si complicemus, quemadmodum diximus,
cũ conclusione a inesse omni c, q̃ b inest omni a, & concludatur minor, vt q̃ b
inest omni c: & eodẽ modo si ipsi complicemus minorẽ conuersam, concludet
maior propositio. Et propterea apparet q̃ hæc species monstrationis fieri põt
per propositionem conuertibilem: quum igitur exstiterint binæ propositiones
conuertibiles, & conclusio conuertibilis, erunt ibi sex propositiones, proposi-
tiones syllogismi & conuertentes ipsas, & conclusio ac ipsam conuertens: fieri igitur potest, vt adducamus demonstrationem super quacunq; istarum pro-

Nõ fit syll's circularis, nisi per propositiones conuertibiles, quę sunt sex.

B positionum per seinuicem, quousq; nihil super sit, quod non sit planum per syl
logismum acceptum ex illis eisdem. Concludentur aũt ibi sex syllogismi con-
cludentes sex species conclusionum: vt in exemplo termini a b c, tres conuer-
tuntur inter se inuicem, & similiter conclusio, quæ ex ipsis concluditur: quem-
admodum enim omne a b, ita & omne b erit a: & eodẽ modo omne b c, & om
ne c b, & similiter omne a c, & omne c a: propterea q̃ quum fecerimus demon
strationem super eo, quod est a inesse omni c: & acceperimus a inesse omni b:
& b omni c: fieri ẽt potest, vt faciamus demonstrationem super propositione a
inesse omni b, quæ est maior, per conclusionem & propositionẽ b c, conuersam,
quæ est minor: vt si dicamus a inesse omni c: & c omni b: concluderetur enim no
bis q̃ a inest omni b, quæ est maior istius syllogismi. Consimiliter monstrabi-
mus propositionem b c, quæ est minor, per eandem conclusionẽ, & maiorẽ pro-
positionem conuersam: quod quũ ita sit, fieri aliq̃n poterit vt faciamus demon
strationem super vnamquãq; propositionum, istius syllogismi, quod autem su-
peresset, est, vt afferamus demonstrationem ex eo, qd accepimus in demonstratio
ne ambarum istarum propositionum, super vtraq; duarũ propositionum cõuer
sa: conclusio enim ea est, quam a principio rei cognouimus: hoc autem fieri po
test, si conuertamus conclusionem & coaptemus illi alteram propositionẽ: pu-
ta si voluerimus afferre demonstrationẽ super maiore conuersa, vt q̃ b inest
C omni a, accipiemus conclusionem conuersam, & minorem propositionẽ eandem,
& dicemus b inest omni c, q̃ est minor; & c omni a, quæ est conclusio cõuersa:
& concludetur nobis, q̃ b inest omni a, quæ est maior conuersa, quãq; antea fe
ceramus sine demonstratione. Consimiliter ẽt, si acceperimus conclusionẽ con-
uersam, & ipsi coaptauerimus maiorem propositionẽ, concluderet nobis minor
conuersa, quam antea acceperamus sine demõstratione: puta si dicamus, c inest
omni a, q̃ est conclusio conuersa; & a omni b; concluditur. n. nobis ex hoc c in-
esse omni b, quæ est c conuersa, quam antea fecimus sine demonstratione; nihil
igitur superest in propositionibus, de quo non fecerimus demonstrationẽ, præ-
terq̃ conclo conuersa: est aũt iste syll's sextus, qui monstratur per conuersionẽ
vtrarũq; propositionũ, quas a rei principio concluserimus; puta in exẽplo, si di-
camus c de oi b; & b de omni a; igitur q̃ de omni a, q̃ est cõclusio cõuersa; nihil
itaq; nobis superest ex istis propositionibus acceptũ, de quo iam nõ fecerimus
demonstrationẽ. Planum aũt, quemadmodum diximus, q̃ hoc accidit in propo
sitionibus inter se cõuertibilibus, præterq̃ q̃ modus iste mõstrationis, hoc est
acceptio alicuius ad ostensionẽ suipsius, est ex speciebus repetitionis. Et pro-
pterea non fit in demonstrationibus, nisi efficiat duobus modis; & hoc, quum
fuerint propositiones notiores conclusione sedm vnum modum, & conclusio
notior propositionibus secundum alium modũ; quemadmodũ si essent propos

Sylls circularis est species petitionis principij, ideo

nō fit in de monſtratio nibus, niſi p duos modos cognitiōis, vt aſſerit Ariſt. i. poſte. Per ſyll's circularis i prima figura in primo mō.

Quo modo fit ſyll's circularis in ſecūdo modo primæ figuræ negatiuo.

Nota qūō cōcludit affirmatiua, p poſitio i mō negatiuo per conuerſionē et maiorem.

Nota radicē hāc dicti de oi non eſſe aliā a prima radice poſita in primo libro cōtra Abumazarē, qui putauit per hoc ex minori negatiua, īmo ex duabus negatiuis poſſe fieri ſyll'm in prima figura. Contra Abumazarem.

Si a negatur ab oi eo, qđ eſt b, ſi oi materia, non tñ ſequ ecōuerſo, vt b inſit oi illi, a q̄ negat a, in oi materia: & hoc conuerſum accipit Ariſt.


tiones notiores ſecundum modum cognitionis exiſtentiæ. & concluſio notior ſecundum modum cognitionis cauſæ: modus autem iſte oſtenſionis appropriatur arti ſophiſticæ: ſic igitur accidit monſtratio circularis, quemadmodum diximus in prima ſpecie primæ figuræ: hæc autem ea eſt, quæ concludit vniuerſalem affirmatiuam. Sed fieri etiam poteſt, vt in ſpecie negatiua accidat modus iſte oſtenſionis: puta ſi a inſit nulli b: & b inſit omni c: & concludatur in prima figura, quōd a ineſt nulli c: ſi igitur voluerimus in hoc monſtrare propoſitionem maiorem per concluſionem, & minorem conuerſum, accipiemus quōd a ineſt nulli c: & omni b: & concludetur nobis, quōd a ineſt nulli b: quæ eſt mator propoſitio. Quod ſi voluerimus concludere minorem per concluſionem, & maiorem propoſitionem conuerſam, non monſtrabitur nobis hoc per eaſdem propoſitiones: & hoc, quoniam non erit ſyllogiſmus ex binis negatiuis: & ſi eſſet non cōcluderetur niſi negatiua, ſed illa, cuius concluſionem quærimus, eſt minor, quæ eſt affirmatiua. Et proterea quum voluerimus monſtrare minorem propoſitionem per eandem concluſionem, & maiorem prōpoſitionem conuerſam, nos quidem ponemus concluſionem in propria figura ſine aliqua mutatione: puta, ſi dicamus a ineſt nulli c: deinde accipiemus maiorem, quæ erat, a ineſt nulli b ſecundum modum, qui ex ipſa ſequitur, vt a non inſit omni illi, cui omni ineſt b: & ponemus cōuerſum huius, puta, q̄ b inſit omni illi, cui a non ineſt: quum igitur habuerimus q̄ b ineſt omni illi, cui non ineſt a, & coaptauerimus huic propoſitioni, q̄ a negatur a c: planum q̄ ex ipſo concludetur b ineſſe omni c: quæ erat minor propoſitio: quam intendebamus concludere. Non eſt autem hoc, radix ſecunda dicti de omni, alia a radice, quam fecimus hoc in libro a principio, quemadmodum inuenimus Abumazarem exiſtimaſſe: & hoc, quoniam ipſe dixit, quod radix iſta eſt contradictoria primæ radici: quum enim fecerimus radicem illam, inuenimus id, quod ſecundum radicem illam non concludebat, ſecundum illam concludere: & hoc, quoniam radix hæc eſt, vt ponamus exempli gratia, q̄ a ineſt omni illi, a quo negatur b, vel q̄ a negatur ab omni eo, a quo negatur b, in contrarium eius, quod poſuimus in prima figura: quod erat, vt a ineſſet, aut negaretur ab omni eo, quod eſt b: & ſecundum hoc concludet, cuius minor eſt negatiua in prima figura, & concludet etiam illud, quod eſt ex duabus negatiuis. Sed radix iſta, quæ efficitur hoc in libro, non eſt per poſitionem: hoc enim eſt, quod intelligitur ex propoſitione vniuerſali per ſe, & cuius ſignificatio eſt naturalis: ſed radix hæc ſecunda eſt vnum, quod ſequitur ex propoſitione vniuerſali negatiua: & propterea non eſt vtilitas in ipſa ad concluſionem ex duabus negatiuis, hoc eſt, quum poſitæ fuerint ambæ propoſitiones negatiuæ: atqui erit in ipſo vtilitas, ſi ſequatur ex hoc, quod dicimus, a ineſt nulli b, q̄ a inſit omni illi, quōd non eſt b omnino: ſed hoc non ſequitur, quemadmodum non ſequitur ſimiliter etiam conuerſum illud, quod hoc in loco ponunt, hoc eſt, q̄ non ſequitur in omni materia, vt a negetur ab omni eo, quod eſt b, vt b inſit omni illi, quod non eſt a: album enim negatur ab omni eo, quod eſt nigrum, & tamen nigrum non ineſt omni illi, quod non eſt album: ſed ſequitur hoc conuerſum in his, quæ ſunt oppoſita, a quorum altero nullum ens effugit: ſed fecit hoc in loco conuerſum illud Ariſtotel. licet ſit particulare, quemadmodum fecit conuerſionem vniuerſalis affirmatiuæ vniuerſaliter: & propter hoc non exiuit in hoc diſpoſitio a ſua radice, quoniam conuerſio conſequentis in potentia eſt conuerſio propoſitionis: & ideo non exiuit ab eo, quod accipitur in monſtratione circulari, eo quod fuit per concluſionem, & conuerſum vnius propoſitionum, quoniam potentia conſequentis conuerſi eſt potentia conuerſionis propoſitionis. Hæc igitur eſt monſtratio circularis in ſpeciebus ſyllogiſmorum vniuerſalium primæ figuræ. Sed in ſyllogiſmis particularibus, qui ſunt in hac figura, fieri nequit, vt ſcias per demonſtrationem propoſitionem vniuerſalem ſecundum viam circuli per concluſionem, & propoſitionem particularem: quoniam enuntiatio vniuerſalis monſtratur vtique per propoſitio-

nes vniuerſales, non autem particulares: & ad hæc, quoniam non eſt ſyllogiſmus ex ambabus particularibus: monſtratio nanque circularis eſt per conuerſionem, & vnam duarum propoſitionum conuerſam: ſed ſuper minore propoſitione fieri poteſt, vt adducatur demonſtratio per viam circuli: puta, ſi a inſit omni b: & b inſit alicui c: & concluſio quōd a inſit alicui c: quum igitur voluerimus inuenire demonſtrationem, quōd b inſit alicui c per viam cōuerſionis, accipiemus quod a ineſt alicui c, quæ eſt concluſio: & maiorem propoſitionem vniuerſalem conuerſam, quæ eſt, quum dicimus, b ineſt omni a, & concludetur nobis in prima figura, q̄ b ineſt alicui c: erit autem in eo terminus medius, a. Conſimiliter ſi fuerit ſyllogiſmus particularis negatiuus, fieri nequit, vt ſcias per demonſtrationem propoſitionem vniuerſalem ob cauſam, quam diximus: ſed fieri vtique poteſt, vt monſtretur per oſtenſionem circularem, quum fecerimus in propoſitione negatiua vniuerſali id, quod fecimus in ſyllogiſmo vniuerſali negatiuo, hoc eſt, vt oſtendamus, q̄ ſequitur ex eo, quod dicimus, a ineſt nulli b, vt b inſit omni illi, a quo negatur ex eo, quod dicimus, a ineſt nulli b: quum igitur coaptauerimus huic propoſitioni concluſionem, quæ eſt a negatur ab aliquo b: concludetur nobis q̄ b ineſt huic alicui. Hæc igitur eſt modus monſtrationis circularis, qui efficitur in prima figura.

In modis particularibus primæ figuræ, quō poſſit & nō poſſit fieri circulus.

De eadem cyclica circulari oſtenſione in ſecunda figura. Cap. VI.


IN ſecunda autem figura affirmatiuam quidem non eſt oſtendere per hunc modum: priuatiuam autem eſt. ergo prædicatiua quidem non oſtenditur, eo quōd non ſunt vtræque propoſitiones affirmatiuæ, concluſio autem priuatiua. prædicatiua autem ex vtriſque oſtendebatur affirmatiuis. Priuatiua autem ſic oſtenditur, inſit & a omni b: c autem nulli, concluſio quoniam b nulli c: ſi ergo ſumatur b omni a ineſſe, & nulli c, neceſſe eſt a nulli c ineſſe: fit enim ſecunda figura, medium b.



Syllſi duo: primus concludens concluſionē intentam, ſecūdus minorē primi ex maiore conuerſa, & concluſione.

Si autem a b priuatiua ſumpta ſit, altera verò prædicatiua, prima erit figura: nam c quidem omni a, b autem nulli c, quare b nulli a:

ergo nec a b medium c: ergo per conclusionem quidē, & vnam propositionem non fit syllogismus, assumpta autem altera, erit. Si autē non vniuersalis sit syllogismus, quæ in toto quidem est propositio, non ostenditur, propter eandem causam, quam quidem diximus & prius: quæ autem in parte, ostenditur quando vniuersalis sit prædicatiua. Insit enim a omni b, c autem non omni: conclusio b c: si ergo sumatur b omni a, c autem non omni, conclusio a alicui c non inerit. medium b. Si autem est vniuersalis priuatiua, nō ostenditur a a propositio, conuersa a b: accidit enim vtrasque, aut alteram propositionem fieri negatiuam, quare non erit syllogismus: sed similiter ostenditur quemadmodum & in vniuersalibus, si sumatur cui b alicui nō ineſt, a alicui ineſſe.



Syllogismi duo: primus concludēs conclusionē primo intentā, sed minorē ex assumptione.

Figura secunda.

IN secunda vero figura fieri non potest, vt scias propositionem affirmatiuam per demonstrationem secundum viam circuli, propterea quod non concludit nisi negatiuam: sed fieri potest, vt negatiua cognoscatur per huiusmodi demonstrationem, si a insit omni b: & a insit nulli c: & concludatur in secunda figura, quod b insit nulli c, secundum quod terminus medius est a: si igitur coaptauerimus huic, quod b inest omni a, quæ est maior conuersa, concludetur quod a inest nulli c, quæ est minor in syllogismo primo. Terminus autem medius in hoc syllogismo est b, sed in syllogismo primo erat a. Quod, si acceperimus propositionem vniuersalem maiorem in secunda figura negatiuam, fieri poterit, vt monstretur per circulum, sed in figura prima: puta, si dicamus, a inest nulli b: & a inest omni c: planum quod concludetur nobis in secunda figura, quod b inest nulli c: quum igitur acceperimus conclusionem istam, & coaptauerimus illi minorem conuersam, quæ est c in omni a, Concludetur in prima figura, quod b inest nulli a: iam enim c est terminus medius: si igitur conuertamus conclusionem istam, prouenset nobis quod a inest nulli b, quæ fuerat maior propositio negatiua in primo syllogismo: & ob hoc proprium est monstrationis circularis in hac specie secundæ figuræ, vt non seruetur eadem figura, sed redit ad primam figuram. Cæterum, fieri aliquando etiam potest, vt monstremus propositionem affirmatiuam in hac figura, quum fuerit minor per viam circuli, quum fecerimus radicem præcedentē, hoc est conuersionem affirmatiuæ ex negatiua: sin autem fuerit maior, fieri nō poterit, nisi per conuersionem minoris; sed hoc est extra viam monstrationis

Proprium est demōstrationis circularis in secūda figura, vt nō seruet idem modus figuræ.

Quomodo possit cōcludi propō affirmatiua circulariter in secūda figura per radicem prius positā. In particularibus secūdę quō possit, & nō possit fieri syllogismus circularis.


circularis. Verum in syllogismis concludentibus particularem hac in figura fieri non potest, vt cognoscatur propositio vniuersalis per demonstrationem secundum modum circuli, propterea quod ipsi semper concludunt particularem; sed propositio particularis potest vtique cognosci per demōstrationem, quum vniuersalis extiterit affirmatiua, & particularis negatiua: puta in exemplo, si ponamus cp a ineſt omni b; & a non ineſt alicui c; & concludatur, quod a non ineſt alicui c; quā igitur huic coaptauerimus maiorē propositionē conuersam, puta si dicamus b ineſt omni a, proueniet nobis, b non ineſt alicui c, & b ineſt omni a; & concludetur nobis quod a non ineſt alicui c in hac eadem figura; b enim est medius terminus, qui prædicatur in hac complicatione de vtrisq; extremitatibus simul. Quod si propositio vniuersalis extiterit negatiua, quæ est a b, fieri non potest vt minor affirmatiua cognoscatur per demonstrationē, quæ est propositio a c, quum conuerterimus propositionem a b; non enim concluditur affirmatiua conclusio ex ambabus propositionibus negatiis, aut vbi vna ipsarum extiterit negatiua: sed iam poterimus facere radicem præcedentem, vt concludamus affirmatiuam particularem; & hoc, quoniam quum habuerimus, cp b non ineſt alicui c, quæ est conclusio, & habuerimus etiam quod a ineſt nulli b; amplius conuerterimus hoc, & habuerimus, quod b ineſt nulli a, & ad hæc acceperimus, quod sequitur ex hoc, puta, quod cui omni ineſt a, illi non ineſt b, & conuerterimus hoc, puta, quod cui omni non ineſt b, illi ineſt a; habebimus quod a ineſt omni illi, cui non ineſt b: quum igitur coaptauerimus huic quod b non ineſt alicui c, concludetur nobis, quod a ineſt alicui c; & secūdum hoc erit monstratio circularis in secunda figura.

De cyclica ratiocinatione in tertia figura. Cap. VII.



IN tertia aūt figura, quando vtræq; propositiones vniuersaliter sumentur, non contingit ostēdere per seinuicem propositionem. Nam vniuersalis quidem ostenditur per vniuersalia: in hac aūt conclusio semper est particularis: quare manifestum, quoniam omnino non contingit ostendere per hanc figuram vniuersalē propositionem. Si aūt hæc quidem vniuersālis sit, illa verò particularis, quandoq; quidem erit, quandoq; verò non inerit: quando ergo vtræq; prædicatiuæ sumantur, & vniuersālis sit ad minorem extremitatem, erit. quādo verò ad alteram, non erit. Insit enim a omni c: b aūt alicui c: conclusio a b. Si ergo sumatur c omni a ineſſe, conuersa vniuersali, & a ineſſe b, quod erat conclusio: c quidem ostensum est alicui b ineſſe, b aūt alicui c, nō est ostensum: quāuis necesse est si c alicui b, & b alicui c ineſſe: sed nō idem est hoc illi, & illud huic ineſſe: sed assumendum est, si hoc alicui illi, & alterū alicui huic: hoc aūt sumpto, iam non fit ex conclusione, & altera propositione syllogismus. Si aūt b quidem omni c, a autem alicui c, erit ostendere a c, quando sumatur c quidem omni b ineſſe, a aūt alicui. nam si c omni b ineſt, a autem alicui b: necesse est a alicui c ineſſe. medium b. Et cum fuerit hæc prædicatiua quidem, illa verò priuatiua: vniuersālis autem prædicatiua, ostēdetur altera: Insit enim b omni c: a autem alicui non insit: conclusio quod a alicui b non ineſt. Si ergo assumatur c b omni ineſſe: inerat autem & a non omni b: necesse est a alicui c non ineſſe. medium b.

Sylls duo, primus concludens conclusionē primo intentam, scds minorē primi ex cōclusione & minore cōuersa.



Cum aūt priuatiua vniuersalis sit, non ostenditur altera nisi sicut in prioribus, si sumatur cui hoc alicui non ineſt, alterū alicui ineſſe: vt si a nulli c, b aūt alicui: conclusio qm̄ a alicui b non ineſſe. Si ergo sumatur cui a alicui non ineſt, eidē c alicui ineſſe, necesse est c alicui b ineſſe, aliter aūt non est, conuertentem vniuersalem propositionē ostendere alteram: nullo enim modo erit syllogismus. Manifestū igitur quoniā in prima quidem figura per seinuicem est ostensio: & per primam, & per tertiam figuram sit: nam cum prædicatiua quidem est conclusio, per primam: cum aūt priuatiua, per postremam: sumitur enim cui hoc nulli, alterū omni ineſſe. In media aūt, cum vniuersalis est quidem syllogismus & per ipsam, & per primam figuram, & per postremam: cum autem particularis, & per ipsam, & per postremā. In tertia verō per ipsam, omnes. Manifestum etiam quoniam in media, & in tertia, qui non per ipsas fiunt syllogismi, aut non sunt scdm eam, quæ circulo est, ostensionem, aut imperfecti sunt.

Figura tertia. In tertia figura nō pōt vl̄is ppō p circulū ōsdi In sylło, i q̄ est altera particularis in tertia, ptcularis q̄nque ostendi pōt, q̄q; nō, nisi adhibeat cōuersio: sed hæc mōstratio nō est vere circularis.

SED in monstratione circulari tertiæ figuræ, quum fuerint ambæ propositiones vniuersales, fieri non potest, vt cognoscas per demonstrationem per conclusionem vnam duarum propositionum in hac figura, quoniam conclusio quidem erit particularis, propositio autem, super qua intendimus demonstrationem adducere est vniuersalis. Quod si propositio vna extiterit vniuersalis, & altera particularis, fieri potest vt aliquando cognoscatur particularis per demonstrationem, & aliquando fieri non potest, vt per demonstrationem, & aliq̄n fieri non pōt, vt per demonstrationem cognoscat: & hoc, quū fuerint ambæ propositiones affirmatiuæ & minor extiterit vl̄is: fieri enim potest, vt cognoscatur per demonstrationem scdm viam circuli sin aūt extiterit maior vl̄is, fieri nequit, vt cognoscatur per demonstrationem secundum viam circuli: puta in exemplo, si a insit omni c, quæ est maior: & b alicui c, quæ est minor: & concludatur a alicui b: quum enim ipsi coaptauerimus maiorē propositionem conuersum, quæ est c ineſſe omni a, cōcludetur nobis ex hoc, quod c ineſt alicui b: sed hoc non erat quæsitum nostrū: nam quæsitum nr̄m erat conuersum huius, puta, quod b ineſt alicui c: licet enim hoc sequatur ex necessitate, propterea q̄ monstratū fuit, qđ particularis affirmatiua conuertitur, non tñ est aliquid, quod mōstretur per viā circuli per se & primo: sed si est, est mediante cōuersione monstratio. n. circularis, quemadmodū diximus est. vt mōstretur vna propositio per conclusionē, & scdam conuersum. Quod, si vl̄is fuerit minor,

A quemadmodū si b insit omni c: & a alicui c: fieri potest, vt monstretur per viā circuli, quod a ineſt alicui c, quæ est propositio particularis maior: & hoc, quoniam conclusio istius syllogismi est, a alicui b: quum igitur huic coaptauerimus minorem cōuersam, puta si dicamus c in omni b, planum quod sequitur, vt a insit alicui c: nam b est medius terminus, subiicitur enim vtrisque extremitatibus simul. Sin autem extiterit vna duarum propositionum affirmatiuarum, & altera negatiua, & affirmatiua fuerit vniuersalis, & negatiua particularis, prodibit nobis demonstratio super particulari: puta in exemplo, si b insit omni c: & a non insit alicui b. Concludetur q̄ a non ineſt alicui b: si igitur coaptauerimus huic conclusioni, q̄ c ineſt omni b, sequetur ex necessitate, vt a non insit alicui c, secundum q̄ monstrauimus in tertia figura: b enim est medius terminus: sinautem negatiua extiterit vniuersalis, non cognoscetur affirmatiua particularis per demonstrationem secundum viam circuli, nisi fecerimus radicem istam aliam: puta in exemplo, si a insit nulli c: & b alicui c: concludetur quod a non ineſt alicui b: si igitur accipiamus loco eius, quod dicimus, a ineſt nulli c, quod c ineſt omni illi, cui non ineſt a: & coniunxerimus huic, quod a non ineſt alicui b: planum quod sequitur, b ineſſe alicui c: quæ est propositio particularis affirmatiua. Iam igitur monstratum fuit, q̄ ostensio, quæ est per circulum, si quidem fuerit in prima figura, erit in eadem prima B figura, & erit etiam in aliquo simili figuræ tertiæ: vt quum fecerimus radicē istum præcedentem, hoc est quum acceperimus loco eius, quod dicimus a ineſt nulli b, quod b ineſt omni illi, cui non ineſt a: modus enim iste similis est figuræ tertiæ: nam a & b prædicantur simul de re vna, vnum quidem ipsorum affirmatiue, & alterum negatiue: sed hæc positio est positio termini medij ad a & b: iste autem exitus est exitus termini medij in tertia figura, ita vt subiicia tur vtrisq; extremitatibus: secundum enim modum istum, dixit Arist. in hoc, q̄ est tertia figura, non autem q̄ sit tertia figura secundum veritatem. Monstratio vero circularis in secunda figura erit cōsimiliter in eadem secunda figura, & erit etiam in prima. & in monstratione quoq;, quæ assimilatur tertiæ.

Consimiliter monstratio circularis in tertia figura erit in prima, secunda, & tertia, & secundum radicem, quæ assimilatur tertiæ. Planum igitur q̄ propositiones, de quibus diximus, q̄ nō monstrant scdm viam circuli, & hoc in scda, ac tertia figura, qđ inquam ita se habent: & hoc, qm̄ fieri nō potest in aliquibus ipsarum omnino, vt monstrent per viam circuli: & si aliquæ ēt monstrantur p viam circuli, species illa monstrationis circularis est imperfecta.

Sylls circularis fit ī prima figura p eandem primā: ī negatiis tñ modis admiscet radix supra posita, q̄ est qdam modus tertiæ. In scda vero per eandem scdam, & primā, & modū sibi tertię. In tertia vero pōtes, & per modū similē tertiæ.

De syllogismo conuersiuo. Cap. VIII.

C CONVERTERE autem est, transponentem conclusionem facere syllogismum: quod vel extremum medio non ineſt, vel hoc postremo: necesse est enim conclusione conuersa, & altera remanente propositione, interim reliquam: nam si erit, & conclusio erit: differt autē ⁊ opposite, aut contrarie conuertere conclusionem: nō enim fit idem syllogismus vtralibet conuersa, palam autem hoc erit per sequentia. Dico autem opponi quidem, omni ineſſe non omni, & alicui nulli: cōtrarie autem omni, nulli: & alicui, non alicui ineſſe. Sit enim ostēsum a de c, per medium b: si igitur sumatur a nulli c ineſſe, omni autem b, nulli c inerit b: & si a quidem nulli c, b autem omni c, a non omni b, & non omnino nulli: non enim ostendebatur vniuersale per tertiam figuram. Omnino autem eam, quæ est ad maiorem extremitatem propositionem, non est destruere vniuersaliter per conuersionem: semper enim interimitur per tertiam figuram:

Ex eo, q̄ est conclusionem conuertere, cognoscitur facile quid sit sylls conuersiuus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

necesse enim ad postremam extremitatem vtrasque sumere propo- D
sitiones. Et si priuatiuus sit syllogismus, similiter: ostendatur enim a
nulli c inesse per b: ergo si sumatur a omni c inesse, nulli autem b, nul
li c inerit b. Et si a & b omni c: a alicui b, sed nulli inerat. Si autē op-
posite conuertatur conclusio, & alii syllogismi oppositi, & non vni-
uersales erunt: fit enim altera propositio particularis, quare conclu-
sio erit particularis. Sit enim prædicatiuus syllogismus & conuerta-
tur sic: ergo si a non omni c, b autem omni, b non omni c. Et si a qui-
dem non omni c, b autem omni: a non omni b. Similiter autem & si
priuatiuus sit syllogismus: nam si a alicui c inest, b autem nulli: b
alicui c non inerit, & non simpliciter nulli: & si a quidem alicui c, b
autem omni, quemadmodum in principio sumptum est, a alicui b ine
rit. In particularibus autem syllogismis, quando opposite conuerti-
tur conclusio, interimuntur vtræque propositiones: quando vero cō
trarie, neutra: non enim iam accidit quemadmodum in vniuersali- E
bus interimere deficiente conclusione secundum conuersionem, sed
nec omnino interimere. Ostendatur enim a de aliquo c per b: ergo si
sumatur a nulli c inesse, b autem alicui c, a alicui b non inerit: & si a
nulli c, b autem omni, nulli c inerit b, quare interimentur vtræq;. Si
autem contrarie conuertantur, neutra. Nam si a alicui c non inest, b
autem omni, b alicui c non inerit: sed nondum interimitur quod ex
principio: contingit enim alicui inesse, & alicui non inesse: vniuersa-
li autem sublato a b, omnino non fit syllogismus. Si enim a quidem
alicui c non inest, b autem alicui inest, neutra propositionum vniuer-
salis est. Similiter autem & si priuatiuus sit syllogismus: si enim su-
matur a omni c inesse, interimuntur vtræque: si autem alicui, neutra:
demonstratio autem eadem.

Tractatus de syllogismo conuersiuo.

Nota, alio mō sumi cōuersionē in syllogismo conuersiuo, q̄m in primo sumpta fuerit.

Nota, quō fiat syllogismus conuersiuus, sumēdo cōtrariū cōclusionis cū altera p̄positione.

CONVERSIO autem hac in arte dicitur multis modis: sed quod vult F
hoc in loco est, vt per oppositum conclusionis, & vnam duarum propositionum, altera propositio syllogismi destruatur. & quali est contraria monstrationis circularis: & hoc quoniam sequitur ex necessitate, quum acceperimus oppositum conclusionis, & coaptauerimus vni duarum propositionum, vt propositio secunda destruatur ex necessitate: si enim non, non destruetur conclusio: nam conclusio non destruetur, nisi destruantur propositiones, secundum quod declarauimus: sed iam destruebatur conclusio per positionem suæ contradictoriæ: quod fieri nequit, & non cohærent: destructo autem vnius duarum propositionum per oppositum conclusionis variatur, quum oppositum acceptum fuerit contrarium, aut contradictorium, quemadmodum ostenditur post hoc. Contradictoria vero, quemadmodum dicemus, sunt omne, non omne: aliquod, nullum: contraria autem sunt, quum dicimus omne, nullum: aliquod, & non aliquod. Habeamus igitur in prima figura a de omni b: & b de omni c: & concludatur a de omni c: si igitur acceperimus contrariam conclusionis istius puta quod a de nullo c: & coniunxerimus illi maiorem propositionem syllogismi, puta, quod a de omni b: manifestum, quod concludetur in secunda figura, b inesse nulli c, quod est contrarium minoris propositionis acceptæ in syllogismo: & eodem modo, si coniunxerimus contrario istius eiusdem conclusio nis, propositionem minorem, concludetur contradictorium maioris propo-

A sitionis: veluti si habemus, quod a insit nulli c, quod est contrarium conclusio-
nis: quum huic cōiunxerimus minorem propositionem, puta, si dicamus, b inest
omni c: planum q̄ concluditur in tertia figura, quod a non inest alicui b, quod
est contradictoriū, non autē contrarium maioris propositionis: fieri enim non
potest, vt tertia figura concludat vniuersalem, propositio autem contraria est
vniuersalis: propositio igitur maior in prima specie primæ figuræ destruitur
destructione particulari, non autem vniuersali secundum hanc viam', hoc est
per acceptionem contrarij cōclusionis: minor vero destruitur destructione vni-
uersali. Consimiliter hoc idem accidit in secunda specie primæ figuræ, puta
quæ concludit negatiuam vniuersalem: quum enim acceptum fuerit contra-
rium conclusionis, fieri potest: vt minor destruatur destructione vniuersali,
sed maior destrui potest destructione particulari, quoniam ad destructionem
istam componitur syllogismus in tertia figura. Sin autem accipiatur contradi-
ctorium conclusionis in his duabus speciebus figuræ istius, fieri non potest, vt
destruatur vna duarum propositionum syllogismi, nisi destructione particula
ri, propterea quod vna duarum propositionum syllogismi contradictoriarū, erit
particularis, quoniam contradictorium est particulare. Et propterea sequitur, vt
sit conclusio particularis, & sit contradictoria particularis, numeretur ergo pri
B ma hæc species syllogismi, vt a insit omni b, & b omni c, & concludatur a omni
c: si igitur accipiatur contradictorium istius conclusionis, vt quod a non in-
sit alicui c: & huic coniunxerimus maiorem propositionem, puta quod a insit
omni b, planum quod concludetur ex hoc in secunda figura, quod b non inest
alicui c, per viam positionis, hoc autem est contradictorium, hoc autem contra-
rium propositionis minoris. Consimiliter, si coniunxerimus ei, quod dicimus,
a non inest alicui c, propositionem minorem, quæ est q̄ b inest omni c, conclu-
detur ex hoc, q̄ a non inest alicui b, quod est contradictorium maioris: quum
igitur accipitur contradictorium, non erit propositio vniuersalis, sed particu-
laris, consimiliter accidet idem hoc in specie vniuersali negatiua istius figuræ.
quum enim acceperimus contradictorium suæ conclusionis, puta q̄ a inest ali-
cui c: & coniunxerimus illi propositionem vniuersalem negatiuam, puta q̄ a
insit nulli b, concludetur nobis, q̄ b non inest alicui c. Eodem pacto accidet,
si ipsi coniunxerimus affirmatiuam, quemadmodum si fuerit a in aliquo c, & b
in omni c, sequitur enim ex hoc, vt a insit alicui b, quod est contradictoriū vni-
uersalis negatiuæ. Cæterum in duabus speciebus particularibus figuræ istius,
quum acceptum fuerit contradictorium conclusionis, fieri potest vt ambæ pro-
positiones destruantur simul, sed si accipiatur contrarium, fieri nequit, vt vna
C ipsarum destruatur non per viam. Sit enim conclusio, q̄ a insit alicui c, per me
dium b, si accipiatur contradictorium sum, puta q̄ a inest nulli c, & ipsi con-
iungatur minor propositio, puta q̄ b insit alicui c, concludetur ex hoc in ter-
tia figura, q̄ a inest alicui b, quod est contradictorium maioris: si igitur con-
iunxerimus huic, quod dicimus, a inest nulli c, propositionem maiorem, vt q̄ a
inest omni b, cōcludetur nobis, q̄ b inest nulli c, quod est contradictorium mi-
noris: ambæ igitur propositiones destruuntur, quum conuerterimus ad contra-
dictoriū, sin autem conuertamus ad contrarium, non destruetur vna duarū pro-
positionum, si enim fuerit contraria conclusionis particularis affirmatiua, puta,
q̄ a non inest alicui c, & adiunxerimus huic maiorem, vt q̄ a insit omni b, con-
cluderur nobis ex hoc, q̄ b non inest alicui c sed quæ dicimus b inesse alicui
c, & b non inesse alicui c, possunt aliquando simul verificari, & propterea non
destruit pœnitus operatio hæc propositionem minorem. Sin autem huic con-
trario, quod dicimus, a non inest alicui c, coniungamus propositionem mino-
rem, puta b inesse alicui c, non erit ex hoc syllogismus, quoniam, est ex binis
particularibus, sed hic non concludit in tertia figura. Consimiliter accidet in
specie particulari, quæ concludit negatiuam in hac figura, hoc est, quoniam si
conuerterimus conclusionē ad contradictorium, fieri poterit, vt destruatur am-
bæ propositiones simul: sin aūt cōuerterimus ad cōtrariū, nulla ipsarū destrue-
tur: monstratio aūt huius est monstratio, quæ pcessit in particulari affirmatiua.

Quō fiat syllogismus cōuersiuus, sumēdo cōtradictoriū cōclusionis cū altera propositione.

In modis particularibus ex contradictorio cōclusionis pōt fieri syllogismus conuersiuus super ambas ppositiones, sed ex contrario non.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De syllogismo conuersiuo in secundæ figura.

CAPVT IX.



IN SECVNDA autē figura eam quidem, quæ est ad maiorem extremitatem, propositionem, non est interimere contrarie, quolibet modo conuersione facta, semper erit conclusio in tertia figura, vniuersalis autem non fiet in hac syllogismus: alteram autem in hac interimemus: similiter conuersione. Dico autem similiter si contrarie quidem cōuertitur, contrarie: si oppositē, oppositē. Insit enim a omni b: hæc autem nulli: conclusio b c, Si ergo sumatur b, omni c inesse, & a b maneat, a omni c inerit: fit enim prima figura. Si autem b omni c, a non omni b: figura postrema. Si autem oppositē conuertatur b c: a b quidem similiter ostendetur, a c autem oppositē: nam si b alicui c, a autem nulli c, a alicui b non inerit. rursum si b alicui c, a autem omni b, a alicui c: quare oppositus fit syllogismus. Similiter autem ostendetur, & si econuerso se habeant propositiones. Si autem particularis est syllogismus, contrarie quidem conuersa conclusione neutra propositionum interimitur, quemadmodum nec in prima figura: oppositē autem, vtræque. Ponatur enim a, b quidem nulli inesse, c autem alicui: conclusio b c. Si igitur ponatur b alicui c inesse, & a b maneat, conclusio erit quoniam a alicui c non inest: sed non interimitur quod ex principio: contingit enim alicui inesse, & non inesse. Rursum si b alicui c, & a alicui c, non erit syllogismus: neutrum enim vniuersalē eorum quæ sumpta sunt: quare non interimitur a b. Si autem oppositē conuertatur, interimuntur vtræque: non si b omni c, a autem nulli b, nulli c a erit autem alicui. Rursum si b omni c, a autem alicui c: alicui b, a. Eadē autem demonstratio, & si vniuersalis sit prædicatiua.

D

B

Syll's oppositus est, qui contradictoriā alicuius ppositionū cōcludit: cōtrarius aūt q cōtrariā colligit.

F

Tractatus de conuersione in secūda figura.

In secūda figura nō pōt destrui maior vniuersali destructione, nec per cōtrariū, nec per cōtradictoriū cōclusionis: minor vero p vtrūque destrui potest.

IN SECVNDA autem figura fieri non potest, vt destruatur maior propositio destructione vniuersali, neque per acceptionem contrarij conclusionis, neque per acceptionem contradictorij: & per acceptionem quidem contradictorij, manifestum est, per acceptionem vero contrarij, quoniam syllogismus componetur in tertia figura, & conclusio erit particularis, sed propositio minor destrui potest per duos modos, hoc est, si conuertamus conclusionem ad contrarium, & si conuertamus ad contradictorium: monstratio huius, si a insit omni b: & insit nulli c, si enim accipiamus contrarium, puta, quod b insit omni c: & coniunxerimus huic propositionem maiorem, puta, quod a, inest omni b: planum quod sequitur ex hoc in prima figura, vt a insit omni c, quod est contrarium minoris propositionis: si vero fecerimus hanc eandem conuersionem ad maiorem propositionem destruendam, puta, quum accepe-rimus b inesse omni c, quod est contrarium conclusionis: & coniunxerimus ipsi, quod a inest nulli c, quæ est minor: prodibit complicatio sermonis in tertia figura, & concludetur quod a non inest alicui b, quod est contradictoriū: nō aūt contrariū maioris propositionis, erit autē destructio particularis, nō vniuersalis. Si vero cōuerterimus cōclusionē b c ad cōtradictoriū, propositiones destruent per cōtradictoriū, hoc est destructione particulari: & hoc quū si accerperimus cō tradictoriū cōclusionis spēti syllogismi præcēderis, puta, si dicamus b inest alicui

A c: & ipsi coniunxerimus propositionem minorem, vt quod a inest nulli c: planum, q hoc concludet in tertia figura, a non inesse alicui b, quod est contradictorium maioris propositionis. Consimiliter si acceperimus hoc idem contradictorium, puta, si dicamus b inest alicui c: & ipsi coniunxerimus propositionem maiorem, quæ est a inesse omni b, manifestum quod concluderetur in prima figura, a inesse alicui c, quod est contradictorium minoris. Iam itaque mōstratum fuit in hoc sermone, q syllogismi, qui fiunt ad destruendas propositiones istius speciei secundæ figuræ, quod inquam isti omnes sunt particulares, & destructio ipsarum est particularis præter minorem propositionem: hæc enim & in toto, & in parte destrui potest. Eodem pacto ostendetur in alia specie vniuersali secundæ figuræ, hoc est in qua maior est vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua vniuersalis, Sed in duabus speciebus particularibus figuræ istius, si ipsorum conclusionē conuertamus ad contrarium, fieri non potest secundū hoc, vt vtranis duarū propositionū destruatur: causa autem in hoc est eadem, quæ ante hoc accidit in prima figura: sin autem conuertatur conclusio ad contradictorium, prodibit secundum hoc destructio vtriusque duarum propositionum: monstratio huius, si ponamus, quod a insit nulli b: & a insit alicui c: erit enim conclusio, quod b non inest alicui c: si itaque ponamus contrarium huius, puta, quod b inest alicui c: & huic adiunxerimus maiorem propositionem, vt quod

B a inest nulli b: tertia conclusio in prima figura, quod a non inest alicui c: sed hoc non destruit propositionem secundam, quæ erat a inesse alicui c: fieri enim potest vra insit alicui c, & non insit etiam alicui alij: sin autem huic applicuerimus propositionem particularem, non erit syllogismus, propterea q erunt ambæ propositiones particulares: monstratum ergo fuit ex hoc, quoniam si cōuertamus conclusionem ad contrarium, fieri non potest destructio vtriusuis duarū propositionum. Sin autem conuerterimus ad contradictorium, iam destruetur vtraque duarū propositionum: puta, si accipiamus contradictorium conclusionis, quod b insit omni c: quōque ipsi coaptauerimus a inesse nulli b: concludetur in prima figura, quod a inest nulli c, contradictorium videlicet eius, quod dicebamus a inesse alicui c, quæ erat minor propositio: quum vero ipsi applicuerimus propositionem minorem, puta, si dicamus a inesse alicui c, habebimus quod b inest omni c: & a inest alicui c: & concluditur nobis in tertia figura, quod a inest alicui b, quod est contradictorium eius, quod dicebamus, a inest nulli b, quæ erat maior propositio: & per eadem ista monstratur hoc in specie, cuius maior erat vniuersalis affirmatiua, hoc est in secunda specie particulari secundæ figuræ.

destructionis destruuntur ambæ propositiones destructione particulari.

Idē est modus sophistionis in secūdo modo figuræ secundæ.

In syllogismis particularibus ex conclusione ad contrariū cōuersa non destruuntur ambę propositiones, sed ex cōuersione ad cōtradictoriū possunt.

C

De syllogismo conuersiuo in tertiæ figura. Cap. X.



IN TERTIA vero figura quando contrarie quidem conuertitur conclusio, neutra propositionum interimitur secundum nullum syllogismorum: quando autem oppositē, vtræque in omnibus. Sit enim ostensum a alicui b inesse, medium autem sumptum c, & sint vniuersales propositiones: si ergo sumatur a alicui b non inesse, b autē omni c, non fit syllogismus eius, quod est a de c. Neque si a b alicui non inest, c autem omni: nō erit eius quod est b c syllogismus. Similiter autem ostendetur, & si non vniuersales sint propositiones: aut enim Vtraque necesse est particulares esse per conuersionem, aut vniuersalem ad minorem extremitatem fieri: sic autem nō fiet syllogismus, nec in prima figura, nec in media. Si autem oppositē conuertantur propositiones, interimūtur vtræque: nam si a nulli b, b autem omni

ea nulli c. Rursum si a b quidem nulli, c autem omni, b nulli c. Et si altera non sit vniuersalis, similiter: si enim a nulli b, b autem alicui c: a alicui c nō inerit. Si autem a quidem nulli, c autem omni: nulli c b. Similiter & si priuatiuus sit syllogismus: ostendatur enim a alicui b non inesse, sit autem prædicatiua quidem b c, a c autem negatiua: sic enim habebat syllogismus. Quādo igitur cōtrarium sumitur cōclusioni, non erit syllogismus: nam si a alicui b, b autem omni c: nō fit syllogismus eius quod est a, & c. Neque si a alicui b, nulli autem c, nō fuit eius quod est a b, & c syllogismus: quare non interimuntur propositiones. Quando vero oppositum, interimuntur: nam si a omni b, & b omni c, a omni c: sed nulli inerat. Rursum si a omni b, nulli autem c, b nulli c, sed omni inerat. Similiter autem mōstratur: & si non vniuersales sint propositiones: fit enim a c vniuersalis, & priuatiua: altera autem particularis, & prædicatiua: ergo si a quidem omni b: b aūt alicui c, a alicui c accidit: sed nulli inerat. Rursum si a omni b, nulli autem c, & b nulli c. Si autem a alicui b, & b alicui c, non fit syllogismus. Neque si a alicui b. & nulli c: nec sic. Quare illo quidem modo interimūtur: sic autem nō interimuntur propositiones. Manifestum est ergo ex iis, quæ dicta sunt, quomodo cōuersa cōclusione in vnaquaque figura fit syllogismus, & quādo cōtrarie propositioni, & quādo oppositæ. Et quod in prima quidem figura per mediam, & postremam fiunt syllogismi: & quæ quidem ad minorem extremitatem, semper per mediam interimitur: quæ vero ad maiorem extremitatem, per postremam. In secunda autem, per primam, & postremam: quæ quidem ad minorem extremitatem, semper per primam figuram: quæ vero ad maiorem, per postremam. In tertia vero, per primam, & per mediā & quæ quidem ad maiorem per primam semper: quæ vero ad minorem, per mediam semper. Quid ergo est conuertere, & quomodo in vnaquaque figura, & quis fit syllogismus, manifestum.

De cōuersione i tertia figura.

In tertia figura ex conuersione cōclusionis ad cōtrariū nō destruitur aliqua propositionum, sed ex cōuersione ad contradictoriū vtraque.

IN tertia vero figura, si conuertatur conclusio ad contrarium, fieri nō potest, vt per hoc destruatur vna suarum propositionum: & hoc in omnibus speciebus figuræ istius: sin autem conuertatur ad contradictorium, fieri poterit, vt per hoc destruatur vtraque propositionū syllogismi per coaptationem contunctionis ipsius cum contrario: & hoc in omnibus speciebus istius figuræ. Insit ergo a omni c: & b consimiliter insit omni c: Planum quod ex hoc concludetur a inesse alicui b: ista aūt est prima species tertiæ figuræ: quod si accipiamus contrarium conclusionis istius: puta a non inesse alicui b: & ipsi adiunxerimus propositionem minorem ita, vt dicamus b in omni c, non concludetur aliquid, quoniam hic erit syllogismus in prima figura, vbi maior est negatiua particularis: quod si ipsi coniungamus maiorem propositionem, puta si dicamus a inest omni c, nihil etiam consimiliter concludetur: quoniam hic syllogismus erit in secunda figura, vbi maior est particularis: & hoc, quoniam habebimus a non inesse alicui b: & a inesse omni c. Eodem pacto monstrabitur, si extiterit vna duarum propositionum affirmatiua particularis: & hoc est, quoniam fieri nequit, vt in ipsis destruatur vna duarum propositionum per conuersionem conclusionis ad contrarium: & hoc, quoniam si perseuerabimur destructionem propositionis vniuersalis, erit syllogismus ex binis particularibus: sin autem con-

A iecemus destructionē propositionis particularis, erit in hoc maior particularis: verum secundū istud, non erit syllogismus in prima figura, neque in secunda: hæ aūt sunt duæ figuræ, per quas destruūtur propositiones istius syllogismi. Ita itaque monstratum est, si conuertatur conclusio ad contrarium in speciebus affirmatiuis istius syllogismi, quod fieri non potest, vt secundum hoc destruatur vna duarum propositionum per propositionem secundam, & conuersionē. Demōstratio exēplaris de cōuersione ad contradictorium.
Sin autem conuersa fuerit ad contradictorium, fieri potest, vt secundum hoc destruatur vtraque duarum propositionum per coaptationem alterius affirmatiuæ ad conuersionem: monstratio autem huius, quoniam si conuertamus, quod dicimus a inest alicui b, quæ est conclusio, quam posuimus in prima specie figuræ istius, hoc est tertiæ, ad suū contradictorium, veluti si dicamus, a inest nulli c: & ipsi complicuerimus, quod dicimus, b in omni c, quæ est vna duarū propositionum syllogismi: concluderetur ex hoc in prima figura, quod a inest nulli c, quod est contrarium eī, quod dicebamus a inest omni c, quæ est altera propositio syllogismi positi. Consimiliter si addiderimus ei, quod dicimus a inest nulli b, propositionem secundam, quæ est, quum dicimus a inest omni c: plānū qđ concluderetur in secunda figura b inesse nulli c, quod est contrarium eius, quod dicebamus b inesse omni c, quæ fuit minor propositio. Consimiliter accidet,
B quum extiterit vna duarū propositionum affirmatiuarum particularis: si enim a insit nulli b, quæ est contradictoria conclusionis: & huic applicuerimus b inesse alicui c, quæ est propositio particularis: cōcluderetur nobis in prima figura, quod a non inest alicui c: Quod si huic conclusioni applicuerimus propositionem vniuersālē, habebimus a inest nulli b: & a inest omni c: & hoc concludit in secunda figura, quod b inest nulli c, quod est contradictorium propositionis particularis positæ. Eodē pacto accidet in syllogismo vniuersali negatiuo istius figuræ, hoc est, qui constat ex duabus propositionibus vniuersalibus, quarum altera est negatiua: & in syllogismo particulari negatiuo, hoc est in syllogismo, in quo vna duarū propositionū est particularis, & altera vniuersalis: & vna etiam ipsarum negatiua secundum illud idem, quod accidebat affirmatiuo vniuersali & particulari: hoc est, si conuertetimus conclusionem in ipsis ad cōtrarium, fieri non potest, vt per hoc destruatur vna duarum propositionū: causa autem in hoc eadem est causa, quæ fuerat in specie affirmatiua vniuersali ac particulari: & demonstratio super hoc est demonstratio eadem illa. Manifestum igitur ex eo, quod diximus, qualiter erit syllogismus in omni figura, quū conuerterimus conclusionē ad contrarium, & quum ad contradictoriū: & quādo erit destructio, & qñ non erit: & quum extiterit, quando erit vniuersalis, & Hadē est ostēsio in syllis negatiuis, & vniuersalibus & particularibus.
C quando erit particularis: quodque syllogismi omnes destruentes vtranq: propositionum primę figuræ, quum conuertitur conclusio, fiunt in secunda figura & tertia: qui enim fit in secunda figura, destruit minorem propositionem: qui vero fit in tertia, destruit maiorem: consimiliter monstratum fuit, quod syllogismi, qui destruunt vtranque propositionum in secunda figura, quum conuertitur conclusio, fiunt in prima figura ac tertia: nam minor destruitur in prima figura, maior aūt in tertia: quodque eodē ēt modo syllogismi destruentes propositiones syllogismi, qui est in tertia figura, si conuertatur conclusio sua, erunt in prima figura, ac secūda: nā maior destruitur in prima figura, minor aūt in secunda. Epilogus omniū dictorū de syllogismo cōuertiuo.

De syllogismo per impossibile. Cap. XI.




ERE impossibile autem syllogismus ostēditur quidem, quando contradictio ponitur conclusionis, & assumitur altera propositio. Fit aūt in omnibus figuris, simile enim est cōuersioni. Veruntamē differt intantū, quoniam conuertitur quidem facto syllogismo, & sumptis vtrisque propositionibus. Deducitur autem ad impossibile non co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fesso opposito prius, sed manifesto quoniã est verum. Termini vero D
similiter se habẽt in vtrisque, & eadẽ sumptio vtrorũque: vt si a inest
omni b, medium autem c: si supponitur a non omni, vel nulli b ines-
se, c vero omni, quod fuit verum, necesse est c b aut nulli, aut nõ om-
ni inesse: hoc autem impossibile, quare falsum est quod supposito est,
verum ergo oppositum: similiter autem in aliis figuris, quæcunq; in
conuerhonem suscipiunt, & per impossibile syllogismum. Ergo alia
quidẽ proposita omnia ostenduntur per impossibile in omnibus figu-
ris: vniuersale aũt prædicatiuum in media, & in tertia monstratur: in
prima autem non monstratur: supponatur enim a nõ omni b, aut nul-
li inesse, & assumatur alia propositio, vtrolibet modo, siue a omni
inest c, siue b omni d (sic enim erat prima figura) si ergo supponatur
a non omni b inesse, nõ fiet syllogismus quomodolibet sumpta pro-
positione. Si autem nulli b, d quidem assumatur, syllogismus quidẽ
erit falsi, non ostenditur autẽ propositum: nam si a nulli b, b aũt om- E
ni d, a nulli d. hoc autem sit impossibile: falsum igitur est nulli b ines-
se a: sed non si nulli falsum, omni verum. Si autem c a assumatur, nõ
fit syllogismus: nec quãdo supponitur nõ omni b inesse a: quare ma-
nifestũ quoniam omni inesse, non ostenditur in prima figura per im-
possibile. Alicui autem, & nulli, & non omni ostenditur. Supponatur
enim a nulli b inesse: b autem sumptum sit, omni, aut alicui c, ergo ne
cesse est a nulli, aut non omni c inesse. hoc autẽ impossibile. Sit enim
verum, & manifestum, quoniã omni c inest a: quare si hoc falsum, ne
cesse est a alicui b inesse. Si autem ad a sumatur altera propositio, non
erit syllogismus, neque quãdo sub contrariũ conclusioni supponitur
vt alicui non inesse: manifestum ergo quoniam oppositum sumen-
dum est. Rursum supponatur a alicui b inesse, sumptum autem sit
omni a: necesse est igitur c alicui b inesse: hoc autem sit impossibile:
quare falsum quidem suppositum est: si autem sic, verũ est nulli ines- F
se. Similiter autẽ & si priuatiua sumpta sit c a. Si autem ad b sumpta
sit propositio, non erit syllogismus. Si autem contrarium suppona-
tur, syllogismus erit & impossibile, non tamen ostenditur quod est
propositum: supponatur enim a omni b, & c sumptum sit omni a: er-
go necesse est c omni b inesse. hoc autẽ impossibile: quare falsum est
omni b inesse a: sed nondum erit necessariũ, si non omni, nulli inesse:
Similiter aũt & si ad b sumatur altera propositio: nam syllogismus
quidem erit & impossibile, nõ interimit aũt hypothesis: quare oppo-
situm supponẽdũ. Ad ostẽdendũ aũt nõ omni b inesse a, supponẽdum
omni inesse: nã si a omni b, & c omni a, omni b inerit c. si ergo hoc i-
possibile, falsum qđ suppositũ est: similiter aũt & si ad b sumpta sit
altera ppositio. Et si priuatiua sit c a, similiter, nã & sic fit syllogis-
mus. Si autem ad b sumpta sit priuatiua, nihil ostenditur. Si autem
non omni, sed alicui inesse supponatur, non ostenditur quoniam
non omni, sed quoniam nulli, si enim a alicui b, c autem omni a,

alicui

A alicui b inerit c: si ergo hoc impossibile, falsum est alicui b inesse a,
quare verum nulli: hoc autem ostenso, interimitur verum: nã a alicui
quidem b inerat, alicui vero non inerat. Amplius autem non iam pro
pter hypothesin accidit impossibile, falsa enim erit, siquidem ex ve-
ris non est falsum syllogizare, nũc autem est vera: inest enim a alicui
b: quare nõ supponendum alicui inesse, sed omni.



B

Ex hoc syllogismo astruitur nulli non aũt nõ omni, & etiã ppositũ nõ astruitur, qa cõclusio vera est.

Similiter autem & si alicui b non inest a, ostendemus, si enim idem
est alicui non inesse, & non omni inesse, eadem in vtrisque demon-
stratio. Manifestum ergo quoniam non contrarium, sed oppositum
supponendum in omnibus syllogismis: sic enim necessarium erit, &
axioma probabile: nam si de omni vel affirmatio, vel negatio, osten-
so, quoniam non negatio, necesse est affirmationem veram esse: rur-
sum si non ponam veram esse affirmationem, constat veram esse ne-
gationem contrariam vero: neutro modo contingit ratum facere: neq
enim necessarium si nulli falsum, omni verum: neque probabile
vt sit alterum falsum, quod alterum verum. Manifestum ergo quo-
niam in prima figura alia quidem proposita omnia ostenduntur per
C impossibile: vniuersale autem affirmatiuum non ostenditur.

SYLLOGISMVS autem ad impossibile fiet, quum posuerimus contradi-
ctorium conclusionis, cuius monstrationem intendimus, & huic applicueri-
mus alteram propositionem notam, & concluserimus aliquid impossibile:
planum enim, ꝙ hæc syllogismi species componitur ex conditionali & prædi-
catiuo: hic autem is est, qui deducit ad impossibile: hic autem syllogismus cadit
in syllogismo contrarii in omnibus tribus figuris. Syllogismus vero contrarij
æstimatur syllogismo conuersiuo: in his enim ambobus prouenit impossibile.
Differunt tamen inter se, quoniam syllogismus conuersiuus fit per acceptionẽ
contradictorij, & propositionis, quæ ipsi coniungitur, postea quam fuerit sylo-
gismus, ita vt contradictorium sit contradictorium conclusionis illius syllogis-
mi, & propositio adiuncta vna ex duabus propositionibus illius syllogismi:
Syllogismus autem, qui est secundum vim contrarij, accipit contradictorium
eius, quod intendit monstrare, non autem contradictorium conclusionis sylo-
gismi, & applicat illi propositionem veram, non autem propositionem syllogis-
mi posiit. Amplius, quoniam in syllogismo conuerhuo prouenit destructio
rei falsæ, postea quã admiserimus contradictorium impossibilis, quod est verũ.

De syllogismo ad ipossibile. Sylls ad impossibile fit ex contradictorio cõclusionis, cũ altera propositione nota, concludens aliquod impossibile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oſt. q̃ demõſtratur q̃ ſyllo. p̃dictionis rectũ, poteſt & p ſyllo. ad impoſsibile demõſtrari q̃ eiſdem propoſitiones.

Sed in ſyllogiſmo contrarii oſtendemus vtique concluſionem per poſitionem im poſsibilis per ſe. Omne autem, qđ monſtratur per ſyllogiſmum prædicatorium, qui dicitur rectus, poteſt etiam monſtrari ſecundum has eaſdem propoſitiones p ſyllogiſmum contrarij. verum ſyllogiſmus contrarii eſt ſimilitor in vno ſyllogiſmo conuerſiuo & hoc, quoniam forma ipſius eſt eadem forma. Cauſa autem iſtius eſt, quoniam quum ſyllogiſmus rectus reducitur ad contrarium, erunt in ipſis termini, ac propoſitiones vna & eadem: vt in exemplo, ſi ponamus a ineſſe omni b per ſyllogiſmum rectum, quum inſit a omni c & c omni b: concludetur enim nobis, q̃ a ineſt omni b. Si igitur ſolicin fuerimus ad hoc monſtrandum per ſyllogiſmum contrarii, accipiemus contradictorium concluſionis, vt q̃ a non in eſt omni b, aut contrarium eiuſdem: & contingemus huic maiorem propoſitionem, puta a ineſſe omni c: ſequetur enim neceſſario ex hoc in ſecunda figura, vt c non inſit omni b, quod eſt contradictorium minori propoſitionis, & impoſsibile: quod igitur poſitum fuit, hoc eſt contradictorium, aut contrarium concluſionis eſt impoſsibile: ſed quum falſum fuerit contradictorium poſitum, verum erit ſuũ contradictorium, quod eſt concluſio: ſed hæc eadem etiam eſt via ſyllogiſtica contrarii. Conſimiliter autem accidit in reliquis figuris: omnis enim ſyllogiſmus, qui admittit conuerſionem, admittet etiam monſtrationem concluſionis ſuæ ſecundum viam contrarii. Omnia autem quatuor quæſita monſtrantur per contrarium in omnibus figuris præter vniuerſalem affirmatiuam: hæc enim non oſtenditur in prima figura, ſed monſtratur in ſecunda, & tertia. Quod igitur non oſtenditur affirmatiua vniuerſalis per ſyllogiſmum contrarii in prima figura, monſtratur ſic: ponamus enim propoſitionem, quam volumus monſtrare a in omni b, ſi namque voluerimus oſtendere hoc per viam contrarii, aut ipſum erit: aut accipiendum erit ſuum contradictorium vt q̃ a non ineſt omni b: tam ſuum contrarium, vt q̃ a ineſt nulli b. Amplius, ſi adiungamus vni iſtorum duarũ oppoſitorum propoſitionem alteram, cuius complicatio ſimul cum oppoſito concluſionis ſit complicatio primę figuræ, oportet vt aut c predicetur de a, aut ſubiiciatur b: quemadmodum ſi dicamus c de omni a: vel b de omni c. Si igitur fuerit oppoſitum, quod poſuimus contradictorium, vt q̃ a non ineſt omni b, planum q̃ non erit ſyllogiſmus in prima figura, ad quam reducimus extremitatum ponatur propoſitio alterę: & hoc, quoniam ſi verum exiſtet c eſſe in omni a, habebimus q̃ c eſt in omni a, & a non eſt in omni b: ſed hoc non concluditur in prima figura, quoniam minor eſt negatiua. Quod ſi poſuerimus a parte b, habebimus q̃ a nõ ineſt omni b: & b omni c: ſed hoc ſimiliter etiam non concludit in prima figura: quoniam maior eſt particularis: diximus enim iam q̃ hoc non concludit: ſin autem accipimus contrarium affirmatiuæ, quam conamur conſtruere, & ipſi adiiciemus propoſitionem, cuius veritas eſt notæ ex parte b: quemadmodum ſi ponamus a in eſt nulli b: & b omni c: concludetur in prima figura, q̃ a ineſt nulli c, qđ eſt impoſsibile: ſi igitur eſt impoſsibile, quod poſuimus, puta, quum dicebamus, a ineſt nulli b non tamen ſequitur, ſi quod dicimus a ineſt nulli b, ſit falſum, vt verũ ſit ſuum contrarium puta q̃ a inſit omni b, quod erat quæſitum noſtrum: duo nanque contraria aliquando ſimul falſificantur, quemadmodum prædiximus in libro præcedente. Sin autem coaptemus propoſitionem veram ex parte a, non innouabitur ſyllogiſmus, quoniam minor erit negatiua in prima figura. Planum igitur quod ſyllogiſmus omnis, qui eſt ſecundum viam contrarii, aut vtique erit per acceptionem contrarii, aut per acceptionem contradictorii, & per applicationem propoſitionis veræ alterii ipſorum. Planum igitur, q̃ ſi acceperimus contradictorium vniuerſalis affirmatiuæ, & ipſi coniunxerimus propoſitionem vniuerſalem veram, q̃ non erit ſyllogiſmus: & ſi erit ſyllogiſmus, non tamen concludetur impoſsibile, ex cuius falſitate ſequatur veritas vniuerſalis affirmatiuæ quam quærebamus oſtendere: fieri igitur non poteſt, vt ſequatur vniuerſalis affirmatiua per ſyllogiſmum contrarii cuius prædicamus dedocens ad impoſsibile ſit in prima figura. Particularis autem affirmatiua poteſt vtique per contrarium monſtrari in prima figura, ſi acceperimus quæ huic opponitur, vniuerſalem negatiuam: hæc enim eſt ſua contradictoria: non autem particularem

Omnia, quatuor quæſita præter vniuerſale affirmatiuã, qđ nõ poteſt in prima oſtendi, in omnibus figuris oſtendi pñt per impoſſe. Quod vlis affirmatiua non poſsit p impoſſe monſtrari in prima figura.

Particularis affirmatiua poteſt p impoſſe mõſtrari in prima figura ſumpto contradictorio.

Quõ demonſtretur vlis negatiua p ſyllogiſmũ ad impoſſe in prima figura

Quõ demonſtretur parti cularis negatiua p ſyllogiſmũ ad impoſſe.

In omni materia ſyllogiſmo ad impoſſibile ſumendum eſt contradictorium, non aũt contrarium.


negatiuam, quæ eſt ſua contraria: & hoc ſimiliter etiam, quum fuerit propoſitio vera ex parte b, non autem ex parte a. Ponamus igitur ſi non eſt verum, quod ipſum inſit alicui b, ponamus inquam q̃ a inſit nulli b. Amplius coniungamus huic, q̃ b ineſt omni c, & concludamus q̃ a ineſt nulli c, quod eſt falſum: erit igitur & illud falſum, quod ex falſo ſequitur: puta, quod dicimus a ineſt nulli b: quam igitur ſit hoc falſum, contradictorium ſuum erit verum puta, quod dicimus a ineſt alicui b, quod intendebamus monſtrare. Si vero accipiamus propoſitionem veram ex parte a, erit minor negatiua in prima figura, & non erit ſyllogiſmus. Conſimiliter non erit etiam ſyllogiſmus, quum acceptum fuerit contrarium: ſi enim propoſitio affirmatiua vera, poſita fuerit ex parte a, erit minor negatiua: ſin autem poſita fuerit ex parte b, erit maior particularis: ſed hæ ambæ non concludunt in prima figura. Sin autem voluerimus monſtrare per ſyllogiſmum contrarii vniuerſalem negatiuam, & poſuerimus ipſius oppoſitum, oportebit, vt ſit affirmatiua particularis, quæ eſt ſua contradictoria: puta, ſi dicamus, a ineſt alicui b: quum igitur ipſi adiunxerimus, qđ c in omni a: concludemur impoſsibile puta, quod c ineſt alicui b: quod igitur dicebamus a ineſſe alicui b: eſt falſum: quum igitur hoc falſum exiſterit, verum erit ſuum contradictorium puta, quod a ineſt nulli b, quod erat quæſitum. Conſimiliter accidet, ſi fuerit propoſitio vniuerſalis negatiua vera. Si enim ponimus propoſitionem veram ex parte b, non innouabitur ſyllogiſmus, quoniam maior erit particularis in prima figura. Sin autem accipiamus loco contradictorii contrarium, innouabitur ſyllogiſmus concludens impoſsibile, ad vtramus extremitatem ponatur propoſitio vera ex extremitatibus contradictorii: præterquam quod non concluditur impoſsibile, ex quo, quia ſit impoſsibile, ſequatur veritas ſui oppoſiti quod eſt hic quæſitum: oportet ergo, vt accipiatur contradictoria, non autem contraria: hoc vero commune eſt omnibus figuris contrarii in quacunque figura componatur prædicatimus. Quod ſi voluerimus monſtrare particularem negatiuam per viam contrarii, oportebit, vt ponamus oppoſitum, affirmatiuam vniuerſalem: ſi enim poſuerimus oppoſitum a ineſſe omni b: & adiunxerimus ipſi, quod c ineſt omni a: ſecundum quod ipſa eſt vera: concludetur in poſsibile, quod c in omni b: quare & a ineſſe omni b eſt impoſsibile. Sed ſi hoc falſum, verum eſt quod dicimus, a non ineſt omni b, quod eſt quæſitum. Similiter autem accidet, ſi hæc exiterit negatiua: & eodem modo, ſi ipſi coniungimus b in omni c, aut b in aliquo e: concludetur impoſsibile in prima figura. Sin autem applicuerimus ipſi q̃ c ineſt alicui a, non erit ſyllogiſmus, propterea quod maior fiet particularis in prima: eodem modo, quum hæc exiterit negatiua. Iam itaque monſtratum fuit, quod omnia quæſita oſtenduntur per contrarium in prima figura præter vniuerſalem affirmatiuam. Opcine vero precium eſt in omni materia, vt in ſyllogiſmo contrarii accipiamus contradictorium: cius, quod intendimus monſtrare, non autem cõtrarium: quoniam ſi fuerit falſum vnum contrariorum, non ſequitur, vt ſit verum alterum contrariorum: quemadmodum oſtenſum fuit in libro præcedente: neque eſt etiam probabile, quum eũ falſum vnum contrarium, vt ſit verum contrarium ſuum.

De ſyllogiſmo per impoſsibile in ſecunda figura.
Cap. XII.

SIN media autem figura, & poſtrema, & hoc oſtenditur. ponatur enim a non omni b ineſſe. ſumptum ſit autem omni c ineſſe a, ergo ſi b quidem non omni ineſt a, c autem omni, non omni b ineſt c, hoc autem impoſsibile.

Sit enim manifestum quod omni b ineſt c: quare falſum quod ſuppoſitum eſt, verum eſt ergo omni ineſſe. Si autem contrarium ſupponatur, ſyllogiſmus quidem erit ad impoſsibile, non tamen oſtenditur quod propoſitum eſt: ſi enim a nulli b, omni autem c, nulli b c: hoc autem impoſsibile. quare falſum eſt nulli ineſſe: ſed non ſi hoc falſum, verum omni. Quando autem alicui b ineſt a, ſupponatur a nulli b ineſſe, c autem omni inſit: neceſſe eſt ergo c nulli b ineſſe: quare ſi hoc impoſsibile, neceſſe eſt a alicui b ineſſe. Si autem ſupponatur alicui non ineſſe, eadem erunt quæ in prima figura.

Ex prima cõtagatione aſtruit particularis affirmatiua ex ſecunda vero nihil aſtruitur, qa ad ſuppoſitionẽ uerã nullum ſequitur impoſsibile.



Rurſum ſupponatur a alicui b ineſſe, c autem nulli inſit: neceſſe eſt igitur c alicui b non ineſſe: ſed omni inerat: quare falſum quod ſuppoſitum eſt, nulli ergo b inerit a. Quando autem non omni b ineſt a, ſupponatur omni ineſſe, c autem nulli: neceſſe eſt ergo c nulli b ineſſe: hoc autem impoſsibile, quare uerum eſt non omni ineſſe. Manifeſtum ergo, quoniam omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

Secũda figura

Quõ oſtendatur p impoſsibile vlis affirmatiua in figura ſecũda p viã cõtradictorii.

Quõ demõſtretur particularis affirmatiua i ſecũda figura.

Demonſtratio

SEd uniuerſalis affirmatiua monſtratur in ſecunda, ac tertia figura: oſtenſio autem huius eſt: quoniam ſi voluerimus monſtrare a ineſſe omni b in ſecunda figura, accipiemus ſuam contradictoriam puta, qđ a non ineſt omni b: quã igitur applicuerimus huic contradictorio, qđ a ineſt omni c, ſequetur ex hoc in ſecunda figura, qđ c non inſit omni b: quod quum ſit impoſsibile: & propoſitio applicita contradictorio exciterit uera ſequitur vt falſum accidat ex contradictorio: quod eſt, quum dicebamus, a non ineſt omni b: ſed ſi hoc eſt falſum, verũ erit ſuum contradictorium, ut qđ a in omni b: ſin autem loco contradictorii, accepertimus contrarium, non erit in ipſo utilitas in omni materia. Quod ſi voluerimus monſtrare hac in figura affirmatiuam particularem, puta, quod diciemus a ineſſe alicui b, oportebit accipere contradictorium ſuum, vt quod a ineſt nulli b. Amplius coniungemus ipſi a ineſſe omni c: & concludetur nobis, quod c ineſt nulli b: hoc autem impoſsibile ſequitur ex eo, quod poſuimus a ineſſe nulli b: quare contradictorium ſuum verum, quo dicebamus, a alicui b. Quod ſi accipiamus contrarium loco contradictorii, accidet in hoc, quod accidit in prima figura, hoc eſt, vt concludatur impoſsibile, ſed non monſtratur per hoc ueritas oppoſiti, quod poſitum fuit in omni materia. Sin autem voluerimus oſtendere hac in


figura vniuerſalem negatiuam, accipiemus tunc ſuam contradictoriam, puta, quod a ineſt alicui b: & ipſi coniungemus, quod non eſt dubium in ueritate ſua, vt ep a ineſt nulli c: ſequetur enim ex neceſſitate, quod c non ineſt alicui b: qđ eſt impoſsibile: ſi ergo, quod poſuimus eſt falſum, igitur a inerit nulli b. Quod ſi voluerimus monſtrare negatiuam particularem, accipiemus ſuam contradictoriam, puta quod a ineſt omni b: & applicabimus ipſi, quod a ineſt nulli c: ſequetur enim impoſsibile: puta, qđ c ineſt nulli b: ergo contradictorium eius ex quo ſequitur impoſsibile, eſt verum, puta, quod diximus a non ineſt alicui b, quod intendebamus oſtendere: oſtenſum eſt igitur, quod omnia quæſita monſtrantur per contrarium in ſecunda figura.

tio vlis negatiuæ i ſecũda per impoſsibile.

Demonſtratio particularis negatiuæ i ſcda p impoſsibile.

De oſtenſione per impoſsibile in tertia figura. *Cap. XIII.*

SImiliter autem & per ultimam. Ponatur enim a alicui b non ineſſe, c autem omni b: ergo a alicui c non inerit. ſi ergo hoc impoſsibile, falſum alicui non ineſſe: quare uerum eſt omni. Si uero ſupponatur nulli ineſſe, ſyllogiſmus quidem erit, et impoſsibile, non oſtenditur autem quod propoſitum eſt: ſi enim contrarium ſupponatur: eadem erunt quæ in prioribus. Sed ad oſtendendum alicui ineſſe, eadem ſumenda eſt hypotheſis: nam ſi a nulli b, c autem alicui b, a non omni c: ſi ergo hoc falſum, uerum eſt a alicui b ineſſe. Quando autem nulli b ineſt a, ſupponatur alicui ineſſe, ſumptum ſit autem & c omni b ineſſe, ergo neceſſe eſt a alicui c ineſſe: ſed nulli inerat, quare falſum eſt alicui b ineſſe a. Si autem ſupponatur omni b ineſſe a, non oſtenditur propoſitum:



Exhorũ primo ſyllogiſmorum non ſtratur vlis negatiua ex ſcdo deducitur ipoſſe, ſed non aſtruitur p. poſitum, qa cõtraria pſtare ſimul ſalſa.

Sed ad oſtendendum non omni ineſſe, eadem ſumenda hypotheſis: nam ſi a omni b, & c alicui b, a ineſt alicui c: hoc autem non fuit, quare falſum eſt omni ineſſe: ſi autem ſic: uerum non omni. Si autem ſupponatur alicui ineſſe, eadem erunt quæ & in iis, quæ prius dicta ſunt. Manifeſtum ergo quoniam in omnibus per impoſsibile ſyllo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gisimis, oppositum supponendum. Palam autem & quoniam in media figura ostenditur quodammodo affirmatiuum, & in postrema vniuersale. D

Tertiæ figuræ.

Demonstratio vtis affirmatiuæ i tertia p impole.

COnsimiliter accidet etiam, vt monstrentur omnia in tertia figura: ostensio autem huius: quoniam, si voluerimus ostendere vniuersalem affirmatiuam, accipiemus suam contradictoriam: puta, quum dicimus a non inesse alicui b: cui quum applicuerimus c inesse omni: concludetur in tertia figura, q a non inest alicui c. Terminus enim medius, qui est b subiicitur vtrisque extremorum: quum igitur sit conclusio impossibilis, contradictoria eius, ex qua sequitur impossibile, est verum, puta, quod dicimus a inesse omni b, quod volebamus concludere. Quod si posuerimus contrarium loco contradictorii, concludetur quidem impossibile, non tamen sequetur ex ipso ex necessitate veritas quæsiti: quemadmodum etiam accidebat in reliquis figuris. Sin autem voluerimus ostendere, q a inest alicui c, quæ est affirmatiua particularis, ponemus q a inest nulli b, quæ est sua contradictoria: & applicabimus ipsi c, inesse alicui b: & concludetur hac in figura, quod a non inest alicui c: quod quum sit falsum quod ex ipso falso sequitur, puta, quod dicimus a inest nulli b, est etiam falsum: sed quum hoc sit falsum, verum erit suum contradictorium, quod est quæsitum a, vni alicui inesse alicui b. Quod si voluerimus monstrare vniuersalem negatiuam, quemadmodum si voluerimus monstrare, q a inest nulli b, accipiemus contradictorium huius, vt si dicimus a inesse alicui b: & huic applicabimus c inesse omni b: sequetur igitur hac in figura, vt c inlie alicui a: quod quum sit falsum, falsum vtiq; sequitur ex contradictorio positionum propositio c b non habet dubitationem in veritate sua. Quum igitur contradictoria falsi exiterit, quæ est particularis affirmatiua, vera erit vniuersalis negatiua puta, quod dicebamus a inest nulli b. Si uero acceperimus contrarium, accidet in hoc, quod accidebat in reliquis figuris. Demonstratio particularis negatiuæ in tertia per impoſe. Quod si voluerimus monstrare particularem negatiuam, ponemus suam contradictoriam, quæ est vniuersalis affirmatiua, veluti si ponamus a inesse omni b: & applicabimus ipsi, quod c inest omni b: hæc autem non est dubia in sua veritate. Concludetur autem nobis, quod c ineit alicui a: quod quum fuerit falsum, contradictorium, quod est vniuersalis affirmatiua, de quo dubitatur, est falsum: sed quū fuerit falsa vniuersalis affirmatiua, vera erit particularis negatiua. Iam igitur ex dispositione syllogismi secundum contrarium duo fuere hoc in loco declarata: quorū vnū est, qd in ipso semper & in omni materia est vtile accipere contradictorium, nō aūt accipere contrarium. Sedm aūt, quod omnia quæsita prodeunt se cundum ipsum in secunda figura, ac tertiæ quodque in prima figura, non eiciitur per ipsum tantum vniuersalis affirmatiua, reliqua autem quæsita eliciuntur. Conclusio dictorum de syllogismo ad impoſe. E

Quomodo recta, & quæ ad impossibile ducit demonstratio, differant. Cap. XIIII.

Demonstratio ostensiua quæ & iacta, & assertrix dicitur ex notis & manifestis verū esse cō clusionē ostēdit.

DIffert autem quæ ad impossibile demonstratio, ab ea quæ est ostensiua, eo quod ponat quod vult interimere, deducens ad confessum falsum: ostensiua autem incipit a confessis positionibus veris. Sumunt ergo utrāque duas propositiones confessas: sed hæc quidem ex quibus est syllogismus, illa vero vnam quidem harum, alteram uero contradictionem conclusionis. Et hinc quidem non necesse est notam esse conclusionem, neque prius opinari quoniam est, aut nō est: illinc uero necesse est, quoniam non est. Differt autem nihil affirmatiuam, uel negatiuam esse conclusionem: sed similiter se habet in utrisque. A

Differentia syllogismi recti & ducentis ad impossibile.

Syllō ad impoſe incipit a contradictorio cōclusionis. Syllō rectus incipit a propositionibus notis.

DIxit, Differunt autem syllogismus rectus, & syllogismus contrarii, quādo concludunt vnum & idem quæsitum ex propositionibus vtis & eisdem: propterea q in syllogismo secundum contrarium ponimus a principio id, quod volumus destruere, hoc est contradictorium eius, quod intendimus monstra re: vt quum fermo deuenerit ad falsum, sciatur quod est falsum. Syllogismus autem rectus incipit a propositionibus notis: ambo autem syllogismi sunt ex propositionibus notis: nisi q syllogismus rectus est ex binis propositionibus, ex quibus est syllogismus: sed in syllogismo secundum contrarium, una tantum propositionum suarum est ex propositionibus syllogismi recti: secunda autem est contradictoria conclusionis dubitatæ. Amplius, in recto non est necessarium, vt conclusio sit nota, antecē sit syllogismus: sed in eo, qui est secundum cōtrarium, tam est opus vt sit nota ad positionem suæ contradictoriæ: non est autem in hoc differentia, sive conclusio fuerit affirmatiua, sive negatiua. Syllō rectō cōclusio ē ignota in syllogismo ad impoſe ē nota p pōnē contradictorii.

Omne ostensiue monstratum, & per impossibile monstrari potest, & econuerso. Cap. XV. B

OMnis enim, quæ ostensiue concluditur, & per impossibile monstrabitur: & quæ per impossibile, ostensiue, & per eosdem terminos. non autem in eisdem figuris. Nam quādo per impossibile syllogismus fit in prima figura, quod uerum est: in media erit, aut in postrema: priuatiuum quidem in media, prædicatiuum autem in postrema: quando autem syllogismus in media fit, quod verum est erit in prima figura in omnibus propositionibus: quando autem in postrema syllogismus, quod uerum est, erit in prima, & in media: affirmatiua quidem in prima, priuatiua autem in media. Sit enim ostensum a nulli, aut non omni per primam figurā, ergo hypothesis quidem erat alicui b, inesse: ac autem sumebatur a quidem omni, b autem nulli: sic enim fiebat syllogismus ad impossibile. Hoc autē media figura, si c a quidem omni, b autem nulli inest, & manifestum ex his, quoniam b, nulli inest a. Similiter autem & si C non omni ostensum sit inesse: nam hypothesis quidem est omni b a inesse: c autem sumebatur a quidem omni, b autem non omni: & si priuatiua sit sumpta a: similiter etenim fit in media figura. Rursum sit ostensum alicui b inesse a, ergo hypothesis quidem est nulli inesse: b autē sumebatur omni c inesse, & a vel omni, vel alicui c: sic enim erit impossibile. hoc autem postrema figura: si a & b, omni c: & manifestum ex his quia necesse est a alicui b inesse: similiter autem & si alicui c sumatur inesse b, uel a.

Demonstratum per syllogismum rectum, & per impossibile monstrari posse, & econuerso.

OMne vero quæsitum, qd monstratur p syllogismū rectum, potest p has eadē propositiones monstrari p syllm contrariū: & oē, qđ ostenditur p syllm cōtrarii, pōt per hos terminos, & propositiones monstrari per syllogismum rectum. Quum vero syllogismus præcesserimus, qui est in eo, qui est secundum contradictionem, exierit i prima figura, syllogismus rectus super hoc quæsito, & p has eadē Quō conueniant syllus rectus, & ad impossibile ducens.

rectus, & ad impossibile ducēs, ostendendo eandē conclusionē per eosdē terminos, & propōnes.

Nota, q̄ in omnibus quæ sitis licet syllogismus præcipuus, q̄ est in syllo ad impossibile, & rectus cōuenisse q̄a per eosdē terminos, & p̄pōnes fiunt: differunt tñ, q̄a nō fiunt p̄ eadem figuram: et hoc patet in oīb' figuris.

Monstratio particularis negatiuæ.


propositiones erit in secunda figura & tertia: si vniuersale quidem negatiuum in secunda figura. Sin autem affirmatiuum particulare, in tertia: negatiua vero particularis ad duas figuras simul, quando ea, quæ est vera, fuerit affirmativa: sin autem fuerit negatiua, erit in secunda. Quum vero syllogismus prædicatiuus, qui est in contrario, extiterit in secunda figura, syllogismus rectus erit in prima: & hoc in omnibus quæsitis. Sed quum syllogismus contrarij extiterit in tertia figura, syllogismus rectus erit in prima, ac secunda: si affirmatiuus quidem, in prima: si vero negatiuus in secunda: monstratio autem huius: quoniam si ostenderimus per syllogismum contrarij in prima figura, quod a ineſt nulli b, & posuerimus contradictorium huius, puta, quod a ineſt alicui b: & applicuerimus huic cō tradictorio, propositionem veram: concludetur in prima figura conclusio falsa. Quod quum ita se habeat, planum quod propositio vera contingetur vtique ex parte a, non autem ex parte b: adeo, vt propositio vera sit maior: fieri enim non potest, vt maior sit particularis hac in figura: erit igitur propositio vera, q̄ c ineſt omni a. Si igitur c in omni a: & a in aliquo b: concludetur enim nobis in prima figura, quod c in aliquo b: quod est falsum. Reducetur autem syllogismus contrarij ad rectum, quum acceperimus contradictorium conclusionis falsæ, & ipsi applicuerimus propositionem veram, quæ est in syllogismo contrarij. Planum enim est, q̄ propositio vera, quæ est, c in omni a, est contradictoria propositioni falsæ, quę est c non ineſt alicui b: hæ enim communicāt in c, quod est maior extremitas conclusionis, quæ fuerat in prima figura concludens impossibile per syllogismum contrarij. Sed omnes binæ propositiones, quarum communicatio est in extremitate maiore quæriti, complicantur in secunda figura: syllogismus autem rectus ita prodibit: c in omni a: & c in nullo b: & concludetur q̄ a ineſt nulli b: hoc autem est, quod concludebatur in syllogismo contrarij. Consimiliter accidet, si monstrauerimus per syllogismum contrarij in prima figura, q̄ a non ineſt omni b, hoc est particularem negatiuam, secundum quod posueramus suum contradictorium, puta quod a ineſt omni b: & applicabamus ipsi propositionem vniuersalem veram ex parte a, vt quod b ineſt omni a: quum igitur concluserimus, quod c ineſt omni b, quod est falsum, accepimus contradictorium suum, vt quod c non ineſt alicui b: & applicuimus ipsi propositionem maiorem veram: & complicitus fuit syllogismus rectus super re manifesta in syllogismo contrarij hunc in modum: c ineſt omni a: & c non ineſt omni b: igitur a non ineſt omni b, quod est conclusio syllogismi secundum contrarium. Sed iam prodibit hoc in tertia figura, si posuerimus propositionem veram, quæ fuit coniuncta cum contradictorio, minorem in prima figura, contradictorium enim, quoniam hic erat vniuersale affirmatiuum, poterat esse maior propositio in prima figura: erit igitur conclusio falsa, a in omni c: si igitur accipiamus contradictorium suum, quod est a non ineſt alicui c: & applicemus ipsi propositionem verā, vt quod b in omni c: planum quod ambæ istæ propositiones communicant in minore extremitate conclusionis primæ figuræ: erit autem syllogismus in tertia figura & concludet a non ineſt alicui b: hoc autem est, quod fuit manifestum per viam contrarij in prima figura. Accidet autem, si accipiamus propositionem veram ex parte a negatiuam, vt syllogismus rectus sit in secunda figura tantum: quoniam si acceperimus contradictorium eius, quod quærebamus per viam contrarij, vt quod a ineſt omni b: & ipsi applicuerimus propositionem veram ex parte a, vt q̄ c ineſt nulli a: concludetur in prima figura quod c ineſt nulli b: quod est falsum: si igitur acceperimus contradictoriū huius, vt q̄ c ineſt alicui b: & applicuerimus ipsi eam, quæ est vera, vt q̄ c ineſt nulli a: concludetur in secunda figura q̄ a non ineſt alicui b, quod est quæsitū p iam contrarij nobis conclusum in prima figura. Sin autem affirmatius particularis monstrata fuerit in tertia figura, veluti si conclusum fuerit in prima figura p syllogismum contrarij, q̄ a ineſt alicui b, eo q̄ posuimus a ineſſe nulli b, quod est cōtradictorium: & applicuimus huic b ineſſe omni c, quæ est vera (fieri enim nō potest vt applicemus ipsam a parte a, eo q̄ minor non erit negatiua in prima figura) & concluſimus a ineſſe nulli c, quod est impossibile. Si igitur acciptamus cō tradictorium huius impossibilis vt quod a ineſt alicui c: & applicemus ipsi propo

Monstratio particularis affirmatiuę.


sitionem veram, veluti si dicamus b ineſt omni c. Planum q̄ concludetur nobis in tertia figura, q̄ a ineſt alicui b: nam c est terminus communicans cum contradictorio impossibilis & propositione vera: hoc autem est subiectum amborum extremitatum. Consimiliter accidet, quum fuerit propositio vera applicita contradictorio particularis, hoc est propositio b c. Hæc igitur est dispositio omnium eorum, quæ monstrantur per contrarium in prima figura. Iamq; etiā monstratum fuit, q̄ in ipsa non ostenditur vniuersalis affirmatiua.

Secunda figura. Cap. XVI.

RVrsum in media figura ostensum sit a omni b ineſſe: ergo hypothesis quidem fuit, non omni b, ineſſe a. sumptum est autem a omni c, & c omni b: sic enim erit impossibile: hoc autem prima figura: si a omni c, & c omni b. Similiter autem & si ostensum sit alicui ineſſe: nam hypothesis quidē fuit, nulli b ineſſe a: sumptum est autem a omni c, & c alicui b.



Ex his cōtingātibus monstratur particularis affirmatiua in secūda figura q̄ impossi, in prima vero ostēditur.




Si aũt priuatiuus sit syllogismus, hypothesis quidem a alicui b ineſſe sumptum est autem a nulli c, & c omni b: quare sit prima figura. Et si non vniuersalis sit syllogismus, sed a alicui b ostensum sit non ineſſe, similiter: nam hypothesis quidem omni b ineſſe a: sumptum est autẽ a nulli c, & c alicui b: fiet enim prima figura.

Secunda figura.

Sed in secunda figura ponamus, quod monstretur per contrarium vniuersalis affirmatiua, puta, quod a ineſſe omni b, eo q̃ posuimus ſuam contradictoriam, vt qd' a non ineſt omni b: & applicauimus ipſi maiorem propoſitionẽ veram, quæ cum ipſa complicabatur in ſecunda figura, q̃ a in omni c: & concluſum fuit falſum ex hoc, puta quod c non ineſt omni b. Dicamus igitur quod ſyllogiſmus iſtius quæſti, erit in prima figura: & hoc, quoniam ſi accipiamus contradictoriam concluſionis falſæ, vt q̃ c ineſt omni b: & applicuerimus ipſi quod dictimus, a ineſſe omni c, quæ eſt vera: planum quod concludetur nobis in prima figura tantum a ineſſe omni c, quæ eſt vniuerſalis affirmatiua: & hoc, cum duæ vltæ propoſitiones veræ, quarum vna eſt contradictoriam falſæ, & altera vera poſita in ſyllogiſmo contrarij non communicant, neq; in prædicato, vt ſit ſecunda figura, neq; in ſubiecto, vt ſit tertia: ſed illud, in quo communicant, eſt ſubiectum maiori extremitati, quæ eſt in quæſtio, & prædicatum de minore: hic autem eſt ordo primæ figuræ. Si autem monſtrauerimus in ſecunda figura per contrarium affirmatiuam particularem, puta a ineſſe alicui b, ex eo, q̃ poſuimus a ineſſe nulli b, quod eſt falſum: dico igitur quod ſyllogiſmus rectus erit in prima figura: & hoc, quoniam ſi accipiamus a ineſſe omni c, quæ eſt vera poſita in ſyllogiſmo contrarij: & c alicui b, quod eſt contra dictorium concluſionis falſæ: planum q̃ concludetur in prima figura a ineſſe alicui b. Si vero monſtrata fuerit per contrarium vniuerſalis negatiua in ſecunda figura, eo q̃ poſuimus ſuam contradictoriam, quod eſt a ineſſe alicui b: & complicauimus hanc, quod a ineſt nulli c, ita vt concluſio eſſet falſa, q̃ c non ineſſet alicui b, ſyllogiſmus ſuus rectus erit in prima figura: & hoc, quoniam ſi accipiamus contradictoriam concluſionis falſæ, vt ſi dicamus c ineſſe omni b: & applicemus ipſi a ineſſe nulli b, quæ erat vera: concludemus in prima figura, qd' a ineſt nulli b. Conſimiliter, ſi monſtrauerimus in ſecunda figura per ſyllogiſmum contrarij particularem negatiuam, vt quod a non ineſt alicui b, eo q̃ poſuimus ſuam contradictoriam, quæ eſt a ineſſe omni b: & applicauimus huic q̃ a non ineſt alicui c: & ſequebatur ex hoc, vt c non ineſſet alicui b, quod eſt falſum: ſyllogiſmus igitur ſuus rectus erit, ſi acceperimus c in aliquo b, quod eſt contradictoriam cõcluſionis falſæ: & applicuerimus ipſi propoſitionem veram, quæ eſt a ineſt nulli c: ſequetur enim ex hoc, a non ineſſe alicui b. Iam igitur monſtratum eſt, quod ſyllogiſmus rectus eius, quod oſtenditur per contrarium in ſecunda figura, erit in prima figura: & hoc in omnibus quæſitis.

Tertia figura. *Cap. XVII.*

RVrſum in tertia figura oſtẽ ũm ſit a ineſſe omni b: ergo hypotesis quidem fuit non omni b ineſſe a: ſumptum eſt autem c omni b, & a omni c, ſic enim erit impoſsibile: hoc autem prima figura. Similiter autem & ſi in aliquo ſic demonſtratio: nam hypotesis quidem erit nulli b ineſſe a: ſumptum eſt autem c alicui b, & a omni c. Si autem priuatiuus ſit ſyllogiſmus, hypotheſis quidem a alicui b ineſſet: ſumptum eſt autem c a quidem nulli, b autem omni: hoc autẽ media figura. Similiter autem, & ſi non vniuerſalis ſit demonſtratio, nam hypotheſis quidẽ erit omni b ineſſe a, ſumptum eſt autem c a quidem nulli, b autem alicui: hoc autem media figura.



Sic his ſyllogiſmis concluditur particularis negatiua in tertia figura p impoſſ. in ſecunda oſtẽſiue.

Manifeſtum ergo quoniam per eoſdem terminos, & oſtenſiue eſt demonſtrare vnumquodque propoſitum, & per impoſsibile. Similiter autem erit, & cum ſint oſtenſiui ſyllogiſmi, ad impoſsibile deducere in terminis ſumptis, quando oppoſita propoſitio concluſioni ſumpta fuerit: nam ſunt idem ſyllogiſmi iis, qui ſunt per conuerſionem: quæ teſtatim habemus, & figuras, per quas vnumquodque erit. Palam ergo, quoniam omne propoſitum oſtenditur per vtroſque modos, & p impoſsibile, & oſtenſiue, & non contingit ſeparari alterum ab altero.

De tertia figura.

AMplius ſit monſtrata in tertia figura per vitium contrarij vniuerſalis affirmatiua: puta quod dicimus, a ineſſe omni b, eo q̃ poſuimus ſuam contradictoriam, vt q̃ a non inſit alicui b: & applicauimus huic, q̃ c in omni b, ita vt falſa, quæ ſequebatur, fuerit a non ineſſe alicui c. Dico igitur quod ſyllogiſmus ſuus rectus erit in prima figura: & hoc, ſi accipiamus contradictoriam concluſionis falſæ: puta, ſi dicamus a ineſt omni c: & applicemus huic, c ineſt omni b, quæ eſt vera. cõcludetur nobis in prima figura, q̃ a ineſt omni b: hoc autem eſt, quod per impoſsibile monſtratum fuit: fieri enim nequit, vt a & b communicent, niſi in aliquo tertio, quod ſubijciatur ipſi a, & prædicetur de b, quæ ſunt extremitates quæſiti. Conſimiliter ſi monſtrauerimus per contrarium particularem affirmatiuam in tertia figura: puta, ſi dicamus, a ineſſe alicui b, eo q̃ poſuimus ſuam contradictoriam, vt quod dicimus, a ineſt nulli b: & applicamus huic, q̃ c ineſt alicui b, ita, vt falſum concluſum exiterit, quod a non ineſt alicui c. Syllogiſmus ſuus rectus erit in prima figura: & hoc, ſi accipiamus cõtradictoriã falſi, hoc eſt cõcluſionis: puta, quod dicamus, a ineſt omni c, & huic applicemus, c alicui b, hoc eſt ꝓpoſitionẽ ſyllogiſmi veram: & cõcludamus q̃ a ineſt alicui b.

Vbi aſſeruit maiorem p ſecundam demonſtrari per impoſſibile, reſtat eandem demonſtrãs, ſic p̃ premiſſas. Particularis affirmatiua in ſecunda, per impoſſibile demõſtrata, oſtenditur recto ſyllogiſmo in prima.

Vniuerſalis negatiua per impoſsibile demõſtrata in ſecunda, oſtenſiue demõſtrabitur in prima.

Affirmatiua quæcunque particularis q̃ in poſsibile demõſtrata in ſecunda, recto ſyllogiſmo in prima monſtrabit.

Vbi aſſeruit maiorem per impoſſibile in tertia demõſtrata, recte demonſtrabitur in prima. Particularis affirmatiua per impoſſibile demõſtrata in tertia, demonſtrabitur in prima recto ſyllogiſmo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

negati
q̄ impossibile demō
strata i ter
tia, demon
strabitur in
tra syllo
gismo recto.

Particularis negatiua p impossibile in tertia demonstrata demō strabitur in secda recte.

Epilogus dictorū de differentia syllogismi recti, & ad impossibile ducentis.

Eodem pacto si monstrauerimus per contrarium vniuersalem negatiuam, eo qđ D posuimus suam contradictoriam: puta, quod dicimus, a ineſt alicui b: & applicuimus huic, quod c ineſt omni b, ita vt conclusum fuerit, c ineſſe alicui a, quod eſt falsum: dicamus igitur quod syllogiſmus suus rectus erit in secunda figura: & hoc, ſi accipiamus contradictoriam conclusionis falſæ, & propoſitionem verā, quæ poſita fuerat in monſtratione contrarii: habebimus enim q̄ c ineſt nulli a: & c ineſt omni b: & concludetur nobis a ineſſe nulli b: hoc autem eſt id, quod fuerat monſtratum per viam contrarii. Conſimiliter accidet ſi monſtrata fuerit per viam contrarii particularis negatiua, eo q̄ accepimus ſuam contradictoriam, puta, vniuerſalem affirmatiuam. Vt quoniam accepimus, a in eſſe omni b: & huic applicuimus, c ineſſe omni b: & concluſimus c ineſſe alicui a: qđ erat impoſsibile. Dico igitur quod ſyllogiſmus reſtus conſimiliter erit in ſecunda figura: & hoc, quum acceptum fuerit contradictorium concluſionis, & propoſitio vera, ſecundum q̄ conſuetum fuit: habebimus enim quod c non ineſt omni a: & c alicui b: & concluditur quod a non ineſt omni b: aut non ineſt alicui b. Iam itaque monſtratum fuit, q̄ omnia quæſita, quæ oſtenduntur per ſyllogiſmum contrarii in omnibus figuris, poſſunt etiam monſtrari per ſyllogiſmos rectos: quodque ad ipſos redeunt per has eaſdem propoſitiones, & per hos quoque ſimiliter eoſdem terminos: quodque reditus ſyllogiſmi recti ad contrarium eſt idem cum ſyllogiſmo, qui vocatur conuerſiuus. Conſimiliter planum etiam ex eo q̄ E prædiximus, quum ſyllogiſmi recti reducuntur ad contrarium, ad quales ſyllogiſmos reducuntur ſecundum contrarium: & eodem pacto quum ſyllogiſmi ipſius contrarii reducuntur ad rectos, ad quales ſyllogiſmos reducuntur: monſtratum inſuper fuit quod omne quæſitum oſtendi poteſt per contrarium, & ſecundum rectitudinem.

De ratiocinatione ex oppoſitis. Cap. XVIII.

IN qua autem figura eſt ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogizare, & in qua non eſt, ſic erit manifeſtum. Dico autem oppoſitas eſſe propoſitiones ſecundum locutionem quidem quatuor: vt omni, nulli: & omni, & non omni: & alicui, & nulli: & alicui, & non alicui ineſſe. Secundum veritatem autem tres, nam alicui, & non alicui ſecundum locutionem opponuntur ſolum. Harum autem contrariis quidem vniuerſales: omni, nulli ineſſe: vt omnem diſciplinam eſſe ſtudioſam, nullam eſſe ſtudioſam: alias vero oppoſitas. F

PRIMA FIGVRA.

In prima igitur figura non eſt ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogiſmus, neque affirmatiuus, neque negatiuus. affirmatiuus quidem, quoniam oportet vtraſque affirmatiuas eſſe propoſitiones: oppoſitæ autem affirmatio, & negatio: priuatiuus autem, quoniam oppoſitæ quidem idem de eodem prædicant, & negant: in prima autem medii non dicitur de vtriſque, ſed de illo quidem aliud negatur: idem autē de alio prædicatur: hæ vero non opponuntur.

De ſyllogiſmis, qui componuntur ex oppoſitis.

DIxeit, in quali autem figura complicari poſsit ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus oppoſitis, & in quali figura fieri hoc non poſsit, monſtrabimus


A ex eo, quod ponemus. Sed primo iam dicamus, quod oppoſita ſecundum veritatē ſecundum modum negationis & affirmationis, ſunt duo, contradictoria, & contraria: quod quum ſit ſtabilitum, dicamus, q̄ fieri non poteſt, vt complicetur ſyllogiſmus in prima figura, neque ex contrariis, neq; ex contradictoriis, neque ſyllogiſmus concludens affirmatiuam, neq; ſyllogiſmus concludens negatiuam: & affirmatiuam quidem, quoniam oportet, vt ſyllogiſmus concludens affirmatiuam componatur ex ſimilibus affirmatiuis: ſed in ſyllogiſmo, qui complicatur ex oppoſitis ſecundum viam contradictionis, aut contrarij, vna propoſitionum ſuarum eſt negatiua, & altera affirmatiua: & negatiuam etiam non poſſumus: & hoc, quoniam p̄ dicatum & ſubiectum in affirmatione & negatione eſt vnum & idem, ſecundum q̄ monſtratum fuit in libro præcedente: ſed in ſyllogiſmo primæ figuræ, non eſt prædicatum ſuarum propoſitionum vnum, neque etiam ſubiectum vnum: quoniam terminus medius, qui ſubijcitur in vna duarum propoſitionum prædicatur in altera.

Oppoſita ſecundum affirmationē, & negationē ſunt contradictoria, & cōtraria. Nota, quare nō poſsit fieri ſyllus ex oppoſitis in prima figura.

De ratiocinatione ex oppoſitis in ſecunda figura. Cap. XVIIII.

B IN media autem figura, & ex oppoſitis, & ex contrariis cōtingit fieri ſyllogiſmum. Sit enim bonum quidem, in quo a: diſciplina autem, in quo b & c: ſi ergo omnem diſciplinam ſtudioſam ſumpſit, & nullam: a ineſt omni b, & nulli c: quare b nulli c: nulla ergo diſciplina, diſciplina eſt. Similiter autem & ſi omnem ſumens ſtudioſam diſciplinam, medicinam vero non ſtudioſam ſumpſit: nam a b quidem omni, c autem nulli: quare aliqua diſciplina non erit diſciplina.

Syllſ ex oppoſitis nō ē abſolute ſyllogiſm' ſed particula q̄dā ſyllſ ex hypotheſi, vnde ab Ariſtotele cap. ſeq. adnumerat inter paralogiſmos.



In hac coniugatiōe mōſtrātur cōtradictorie oppoſita.

Et ſi a c quidem omni, b autem nulli: eſt autem b quidem diſciplina, c autem medicina, a vero opinio: nullam enim diſciplinam opinionem ſumens, ſumpſit aliquam diſciplinam eſſe opinionem. Differt autem a priore in terminis conuerti: nam prius quidem ad b,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc autem ad affirmatiuum. Et fiſit non vniuerſalis altera propoſitio, ſimiliter: ſemper enim medium eſt, quod ab altero quidem negatiue dicitur, de altero verò affirmatiue. Quare contingit oppoſita quidem perfici, non autem ſemper, neque omnino: ſed ſic ſe habeant, quæ ſunt ſub medio, vt vel eadem ſint, vel totum ad partem: aliter autem, impoſſibile: non enim erunt propoſitiones ullo modo, neque cõtrariæ, neque oppoſitæ.

Secunda figura.

In ſecunda figura ſit ſyllogiſmus ex oppoſitis ſecundum viã contrarij, & contradictionis.


SEd in ſecunda figura põt eſſe ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus oppoſitis, ſiue ſecundum viam contrarii, ſiue ſecundum viam contradictionis: vt in exemplo, omnis ſcientia ſtudioſa: & nulla ſcientia ſtudioſa: & concluditur nobis, q̃ nulla ſcientia eſt ſcientia: quod eſt maxime impoſſibile. Cõſimiliter accidet, ſi poſuerimus: omnis ſcientia ſtudioſa: & medicina nõ eſt ſtudioſa: & hoc, quoniam negatio ſtudioſitatis a medicina eſt negatio ab aliqua ſcientiarum, ac ſi poſuiſſemus omnem ſcientiam ſtudioſam eſſe, & aliquam ſcientiam nõ eſſe ſtudioſam: concluditur igitur nobis q̃ aliqua ſcientia non eſt ſcientia: cauſa autem, quare hoc fieri poſſit in ſecunda figura, eſt, quoniam prædicatum in vtriſq; extremitatibus eſt vnum & idem. Conſimiliter ſe habebit in oppoſitis, ſi poſuerimus affirmatiuam maiorem & negatiuam minorem, aut res ſe habeat e conuerſo: diſpoſitio enim in hoc eſt vna & eadem: non poſſunt autem oppoſita concludi in hoc ſecundum veritatem, niſi quum acceperimus affirmatiuã & negatiuam eaſdem: veluti ſi dicamus, omnis ſcientia eſt ſtudioſa, & non omnis ſcientia eſt ſtudioſa: aut acceperimus id, quod eſt pars vtrius duarum propoſitionum oppoſitarum, & ſub ipſa continetur loco propoſitionis eiuſdem affirmatiuæ & negatiuæ: quemadmodum ſi ponamus loco eius, quod eſt, nõ omnis ſcientia eſt ſtudioſa, hoc, quod eſt, medicina non eſt ſtudioſa: aut loco eius, quod dicimus, omnis ſcientia eſt ſtudioſa, hoc, quod dicimus, medicina eſt ſtudioſa: deinde ſi applicemus, nulla ſcientia eſt ſtudioſa, propterea q̃ non eſt differentia, ſi coniugamus ipſam cum propoſitione oppoſita eadem, aut cum eo, quod ſub ipſa continetur. Quum itaque non accipiuntur propoſitiones ſecundum vnum duorum modorum, non erunt oppoſita, neq; potentia ſua erit potentia oppoſitorum, neque ſecundum quod opponuntur ſecundum viam contrarii, neque ſecundum q̃ opponuntur ſecundum viam contradictionis.

De ſyllogiſmo ex oppoſitis in tertia figura. *Cap.* XX.



IN tertia vero figura affirmatiuus quidem ſyllogiſmus nunquam erit ex oppoſitis propoſitionibus propter cauſam dictam, & in prima figura. Negatiuus autem erit ſyllogiſmus, & vniuerſalibus, & non vniuerſalibus, terminis. Sit enim diſciplina in quo b, & c, medicina autem in quo a: ſi ergo ſumat omnem medicinam diſciplinam, & nullam medicinam: diſciplinam e omni a ſumpſit, & b nulli a: quare erit aliqua diſciplina non diſciplina. Similiter autem & ſi non vniuerſaliter ſumpta ſit a c propoſitio: nam ſi eſt aliqua medicina diſciplina: & rurſum nulla medicina diſciplina, accidit diſciplinam aliquam non eſſe diſciplinam. Sunt autem vniuerſaliter quidem ſumptis terminis, contrariæ propoſitiones: ſi autem particularis altera ſit oppoſitæ. Oportet autẽ ſcire quoniam contingit oppoſita ſic ſumere, quemadmodum dixi-

mus, omnem diſciplinam ſtudioſam eſſe, & rurſum nullam, aut aliquam non eſſe ſtudioſam: quod non ſolet latere: erit autem per alias interrogationes ſyllogizare alteram, & quemadmodum in topicis dictum eſt, ſumere. Quoniam autem affirmationum oppoſitiones ſunt tres, ſexies accidit oppoſita ſumere, aut omni, & nulli aut omni, & nõ omni: aut alicui, & nulli: & hoc cõuerti in terminis, vt a omni b, & nulli c: aut omni c, & nulli b: aut huic quidem omni, illi verò non omni: & rurſum hoc conuerti ſecundum terminos: ſimiliter autem & in tertia figura. Quare manifeſtum eſt, & quoties, & in quibus figuris contingit per oppoſitas propoſitiones fieri ſyllogiſmum. Manifeſtum eſt quoniam ex falſis eſt verum ſyllogizare, quemadmodum dictum eſt prius. ex oppoſitis autem non eſt: ſemper enim contrarius ſyllogiſmus fit rei (vt ſi eſt bonum, nõ eſſe bonum: aut ſi animal non animal) eo quod ex contradictione eſt ſyllogiſmus, & ſubiecti termini aut idem ſunt: aut hic quidem totum, ille autem pars. Falſam autem quoniam in paralogiſmis nihil prohibet fieri hypotheſeos contradictionem: vt ſi eſt impar, non eſſe impar: nunc ex oppoſitis propoſitionibus, contrarius erit ſyllogiſmus: ſi ergo ſumpſerit hoc modo, hypotheſeos erit contradictio.



In hoc ſyllogiſmo concluditur nõ contrarie de eodem, ſtatim aſſumpta contradictione.

Oportet autem conſiderare, quoniam ſic quidem non eſt contraria concludere ex vno ſyllogiſmo (vt ſit concluſio quoniam non eſt bonum, bonum aut aliud quiddam tale) niſi ſtatim huiuſmodi propoſitio ſumatur: vt omne animal eſſe album, & non album, hominem autem animal: ſed vel aſſumere oportet contradictionem: vt quoniã omnis diſciplina opinio, & non opinio: deinde ſumere, quoniam medicina diſciplina quidem eſt, nulla autem opinio: quemadmodũ redarguitiones fiunt: vel ex duobus ſyllogiſmis. Quare eſſe quidem contraria ſecundum veritatem quæ ſumpta ſunt, non eſt alio modo quam hoc: quemadmodum dictum eſt prius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In tertia figura in modis affirmatiuis non fit syllogismus ex oppositis

In modis negatiuis fit syllogismus ex oppositis, in vniuersalibus ex cõtrarijs, I particularibus ex contradictorijs.

Syllogismi, q explicantur I secũda & tertia figura ex oppositis, quot sint numero

Non in conuenit minorem esse negatiuam in syllogismo ex oppositis in tertia figura.

IN speciebus aũt affirmatiuis tertiæ figuræ, fieri non potest, vt complicetur syllogismus ex oppositis: quoniam duorũ oppositorum, vnum est affirmatiuum, & alterum negatiuum: hæc autem est eadem causa, quæ accidit in prima figura. Sin autem exsterit syllogismus negatiuus, potest in ipsi complicari syllogismus ex propositionibus oppositis, quum fuerint propositiones vniuersales, aut particulares: vt in exemplo, si dicamus, omnis medicina scientia. & nulla medicina scientia: sequitur enim ex hoc, quod aliqua scientia non est scientia. Quum vero exsterit vna duarum, propositionum in his duobus syllogismis, particularis, & altera vniuersalis, complicabitur syllogismus ex contradictoriis non autem ex contrarijs: propterea q̃ contraria sunt vniuersalia. Oportet autem vt scias, q̃ syllogismi, qui complicantur in his duabus figuris affirmatiue & negatiue complicatione prima, hoc est, quoniam reliqui, qui numerãtur in hoc capitulo, dependent ab iis, sunt duodecim syllogismi, sex in omni figura: & hoc, quoniam contrariones oppositorum secundum viam contrarii sunt tres: vna ipsarum, quum dicimus omne & nullum, quæ sunt opposita secundum viam contrarii: & duo opposita secundum viam contradictionis: quorum vnum est, vt sit affirmatiua vniuersalis & negatiua particularis: secundum vero in contrarium huius. Planum igitur, qd̃ ex ipsis complicabantur in vtraque duarum figurarum tres syllogismi: quoniam vero duæ propositiones oppositæ binas habent positiones in figura vna: vnam, vt sit affirmatiua minor & negatiua maior: altera vero incontrarium huius, sequitur ex hoc, vt species syllogismorum in omni figura sint sex. Non cures autem in positione ista, si fuerit minor in tertia figura negatiua, siue affirmatiua: propterea q̃ prohibitum fuit in præcedentibus, ne esset negatiua in relatione ad quæstum determinatum: sed qd̃ intendimus in his syllogismis compositis, est deceptio, & conclusio impossibilis, siue conclusio ipsa fuerit impossibilis, siue ipsam conuertens. Iam itaque monstratum fuit in hoc tractatu in quali figura complicari possint syllogismi ex propositionibus oppositis, & quantus est numerus eorum, qui in ipsis sunt primi, quique vsum retinent elementorum: & manifestum etiam est, qd̃ potest ex syllogismis, quorum propositiones sunt falsæ, concludi conclusio vera, præter hanc speciem syllogismorum: quoniam conclusio in ipsis est semper opposita rei positæ, et hoc qd̃ aliquod ens sit non ens, vt quod animal non sit animal, & qd̃ disponitur in hoc nõ sit in hoc siue hoc dispositum sit ens extra intellectum, siue sit non ens: quemadmodum, si concludatur qd̃ hircocervus non est hircocervus ex duabus propositionibus oppositis: veluti si dicamus, homo est hircocervus, & homo non est hircocervus: sequitur enim ex hoc qd̃ hircocervus non est hircocervus, qui sermo sibi ipsi contradicit: & si hircocervus etiam non esset ens: propterea qd̃ fieri non potest, vt uerum sit aliquid affirmari & negari simul de seipso, siue illud sit ens, siue sit non ens. Atqui sequitur hoc in istis syllogismis, quoniam ambæ propositiones sunt contradictoriæ: siue prædicatum, ac subiectum in ipsis fuerint vna & eadem siue vnum ipsarum fuerit pars alterius. Planum autem qd̃ syllogismi corrupti, qui sunt in hac arte propter corruptionem propositionum, comprehendi possunt in syllogismis ueris existentibus in hac arte contradictoria propositionum vera rum: præterquam qd̃ relinquatur in hoc, vt existimetur, qd̃ isti syllogismi corrupti sint ueri: & hoc aut per continentiam partium, aut per consequentiam, & sequatur artificem tractantem de cælo id, qd̃ posuit, & admisit in hac arte.

Nota, de syllogismis ex oppositis, q bus vtimur in arte tentatiua.

Maxima vtilitas syllogismi ex oppositis est ĩstare sermonibus corruptis, q sunt in artibus.

Non potest aliqs errare

Quemadmodum si aliquis ponat, q̃ corpus cæleste est infinitum, & ponat simul cum hoc, quod est sphæricæ figuræ: sequitur enim ex hoc, vt finitum sit infinitum: maxima vero vtilitas, quæ in hoc reperitur, est instare sermonibus corruptis, qui sunt in artibus. Oportet insuper, vt scias, quod non potest aliquis errare in positione duarum propositionum oppositarum, in syllogismo simplici vno et eodem. Consimiliter non potest aliquis interrogans decipere respondentem adeo, vt ab ipso admittat binas propositiones contradictorias simul in syllogismo vno simplici, & non admittat eas, quum interrogauerit ipas per vnum modum: quemadmodum qd̃ adquirat, qd̃ res hæc est bona, & qd̃ non est bona.

Sed

A Sed fieri hoc vtiq; potest, quum interrogant secũdm vnum modum, & ponuntur secũdm alium, aut ponũtur pars syllogismorũ cõpositorũ, si positio sua sit per modum, & interrogatio super ipsis per modũ: quemadmodũ si aliquis interroget an animal albũ non est albũ: fieri enim põt, vt admittat hoc: qñ animal album, sunt duæ res simul: sed non est albũ, est vnum tm̃; & secdm hunc intellectum fieri potest, vt respondens admittat istã propositionẽ, quum hũc ipsum interrogamus. Quumq; interrogauerimus post hoc, an homo sit animal & albũ, fieri fkr etiam potest, vt a nobis admittat hanc aliã: super hoc aũt concludet impossibile, puta, quod aliquod albũ non est album. Eodẽ pacto fieri ẽt potest, vt admittat duo opposita, quum vnũ ipsorum ponitur pars syll'i simplicis respectu conclusionis determinatæ: & alterũ quoq; ponitur pars alterius syll'i simplicis respectu conclusionis alterius consimiliter; in hoc igitur per se põt homo errare, & ponere in syll'is compositis propositiones contradictorias; quemadmodum si admittat quod ois medicina est scientia, & ois scientia est opinio absq; eo, quod exponat, quod sequitur ex hoc, puta, quod dicimus, omnis medicina est opinio. Deinde admittat secundã propositionem, puta, nulla medicina opinio; quare erit admittens in tribus illis propositionibus binas propositiones oppositas, vt q̃ ois medicina est opinio; & nulla medicina est opinio; quare sequetur

B ex ipsis, q̃ nulla medicina est medicina: maxime aũt accidit hoc, quũ interrogamus consequens oppositũ, non aũt oppositum ipsum: propterea q̃ latebit, & admittetur: & maxime quũ ipsum consequens fuerit longinquũ: quemadmodũ si interrogemus de affirmatione prædicati ad subiectũ, & admittat; deinde interrogemus de negatione huius prædicati a genere illius subiecti, aut super speciebus, aut super indiuiduis, & admittat: sequetur enim ex hoc negatio eiusdẽ prædicati ab omni hoc subiecto, de quo affirmabatur, aut a parte ipsius.

re, vt ponat duas propõnes oppositas in vno syll'o simplici tantum,


Non põt aliquis respondens decipi ab interrogante in admissiõe duarũ propõnũ oppositarũ ĩ vno syll'o.

Nota hic p totũ, qũo in duobus syllogismis possunt admitti oppolita.

De petitione principii. *Cap. XXI.*

IN principio aũt petere, & accipere, est quidem, vt in genere sumere, in eo quod est non demonstrare propositum. Hoc aũt accidit multipliciter: nã, & si omnino non syllogizatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota, & si per posteriora quod prius est: demonstratio enim ex prioribus, & notioribus est. Horũ ergo nullũ est petere quod in principio est: sed quia hæc quidẽ nata sunt per se cognosci, illa vero per


C alia: nam principia quidem per se, quæ aũt sub principiis, per alia: quando, quod non per se notum est, per se aliquis conatur ostendere, tunc petit quod in principio est. hoc aũt est sic facere quidem, vt statim perhibeat id, quod propositum est.



Syll's statim ostendẽs qd intẽdit, petens in principio, qa ex termins est synonimis.

Universidad de Deusto
Biblioteca


Contingit autem & transgredientes ad alia, eorum quæ nata sunt per illa ostendi per hæc monstrare quod ex principio est: vt si a ostendatur per b, & b per c, c autem natum sit ostendi per a: accidit enim idem a per se demonstrare eos, qui sic syllogizant, quod faciũt qui parallelas arbitrantur scribere: latent enim ipsi seipsos talia sumentes quæ non valent demonstrare, cum non sint parallelæ. Quare accidit sic syllogizantibus vnumquodq; esse dicere si est vnũquodq; sic autem omne erit per se notum: quod est impossibile. Si ergo aliquis dubitat assumpto dubio quoniam a inest c, similiter & quoniam b, petat autem a inesse b, nondum manifestum si quod in principio est, petat, sed quoniam non demonstrauit manifestum: non enim est principium demonstrationis, quod similiter est incertum. Si autem b ad c sic se habet vt idem sint: aut manifestum quòd cõuertuntur, aut inest alterum alteri, quod in principio est petitum. & quoniam a inest b, per illa monstrabit si conuertantur: nunc aũt hoc prohibet, sed nõ modus. Si aũtem hoc faciat, quod dictum est faciet, & conuertet per tria: similiter autẽ & si b sumat inesse c, quod similiter incertũ sit, vt & si a inest c, nondum quod ex principio petit, sed neq; demõstrat.



In hoc syll'o ignorat' an petamus in principio: quia minor est ignota, saltem non demonstrat, quia ea obscura est, vt conclusio.

Si aũt idem sint a, & b, aut eo q̃ conuertuntur, aut eo q̃ a sequitur c, quod est b, quod ex principio est, petit pp eandem causam: nam ex principio quid valet, prius dictum est à nobis; qm̃ per se monstrabit̃ quod non est per se manifestum. Si ergo est in principio petere per se monstrare, quod non per se est manifestum: hoc aũt est non ostendere qm̃ similiter dubitantur quod monstratur, & per quod monstratur, vel eo quòd eadem eidem, vel eo quòd idem eisdem inesse sumitur. In media quidem figura, & tertia vtrorumque continget similiter quod est in principio petere: in prædicatiuo quidem syllogismo, & in tertia figura, & in prima: negatiuè autem quando eadem ab eodem, & non similiter vtræque propositiones: similiter autem & in media, eo quòd non conuertuntur termini secundum negatiuos

syllogismos. Est autem in principio petere in demonstrationibus quidem, quæ secundum veritatem sic se habent: in dialecticis autem, quæ secundum opinionem.



In primo modo primæ, ad monstrandam vl'em affirmatiuã, assumẽdo eadem de eisdem, petitur in minori.

PARS SECVNDA.

DIXIT, positio autem quæsiti primi, hoc est, quod intenditur monstrari per seipsum, non autem propter aliquid aliud, quod sit pars syllogismi concludentis ipsum, est ex genere orationum, per quas nõ potest aliquid ostendi per demonstrationem, quod intendamus ostendere per demonstrationem. Accidit autem, vt quæsitum non ostendatur per demonstrationẽ ab ea oratione, per quam intendimus demonstrare, quatuor modis: quorũ vnus est vt ex illa oratione non sequatur conclusio, quam intendebamus ex ipsa sequi: seu quia nihil pœnitus concludat: seu quia non concludat aliquid ex ijs, quæ intendebamus concludere. Modus autem secundus est, vt propositiones sint ignotiores conclusione: conditio namque propositionum est, vt sint notiores conclusione. Modus vero tertius est, vt propositiones & conclusio sint in vno gradu occultationis. Quartus autem modus est, vt conclusio sit causa cognitionis propositionum: ex cõditionibus namq; propositionum est, vt sint notiores cõclusione, & sint causa in cognitione ipsius: & in hoc excedit pars ista partem secundam. Quum itaque sit hoc stabilitum, non est positio quæsiti primi pars syllogismi sui, eius videlicet, qui vocatur repetitio, quæ est oratio per quam non ostenditur per demonstrationem quæsitum primum, quoniam hic est vnus ex modis: sed magis oportet, vt oratio, per quam non monstrat quæsitum, assuescat consuetudini generis. Species autem istæ orationis, quæ vocatur repetitio, est illa, qua solicitus est aliquis in monstrando aliquid ignotum per illud idem, hoc est per aliquid ignotum id, quod non potest monstrari, nisi per aliud ab ipso. Cognitorum enim binæ sunt species: aut nota per se, vt propositiones primæ: aut nota per aliud ab ipsis, vt ea, quæ cognoscuntur per primas propositiones. Quum igitur aliquis solicitus sit ad ostendendum aliquid per se per id, quod est notum per aliud, hoc est, quod vocatur hac in arte repetitio, & positio quæsiti primi. Hæc autem operatio deceptionis aut erroris accidit secundum duos modos: quorum vnus est, vt quæsitum per se ponat propositio ad ostentionem sui ipsius. Hoc aũt accidit, quum prædicatũ ac subiectum quæsiti fuerint duo nota multiuoca, quemadmodũ post hoc declarabit. Secũs vero modus, veluti si monstret conclusio aliqua per syllogismos plures compositos ex propositionibus pluribus: quarũ vna ita se habet, vt non monstret, nisi quũ

De positiõe ꝙsiti primi eiusdẽ in syllogismo: q̃ vocatur repetitio. Quatuor modis fit petitio principij quũ non demonstrat cõclusio p id, per quod debet demonstrari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc conclusio facta fuerit propositio in syllogismo ipsam concludente: quemadmodum, si aliquis monstret, ϙ a ineſt ipſi e, quum acceptum fuerit a ineſſe b, & b ipſi e: deinde oſtendat b ineſſe ipſi e, eo quòd b ineſt ipſi c, & c ipſi e. Amplius monſtret a ineſſe ipſi b, eo ϙ a ineſt ipſi e, quæ erat concluſio, & e ineſt ipſi b: non enim eſt differentia inter iſtam ſpeciem & ſpeciem primam, niſi ϙ in ſpecie prima concluditur id, quod intendebamus concludere ex aliquo per ſe: ſed in hac ſpecie concluditur quod intendebamus concludere, per medium plura vno. Deceptio autem in hac ſecunda ſpecie multũ accidit propter obliuionem: quemadmodum accidit demonſtranti, ſi linea recta ſupra duas rectas ceciderit, & duo anguli, qui ſunt in vno latere, æquales fuerint duobus rectis, ϙ duæ illæ lineæ ſunt æquidiſtantes: qũ, ſi non eſſent æquidiſtantes, quũ protraherentur in rectum, concurrerent in altero duorum laterum, & fieret ibi triangulus, cuius anguli eſſent maiores duobus rectis: quod fieri non poteſt, & non cohæret: quoniam, ϙ triangulus habeat duos angulos rectos, monſtratur per lineas æquidiſtantes. Et in ſumma accidit ei, qui facit hanc ſpectem monſtrationis, illud impoſsibile, quod accidebat illi, qui ratiocinabatur dicẽs, ſi eſt hoc, ϙ eſt hoc: ſed ſecundum hunc modum erunt omnia per ſe nota, & ſufficiẽtia abſq; eo, ϙ cognoſcantur per alia. Quum vero habuerimus aliquid, quod ignoremus ineſſe duobus diuerſis, & vnum iſtorum duorum ſit, eo ϙ aliud eſt tam declarabimus ignotum per ignotum, nõ tamen ſequitur, vt ſit, quemadmodum hæc monſtratio, quæ vocatur repetitio: veluti ſi ignoremus a eſſe in b, & in c: ſit autem per ſe manifeſtum b eſſe in c: velimus autem monſtrare a eſſe in c, eo ϙ eſt in b: ſequitur vtique vt talis monſtratio ſit repetitio: ſiue ſecundũ veritatem, quum duæ res fuerint res vna & eadem ſecundum veritatem, hoc eſt c & b, diuerſificentur autem ſecundum nomina, & hoc, quum habuerint nomina multiuoca: aut ſecundum opinionem exiſtimatam, quum fuerit opinio de b & c, ϙ ſint vnum & idem, præterquam ϙ ſint vnum in veritate ſecundũ numerum: hoc autem accidit, quum vnũmquodque ipſorum eſt conuertibile cum ſuo complicito: quemadmodum ſi vnum ipſorum eſſet proprium alterius, aut definitio, aut deſcriptio: aut vnum ipſorum ſequatur ex reliquo, licet non ſit cõuertibile, quemadmodum ſequitur, ϙ ſit animal, ſi eſt homo. Atqui hæc eſt repetitio probabilis, non ſecundum veritatem, Quod ſi tantummodo diuerſificentur ſecundum nomen, erit repetitio vera: quemadmodum ſi aliquis monſtret, ϙ hęc res ſibi allata eſt enſis, propterea ϙ eſt ſpatha. Conſimiliter ſi habuerimus duo, quæ ignoremus ineſſe vni rei, & notum ſit vtrũq; ipſorum ineſſe alteri, & voluerimus monſtrare, ϙ vnum ipſorum ineſt huic ignoto, quia alterum ſibi ineſt: dico ϙ nõ erit hoc repetitio, niſi notum ſit hæc duo ita ſe habere, vt vnũ ipſorum alteri inſit, & ſint vnum ſecundum veritatem, aut quia vtrũq; ipſorũ conuertitur cum ſuo complicito, aut quia ſequitur ex ipſo: quemadmodum ſi ignoraremus a & b eſſe in c, & eſſet notum a eſſe in b, dico ϙ hoc non erit repetitio ſuper quæſito, niſi exiſtimatũ fuerit a & b eſſe vnum & idem, aut ϙ erunt vnum & idem. Differunt autem repetitio & monſtratio circularis: quoniam in monſtratione circulari oportet tres terminos ſibiinuicem conuertibiles eſſe: quemadmodum expoſuimus, hoc eſt a, & b, & c. Sed hoc in loco non erit conditio conuertionis, niſi in b, & c, id eſt in duobus terminis ſyllogiſmi. Quũ igitur monſtratio, quæ vocatur repetitio, & poſitio quæſiti, ſit, vt oſtẽdamus rem ignotę inuctionis per ſe ex parte, qua accidit rei, vt exiſtimetur, ϙ ſit res duæ: & hoc aut prædicatum quæſiti & terminus medius, aut ſubiectum eiuſdem & terminus medius: manifeſtum ϙ ſyllogiſmus repetitionis cõponitur ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt nota, vt ϙ vna iſtarum duarum rerum inſit alteri, hoc eſt, quæ ſecundum veritatem, aut probabiliter eſt vna: altera autem ignota, pura, extremitatem quæſiti ignotam ineſſe vni ipſorum, aut maiorẽ medio, ſi minor nota exiterit, aut medium ineſſe minori, ſi maior fuerit cognita: quemadmodum ſi eſſent b, & c nomina multiuoca, & vellemus monſtrare a ineſſe c per medium b, hoc eſt ſi acceperimus a ineſſe b: & b ineſſe c: a enim ineſſe b, eſt propoſitio ignota: b vero ineſſe c, eſt propoſitio nota, propterea ϙ

Nota, qſo ſi petitio principij.

Dſis inter petitionẽ, et monſtrationem circularem.

ſunt nomina multiuoca, aut talia, vt exiſtimentur ita ſe habere. Conſimiliter accidet ſi a, & b fuerint nomina multiuoca, hoc eſt ſi notum fuerit a eſſe in b, ſed b eſſe in c ignotum. Quod quum ita ſit, manifeſtum ϙ ſpecies ſermonum compoſitorum hac compoſitione, quæ vocatur repetitio, erunt in omnibus tribus figuris. Conſimiliter quum fuerit ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus affirmatiuis, erunt ſpecies, quæ componuntur ex hoc genere in tertia figura, ac prima duplum reſpectu ſpecierum, quæ concluduntur in vnaquaque ipſarum, quum fuerint in omni figura: quoniam termini conuertuntur inter ſe, hoc eſt, ꝑpoſitio nota: ϙ autem affirmatiui duplicem habeant concluſionem, eſt, quoniã omnis ſpecies ipſorum diuiditur in duas partes: quarum vna eſt, vt minor ſit ignota & maior nota: ſpecies vero ſecunda ſe habet in contrarium huius, minorem enim habet notam & maiorem ignotam. Sed quum fuerit ſyllogiſmus negatiuus, hoc eſt ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt affirmatiua, & altera negatiua, non accider, vt ſpecies iſtæ duplicentur: quoniam ignotæ ſemper vtrq; erunt negatiuæ: non enim verum erit, vt ſit propoſitio conuertibilis nota negatiua: quoniam ſemper aut eſt aliquid, quod eſt vnum ſecundum veritatem, aut quod exiſtimatur eſſe vnum. Quum itaq; monſtratio ſecundum modum repetitionis ſit duarum ſpecierum: aut repetitio vera, quę eſt, quum propoſito conuertibilis in ipſa eſt duobus nominibus multiuocis: aut repetitio ſecundum opinionem exiſtimatam probabilem, quum eſt in ipſa propoſitio, de qua propter conuerſionem in ſeipſum, exiſtimant ϙ ſit vna, aut propterea ϙ vnus duorum terminorum continetur ſub alio: manifeſtum ϙ ars demõſtratiõnis accipit intentionem veram ipſius: ſed ars dialectica accipit duas ſpecies ſimul, hoc eſt eam, quæ eſt repetitio vera, & eam, quæ eſt repetitio probabilis: ſed ars ſophiſtica appropriat ſibi hanc monſtrationem: & in hoc videtur etiã, vt ars rethorica non elonget vnam duarum ſpecierum monſtrationis huius. Iam igitur ex hoc monſtratum fuit, quid eſt, ϙ vocatur repetitio, & quot ſunt ſpecies ſuæ.

Põt fieri petitio in tribus figuris.

Quũ ſit duplex petitio & ſedm veritatẽ, & ſecundũ opinionẽ, demõſtratio accipit primã, ars dialectica duas.

De non propter hoc accidere falſum. Cap. XXII.

NON propter hoc autem accidere falſum (quod ſæpe in diſputationibus ſolemus dicere) primum quidem eſt in iis, qui ad impoſsibile ſyllogiſmis: quando ad cõtradictionem eſt huius, quod mõſtratum eſt, ea quę ad impoſsibile. Nam neq; qui non contradicit, dicit non propter hoc, ſed quoniam falſum eſt aliquid poſitum, priorum: neq; in oſtenſiua: non enim ponit quod contradicit. Amplius autem quando interimitur aliquid oſtenſiue per a b c: non eſt dicere quoniã non propter quod poſitum eſt factus eſt ſyllogiſmus: nam nõ propter hoc fieri tunc dicimus, quando interempto hoc nihilominus perficitur ſyllogiſmus, quod non eſt in oſtenſiuis: interempta enim propoſitione: nec qui ad hanc eſt, erit ſyllogiſmus. manifeſtum igitur quoniã in iis, qui ad impoſsibile ſunt, dicitur non propter hoc, & quando ſic ſe habet ad impoſsibile quæ ex principio eſt hypotheſis, vt cum ſit, Vel cum non ſit hæc, nihilominus accidit impoſsibile. Ergo manifeſtiſsimus quidem modus eſt non propter ſuppoſitionem eſſe falſum: quando ab hypotheſi inconiunctus eſt a mediis ſyllogiſmus ad impoſsibile, quod dictum & in topicis: quod enim non eſt cauſa, vt cauſam ponere hoc eſt. Vt ſi volens oſtendere quoniam aſymmeter eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

diameter, conetur Zenonis ratione quod non est moueri, & ad hoc D
inducat impossibile: nullo enim modo continuum est falsum locu-
tioni, quæ est ex principio. Alius autem modus, si continuum qui-
dem sit impossibile hypothesi, non tamen propter illa accidat. hoc
autem possibile est fieri, & in hoc quod superius, & in hoc quod infe
rius sumenti continuum: vt si a ponatur inesse b, b autem c, c verò d,
hoc autem sit falsum b inesse d: nam (si ablato a, nihilominus b in-
est c, & c d) non erit falsum propter eam quæ ex principio est hypo-
thesin. Aut rursum si quis in superiori sumat continuum, vt si a equi-
dem b, e autem a, f uero e, falsum autem sit f inesse a: nam & sic ni-
hilominus erit impossibile, interempta quæ est ex principio hypo-
thesi. Sed oportet ad eos qui ex principio terminos, copulare impos
sibile, sic enim erit propter hypothesin. Vt in inferiori quidem, su-
menti continuum ad prædicatum terminum: nam si impossibile est
a inesse d: interempto a, non amplius erit falsum. In superiori autē E
de quo prædicatur. nā si f non possibile est inesse b, interempto b, nō
amplius erit impossibile: similiter autem & cum priuatiui sint syllo-
gismi. Manifestum ergo quoniam cum impossibile non ad priores
terminos, non propter positionem accidit falsum. An nec sic semper
propter hypothesin erit falsum? nam si non ei quod est b, sed ei qd
est K positum est inesse a, K autem c, & hoc d, & sic manet impossi-
bile: similiter autem & in sursum sumenti terminos: quare (quo-
niam cum est, & cum non est hoc, accidit impossibile) non erit pro-
pter positionem, aut cum non est hoc, nihilominus fieri falsum.
Nec sic sumendum vt alio posito accidat impossibile: sed quando
ablato hoc, idem per reliquas propositiones concluditur impossibi
le: eo quòd idem falsum accidere per plures hypotheses nihil for-
tasse inconuenientis est: vt parallelas contingere: & si maior est qui
interius est, eo q exterius: & si triāgulus habet plures rectos duobus. F

De acceptio ne eius, qđ nō est causa cōclonis fal sæ, acsi esset causa.

Nota hic, qđo accidit fallacia, quę dr non pp hoc: & qđ accidit i syllogismo impol'e, & nō in recto.

DIXIT, Quum autem interrogans concludit contra respondentem
falsum ex positione sua, & est positum, quod facit redire respondentem
ad hoc, vt dicat falsum non accidere propter id, quod posuit respondēs,
sed accidit ex alio, qđ est in hac oratione, per quam conabatur mōstrare, quod
falsum accidit expolito, quod ergo accurate obseruāt, aut admisi: atqui hoc
accidit in syllogismo, qui est secundum contrarium, quum acciderit, vt falsum
sum sequatur ex aliquo, quod non sit in hoc vestigium radicis positæ. Hoc
autem accidit in syllogismo contrarij, quum fuerit vna suarum propositionum
vera: sed illa, ex qua sequitur falsum, dubia: & conungatur ipsi positio secun
dum quod est res addita super duas propositiones: quoniam, quum fuerit in
propositionibus syllogismi, qui est secundum contrarium, dubium, & cōcludat
ex ipsis interrogans falsum, postea quam intromiserit in summam ipsarum posi
tionem ita, vt videatur falsum sequi ex positionetiam enim sufficit respondenti hoc in loco, vt dicat, quod falsum sequitur ex falso, quod est in syllogismo,
præterquam quod sit opus, vt dicat, quod nō secundum positionem accidit fal
sum: hoc enim sermone est opus, quum fuerit vna duarum propositionum syl
logismi secundum contrarium vera, & altera dubia: & secundum hoc manife-
stum consimiliter, quod oratio ista non erit a respondente, quum impossibile,

A super quo interrogauit interrogans, componatur aliquando ex syllogismo re-
cto: & hoc, quoniam in syllogismo recto nihil ponitur, de quo solicitī simus, ut
destruatur: sed hoc accidit in syllogismo cōtrarij. Quum ergo manifestum sit,
quod oratio ista instantiæ est a respondente, erit vtiq; in eo, quod adducet in-
terrogans, syllogismus contrarij, non autem syllogismus rectus: manifestum qđ
accidit in syllogismo contrarij, quum impossibile consequens fuerit, vt positio
sit, quam posuit respondens, aut destruxit ipsamuet est opus respondenti, vt
dicat interroganti, ꝙ non sequitur impossibile in hoc syllogismo propter posi-
tionem, quam posuit aut admisi, propter quam existimas sequi impossibile.

Hoc autem accidit secundum duas vias in syllogismo contrarij: manifestior
autem ipsarum ea est, quæ alium non latet, nec cōuenit, vt per ipsum decipiāt,
aut decipiantur nisi pauci homines: est autem quum positum non communi-
cet secundum vnam suarum partium, hoc est prædicatum & subiectum cum ter
minis propositionum, ex quibus sequetur impossibile: vt in exemplo, si radix
posita, de cuius impossibilitate solicitī sumus, sit a in omni b, & dicamus, si a
in omni b: & c in omni d: & d in omni e: sequitur, vt e sit in omni e: quod
est impossibile: sed impossibile sequitur ex eo, quod posuimus a in omni b: igi
tur a esse in omni b, est impossibile: manifestum tamen est, quod a esse in b, non
B est signum, vt c sit in e: quod est impossibile: vt in exemplo, quod dixit Ari-
stoteles in materijs, si aliquis dicat, quod diameter non cōicat costæ: quoniā,
si communicaret, & motum pertransiret diuisum finitum, posteaq; transiuisset
medietatem suam; sed non pertransiret medietatem suam, nisi posteaq; pertrāsi
uerit medietatem istius medietatis: & ita inuenientur in metiendo medietates
infinitæ: sequitur ergo, si sit motus, vt motū pertranseat spatium infinitum in
tempore finito: quod est impossibile: hoc aūt impossibile sequitur ex eo, quod
diximus, diametrum cōicare cum latere: Manifestum enim, quod sermo iste, ex
quo sequitur impossibile, est dubitatio Zenonis de motu, ꝙ non coaptatur ali-
cui parti ipsius poniri, de cuius destructione in hoc sermone solicitī sumus: &
propterea hoc est minimum, quod facit ad hoc. Via aūt secunda, quæ magis
latet q̄ prima, est, vt positio, cuius destructionem intendimus, cōicet cum vna
suarum partium, aut cum propositionibus concludentibus falsum, præter cōclu
sionem, aut cum conclusione falsa. Illa igitur, quæ communicat cum conclu- Sedauia est,
sione, magis latet: & est ea, de qua meminit Arist. quum aūt communicabit cū qđ falsum
conclusione, aut communicabit cum prædicato, aut cum subiecto. Amplius, si cōicat cum
participabit cum vno istorum, aut communicabit, vt sit prædicatum in ipsa, cōclone, &
hoc est conclusione: aut cōicabit, vt sit subiectum in ea: componuntur igitur magis latet.
C ex hoc quatuor viæ: & hoc, qđ quum cōicet cum conclusione secundum cōi-
cationem propositionum in prima figura, aut cōicet cum ipsis desuper: ita vt
vna extremitatum positi prædicetur de extremitate subiecti primi in propos
tionibus, aut subiecti ipsius, aut prædicati: erit aūt vna extremitatum positi su
biectum in cōclusione falsa: vt in exemplo, sit positum, ex quo volumus sequi
falsum, quod a in omni b: propositiones aūt ordinatæ in prima figura, per quā-
rum medij concluditur falsum, sint c de d: & d de omni e. Si igitur exempli gra-
tia accipiamus a de b: & b de c: & c de d: & d de omni e. Deinde ex hoc cōclu
dimus impossibile, puta, quod b dicitur de omni e. Planū quod hoc impossibi-
le sequitur ex alio, q̄ ex a b, quod est radix posita. Cōtrario aūt ista est cum
subiecto radicis, cuius intenditur destructio tm, eadem quod subiectum radicis
est prædicatū in cōclusione falsa. Quod si posuerimus syll'm sic, & dixerimus
a in omni b: & a in omni c, & c in omni d, & d in omni e, deinde cōcluserimus
ex hoc impossibile, puta, quod a est in omni e, manifestū quod in hoc impossi-
bili participat radix posita, cuius destructionem intendimus, cum prædicato tm
tum, quod est a, secundum quod est prædicatum in conclusione: quum igitur
ablata fuerit propositio a b, quæ est radix posita, remanet impossibile, quem-
admodum erat. Consimiliter, si fuerit radix posita communicans cum istis
propositionibus in vna suarum extremitatum a parte inferiore, hoc est, quum
positum fuerit subiectum sub subiecto propositionis vltimæ propositionum

Nota qđo accidit non pp hoc secū dū duas vias quarum prima est manifestior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concludentiū falsum : vt in exemplo, si ponamus c de omni d. & d de omni e:& e de omni a:& a de omni b, quod est ipsum positū: sit aūt impossibile consequens, c de omni a. Planū igitur, quod positū communicat cum conclusione falsa secundū partes prædicati, secundū quod ipsi subijcitur. Bodē pacto si ponamus c de d:& d de omni e: & e de omni b, & a de omni b: sit autē impossibile c de omni b. Planum enim consimiliter, quod cōclusio falsa communicat cū radice posita in subiecto, secundū quod ipsi subijcitur. Sunt ergo istæ, quemadmodū apparet, quatuor species, quibus innouatur communicatio propositionū in prima figura secundū vnam extremitatum radicis positæ. In summa igitur oportet vt respondenti, quum dicet falsum non sequi propter radicē positam, occultetur in omnibus radix posita, quæ est propositio a b, & dimittatur impossibile per se. Consimiliter accidet in omnibus speciebus primæ, ac secundæ figuræ, ac etiam tertiæ: status. n. super hoc est proximus. Is igitur manifestum est ex hoc, quod positū erit annexum propositioni per media concludētia conclusionem falsum, & falsum non sequetur ex posito, & secundū quot modos accidet hoc. Et propterea non sufficit, quū fuerit impossibile, vt sit ex radice posita, secundū q̄ fuerit cōmunicans cū propositionibus cōcludentibus impossibile: sed cū hoc oportet, quum ipsum destruitur, vt destruatur falsum. Quū enim istæ dispositiones coaptantur posito, cognoscit quod falsum ex ipso sequitur, hoc est, quod cōicat cum conclusione falsa: quum enim destruatur, & non varietur propositio secunda, quæ cū ipsa communicat, destruetur falsum: fieri. n. potest, quum destruitur radix posita, & variatur propositio secunda, quæ cū ipsa communicat, vt concludatur hoc idem falsum: potest enim res vna cōcludi per media diuersa: vt autem conclusio vna concludatur per syllogismos diuersos secundum omnes terminos, fieri neutiq̄ potest, nisi quando contrariū fuerit in terminis mediis tantum absque extremitatibus, & propterea fieri nequit, vt dicamus, quū destruitur radix posita, & remanet impossibile, q̄ hoc impossibile potest sequi ex hac radice posita p syllogismos separatos in oibus terminis respectu syllogismi concludentis impossibile absq; posito: quū igitur destruximus positū cōicans, & remāserit impossibile, planū qd sequitur, vt sit per .p. propositiones medias inter ipossibile & positū propositio falsa: q̄m propositio falsa nō pōt esse, nisi ex propositionibus falsis secundū quod declaratum fuit.

Nota posse fieri fallaciā nō pp hoc, i oibus figuris.

Nota aliā eōditionē req̄sitā, & est, vt illo destructo falsū destruatur. posset. n. primo destructo adhuc falsum remanere per aliud mediū cōclusum.

De falsa ratiocinatione. *Cap.* XXIII.

FALSA autem oratio fit propter primū falsum: aut enim ex duabus propositionibus, aut ex pluribus omnis est syllogismus: ergo si ex duabus quidem, harum necesse est alteram, aut etiam vtrasque esse falsas: nam ex veris nō erat falsus syllogismus: si vero ex pluribus (vt si c quidem per a b, hoc aūt per d f g) horum erit aliquid superiorum falsum, & propter hoc oratio, nam a & b per illa concluduntur: quare propter illorum aliquid, accidit conclusio, & falsum.

Nota, q̄ syllogismi sunt plures, ex q̄ bus cōtingit fallacia non pp hoc sunt resoluēdi. si in primū syllogismum, vt

QVOD si syllogismus, cum quo coniungitur positio, & per quem interrogans conatur destruere positionem, exiterit syllogismus simplex, hoc est ex duabus propositionibus tantum, quum impossibile sequatur simul cum ablatione positionis, manifestum erit per se, q̄ non erit cōsequens ex radice posita. Sin autem syllogismi, qui sunt ex impossibili & posito, fuerint plures syllogismo vno, non erit manifestum: cognoscitur tamen q̄ falsum continetur in syllogismo. Quum autem resoluti fuerint omnes illi syllogismi in syllogismum primum, ex quo compositi sunt, & monstrata fuerit conclusio sua, planum tibi erit si inuenietur falsum simul cum destructione positionis, aut non inuenietur

A syllogismi autem, qui secundum hanc dispositionem, hi sunt, qui a principio cōplicantur ex binis propositionibus, quarum vna est vera, & altera dubia: non erit tamen manifestum an conclusio sit falsa: quum autem ipsi adiungetur propositio vera, poterit conclusio prouenies consimiliter secundum dispositionem suam esse ignota, an sit falsa: adiungatur autem ipsi similiter etiam propositio vera, & consideretur conclusio sua, quousque tu deuenias ad conclusionem, quæ ex dispositione sua manifesta fuerit, quod est falsa. Cognoscetur enim tunc, q̄ omnes istæ conclusiones sunt falsæ. Quum igitur resoluti fuerint ad syllogismū primum, & consideremus syllogismum primum simul cum radice posita, cognoscemus secundum hunc ordinem, an impossibile sequatur ex ipso, an non.

ostendat fat sum nō accidere .pptes positionem

De Catasyllogismo, hoc est corratiocinatione. *Cap.* XXIIII.

VT autem non catasyllogizetur, obseruandum quando sine conclusionibus interrogat orationem, vt non detur bis idem in propositionibus: eo quòd scimus, quoniam sine medio syllogismus non fit: medium autem est, quod

B plurunque dicitur. Quomodo autem oportet ad vnamquanque conclusionem obseruare medium, manifestum est, eo quòd scitur quale in vnaquaque figura ostenditur; hoc autem nos non latebit, eo quòd videmus quomodo submittimus orationem. Oportet autem quod custodire præcipimus respondentes, ipsos argumentantes tentare latere: hoc autem erit, primum quidem si conclusiones non prius syllogizent, sed sumptis necessarius non manifestæ sint. Amplius autem si non propinqua interrogant, sed quam maxime longe media: vt si sit opportunum concludere a d e f, media b c d e: oportet ergo inquirere si a, b: & rursum non si b c, sed si d e: deinde si b c, & sic reliqua: & si per vnum medium sit syllogismus, a medio incipere: maxime enim sic latebit respondentem.

Catasyllogismus, corratiocinatio epicherema idē: est aūt cum quis .p. positiōes admittit. ii. qd dare non intendit, colligentes.

DIXIT, Oportet autem respondentem in arte dialecticæ, quum interrogando de positione aliqua sollicitudinem habebit, & interrogans intenderit cū propositionibus, vt eas admittat, oportet inquam ipsum obseruare, ne ad-

C mittat in propositionibus, quas interrogat, terminum vnum bis, aut plures: & hoc, quum fuerit interrogatio in propositionibus tantum absq; conclusione. Si enim non admittet terminum vnum bis in propositionibus, non erit ibi terminus medius: quum autem non fuerit in propositionibus, quas admittet, terminus, in quo cōmunicent, non prohibit ibi syllogismus: nedum proueniet ex ipsis syllogismus, qui destruat positionem. Quod si in propositionibus admiserit terminum vnum bis, poterit ipsum prohibere ab ista conclusione, quæ est contradictoria suæ positionis ex parte qualitatis ordinis termini mediī respectu alicuius speciei conclusionum quatuor, quas diximus: hoc est ne ordinetur hoc in loco ordo, qui est necessarius: hoc autem poterit respondens facere eo, q̄ non ignorat qualis conclusio in quali trium figuratum concluditur: hoc est, quod sit proprium vni figuræ, aut communicet cum duabus, aut cum omnibus tribus: hoc autem iam prædictum est. Dixit, quod autem præcepimus cauere respondentem, ne super ipsum veniat ex eo, quod admisit, quod redeat ad destruendam positionem suam, est id, quod præcipimus faciendum respondenti, vt magis occultetur, quid sit, quousq; hoc admiserit respondens. Meminit autem in hoc de tribus præceptis proportionatis huic libro: quorum vnum est, ne interroget super propositionibus simul cum conclusionibus, sed dimittat conclusio-

De obseruatione vt non fiat syllogismus.

Tria præcepta obseruanda ab inter-

nes, siue fuerint propositiones propinquæ, aut longinquæ: hoc autem accidet in syllogismo compolito, quum fuerint duæ propolitiones concludentes contradictorium, quarum vna sit conclusio, secunda vero accipiatur ad interrogationē, & sit consimiliter, & ipsa conclusio sequens ex duabus propolitionibus interrogatis: sequitur enim hic, vt fiat interrogatio super tribus propositionibus, & derelinquatur propositio quarta, quæ est conclusio. Præceptum vero secundū, vt fiat interrogatio super propolitionibus longinquis, & dimittatur interrogatio super propinquis: & hoc similiter etiam accidet in syllogismo cōposito, quū fuerint duæ propolitiones concludentes ad contradictorium, duæ conclusiones ex binis syllogismis, quorum vterq; componitur ex duabus propolitionibus: erunt igitur hic sex propolitiones, quatuor longinquæ, quæ sunt propolitiones non existentes conclusiones, & quatuor propinquæ, quæ sunt conclusiones: fit autem interrogatio super quatuor, & relinquuntur duæ. Differentia vero, quæ est inter hoc præceptū & primum, est: quia licet vtrunque positum dimittat conclusiones, quæ sunt ex ipsis, tbi tamen diminuuntur conclusiones, secundum q̄ cōclusiones, hic autem secundum q̄ sunt propinquæ. Præceptū vero tertium est, vt varietur ordo propositionum in interrogatione, & fiat interrogatio super ipsis sine ordine, secundum quem oratio compolita fuit: vt in exemplo, si solicitus simus, vt concludamus, a esse in g per media, a in b, & b in d, & d in e, & e in g, nō est opus, vt interrogemus, an a sit in b, deinde an b sit in d: sed est opus, vt a principio interrogemus, an e sit in g, deinde post hoc, an b sit in d: & secundum hunc modum cadet interrogatio super reliquis per priuationem ordinis, quo in ipsis reperitur sequi conclusio: quoniam secundum hoc latebit res respondentem: & hoc est, quod oportet facere interrogantem, quum vult latere in syllogismo compolito. Sed in syllogismo simplici, qui est ex binis tantum propositionibus, & vno termino medio, oportet vt incipiamus interrogare super propositione maiore, deinde interroget super minore: qm̄ secundum hunc modū latebit conclusio respondentem: & hoc, quoniam ipse formet in intellectu suo contrariū formationi concluli: quia sciens secundum id, quod est in hoc libro, id ipſū, quod est ante istas formationes tantum, iam nouit, quando erit concludens ad orationē, & quā do non erit & quomodo erit.

rogatur: quorū primum est, vt dimittat cōclusiones, & interroget propositiones. Secundū, vt interroget, p positionestermoras.

Tertium, vt varietur ordo propositionum.

In syllogismo simplici prius est interroganda maior, vt magis latet.

De redargutione. Cap. XXV.

QVoniam ergo habemus quando & quomodo se habentibus terminis fit syllogismus, manifestum et quando erit, & quando non erit elenchus: nam omnibus affirmatiuis, uel permutatim positis responsionibus (vt hęc quidem affirmatiua, illa vero negatiua) contingit fieri elenchum: erit enim syllogismus: & sic in illo modo se habentibus terminis: quare si id, quod positum est, contrarium sit cōclusioni, necesse est fieri elenchum: nam elenchus, syllogismus contradictionis est. Si verō nihil affirmetur, impossibile est fieri elenchum: non enim erat syllogismus: cum omnes termini erant priuatiui, quare nec elenchus: nam si elenchus, necesse est syllogismum esse: cum autem est syllogismus, non necesse est elenchum esse. Similiter autem si nihil positum sit secundum responsionem vniuersaliter, nam eadem erit definitio syllogismi, & elenchi.

De redargutione.

MAnifestum igitur, q̄ non latebit, quum fuerit compositus ex propositionibus, quas admittit respondens: poterit enim ipsi esse repulsa, quum nque-


rit interrogans, quando complicatur syllogismus, & quando non complicatur, nouimus enim, quod si confiteatur respondens propositiones affirmatiuas, aut fuerit in ipsis affirmatiua & negatiua, q̄ iam fieri potest repulsio: quoniam iam declaratum fuit, q̄ non erit syllogismus, nisi quum fuerint ambæ propositiones fuæ affirmatiuæ simul, aut vna fuerit affirmatiua & altera negatiua. Quod si huic adiungatur q̄ conclusio sit contradictoria positionis, de qua custodienda solicitus est respondens, tam erit repulsio ex necessitate: quoniam repulsio est syllogismus concludens contradictorium positionis, de qua custodienda solicitus est respondens. Quod si non concesserit respondens propositionem affirmatiuam fieri non posse, vt sit repulsio: quoniam iam declaratum fuit q̄ non erit syllogismus ex propositionibus negatiuis: & quum non erit syllogismus, non erit repulsio: cum enim est repulsio, iam sequitur, vt sit syllogismus: sic enim se habet dispositio particularis respectu vniuersalis, quemadmodum est dispositio animalis cū homine, & dispositio syllogismi absoluti cum syllogismo repulsionis. Cōsimiliter manifestū est, q̄ non erit syllogismus, quum non concesserit propositionem vniuersalem: monstratum enim fuit, quod ex conditionibus syllogisat concludentis est, vt vna propositionum suarum sit vniuersalis, & secunda affirmatiua.

De fallacia secundum opinionem. Cap. XXVI.

ACCIDIT autem quandoque (quemadmodum in positione terminorum fallebamur) & secundum opinionem fieri fallaciam: vt si contingat idem pluribus principaliter inesse: & hoc quidem latere aliquem, & putare nulli inesse, illud autem scire: vt insit a b, & c per se, & hæc omni d similiter. si igitur b quidem putet omni a inesse, & hoc d: c autem nulli a, & hoc omni d: eiusdem secundum idem habebit disciplinam, & ignorantiam. Rursum si quis fallatur circa ea, quæ sunt ex eadem coniugatione: vt si a inest b, hoc autem c, & c d: opinetur autem a inesse omni b, & rursum nulli c. Simul enim sciet, & nō opinabitur inesse: ergo nihil aliud existimat ex iis, quam scit, hoc non opinari: scit enim aliquo modo qnoniam a inest c per b, velut in vniuersali hoc quod est particulare: quare quod aliquo modo scit, hoc omnino existimat non opinari: quod est impossibile. In eo autē quod prius dictum est, si non ex eadem coniugatione sit medium, secundū vtrunque quidem mediorum ambas propositiones non possibile est opinari: vt a b quidem omni, c autem nulli: hęc autem vtraque omni d: accidit autem aut simpliciter, aut in aliquo contrariam sumere primam propositionem: si enim cui b inest omni, a opinatur inesse, b aūt d nouit, & quoniā a d nouit: quare si rursum cui c nulli, putat a inesse: cui b alicui inest, huic non putat a inesse: q̄ aūt omni putat cui b, rursum alicui non putare cui b, aut simpliciter, aut in aliquo contrariū est: sic ergo non contingit opinari. Secundum vtrunque autē vnā, aut secundum alterum vtrasque, nihil prohibet a omni b, & b d: & rursum a nulli c. Nam similis huiusmodi fallacia, veluti fallimur circa particularia: vt si a omni b inest, b autem omni c, a

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni c inerit. si ergo aliquis nouit quoniam a cui b, ineſt omni, nouit & quoniam et quod eſt c, ſed nihil prohibet ignorare c quoniam eſt: vt ſi a quidem duo recti, in quo autem b triangulus, in quo vero c ſenſibilis triangulus: opinabitur enim aliquis non eſſe c: ſciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos, quare ſimul ſciet, & ignorabit idem: nam ſcire omnem triangulum quoniam duobus rectis, non ſimplex eſt: ſed hoc quidem vniuerſalem habet diſciplinam, illud vero ſingularem. Si ergo in vniuerſali nouit c, quoniam duobus rectis, in ſingulari autem non nouit: quare non habebit contrarias.



Quõ ſciamꝰ aliquidi vniuerſali, & ignoremus i particulari.

Similiter autem eſt quæ in Menone eſt oratio, quoniam diſciplinæ eſt reminiſcentia: nunquam enim accidit præſcire quod ſingulare eſt: ſed ſimul inductione ſumere particularium diſciplinam, velut recognoſcentes. Nam quædam ſcientes, ſtatim ſcimus: vt quoniam duobus rectis, ſi ſcimus quoniam triangulus: ſimiliter autem & in aliis. Ergo vniuerſali quidem ſpeculamur particularia, *propria autẽ non ſcimus: quare contingit & falli circa ea, verum non contrarie, ſed habere quidem vniuerſalem, decipi autem particulari. Similiter autem in prædictis: non enim contraria, quæ eſt ſecundum medium, ei, quæ eſt ſecundum ſyllogiſmum diſciplinæ: nec quæ eſt ſecundum vtrũq; mediorum opinatio: nihil enim prohibet ſcientem, & quoniam a toti b ineſt, & rurſum hoc toti c, putare a nõ ineſſe c: vt quoniam omnis mula ſterilis, & hęc mula: putare hanc habere in vtero: non enim ſcit quoniam a c qui non conſpicit, quod eſt ſecundum vtrunque. Quare manifeſtum quoniam & ſi hoc quidem nouit, illud vero nõ nouit, falletur: quod habent vniuerſales, ad particulares diſciplinas: nullum enim ſenſibilium cum extra ſenſum ſit, ſcimus: nec ſi ſentientes fuerimus, ſcimus, niſi vt in vniuerſali, & in eo quod habet propriam diſciplinam, ſed non in eo quod eſt in actu. Nam ſcire tripliciter dicitur, aut vt vniuerſali, aut vt propria, aut vt in actu: quare & decipi totidẽ modis: nihil ergo prohibet & ſcire, & deceptum eſſe circa idem: veruntamen non contrarie. quod accidit & ei, qui ſecundum vtranque ſcit propoſitionum, & non pertractauit prius: nam opinatus in vtero habe

*Hic ,ppria ablatiui caſus eſt

re mulam, non habet ſecundum actum diſciplinam, neque propter opinionem fallaciam contrariam diſciplinæ: ſyllogiſmus enim eſt contraria fallacia in vniuerſali. Qui autem opinatur quòd bonum eſſe, eſt malum eſſe: idem opinabitur bonum eſſe, & malum. Sit enim bonum eſſe in quo a: malum autem eſſe in quo b: rurſum bonum eſſe in quo c: quoniam igitur idem opinatur, & b, & c, & eſſe c b opinabitur: & rurſum b eſſe a ſimiliter: quare & c a: nam quẽadmodũ ſi erat verũ de quo c, b: & de quo b, a: & de quo c a verũ erat: ſic & in opinatione. Similiter aũt & in eo quod eſt eſſe. nam cum idem ſit c & b, & rurſum b & a, c a idẽ erit: quare & opinatione ſimiliter: ergo hoc quidem neceſſarium ſi quis det primum. Sed fortaſſe illud falſum opinari alterum quod malum eſſe eſt bonum eſſe, niſi ſecundum accidens, multipliciter enim poſsibile eſt hoc opinari: perſpiciendum autem hoc melius.

De fallacia ſecundũ exiſtimationẽ.

DIXIT, Quemadmodum autem accidit in propoſitionibus error, & cõſurio ita, vt contingat in eo, quod ſcimus ſcientia prima, quod eſt ſic, vt exiſtimemus quod non eſt ſic: eodem pacto accidit hoc idem nobis in concluſionibus, hoc eſt, vt exiſtimemus de eo, quod ſcimus ſic eſſe, quod non eſt ſic: aut econuerſo. Sed tam exiſtimant nonnulli eſſe non conuenientes, vt hoc accidat in concluſionibus: hoc eſt, vt ſciamus ipſas ſcientia vera, & tamen exiſtimemus in ipſis contrarium eius, quod nouimus: quemadmodum ſi eſſet vnum, quod ſciremus ineſſe duobus ſine medio, & ſciremus etiam duo illa ineſſe alteri conſimiliter ſine medio: quemadmodum ſi a eſſet in b & c: & b & c eſſent in d ſine medio: qui enim ſcit a ineſſe omni b: & b omni d: ſcit etiam conſimiliter quod c ineſt omni d: fieri non poteſt, vt exiſtimetur, aut videatur a non ineſſe alicui c. Accidit enim vt ſciat vnum & idem, & ignoret ipſum ſecundũ vnum modum: & hoc, quoniam cadet vtique in homine cognitio ex parte ignorantiæ, quam præhabuit hanc in re: quod ſi habuerit in hoc ſcientiam, accidit vt ſciat, & ignoret rem ſimul: quod eſt impoſsibile. Et quemadmodum exiſtimatur, quod hoc prohiberur in ſyllogiſmis diuerſorum mediorum terminorum, quemadmodum in his duobus ſyllogiſmis, quibus exemplum adduximus. Conſimiliter exiſtimatur etiam hoc vetari in ſyllogiſmis, quorum termini medij prædicantur de ſeinuicem: quemadmodum ſi vnus ſciret, cp a eſt in omni b: & b in omni c: & c in d: fieri non poteſt, vt videatur, & exiſtimet, cp a ſit in b: & b in c: & c in d: & cp a non ſit in aliquo d: quoniam habebit ſcientiã & ignorantiam alicuius eiuſdem ſimul: quod fieri non poteſt. Sed fortaſſe, quum hoc conſiderauerimus, videbitur, cp in modo primo, qui eſt, quum termini medij nõ prædicantur de ſeinuicem, non poteſt nobis accidere in maiore propoſitione vnius duorum ſyllogiſmorum cognitio falſa ſimul cum ſcientia maioris propoſitionis alterius ſyllogiſmi, & duarum propoſitionum minorum duorũ ſyllogiſmorum: vt in exemplo, ſi habuerimus, quod a eſt in omni b: & b in omni d: & c in omni d: fieri non poteſt, vt decipiamur, & exiſtimemus, quod a non eſt in aliquo c; quoniam accidit ex hoc, vt ſint duæ propoſitiones ſyllogiſmorum maiores contrariæ in cogitatione, aut vt potentia ipſarum ſit potentia contrariarum in exiſtimatione: quod eſt impoſsibile, hoc eſt, vt proueniat nobis ſcientia contraria in vno & eodem per ſe. At qui ſequitur hoc, ſi aliquis ſciat ſcientia vera, quod a ineſt omni illi, cui ineſt b, & ſciat b eſſe in d, ſcit etiam cp a eſt in d, quod ſi videretur a ineſſe nulli ei, cui ineſt c, cum eo, quod ſciremus c eſſe in omni d. Iam videretur a non ineſſe ei alicui, cui ineſt b ſimul cum eo, quod videretur a in eſſe omni illi, cui ineſt b, nam d eſt pars ipſius b, aut iam videtur a eſſe in d, cum hoc, quod videatur a non eſſe in d, ſed ambo ſunt contraria im-

Quũ termini mediꝰ ſũt diuerſi, non poſſe accidere fallaciã in concluſione vt ſciatur ſimul & ignoretur pp cõtrarias opiniones.

possibilia: quoniam aut cogitatio erit contraria, aut potentia sua erit potentia cogitationis contrariæ: sed hoc est impossibile, vt videlicet existimetur affirmatio & negatio simul in vno & eodem ex parte vna. Sed quod decipiatur aliquis in vna istarum duarum propositionum maiorum, quum non habuerit scientiam propositionis alterius, fieri vtique potest. Hæc igitur est dispositio existimationis, & scientiæ in syllogismis, qui sunt per medios terminos diuersos. Sed in syllogismo vno, aut syllogismis, quorum medij termini de seinuicē prædicantur, iam fieri potest vt aliquis habeat scientiam & existimationem in cōclusione, sed non ex parte vna, sed ex duabus partibus diuersis, vt in exemplo: possumus enim scire a esse in omni b, & in omni c. & tamen fit apud nos conclusio ignota, quæ est a ineſſe omni c: & perturbemur, & existimemus a ineſſe nulli c, quoniam non est necessarium, vt qui scit ambas propositiones, sciat conclusionē: quoniam conclusio scitur in potentia in ambabus propositionibus, non autem in actu, secundum quod accidit particulari, vt non sit cognitum apud eū, qui nouit vniuersaliter vt in exemplo, qui nouit a ineſſe omni b, hoc est omni illi, cui ineſt b, sit autē b inexistens omni c, iam scit quod a ineſt omni c, nisi q̄ scit quidem hoc per scientiā vniuersalem, ignorat autem ipsum sedm particularem: & propter hoc non prohibetur ex parte ignorantiæ, qua sibi accidit cogitatio ex syllogismo vno, corruptio contraria scientiæ suæ, vt in exemplo ex necessarijs. qui nouit omnē triangulū habere tres angulos æquales duobus rectis, iam nouit triangulū sensibilē sibi allatum esse secundum hanc dispositionē in potentia, non aūt in actu: & propter hoc iam fieri potest, vt decipiatur in eo, & existimet q̄ nō sit triangulus, quodq; anguli sui non sunt æquales duobus rectis: et hoc, qm̄ scit ipsum ex parte rei vniuersalis, ignorat aūt id ex parte rei particularis appropriatæ. Secundū aūt modū istū, sequitur, vt soluatur dubitatio Menonis, qua dr̄, q̄ discipulus, si ignorat quæritū, quod non nouit, quod iam nouit postea quā nouit: sin aūt nouit, anteqū addisceret, disciplina est superflua. Respōnio igitur in hoc est, qd quæsitum est ignotum ex parte qua est appropriatū: est autē notū ex parte, qua est vniuersale, nō aūt sedm quod ait Plato, quū admittit doctrinā esse secundū modum recordationis, si.n. habeamus, qd ois triāguli anguli sunt æquales duobus rectis, & ignoremus triangulū istū absconditū signatū, quod est triangulus, simul ac planum factū fuerit nobis ad sensum, quod est triangulus, nouimus quod anguli sui sunt æquales duobus rectis: nec fieri potest, vt dicimus, quod id, quod prouenit ex cognitione per monstrationē triāguli, quod videlicet anguli ipsius sunt æquales duobus rectis, quod inquā est recordatio: quēadmodum ipsi admisere, quoniam id, quod prouenit per sensum, non est recordatio: & quoniam similiter ignorātia, quā habemus in particulari, nō est cōtraria scientiæ, quā habemus in vniuersali, propterea qd scientiæ duarū propositionum nō est cōtraria ignorātia cōclusionis: qm̄ ambæ propositiones sciūtur in actu, & conclusio in potentia, & hoc, qm̄ scientia dr̄ quatuor modis, aut scientia vniuersalis, aut singularis, aut in potētia, aut in actu: sedm igit hos modos quatuor nihil prohibet, vt habeamus de re vna ignorātiā & scientiā simul, & accidat nobis in ipsa existimatio & scientia, hoc est sedm diuersos modos, hoc autē inuenitur secundū sensum: multos enim homines ostendimus, qui norunt propositiones, & erant in cōclusione: quēadmodū si esset apud nos cognitio vniuersalis, & decideremus in particulari, vt in exemplo, habebit aliquis, q̄ omnis mula est sterilis, & q̄ hæc sibi allata est sterilis: & tū existimabit quod ipsa est prægnans propter imitationē, quā habet in corpore suo: quare erit apud ipsum existimatio, & scientia de re vna & eadē, scitā a quidē secundū duas propositiones veras, quas habet: existimatio aūt pp syllogismū corruptū innouatū apud ipsum hac in re, & hoc per vtā existimationis, quæ innouatur apud nos in consimilibus propositionibus sedm oppositionē scientiæ, quæ oritur ex syllogismo corrupto: quū igitur nouerit ambas propositiones & ignorauerit cōclusionem, iam scier & ignorabit rem vnā, scier quidē ipsam ex parte potentiq, ignorabit aūt ex parte actus: quūque nouerit maiorē propositionē syllogismi tantum, iam ignorabit minorem ex parte, & scier ipsam ex parte: scier enim ex

In syllogismo, quo termini medij de seinuicē prædicātur, pōt accidere fallacia, vt sciamus cōclusionē, & putemus cō trariū eiusdē nō tamē eadē modo.

Nota quomodo soluatur dubitatio Mēnonis ab Arist. nō eo pacto, quo Plato, q ob eā cōcessit scientiā esse rememorationē, & cōfert ois hic dicta cū his, quæ primo poste. dicuntur, c. j.

Scientia dr̄ quatuor modis,

A parte dispositionis vniuersalis, ignorabit autem ipsum ex parte particularis appropriatis & quum nouerit minorem, iam scier maiorem ex parte, & ignorabit ipsum ex parte: scier enim ipsum ex parte particularis, & ignorabit eum ex parte vniuersalis. Iam igitur monstratum fuit ex hoc, secundum quem modum prouenit nobis in conclusione scientia, & existimatio simul, hoc est homini vni, & secundum quem modum non conuenit hoc: quodque modus, qui esse non potest in vno homine, potest esse in duobus hominibus. Accidit autem illis, qui existimant quod contraria sint res vna, quemadmodum qui imaginantur bonum & malum esse rem vnam, vt sequatur ex ista imaginatione, vt malum prædicetur de bono, & bonum prædicetur de malo, ita, vt accidat ex hoc aliquid prædicari de seipso: & hoc vt fateantur, quod bonum est malum, aut quod malum est bonum. Componitur autem, exempli gratia oratio ista secundū compositionē primæ figuræ, & sequitur apud ipsos, vt sit bonū bonū, quemadmodum componeretur oratio, si essent omnes propositiones verę. Consimiliter accidit illi, qui dicit, q̄ omnia entia sunt vnum, hoc est, vt sit aliquid prædicatum de seipso: quoniam si c & b essent res vna: & b & a res vna: sequitur apud eos, vt fateantur, quod c est b: & b est a: & c est a. cum eo quod sunt res vna: conclusio autem erit consequens ex necessitate in huiusmodi propositionibus: attamen conclusio falsa est ex propositionibus falsis: & hoc, quoniā fieri non potest, vt bonum sit malum, nisi per accidens, per se vero non. Existimatio vero contrariorum, quod sint vnum, erit ob hanc eandem causam, & modi multi existimationum, quemadmodum accidit hoc antiquis, & species harum expositionum, quas faciunt consulti talium opinionum: quum enim inuestigatur dispositio ipsarum, inueniuntur resolui ad species oppositorum, & ad species rerum, de quibus dicitur nomen vnius & multitudinis.

B

De conuersionibus terminorum. *Cap.* XXVII.

QVANDO vero conuertuntur extremitates, necesse est & medium conuerti ad vtranque: si enim a de c, per b est, si conuertitur, & ineſt cui a omni c, & b a conuertitur, & ineſt cui a omni b, per medium c. & c b conuertitur per medium a. Et in non esse itidem: vt si b ineſt c, a vero non ineſt b, neque a inerit c. Si ergo b conuertatur ad a, & c ad a conuertetur: sit enim b nulli a inexistens, ergo neque c, omni enim c inerat b: & si b conuertitur ad c, & a conuertetur ad b: nam de quocunque omnino b, & c. C Et si c ad a conuertitur, & b conuertetur ad a: cui enim b ineſt, & c: cui autem c a non ineſt: & solum hoc a conclusione incipit, alia autē nō similiter: vt in prædicatiuo syllogismo.

PARS TERTIA.

De cōuersione extremorum in prima figura.

In prima figura, si extrema mutuo conuertunt in cōclusione, necesse ē & propositiones conuerti.

DIXIT, Quum vero habuerimus tres terminos ordinatos ordine primæ figuræ, velut si a ineſſet omni b, & b ineſſet omni c: tū conclusio conuertitur, conuertentur etiam binæ propositiones: & hoc, quoniam si verum fuerit c in esse omni a, oportebit c ineſse omni b, & b omni a: si enim accipiamus c ineſse omni a: & huic applicemus propositionem maiorem, puta quod a insit omni b; concludetur minor conuersa, vt quod c ineſt omni b. Consimiliter etiam si accipiamus conclusionem conuersam, velut si dicamus c ineſse omni a: & huic applicemus minorē propositionē, cōcludet maior cōuersa: & hoc. Quoniam si habuerimus b ineſse omni c, quæ est minor: & c omni a, quæ est conclusio cōuersa: concludetur nobis b ineſse omni a, quæ est maior conuersa. Sed in syllogismo vniuersali negatiuo istius figuræ accidit, quum maior propositio ipsius conuertit, vt conclusio etiam conuertatur: puta in exemplo, si ponamus a ineſse nulli b: & b omni c: concludetur nobis a ineſse nulli c: si vero conuertamus maiorem, conuertetur etiam conclusio puta si habuerimus


De rebus ignorū, quorū portētis, ē potētia syllogismorum.

b ineſſe nulli a,& b omni c,concludetur nobis in ſecunda figura,ꝙ c ineſt nulli a,quæ eſt concluſio conuerſa:& hoc,quoniam ſi vniuerſalis negatiua conuerta,fuerit apud nos ignota,aut ſecundum ꝙ eſt aliquod adhuc nobis non declaratum,faciemus etiam ipſum hoc in loco.Conſimiliter, ſi conuertatur etiam minor affirmatiua,conuertetur concluſio, erit enim omne c b,& nullum a b,& cõcludetur in ſecunda figura,ꝙ c ineſt nulli a,Quod ſi hac in ſpecie conuertatur concluſio,& conuertatur minor,conuertetur etiam maiori habebimus enim c ineſſe nulli a,& c ineſſe omni b,& concludetur in ſecunda figura b ineſſe nulli a:ſecundum vero modum iſtum ſolummodo fieri poteſt, vt conuertatur propoſitio per converſionem concluſionis,quemadmodum fieri poterat hoc in ſpecie affirmatiua,ꝙ ſi poteſt,non conuenit, niſi per converſionem minoris propoſitionis ſimul cum converſione concluſionis: tunc enim monſtrabitur converſio maioris,ſed converſio concluſionis ex converſione vnius duarum propoſitionũ fieri non poteſt in ſpecie affirmatiua quemadmodum fieri poteſt hoc in loco,propterea ꝙ non concluditur ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. D

De converſione a commutata proportione. *Cap.* XXVIII.

Ea hic converti dicuntur, quæ de ſeinuicẽ vniuerſaliter p̃dicantur.

RVRSVM ſi a & b conuertũtur,& c & d ſimiliter;omni autem neceſſe eſt a aut c ineſſe: & b & d ſic ſe habebũt, vt omni alterum inſit: quoniam enim cui a, b: & cui c,d:omni autem a aut c, & non ſimul: manifeſtum quoniam & b aut d omni,& non ſimul: vt ſit ingenitũ, incorruptibile:& incorruptibile,ingenitum: neceſſe eſt quod factum eſt corruptibile, & corruptibile factum eſſe: duo enim ſyllogiſmi conſtituti ſunt. E



Hoc Theorema ſimile potius ẽ cõiunctę.ꝙ cõmutatę converſioni. F

Rurſum ſi omni quidem,a vel b,& c vel d:ſimul autem nõ inſunt: ſi conuertitur a & c,& b & d conuertetur. Nam ſi alicui non ineſt b, cui d,palam quoniam a ineſt: ſi autem a & c, cõuertuntur enim: quare ſimul c & d:hoc autem impoſsibile.

A Omni

A



Hoc Theorema vere dici poteſt a commutata converſione

De converſione ſecũm commutatã proportionẽ inter oppoſita.


B

DIxit, Quum vero fuerint duo termini, quorum vterque conuertitur cum ſuo complicito, veluti ſi fuerit omne a b, & omne b a;& adhuc fuerint duo alii termini,quorum vterque conuertatur cum ſuo complicito,quemadmodum ſi fuerit omne c d,& omne d c; & exiterint a & c oppoſita & b & d conſimiliter etiam oppoſita,quum fuerint duo paria oppoſitorum,non effugiet ſubiectum ſecundi paris aliorum oppoſitorum,quin ſit ſubiectum ipſorum: vt in exẽplo,ſi a & c talia exiterit, vt ab vno ipſorum non effugiat k: & b & d talia ẽt vt ab altero ipſorum non effugiat k:ſi habuerimus,ꝙ in omni eo, in quo inuenitur a,inuenitur b;& in omni eo,in quo inuenitur c, inuenitur d:& in k ſit aut a, aut c:planum ꝙ in k erit aut b,aut d. Complicatur enim ſyllogiſmus compoſitus hunc in modum; in k eſt aut a, aut b: ſed omni illi ineſt b, cui ineſt a, & omni illi ineſt d,cui ineſt c:igitur ipſi k aut b,aut d ineſt ex neceſſitate.Conſimiliter monſtrabitur converſum huius:veluti ſi ponamus,ꝙ k non effugit a d, & b,ſequitur etiam vt non effugiat,aut ab a,aut a.vt in exemplo ex materiis, ſi accipiamus loco a generabile,& loco b corruptibile,& loco c non generabile & loco d non corruptibile:& fuerit omne generabile corruptibile, & omne corruptibile generabile: & eodem pacto,omne non generabile non corruptibile,& omne non corruptibile non generabile:dico, ſi omne fuerit aut generabile, aut C non generabile,ꝙ oportet omne eſſe aut corruptibile,aut nõ corruptibile:ſi et oẽ generabile eſt corruptibile, & oẽ nõ generabile eſt nõ corruptibile:& nihil effugit,quin ſit aut generabile,aut nõ generabile:manifeſtũ,ꝙ nihil effugiet,quin ſit aut corruptibile,aut non corruptibile. Amplius dico,ꝙ quando poſuerimus vni & eidem ſubiecto ex neceſsitate ineſſe vnum oppoſitorum coniugatorum, & poſuerimus,ꝙ vna partium oppoſitorum conuertatur cum altera parte oppoſitorũ dico inquam,ꝙ pars reliqua oppoſitorum coniugatorum conuertetur cum reliqua parte aliorum oppoſitorum:vt in exẽplo,ſi omne fuerit aut generabile, aut non generabile,aut corruptibile aut non corruptibile:& fuerit omne generabile corruptibile,& omne corruptibile generabile:dico,ꝙ omne non corruptibile eſt non generabile,& omne non generabile,eſt non corruptibile,demonſtratur autem hoc:ſi enim non generabile non exiterit non corruptibile, erit ergo corruptibile:propterea quod poſuimus tam quod omne aut eſt corruptile, aut non corruptile:ſi igitur non generabile eſt corruptibile, quum poſitum fuerit corruptibile conuerti cum generabili, ſequetur ex hoc, vt non generabile ſit generabile quod fieri non poteſt, & non cohæret. Complicatur autem ſyllogiſmus hunc in modum: non generabile eſt coreuptibile:& omne corruptibile generabile: concluditur enim ꝙ omne non generabile generabile; e eodem modo monſtratur non corruptibile conuerti cum non generabili.

De conuersione terminorum in secunda figura.

Cap. XXVIIII.

QVando autem a toti b, & c ineſt, & de nullo alio prædicatur: ineſt autem & b, omni c: neceſſe eſt a & b conuerti: quoniam enim de ſolis b c dicitur a, prædicatur autem b & idem de ſe, & de c: manifeſtum quoniam de quibus a, & b dicetur omnibus, verum & de a.



Theorema hoc probatur per terminos diſpoſitos in ſcda figura.


COnſimiliter etiam, quando complicantur binæ vniuerſales affirmatiuæ in ſecunda figura, et medius terminus non inſit alii a duabus extremitatibus, & maior extremitas inſit omni minori, ſequitur vt maior inſit omni medio: hoc eſt, vt cõ ipſo cõuertatur: quemadmodũ ſi a ineſſet oĩ b, & oĩ c, & nõ alitis & b ineſſet omni c: dico q̃ ſequitur, vt b inſit omni a: & hoc, quoniam ſi b ineſt omni c, & omnibus ſuis partibus: & a non ineſt, niſi omnibus partibus ipſius c, & omni b: planum q̃ omni illi, cui ineſt a, ineſt b: quare omne, quod eſt a, eſt b.

De conuerſione terminorum in ſcũda figura

De conuerſione terminorum intertia figura.

Cap. XXX.

RVrſum quando a, & b toti c inſunt: conuertitur autem c b: neceſſe eſt a omni b ineſſe: quoniam enim omni c a: c autem b, eo quod conuertuntur: & a omni b ineric.




Theorema hoc eſt quaſi cõuerſum precedẽtis, & probatur primũ p tertiam, mox p primam figuram.

CONſimiliter, ſi complicentur binæ affirmatiuæ in tertia figura, & terminus medius conuertatur cum minore extremitate, ſequitur vt ſit extremitas maior in omni minore: hoc eſt, vt concludatur vniuerſalis affirmatiua: vt in exẽplo, ſi a & b prædicẽtur de omni c: & c pdicetur de oĩ b: dico q̃ ſequitur ex neceſſitate, vt a pdicetur de oĩ b: qm̃ a pdicatur de omni c: & c pdicatur de omni b: exneceſſitate n. a inerit omni b: qm̃ complicatio ipſa redit ad primam figurã.


De conuerſione terminorum ĩ tertia figura.

De mutua oppoſitorum conuerſione. Cap. XXXI.

QVando autem duo fuerint oppoſita, vt a magis eligendum ſit quam b, cum ſint oppoſita, & d quam c ſimiliter, ſi magis eligenda ſunt a c quam b d: a magis eligendum quam d. Similiter enim ſequendum a, & fugiendum b, oppoſita enim: & c ei quod eſt d: nam & hæc opponuntur: ſi ergo a ei quod eſt d ſimiliter eligendum, & b ei quod eſt c fugiendum, vtrunq; enim vtrique ſimiliter fugiendum eligendo: quare & hæc amba a c iis, quæ ſunt b d: quoniam autem magis, non poſsibile ſimiliter: nam & b d ſimiliter erunt. Si autem d magis eligendum quam a, & b quam c minus fugiendum: nam quod minus eſt, minori opponitur: magis autem eligendum eſt maius bonum, & minus malum, quam minus bonum, & maius malum. Vniuerſum igitur b d magis eligendum, quam a c. nunc autem non eſt, ergo magis a eligendum, quam d: & c ergo minus fugiendum quam b.



Si ergo eligat omnis amans secundum amorem a sic se habere, vt concedere, & non concedere in quo c, aut concedere in quo d, & non tale esse vt concedere, in quo b, manifestum quoniam a huiusmodi esse, magis eligendum est quam concedere: ergo diligi quam conuentio magis eligendum secundum amorem: magis ergo amor est in amicitia, quam conuenire. Si autem maxime huius, & finis hæc: ergo conuenire aut non est omnino, aut diligendi gratia: nam & aliæ concupiscentiæ & artes, sic fiunt.



De bina eõ fugatiõe op politorũ eligẽdorũ et fugiendorum.

Quomodo ergo se habent termini secundum conuersiones, et in eo quod magis fugiendum, vel magis eligendum sit, manifestum est.

QVum vero extiterint bina opposita, vt a & b, & a semper fuerit eligendũ apud nos, & b fugiendũ: & extiterint consimiliter ꝛt bina opposita, quemadmodum c & d, & fuerit c consimiliter fugiẽdũ, & d eligendũ & prosequẽdum; dico si a c simul fuerint meliora q̃ b d, ꝙ a erit melius q̃ d, & eligibilius

A quoniam enim a & b sunt opposita, & a est quærendum, & b fugiendum, a est quærendum, quemadmodum b est fugiendum: & hoc, quoniam omnia opposita sunt in vna extremitate oppositionis: quod quum ita sit, dicemus ꝙ a ex necessitate est eligibilius, & amabilius quam d: quia si non erit eligibilius ipso, erit ergo aut æquale ipsi, aut d eligibilius eo: si igitur a & d sunt æqualiter quærenda, planũ ꝙ c & b erunt æqualiter fugienda: qm̃ b in abominatione est æquale ipsi a in electione: & c est æquale in abominatione sua, ipsi d in electione sua. Quũ igitur res ita fuerit, erũt a & c simul æqualia in electione ipsi b & d simul: sed tã ponimus ꝙ c & a sunt eligibiliora: hoc iraq; fieri neqt, & nõ cohæret. Sin aũt posuerimus d eligibilius quã a, sequitur vt b sit minus in abominatione q̃ c: & hoc qm̃ id, quod est minus abominabile, opponitur ei, qđ est minus quærẽdũ, qđ aũt ꝛ magis abominabile, opponitur magis quærendo: si igitur d est magis quærendum q̃ a, & c erit abominabilius q̃ b, & erunt d & b simul magis quærenda, & minus fugienda, q̃ a & c: sed magis quærendum & minus fugiendum est melius: igitur d & b simul sunt meliora, q̃ a & c simul: cuius contradictoriũ posuimus hoc enim fieri nõ potest, & non cohæret: sequitur ergo si posuerimus a & c meliora q̃ b & d, vt a sit melius q̃ d: Exemplum in hoc ex materiis in eo, qui tangitur concupiscentia: eligibilius enim ipsi est, vt appetat morem gerere, quam ꝙ morem gerat, & hoc, quoniam manifestum est eligibilius esse appetere morem gerere & non morẽ gerere, q̃ morẽ gererẽ cũ hoc, ꝙ nõ eligat morẽ gerere: sequitur ergo secundũ ꝙ premittimus, ꝙ eligere morẽ gerere dignius est, quam morem gerere; & ex hoc mõst: aut Plato dignius esse apud amãtẽ, vt non co: at: quoniã coitus simul perimit desiderium eligendi morem gerere: sed quã non coiuit, extat electio morẽ gerendi. Et concupiscentia, quemadmodum inquit Arist. seu ex operatione sua prouenat coitus, siue non proueniat, est tamen appetitus coniunctus cum desiderio, & voluntate naturali a principio. Componitur nãque ex cõ cupiscentia & illo appetitu, & tunc perficitur operatio sua: quoniam plurimæ concupiscentiarum ita se habent, quum complicantur cũ artibus, & consuetudinibus, vt perficiantur operatiões harum artium, aut harum consuetudinum, secundum ꝙ fecit ipsas homo ad mensuram operationum istius artis: & hoc quemadmodum fortitudo naturalis, quum coniungitur cum militia, nunc erit actus militiæ secundum perfectionem. Iam itaque monstratum fuit ex hoc, quomodo est dispositio conuersionum inter se, & quomodo ratiocinari possimus ex eligibili, & digniori secundum hanc speciem signorum. Consentaneum autem est ꝙ Arist. mẽ monerit fecerit de hoc loco, & non de alijs locis: quoniam existimauit hunc esse proximum naturæ syllogismi, hoc est, vniuersalitati suæ.

Nota exemplũ pulchrũ & ad mirãdum, eligibilius scilicet esse uelle & nõ posse, q̃ posse & nõ velle.

Nota Platonis sentẽtiã de amore.

Cur Arist. de hoc tãtũ loco eligendi meminerit.

B *De epagoge, id est, inductione. Cap. XXXII.*

C



VOniã aũt non solum dialectici, & demonstratiui syllogismi per prædictas fiunt figuras, sed & thetorici: & simpliciter quæcunque fides est, & secundum vnãquanque artem, nunc erit dicendum. Omnia enim credimus per syllogismum, aut ex inductione: ergo si inductio quidem est, & ex inductione syllogismus per alteram extremitatem medio syllogizare. Vt si eorum quæ sunt a c, medium sit b, per c ostendere a ineſſe b: sic enim facimus inductiones. Vt sit a, longæuum: in quo autem b, choleram non habere: in quo uero c singulare longæuum, ut homo, equus, & mulus: ergo toti b ineſt a: omne enim quod sine chole ra est, longæuum: sed & b non habere choleram, omni ineſt c: si ergo conuertatur c ei quod est b, & non transcendat medium, necesse est c ineſſe b. Ostensum enim est prius, quoniam si duo aliqua eidem

Propositio prima, & immediata, est, quę medium nō habet, p quod possit demonstrari.

insunt, & ad alterum eorum conuertatur extremum, quoniam uerso & alterum inerit prædicatorum. Oportet autem intelligere ex singularibus omnibus compositum: nam inductio per omnia: Syllogismus autem huiusmodi est * primæ, & immediatæ propositionis: quorum enim est medium, per medium est syllogismus: quorum vero non est, per inductionem. Et quodam modo opponitur inductio syllogismo: nam hic quidem per medium extremum de tertio ostendit: illa autem per tertium, extremum de medio. Ergo natura quidem prior, & notior per medium syllogismus: nobis autem manifestior, qui est per inductionem.

De Inductione, & signo, & reliq; syllogismis, q fiūt fcdm potentiā eius, qd' p̄cedit.

Dixit, Oportet autem vt monstremus nunc, quod reliqui syllogismi, qui fiūt in rethorica, & concionibus, & persuasionibus, reducantur ad syllogismos præcedentes: & ex hoc possumus certo dicere, quod omnes syllogismi sunt per figuras præcedentes: non solum demonstrativi, & dialectici, sed omnes syllogismi intellectuales, & omnino omnis veritas cadens in omni arte: hoc autē manifestum ex eo, quod omnis veritas, aut est per syllogismum, & illud, quod est simile syllogismo, quodq; signum nuncupatur: aut per inductionem, & quod est simile inductioni, quodque vocatur exemplum. Inductio igitur est, quum mōstratur semper illud, cuius via est, vt sit maior extremitas in syllogismo inesse illi, cuius via est, vt sit terminus medius in syllogismo, per id, cuius via est, vt sit terminus minor in ipso: secundum enim modum illum, quod ex ipsa sequitur, ex necessitate sequitur: vt in exemplo, sit terminus medius inter a, & c per modum prædicationis secūdum naturalem consuetudinem litera b: & sit a terminus maior secundum naturam, & b medius secundum naturam, & c minor; & monstretur per literam c a inesse ipsi b, non autem a inesse ipsi c per literam b, secūdum modum, quo monstrabatur per syllogismum: vt in exemplo ex materiis, si accipiamus loco a animal lōgæ uitæ, & loco b animal paucæ choleræ, & loco c mulum, equum, & asinum: & monstretur quod omne animal paucæ choleræ est longæ vitæ, ex eo, quod induxerimus omnes species animalium paucæ cholerę esse longæ vitæ, vt mulum, equum, & asinum: & per ipsa ostēdamus, quod omne animal paucæ choleræ est longæ vitæ, Quum igitur fuerit hoc inductio, planum qd' longæ vitæ hoc in loco erit terminus maior secundum naturam, paucæ autem choleræ medius, particularia vero minor: nos igitur monstrauimus maiorem inesse medio per minorem. Atqui monstratio hæc erit consequens ex inductione consequentia vera, hoc est proportionata consequentiæ conclusionis per syllogismum veræ figuræ, posteaq̄ induxerimus omnes species paucæ choleræ, & inuenerimus eas omnes longæ vitæ: tunc enim sequetur, quum a, & b fuerint inuenta in omni c, hoc est longæ vitæ, & paucæ choleræ in mulo, equo, asino, & hoīe, vt a insit oī b, quemadmodum antea monstratū fuit: & hoc, quū quū induxerimus oīa alia particularia, quorū loco accepimus literā c, conuertetur litera b cū litera c in prædicatione, & sequetur ex hoc vt a insit oī b, secūdum qd' antea mōstratū fuit. Et propterea, qd' est necessariū in inductione vera, est vt in ipsa p ficiantur oīa particularia ita, vt sic cōponatur syllogismus: oē paucæ choleræ est, aut mulus, aut equus, aut asinus, aut hōs: & oīa hæc ex necessitate sunt longæ vitæ: igitur omne paucę cholerę est longæ vitæ ex necessitate: quū vero in ipsa nō perficiuntur oīa p̄ticularia, non sequitur ex ipsa aliquid ex necessitate. Non est autem conditio hæc in inductione, ex eo, quod transfertur ab inductione, quę fit in dialectica ad inductionē, quæ fit in demonstratione, quēadmodum nonnulli arbitrati sunt: qūm veritas inductionis in demonstratione forinsecus accedit, & ex eo quod aliquid nobis applicatur: non autem confert nobis inductio per se, si etiā complerentur omnia particularia, sed est quia prædicatū p se ineſt subiecto: per hoc igitur distinguitur hæc inductio ab inductione demonstratiua. Quod autē oporteat inductionē istā appropriari dialecticæ, & vniuersaliter dialecticā esse;

Ad hoc, vt inductio cōcludat necessario, oportet oīa singularia Inducti.

Nota, de inductione demōstratiua, & differēta eius ad topicam.

manifestum ex eo, quod conditio dialecticæ est, vt in ipsa sit syllogismus veræ figuræ: quod quum ita sit, oportet vt inductio, quæ fit in ipsa, sit per modum, quo in ipsa sequatur necessario, quod intendimus. Amplius, distinguitur ab inductione, quæ sit in demonstratione, aut quemadmodum dicimus per subiectum substantiale, aut quoniam in inductione, quæ fit in dialectica, complentur omnia particularia secundum opinionem, non autem secundum veritatem: & ita oportet intelligere quod hoc in loco dicit Arist. et secundum hoc soluuntur omnes dubitationes, quas est assecutus Abumazar. An vero dialectica faciat inductionem, in qua non perficiuntur omnia particularia: & an vis inductionis sit vis exempli, de hoc quæretur in libro dialecticæ.

Nota qd p inductionē monstretur, & qūo differat a syllo

Dixit, In inductione autem monstratur semper id, ad quod monstrandum per terminum medium non est via, quodque etiam non est manifestum per se: quod enim monstratur per terminum medium, non potest monstrari, nisi per ipsum: in eo autem quod est per se manifestum facere inductionem, est superfluum: & hoc est vnum, per quod distinguitur syllogismus ab inductione. Inductio autē, quem admodum diximus, communicat cum syllogismo, eo quod est in tribus terminis: distinguitur autem ab ipso, eo quod in syllogismo monstratur maior extremitas inesse minori per medium terminum, sed in inductione ostenditur maior extremitas inesse medio, eo quod ineſt minori extremitati: hoc est illud, cuius via est, vt in syllogismo sit extremitas maior, & terminus medius, & minor extremitas: non autem quod illud, p quod monstratur quæsitum per inductionem, sit in ea terminus minor: neque quod illud, cui ostenditur quæsitum inesse, sit terminus medius, distinguitur etiam ab ea consimiliter syllogismus, eo quod est prior secundum naturam, inductio autem est prior secundum sientiam. Hæc igitur tria sunt, per quæ distinguitur syllogismus ab inductione perfecta, non aūt ab aliis.

De paradigmate, hoc est, exemplo. Cap. XXXIII.

EXemplum autem est, quando medio extremum ineſse ostenditur per id, quod est simile tertio. Oportet autem & medium tertio, & primum simili notius esse, ineſse. Vt sit a malum, b autem contra confines inferre bellum, in quo autem c Athenienses contra Thebanos, in quo autem d Thebanos cōtra Phocenses. Si ergo volumus ostendere quoniam Thebanis pugnare malum est, sumendum quoniam contra confines pugnare est malum: huius autem fides ex similibus, vt quoniam Thebanis contra Phocenses. Quoniam ergo contra confines malum, contra Thebanos autem contra confines est: manifestum quoniam contra Thebanos pugnare malum. Quoniam ergo b c, & d ineſt, manifestum: vtrunque enim est contra confines inferre bellum: & quoniam a d: Thebanis enim non fuit vtile contra Phocenses bellum. Quoniam autem a ineſt b, per d ostēdetur: eodem autem modo, & si per plura similia fides fiat medii ad extremum. Manifestum ergo quoniam exemplum est neque vt totum ad partem, neque vt pars ad totum: sed vt pars ad partem, quando ambo quidem insunt sub eodem, notum autem alterum, Et differt a inductione, quoniam hæc quidem ex omnibus individuis ostendebat ineſse extremum medio, & ad extremum non copulabat syllogismum: hoc autem & copulat, & non ex omnibus ostendit.

Tractatus de exemplo Quid sit exẽplũ, & quo, & quid ostẽdat.


EXemplum vero est, quum ostendimus maius ineſſe minori in eo quod oſtendimus medium ineſſe ſimili minori per inuentionem maioris: quum medium ineſſe minori, & maiorem ſimili minori extremitati manifeſtius extitit eo, quod volumus monſtrare, hoc eſt maiorem ineſſe minori: vt in exemplo, ſi fuerit extremitas maior a, & minor c, & medius b, & e ille ipſi c: ſit autem b ineſſe ipſi c, & a ipſi e notius, quam a ineſſe ipſi c. Exemplum in hoc ex materiis, ſi accipiamus loco a iniuſtum, loco b interimere Athamanẽ, loco d interimere pios, & loco e interimere Omarem. Quum igitur monſtrare voluerimus, q interimere Athamanẽ eſt iniuſtum, præmittemus ad hoc, quod interimere pios eſt iniuſtum: hoc autem monſtrabimus, eo quod interemptio Omaris fuit iniuſta: hoc igitur monſtrato dicemus, interimere Athamanem eſt interimere pios: & interimere pios eſt iniuſtum: ergo interimere Athamanem eſt iniuſtum. Planum autẽ, quod Athamanem eſſe pium, & interimere Omarem eſſe iniuſtũ, eſt notius apud nos, quam quod interemptio Athamantis ſit iniuſta. Planum igitur quod monſtrauimus maiorem extremitatem ineſſe medio: puta quam dicebamus interimere pios eſſe iniuſtum, per id, quod ipſa inerat ſimili minori extremitati: & hoc eſt interimere Omarem, quod eſt ſimile Athamanti ſed in pietatem, & coaptationem.

Conſimiliter accidet, ſi manifeſtum fuerit maiorem extremitatem ineſſe mediis, eo quod ineſt multis ſimilibus, dummodo non compleantur omnia particularia: tunc enim erit inductio præcedens. Planum igitur ex hoc, q exemplum eſt monſtratio, in qua fit progreſſus a particulari notiori ad ignotius, quoniam limitium non eſt vnum ſub altero, & inductio eſt progreſſus particularium notiorum ad vniuerſale ignotius, & ſyllogiſmus ab vniuerſali notiori ad ſuum particulare ignotius, hoc eſt ad concluſionem intrantem ſub propoſitionem maiorem. Differunt autem exemplum atque inductio, de qua mentionem fecimus, in hoc: quoniam inductio eſt ex omnibus particularibus ingredientibus ſub terminum medium, & oſtendit quod terminus maior ineſt medio: ſed exemplum non ex omnibus particularibus oſtendit maiorem extremitatem ineſſe medio.

Nota, q̃ proceſſus ſint, ſyllogiſmus inductio, & exemplum. Differentia inter inductionẽ, & exemplum.

De apagoge, deductioneque. Cap. XXXIIII.


DEductio autem, quando medio quidem primum palam eſt ineſſe: poſtremo autem medium dubium quidem, ſimiliter autem credibile aut magis cõcluſione. Amplius, ſi pauciora ſunt media poſtremo & medio, omnino. n. propinquius eſſe accidit ſcientiæ. Vt ſit a docibile, in quo b diſciplina, c iuſtitia: ergo diſciplina quoniam docibilis, manifeſtum: iuſtitia autem ſi diſciplina, dubium. Si igitur ſimiliter aut magis credibile ſit b c, quam a c, deductio eſt: propinquius enim ſcientiæ, per quod aſſumpſerint a c, diſciplinam prius non habentes:



In hoc ſyllo ſimiſr, aut magis credibile eſt C B q̃ C A, & ideo concluſionẽ aſſumimus ipſius ſciam prius nõ habẽtes.

Aut rurſum ſi pauciora media ſint b c: nam & ſic propinquius eſt ſcientiæ. Vt ſi d ſit quadrangulare, in quo autem c * rectilineum, in quo f circulus: ſi ergo cius quod eſt e f, vnum ſolum ſit medium, per lunares figuras æqualem fieri rectilineo circulum, propinquius erit ſcientiæ.

Rectilineũ, dicunt figura rectis linẽis clauſa: hic aũt ponit, p quadrato.



Per hanc deſcriptionem monſtrabat Hipocrates circulũ quadrari.

Quando autem neque credibilius eſt b c, quam a c, neque pauca media: non dico deductionem: neque quando immediata eſt b c: diſciplina enim quod eiuſmodi eſt.

De abductione ſiue inductione. Nota hic de inductione, & ſyllogiſmo, & quo differũt

MOnſtratio autem, quæ eſt per inductionem, confert in eo quod accipitur pars ſyllogiſmi, quum propoſitio, quæ monſtratur per inductionem, ponitur propoſitio minor in ſyllogiſmo primæ figuræ, & maior eſt per ſe manifeſta: & hoc etiam conſimiliter, quum fuerit inuentio termini medii minus occulta q̃ concluſio, aut æqualis ipſi in occultatione. Quod igitur ſit propoſitio minor: quoniam, quum fecerimus ad oſtendendam propoſitionem maiorem & cõpleuerimus omnia particularia ſecundum conditionem prædictam, tam mõſtrata erit concluſio per ipſam inductionem: non autem quod oſtenditur per ipſam eſt vtile, ex eo quod ponitur in ipſo pars ſyllogiſmi, ſed erit hoc manifeſtius per inductionem tantum abſque eo, quod ſyllogiſmus coaptetur inductioni. Quod autem ſit minus occulta q̃ concluſio, aut æqualis ipſi in occultatione, quoniam, ſi fuerit magis occulta quam concluſio, fieri non poteſt, vt monſtretur tantum per terminum medium, non per inductionem: & hoc, quoniam occultum, quod oſtenditur per inductionem, ex neceſſitate eſt minus quam occultum, quod monſtratur per ſyllogiſmum: quod ſi non, erit potentia ſyllogiſmi & inductionis vna: accidet namque vt occultatio propoſitionis, quæ monſtratur per inductionem, ſit æqualis illi, quę monſtratur per ſyllogiſmum, hoc eſt concluſioni, quum fuerit concluſio ea, per quam ignoratur illud, quod ignoratur per propoſitionem minorem, quod eſt magis vniuerſale: vt in exemplo, ſi fuerit quæſitum, an omnis prudentia ſit diſciplinabilis, & ſoliciti ſimus ad hoc monſtrandum per duas propoſitiones: quarum vna eſt, q omnis prudentia eſt ſcientia: & ſecunda quod omnis ſcientia eſt diſciplinabilis: erit igitur maior propoſitio per ſe nota, puta q omnis ſcientia eſt diſciplinabilis: minor autem erit penitus ignota, dum ignorabitur concluſio: quoniam quum ſciemus q aliqua prudentia, hoc eſt ſapientia eſt ſcientia, ſciemus etiam q eſt diſciplinabilis: ſed quæſitum erat, an omnis prudentia ſit ſcientia, & diſciplinabilis: quum igitur verificatum nobis fuerit, q omnes prudentiæ ſunt ſcientia, erit etiam verificata nobis minor, puta quod omnis prudentia ſit ſcientia, poſteaquam ignorantia noſtra in ipſis fuerit ſuperue vna, hoc eſt in minore propoſitione ac concluſione & hoc ex parte, qua inuentio in ipſis eſt nota per ſe, ſed vniuerſalitas fuit ignota. Quum vero fuerit


Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio ignotæ inuentionis in parte & in toto, hoc est simpliciter, & fuerit ma- D
ior nota per se, & minor in eo quo vtam habet vt monstretur per inductionem
sequitur ex necessitate, vt scientia in ipsa sit maior, quam scientia in cõclusione:
& hoc accidet, quum particularis facientia inductionem, fuerint determinata se-
cundum numerum; quemadmodum accidet antiquo geometræ volenti monstra-
re inueniri figuram quadratam æqualem circulo, qui & posuit propositionem, q
omni figuræ habenti lineas inuenitur quadratum æquale, quod est notum apud
geometras. Deinde solicitus fuit ad monstrandum, q omnis circulus est æqua
lis figuræ rectilineæ, postea diuisit circulum ad figuras paucas secundum nu-
merum æquales figuris rectilineis, quæ sunt figuræ lunares: quoniam si diuidere
tur totus in figuras lunares, iam esset illud, quod fecit per inductionem hoc in lo
co, secundum eam consuetudinem, qua minor propositio est minoris occultatio-
nis, quam conclusio. Quod si non fuerint media determinata, quemadmodum
se habent istæ propositiones, non erit ostensio per inductionem: sed monstrabun-
tur per syllogismum. Et propterea dixit Ari. in consimilibus propositionibus,
q non vocatur monstratio, quæ fit in hoc, inductio. Quoniam monstratio cadẽs
in tali propositione, aut erit per syllogismum, aut per exemplum, aut per indu-
ctionem, in qua non perficiuntur omnia particularia: sed iam exposuit hoc in lo
co, q species ista inductionis est exemplum. Consimiliter, quum media mino
ris propositionis multa extiterint, non vocabitur monstratio, quæ fit in hoc indu
ctio. Consimiliter etiam, quum fuerit propositio maior nota per se, tunc propriẽ B
erit propositionis, quæ monstratur per inductionem, vt sit minor, & sit minus oc
culta quam conclusio, aut æqualiter, & sit non nota per se.

De instantia, quam enstasin dicunt. Cap. XXXV.

INstantia autem est propositio propositioni contraria. Differt autem a propositione: quoniam contingit quidẽ instantiam esse in parte: propositionem vero aut omni-
no nõ cõtingit, aut nõ in vniuersalibus syllogismis. Fer-
tur autem instantia duobus modis, et per duas figuras:
duobus modis quidem, quoniam aut vniuersalis, aut particularis om-
nis instantia: per duas autem figuras, quoniam oppositæ feruntur pro
positioni: opposita autem in prima, & tertia figura perficiuntur solis.
Nam quando postulatur omni inesse, instamus quoniam nulli, aut
quoniam alicui non inest. Horum autem nulli quidem ex prima fi- F
gura: alicui autem non ex posterema. Vt si a vnam esse disciplinam,
in quo b contraria: proponit ergo vnam esse contrariorum disciplinã.
aut quoniam omnino non est eadem oppositorum instant. Contraria
autem opposita: quare sit prima figura. Aut quoniam noti, & ignoti
non vna: hæc autem tertia. Nam secundum tertiam notum, & igno-
tum contraria quidem esse, verum: vnam autem esse eorum disciplinam falsum. Rursum in priuatiua propositione similiter: cum postu-
lat enim non esse contrariorum vnam disciplinam, aut quoniam om-
nium oppositorum, aut quoniam contrariorum aliquorum est eadem
disciplina, dicimus, vt sani, & ægri: ergo omnium quidem ex prima,
aliquorum vero, ex tertia figura. Simpliciter autem in omnibus vni
uersaliter quidem instantibus, necesse est ad id quod vniuersale est, p
posito contradictionem dicere. vt si non vnam existimet contrariorũ

A omnium, dicere oppositorum vnam: sic autem necesse est primam esse
figuram: medium enim sit vniuersale, ad hoc quod ex principio: quod
autẽ ad hoc in parte est vniuersale, dicitur propositio: vt noti, et igno
ti non eandem: nam contraria vniuersale ad hæc: & fit tertia figura:
medium enim in parte simptum, vt notum, & ignotum. Nam ex qui-
bus est syllogizare contrarium, ex iis & instantias conamur dicere:
quare & ex his solis figuris ferimus, nam in his solis oppositi syllogis-
mi: per mediam enim figuram non fuit affirmare. Amplius autem et
si sit, oratione indiget plurima, quæ est per mediam figuram: vt si non
concedant a inesse b, eo quod non sequitur hoc c: hoc enim per alias
propositiones manifestum: non oportet autem instantiam cõuerti ad
alia, sed statim manifestam habere alteram propositionem. Quapro
pter & signum ex sola hac figura non est. Perspiciendum autem &
de aliis instanciis, vt de iis, quę sunt ex contrario, & simili, & secundũ
B opinionem: & si particularem ex prima, vel priuatiuam ex media pos
sibile est sumere.



Non fertur instantia in secunda figura: quia facta instantia indigemus conuersione maioris, vt prędicatum instantiæ sit prędicatum in syllogismo.

Instantia.

Quid sit instantia, & quo differat a propositione, cui sit instantia.

In quibus figuris fiat instantia.

DIxit, instantia vero est ostensio per propositionem contrariam propositioni, quam intendimus destruere per instantiã: differunt aũt ambæ propositiones, quũ propositio, cuius intendimus destructionẽ, semper erit vniuersalis, quũ ipsa est, per cuius destructionẽ destruitur cõclusio in syllogismo, cuius vna propositionũ est particularis, & altera vlis: sed propositio cõtraria in postia huic propositioni, erit vniuersalis, quũ continet plus quã propositionem contradictoriam, quam intendimus destruere: erit autem aliquando particularis, quã fuerit magis appropriata propositioni, quam intendimus destuere, quam propositio cõtradictoria. Instantia vero erit secũm naturã prior in duabus figuris, in figura prima, ac figura tertia: & hoc, quũ conclusio, per quã intẽdimus destruere, propositionẽ vniuersalẽ syllogismi, aut erit vniuersalis, quã intendimus destructionẽ vniuersalem, aut particularis, quã intendimus destructionẽ particularẽ: & in particulari quidẽ proueniet cõclusio ipsius secũm instantiam conclusio prima in tertia figura: in vniuersali vero in prima figura: siue propositio, quã intendimus destruere, fuerit vniuersalis negatiua, siue vniuersalis affirmatiua: si enim erit vniuersalis affirmatiua, destruitur aut per vniuersalẽ negatiuã, aut per negatiuam particularem: sin aũt fuerit negatiua vniuersalis, destruetur aut per affirmatiuam vniuersalem, aut per affirmatiuam particularẽ: fiet aũt contradictio maiori propositioni, si vniuersalis quidẽ extiterit, in prima figura: sin aũt particularis, in tertia ex materijs per se vt in exemplo, si quispiam posuerit a inesse omni b, & voluerimus destruere hanc vniuersalem per cõclusionẽ vniuersalẽ negatiuam, ponemus qd' a negatur ab omni eo, qd' cõprehenditur in b, & prædicatur de b sic, puta c, & b subijciatur secũm naturam ipsi c, & c subijciatur ipsi a; hæc aũt est complicatio primæ figuræ ex necessitate. Quod si contradicemus ipsi contradictione particulari, accipiemus, q̃ a negatur ab aliquo b, & erit pars ista d. & q̃ueniet d subiectum secũm naturam ambabus extremitatibus: hæc aũt est cõplicatio tertiæ figuræ, & erunt ambæ propositiones positæ ad cõtradictionẽ oppositæ in potentia propositionũ, quã intẽdimus destruere, aut ex parte, qua sunt magis vniuersales, aut ex parte, qua sunt magis appropriatæ: & eodem pacto faciemus, quum fuerit propositio, quã intendimus destruere, vniuersalis negatiua: vt in exẽplo ex materijs, si intendamus contradicere dicenti, q̃ omnium cõtrariorum est scientia vna, & velimus destruere hoc per propositionẽ vniuersalem negatiuam, accipiemus negatiuã comprehendentem ipsam: puta si dicamus, nullorum oppositorũ scientia est vna. Contraria vero, quæ sunt subiectũ propositionis, quam intendimus destruere, ponuntur sub oppositis: cõponetur aũt syllogismus in prima figura: puta cõtraria sunt opposita: & nullorũ duorũ oppositorũ scientia est vna: igitur nullorum duorũ contrariorum scientia est vna. Quod si destruamus propositionẽ istam vniuersalem per propositionẽ particularem, accipiemus prædicatum ipsius negari ab aliquo contrariorum, & erit exẽpli gratia, q̃ scitu & ignorati nõ est scientia vna, & proueniet terminus medius subiectum duarũ extremitatũ, & cõponetur syllogismus, quũ scitu & ignorati nõ est scientia vna: & scitũ & ignoratum sunt contraria: igitur aliquorũ contrariorum non est scientia vna. Eodem modo accidet, quã fuerit propositio, quam intendimus destruere, vniuersalis negatiua: hoc est si ipsam destruemus fuerit vniuersalis, erit in prima figura: sin aũt particularis, erit in tertia figura: & quũ manifestũ est, qd' oportet, vt cõplicetur syllogismus cõplicatione, quæ rei existenti cõperitur, hoc est vt sit ex prædicatis in intellectu, secũm qd' sunt in natura extra intellectum: & hoc est qd' intelligitur per prædicatũ secundum constitutionem naturalem: manifestum quod destructio consimiliter complicatur in prima figura, ac tertia: quoniam materia propositionis, quã accipimus contradictoriam, in potentia enuntiat hoc, si sit vniuersalis, quemadmodum diximus, qd' erit in prima figura: sin autem particularis, erit in tertia.

Quomodo q̃ secundam figuram possit fieri instantia.

Sed destructio, quæ est in secunda figura proueniet vtiq; nõ ex eo, q̃ ponimus propositionẽ in potentia contradicentẽ propositioni, cuius destructionẽ intendimus a principio rei, secundũ q̃ ipsa est p̃ se manifesta: sed quã primo ponimus conuertentẽ ipsam secũm q̃ est per se manifesta: deinde ponimus q̃ ipsa conuer

titur: & propterea destructio in secunda figura, quemadmodum inquit Aristo. indiget operatione multa: vt in exemplo, si voluerimus destruere, qd' dicimus, a ineſt omni b, destructione vniuersali in secunda figura, ponemus primo, secũm q̃ est p̃ se manifestum, q̃ c comprehensum in b ineſt nulli a: deinde ponemus, q̃ hoc conuertitur, quouſq; deueniemus ad hoc, q̃ a ineſt nulli c: sed hoc totum elongatur existens a natura: & hoc, quoniam est prædicatio non secũm consuetudinẽ naturalẽ: & eodẽ modo se habebit res in destructione particulari, quæ est in prima figura. Istæ igitur sunt species destructionum, quæ sunt in figuris prædicatiuis. Cæterum consimiliter etiam sunt destructiones, quæ accipiuntur a cõtrario, & a simili, & ab opinione accepta ab aliquo celebrato, aut a pluribus celebratis: destructio aũt a contrario, & a simili erit in syllogismus conditionalibus. Exemplum vero destructionis a contrario, quemadmodum si aliquis ponat, q̃ ille est bonus, qui amat omnes fratres suos: destruamus autem ipsum, si dicamus, si ille est bonus, qui amat oẽs fratres suos: ergo malus erit, qui odio insequitur omnes fratres suos. Exemplum vero destructionis a simili, quemadmodum si aliquis ponat, qd' visio est per aliquid exiens a vidente ad visumdi cemus enim, si hoc ita est, erit igitur auditio per aliquid exiens ab audiente ad auditũ. Exemplum vero destructionis ab opinione admissa, quemadmodum si aliquis dicat, non oportet ebrios excusari quum peccant, quoniam rex non admittit excusationes suas, sed eos insequitur punitione.

Quomodo fiant instantiæ in locis hypotheticis a contrario, & a similibus.

De Eicote, hoc est, consentaneo, signo, & enthymemate. Cap. XXXVI.

EIcos autem, & signum, non idem est, sed eicos quidem est propositio probabilis. Quod in, vt in pluribus sciunt sic factum, vel non factũ, aut esse, vel non esse, hoc est eicos: vt odire inuidẽtes, uel diligere amantes. Signum aũt vult esse propositio demonstratiua, vel necessaria, vel p̃babilis: nam quo existente est, vel quo facto prius, vel posterius res, signum est vel fuisse, vel esse. Enthymema ergo est syllogismus imperfectus ex eicotibus, & signis. Accipitur aũt signũ tripliciter, quoties & medium in figuris: aut enim vt in prima, aut vt in media, aut vt in tertia. Vt ostendere quidem parietẽ esse, quod lac habeat, ex prima figura: mediũ enim: lac habere, in quo a, parere: b, lac habere: mulier in quo c.


* Intelligendum hoc de ijs solis, quę lac habent, & nondũ peperere.



Syllogismus enthymematicus in prima figura in solubilis.

Quoniam autem sapientes, studiosi: nam Pittacus est studiosus, per postremam: in quo a studiosum, in quo b sapientes, in quo c Pittacus. Verum igitur a & b de c prædicari: sed hoc quidem non dicūt quia notum sit: illud vero sumunt. Peperisse autem quoniam pallida, per mediam figuram vult esse, quoniam enim sequitur parientes pallor, sequitur autem & hanc: ostensum esse arbitrantur quoniam peperit. pallor in quo a, parere in quo b, mulier in quo c.

Sylli enthymematicus i fcda omnino solubilis, qæ cōficitur ex duabus affirmatiuis, & cōsequentis fallacia cōmittitur.



Ergo si vna quidem dicatur propositio, signum sit solum: si autē & altera sumitur, syllogismus. Vt Pittacus liberalis: nam ambitiosi liberales: Pittacus autem ambitiosus. Aut rursus, quoniam sapientes boni, Pittacus autem bonus, sed & sapiens: sic ergo fiunt syllogismi. Verum quidem per primam figuram insolubilis, si verus sit: vniuersalis enim est. Qui autem per postremam, est solubilis, etsi vera sit conclusio, eo quod non vniuersalis: est in tertia, nec ad rem syllogismus: non enim si Pittacus est studiosus, propter hoc & alios necesse est esse sapientes. Qui vero per mediam figuram est, semper & omnino solubilis: nunquam enim syllogismus fit, sic se habentibus terminis. Non enim si quæ peperit pallida, pallida autem & hęc, necesse est parere hanc: ergo verum est quidem in omnibus figuris, differentias autem habent iam dictas. An igitur sic diuidendum signum: horum autem medium iudicium sumendum: nam iudicium dicunt esse quod scire facit: tale autem maximè medium: an verò quæ quidem ab extremitatibus signa dicenda, quæ autem ex medio iudicium: probabilissimum enim & maximè verum est, quod est per primam figuram.

Tractatus d signo, & ve risimili.

Dixit, Verisimile autem, et signum non sunt vnum: quoniam verisimile est ex propositionibus probabilibus, & ex ijs, quæ sunt ex posibili secundum plus, hoc est re aliqua, quod sit, aut non sit secundum plus, & inuenitur, aut non inuenitur: & hoc, quemadmodum, si aliquis dicat, quod inimici odio habēt, & amici amant. Signum autem erit ex propositionibus, quæ sunt visa super inuentione rei, & essentia ipsarum: hæc autem visa, aut sunt necessaria, aut probabilia in veritate. Ac signum quidem, quod significat super inuentione rei, prædicatur secundum tres modos, secūdum quod sit prædicatio a terminis mediis in tribus figuris: hoc est vt prædicetur de minori, & subijciatur maiori, & tunc cōponitur signum in prima figura: aut vt prædicetur de vtrisque simul, & complicabitur in secunda figura: aut subijciatur ambabus extremitatibus, & complicatur in tertia figura. Exemplum huius in prima figura, si quispiam diceret, hæc mulier peperit, quia habet lacte enim componitur syllogismus: hæc mulier habet lac, & omne habens lac peperit: igitur hæc mulier peperit: & hæc est conclusio. Exemplum vero compositionis in tertia figura, sapientes sunt studiosi, quoniam Socrates studiosus: complicatur autem syllogismus hunc in modum: Socrates est sapiens: & Socrates est studiosus: igitur sapiens est studiosus. Exemplum autem compositionis signi in secunda figura, quemadmodum si aliquis dicat, hæc mulier peperit quoniam eius facies est pallida: componitur enim syllogismus ita: hæc mulier est pallida: & quæ peperit est pallida, & cōcluditur secundum primam extimationē, quod hæc mulier peperit. Quum igitur verificatur in omnibus his tribus speciebus syllogismorum secundum ambas propositiones simul, vocantur syllogismi: quum vero vna duarum propositionum occultatur, aut propter ipsius declarationem, aut propter ipsius falsitatem, vocatur signum. Ac signum quidem, quod est in prima figura, non est deficiens, propterea quod vere sequitur conclusio ex ipso, sed signum, quod est in tertia figura, est deficiens, quoniam conclusio accipitur vniuersalis, quum tamen secundum veritatem sit particularis. Quod autem est in secunda figura est imperfectum: quoniam in figura ipsa non est syllogismus ex duabus propositionibus affirmatiuis: quia non propterea quod mulier est pallida in tempore, in quo peperit, & hæc mulier est pallida, sequitur vt peperierit. Commune autē est omnibus his tribus signis, quod habeant propositiones veras: distinguuntur vero a seinuicem secundum figuras, in quibus componuntur: & quod ex ipsis vocatur signum secundum veritatem, est quod componitur in secunda figura & tertia, et est quum signum fuerit particularies vtrisq; extremitatibus, aut vniuersalius vtrisq; extremitatibus, hoc est extremitatibus quæsiti: quum enim fuerit vniuersalius, componitur in secunda figura, quum vero extiterit particularius, complicatur in tertia. Signum autem, quod componitur in prima figura, est verissimum signorū, & nobilissimum ipsorum: & hoc est, cui appropriatur nomen vestigij.

Quid sit verisimile.

Quid sit signum.

Signū sit in tribus figuris.


Quum sunt ambæ propōnes, dicitur syllus, quum deficit vna, vocat signum: & hoc est enthymema.

Signū in prima figura ē indeficiens.

De syllogismo physiognomico. Cap. XXXVII.

Naturas aūt cognoscere possibile est, si quis concedat simul transmutare corpus, & animam: quæcunque sunt naturales passiones: discens enim aliquis fortasse musicam, trāsmutauit secundum quid animam, sed non earum, quæ natura nobis insunt, hæc est passio, sed vt iræ, & concupiscentiæ, & naturalium motionū. Si igitur & hoc det, & vnū vnius signum esse, & possimus sumere propriam vniuscuiusque generis passionē, & signū: poterimus naturas cognoscere. Si .n. est propriè alicui generi indiui duo inexistēs passio, vt leonibus fortitudo, necesse est & signū esse aliquod: compati enim sibiinuicem positum est, & sit hoc magnas summitates habere: quod & aliis generibus non totis contingit.

Nam signum sic proprium est, quoniam totius generis propria passio est, & non solius proprium, sicut solemus dicere. inest: ergo & in alio genere hoc, & est fortis homo, & aliquod aliud animal: habebit ergo signum: vnū. n. vnius erat. Si ergo hæc sunt, poterimus talia signa colligere in iis animalibus, quæ solū vnam passionem habent aliquā propriam, vnaquæque aut habet signum: & quoniam vnum habere necesse est, poterimus naturas cognoscere. Si uero duo habet propria totum genus, vt leo forte, & communicatiuum, quomodo cognoscemus vtrum vtrius sit signum, eorum signorum? quæ propriè requuntur? An si & alii alicui non toti ambo, & in quibus totis vtrūq; quando hoc quidem habet, illud vero non? Nam, si fortis quidem, liberalis autem non, habet autem duorum hoc, palam: quoniam & in leone hoc signum fortitudinis. est vero naturas cognoscere in prima quidē figurā, eo q̄ medium priori extremitati conuertitur, tertiam autem transcendit, et non conuertitur. vt sit fortitudo a, summitates magnas habere in quo b, c autem, Leo: ergo cui c, b omni sed & alijs. cui autē b, a omni, & non pluribus, sed cōuertitur: Si autem non, non erit vnū vnius signum.



Sylſi ad cognoſcendam Leonis fortitudinem.

Tractatus de syllogismo anatomico.

Dixit, Syllogismus autem anatomicus inueniri vtique poterit apud eum, qui admittat, quod accidentia animæ naturalia, quemadmodum tra & fortitudo, signauerunt animam, & corpus a principio creationis: quoniam notum est, quod accidentia non naturalia non signant corpus, licet forte signent animam: quemadmodum qui didicit artem musicam, signauit vtiq; animā suam, non aūt ex hoc signauit corpus suum. Si. n. aliquod ex animalibus: creatum fuerit forte secūm naturā, aut similiā secūm naturam, dicere semper aliquis poterit, qđ istę species animaliū sunt signatæ ab istis accidentibus naturalibus, quum igitur admiserit hoc, & admiserit etiam, qđ inest vnicuiq; animalium speciei aliquod accidēs ex accidentibus animę naturalibus, sequitur vt insit vnicuiq; ipsorū signum. & accidentia appropriata vnicuiq; accidenti ex accidentibus animarū suarum naturalibus. Quod quā ita sit, fieri poterit, vt inueniatur syllogismus anatomicus. Vt in exemplo, qm leoni est fortitudo, oportet, vt a creatione sua illi insit signū significans supra fortitudinem suam: qm iam posuimus animam & corpus signari ab accidentibus animæ naturalibus: sit aūt hoc signū in magnitudine extremitatū supræmarū: oportet igitur, vt inueniat magnitudo extremitatū in ol alaliū specie, q̄ est fortis: qm sequit, vt signū istud sit .ppriū fortitudinis: tā. n. posuimus, qđ omne accidēs animę habet signum proprū; quā igitur fortiudo inueniatur in alio

Accidentia naturalia signant animam & corpus à principio creationi: accidentia vero nō naturalia solum animā.

A alio a leone, quoniam homo & alia ab ipso sunt fortia: sequitur autē, q̄ quum perfecerimus signa significantia in vnaquaque specie animalium super accidentibus animæ, vt ipsa approprientur vni speciei, aut pluribus vna specie: erit hoc, quod inuenitur in isto animali vno ex ipsis accidens vnum aut plura vno accidente: quemadmodum si est in leone fortitudo & magnanimitas, & secundum vnumquodque istorum signum, iam cognoscemus ipsum, & faciemus in eo anatomiam, & iudicabimus, quod cuicunque individuo inest hoc signum, quod illi inest hoc accidens ex accidentibus animæ. Syllogismus igitur anatomicus erit, quum conuertitur terminus medius cum maiore extremitate, & non conuertitur cum ipso extremitas minor: quoniam, si medius terminus non conuertatur cum maiore extremitate, non erit signum appropriatum huic vestigio, & non significabit super ipso: vt in exemplo, si non verificatur quod dicimus, omne habens magnas extremitates est forte, non erit vtilitas in hac monstratione, quum dicimus, istum hominem esse fortem, eo quod habet magnas extremitates: & hoc, quoniam habemus vtique, quod fortis habet magnas extremitates, habere autem magnas extremitates est terminus medius: & fortis est extremitas maior: quum igitur non verificatur conuersio extremitatis mediæ, quæ est magnarum extremitatum, cum ma-
B iore, quæ est fortis, fieri non potest, vt ex ipso monstremus, quod iste homo est fortis, quoniam est magnarum extremitatum: quoniam hoc monstratur per duas propositiones: quarum vna est, quod hic homo est magnarum extremitatum: & omne magnarum extremitatum est forte. Ex conditionibus vero suis est, quod non conuertatur minor extremitas cum medio: quoniam, si conuerteretur, esset omne magnarum extremitatum leo: & hoc, quoniam hoc in loco sunt tres termini, leo, fortis, & magnarum extremitatum: ac magnarum quidem extremitatū est terminus medius, & leo minor, & fortis maior. Quod si vera esset conuersio minoris extremitatis cum medio, puta, quod omne magnarum extremitatum est leo, fieri non posset, vt magnæ extremitates inuenirentur in alio, quam in leone: & fieri etiam non posset, vt secundum hoc monstraretur in alio a leone, quod est fortis: quemadmodum si non conuerteretur medium cum maiore, non esset magnarum extremitatum signum appropriatum fortitudini.

Priorum resolutoriorum, cum Auerrois media expositione,

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PARTEM SEQVENTEM ARGVMENTVM.

DISSERERE hic in quouis negotio docemur. Tractaturq; dialectica potissimum ratiocinatio ex probabilibus, differens a litigiosa. quoniam in ea non tam probabilia sunt, quam videntur. Confert exercitationi, congressibus Philosophiæ. Propositio igitur omnis, vel problema, quod à propositione modo tantum differt, circa genus, definitionem, proprium atque accidens, & quidem in prædicamentis omnibus versantur. Cernitur & idem, & alterum, quod vtrunque, genere, specie, numero. Quatuor dialectici instrumenta, acceptio propositionum, distinctio intellectuũ, inuentio differentiarum, consideratio similitudinis. Propositiones accipimus, ex omnium, ex vulgi, è sapientium opinionibus, vel moralibus, vel naturalibus, vel rationalibus. Distinguuntur intellectus in spectis oppositis, specie ne an vocabulo differant: item casibus, generibus, finitionibus, & comparationibus, discriminibus. Differentiæ generibus exquiruntur. similitudo iis indagatur, quæ diuersorum sunt, aut eorundem generum. Horum quælibet vsus habent in disputando proprios.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

Logices pars tertia, quæ localis, atque inuentiua dicitur, Topicorum, ac Elenchorum vniuersos complectens libros.

Cum Auer. Cordub. Media expositione, ab Abramo de Balmes translata.

Primus liber Topicorum tres summas continet.

In prima a cap. 1. vsq; ad 5. de ratiocinandi speciebus differit.
In secunda a cap. 5. vsq; ad 11. de ratiocinationis partibus.
In tertia a cap. 11. vsq; ad finem docet instrumenta Topica.

Quid intendit, & quæ ratiocinandi species Cap. I.

A PROPOSITVM quidem negotii est methodum inuenire, per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, & quæ eius differentiæ, quomodo sumatur dialecticus syllogismus: hunc enim quærimus secundum propositum negotium. Est itaq; syllogismus oratio, in qua positis quibusdam, aliquid aliud a positis ex necessitate accidit, per ea, quæ posita sunt. Demonstratio verò est, quando ex veris & primis syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera, eius, quæ circa ipsa est, cognitionis principiũ sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus est, qui ex probabilibus est collectus: Sunt autem vera & prima, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent. Non enim oportet in *disciplinaribus principiis, inquirere propter quid: sed secundum vnumquodque principiorum ipsam per se esse fidem. Probabilia autem sunt quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus: & his vel omnibus, vel plurimis, vel maxime familiaribus,* & probatis. Litigiosus autem est syllogismus ex iis, quæ videntur probabilia, non sunt autem. Et qui ex probabilibus quidem, aut ex iis, quæ videntur probabilia, est apparens. Non enim omne, quod videtur probabile, est probabile: nihil enim eorum, quæ dicuntur probabilia superficietenus, habet omnino phantasiam, * velut circa litigiosarum disputatio-

Methodus significat semitã, viãq; compendiariã; quo nomine Aristo. suas iure discipli nas vocat: sunt.n. breuissimæ, & cito ad rei, de qua sunt, ducentes cognitionem. Quid syll's. Quid demõstratio. Quid dialecticus.

* A. li. scientificis.

* A. li. familiaribus. Quid litigiosus.

* Id est, talia sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num principia accidit se habere: statim enim, sæpius etiam eis, qui parua videre possunt, manifesta est in his falsitatis natura. Ergo prior quidem eorum (qui dicti sunt litigiosi syllogismi) etiam syllogismus dicatur: reliquus verò litigiosus quidem syllogismus, syllogismus autem non: eo quòd videtur quidem ratiocinari, ratiocinatur autem minime. Amplius autẽ præter omnes (qui dicti sunt) syllogismos, ex iis, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria, fiunt paralogismi: quemadmodum in geometria, & huic cognatis, accidit se habere. Videtur autem hic modus differre a dictis syllogismis. nam neque ex veris, & primis colligit pseudographus, neque ex probabilibus: nam sub definitionem non cadit: neque enim quæ omnibus videntur sumit, neque quæ pluribus, neque sapientibus, & his, neque omnibus, neque plurimis, neque probatissimis, sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non veris autem, syllogismum facit: nam eo quòd aut semicirculos describit, non vt oportet, aut lineas aliquas ducit, non vt ducendæ sunt, paralogismum facit, Species igitur syllogismorum, vt figuraliter sit complecti, dictæ sunt. Summatim autem dicendo de omnibus prædictis, & de his, quæ postea sunt dicenda, intantum nobis determinatum sit: eo quòd de nullo eorum exactam rationem assignare deligimus: sed aliquantulum figuraliter de his volumus pertransire: omnino sufficiens arbitrantes esse secundum propositam methodum, posse cognoscere quomodo vnumquodq; illorum se habet.

Syllogismus pseudographus.

Libri intentio.

HVIVS libri intentio est methodorum, & vniuersalium, ex quibus ars topica componitur, & illorum, quibus perfectior & præstantior fit, scientiam tradere. Hæc enim ars fit secundum eius maximam perfectionem duabus rebus, quarum vna est scientia rerum & methodorum, quibus construitur, & altera est exercitatio illarum institutionum, earumque vsus, adeo quod illarum exercitium reddatur habitus, & hoc fit sicut dispositio reliquarum artium factiuarum, prout est ars medica, & aliæ. & vt vniuersalius inquam, hæc ars est illa ars, qua possumus, quãdo quærimus instituere syllogismum ex promulgatis præmissis, ad destruendum positum, quod respondens admittit in sua cautione, & ad cauendum omne positum vniuersale, quod quærens procurat destruere, quando nos respondemus: & hoc, secundum quod possibile est in singulis positis: quoniam non est consuetudinis quærentis omnino destruere, quod respondens admittit in sua cautione, nec est moris respondentis omnino cauere destructionem illius, quod cauere admittit: sed vtriusque moris est, quando quærens, aut respondent: quod quæstiones & responsiones conferant ad vltimum cautionis, & destructionis, quod possibile est in hoc illo posito, sicut est dispositio artis medicæ: quia non oportet medicum omnino sanare, quod vero et expedit, est, quod non lateat aliqua res, de his, quas ars ferre cogit ad hanc ægritudinem, quantum et possibile est. Et quia dialectici nomen apud vulgus significat orationes inter duos, quibus vterque sibi proponit alterutrum vincere, quauis specie orationum contigerit, transtulit Aristotel. hoc nomen ad hanc rem, quæ rerum omnium est huic proxima, similis enim est rei, quam vulgus intendit, & est illa res, quam destituimus: & aliquando hic liber vocatur liber locorum, ac iterum infra scies quid sint loci.

Diuisio libri topicorum in tres partes.

Partes vero huius artis sunt tres. Quarum prima notificat dicta, ex quibus componuntur orationes topicæ secundum suas partes, & partium partes, vsq; ad simplicissimas illarum, ex quibus componuntur: & hæc pars est prima primi voluminis Aristotel. In secunda autem parte notificantur loca, quibus constituuntur syllogismi ad rei constructionem & destructionem in omnibus speciebus quæsitorum huius artis: & hoc fit in sex libris voluminis Aristotelis. In tertia autem parte notificatur, quo modo expediat quærere quærentem, & respondere respondentem, & quot modis fiat quæstio & responsio, & hoc fit in octauo libro voluminis Aristotel.

Ad quot vtilis dialectica, differendique disciplina. Cap. II.

CONSEQVENS autem est ex iis, quæ dicta sunt, dicere ad quot, & quæ, vtile sit hoc negotium. Est autem ad tria: ad exercitationes, ad colloquia, ad eas, quæ secundum philosophiam sunt, disciplinas. Quòd igitur ad exercitationem sit vtile, ex his perspicuum est: methodum enim habentes, facile de proposito argumentari poterimus.

k Ad colloquia verò, eo quòd multorum annumerantes opiniones, nõ ex extraneis, sed ex propriis doctrinis * sermocinabimur ad eos trãsmutantes quicquid non bene, videntur nobis dicere. Ad secundum philosophiam autem disciplinas: quòd potentes ad vtraq; dubitare, facile in singulis intuebimur verum, & falsum: præterea autem ad prima eorum, quę in vnaquaque disciplina sunt, principia. Nam ex propriis secundum propositam disciplinam principiis, impossibile est dicere aliquid de ipsis, eo quòd prima principia sunt omnium: per ea verò (quæ sunt circa singula) probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maximeve peculiare dialecticæ est: nam cum sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia viam habet. Habebimus autem perfectè methodum, quando perinde habebimus ac in rhetorica, & medicina, & huiusmodi facultatibus: hoc aũt ex iis, quæ contingunt facere, quæ eligimus. Nam neque rhetor omni ex modo

c persuadebit, neq; medicus sanabit: sed si ex iis, quæ cõtingunt, nihil omiserit, sufficienter eum disciplinam habere dixerimus.

* A. 1. sectio

In disciplinis sint propositũ quem per eas scrimus, nõ semper assequimur, sed nihilominus eas habere dicimur, si ex eis, q̃ contingũt, nihil omittimus.

SED huius artis iuuamina sunt tria. Quorum primum est ad ipsum exercitium, secundum autem est ad publicas vulgi comparationes, & tertia in scientias theoricas. Ipsius quidem iuuamen ad exercitium est, q̃ præparat ad modum scientiarum, easque venandum, quando enim nobiscum fuerint notæ methodi, & notæ regulæ, quæ sunt communes, ex illis procedemus ad rei constructionem & destructionem: sit itaq; per hanc artem nobis via discernendi ad sciendum opiniones & assertiones, & cognitionem veritatis a falso perfectioris actionis, & perfectioris intentionis, quam sit vis, quæ nobis sit vsu sine cognitione harum methodorum: & ideo huius artis perfectio attingunt his duabus rebus, scilicet exercitio & methodorum cognitione: & est manifestum, q̃ exercitium, quod per hanc artem intenditur, disponat ad hanc philosophiam eo modo, quo facit exercitium equorum equitationis in ludis, dispositionem ad bellum.

Tria iuuamina huius artis.

Ipsius vero iuuamen ad vulgares comparationes est, quia ex quo necessitas conducens rebus publicis ad æquitatem, & ad virtutes multas affectio fit ex rebus similibus conferentibus illis ad publica consortia. Et re sic existente, eis

impossibile sit, quod incidat veritas in res similes nisi per vulgatas regulas, quæ sunt orationes, quibus vtimur in hac arte, sic iterum confirmantur apud illos res similes, quæ sunt vulgatæ orationes, difficilioris enim contradictionis sunt, quam orationes rhetoricæ & poeticæ, & si fiunt regulæ rhetoricæ & poeticæ vicæ regularum topicarum, hoc autem tam commonstrato est in scientia politica. Ipsius vero inuamen ad scientias theoricas est multipliciter.

Quorum modorum vnus est: quia aliquando volumus constituere veritatem de aliquo quæsito, & fit nobis difficile illud comprehendere, & per hanc artem possumus construere de hoc quæsito duos syllogismos mutuo repugnantes, quorum vnus construat illud, & alter destruat: & quando hoc fecerimus, facile fit nobis possibile secernere hanc partem veram duarum illarum orationum repugnantium a mendace, quando inferemus duorum syllogismorum præmissas demonstratiuis methodis, adeo q̃ discernamus prædicata per se ab accidentalibus, quæ in illis fuerint: præmissæ enim syllogismorum topicorum pro maiori rei parte non sunt secundum se totas falsæ, neque secundum se totas veræ. Et huius quidem dispositio similis est illi, q̃ accidit in artibus factitiis: deprehendit enim secernit auri & argenti subtilitatem a reliquis substantijs illis commistis, aurifex autem est ille, qui illud purum discretum sumit, illudq; extendit, & ex eo conflat quod voluerit. Si autem aurifex sumeret onus ambarum rerum simul posset hoc facere, sed res esset ei grauior, hoc autem magis trãsit in res, quibus commiscetur q̃ est per se, cum illo, quod est accidentaliter, & hoc contingit in scientia physica, & scientia diuina, & scientia politica, aliter q̃ res sit in scientijs mathematicis: & ideo raro inuenimus Aristo. q̃ proferat demonstrationem alicuius rei harum trium scientiarum, nisi prius præposuerit demonstrationi dubium topicum de hac illa re. Et notum est, q̃ hoc scientiæ inuamen sit aliud a inuamine exercitij, quatenus hoc est per se, & illud est mediante vi ex ipso exercitio proueniente.

Secundus autem modus est, quia ex quo artes ambiuntur tribus rebus, scilicet præmissis & quæsitis & syllogismis, hic autem numerus harum rerum, qui partitur earum ambitum ex ea parte, qua sunt vulgatæ, est facilior, quando itaque adipiscuntur suum propositum per opus, facilius est discernere, quod ex illis positum est esse verum, an sit eo modo, quo positum est, nec ne. Hoc autem fit demonstratiuis methodis: ille enim hoc modo iterum transit in demonstrationem.

Tertius autem modus est, quia nos inuamur præmissis diuulgatis ad artium principia, & hoc fit multis modis: quorum vnus est, q̃ sumat illa principia, quæ non ostenduntur nisi inquisitione: ad vtendum autem inquisitione indiget modo, qui traditur in hac arte, & aliter est quia aliquãdo illa principia sunt de illis, quas concipere est difficile illi, qui initiatur in disciplina, aut asserere illa primo affatu, & vt occurrat assertio vtitur rebus diuulgatis, quousque eius mens confirmetur per hoc, & ei incidat assertio illorum. Prout facit Aristoteles in libro Perihermenias distinguendo res ratione dictionum, quando illas distinguit in nomen, verbum, & dictionem syncathegorematicam.

Quartus autem est, quia species præmissarum, quæ subiectiones certæ sunt, quæ consueuerunt in alia arte commonstrari, præter illas artes, in quibus subijciuntur, & addiscentis opinio de illis est contra id, q̃ illis supponitur in illa arte, sicque aliquando alliciatur rebus vulgatis, vt illas recipiat qui addiscit, donec initiatus sit in arte, in qua profertur demonstratio de illis, & illas sciat vera scientia.

Et quintus est, quia illis repelluntur sophistæ deceptores circa principia scientiarum, prout fecit Arist. in primo libro physicorum contra illos, qui negabant multitudinem, & motum esse.

Sextus autem est, quia ex quo demonstrationum sunt duæ species, quædam species, quæ verificat naturaliter ignota, & alia species, qua verificatur per se intelligibile apud illum, qui illud negaret: & hoc commõstratur per præmissas maxime vulgatas, quibus contingit eũ hoc q̃ sunt vulgatæ, q̃ sint et veraces:

illæ enim iuuant hanc rem. & hic speculandi modus est maximus modus speculationis, qui fit in methaphysicis, in verificando principia scientiarum particularium. Sicq; iam diximus huius scientiæ intentionem, & eius nominis significationem, eiusq; partitionem, & vtilitatem, & progrediemur ad orationẽ edicendi eius partes, & incipiemus orationem a prima eius parte. Et considerabimus primo quæ sint orationes, & ex quibus componantur, & quo modo componantur, & quot sint ipsarum species.

Ex quibus, & quot, disceptatio dialectica consistet. Cap. III.

PRIMVM igitur considerandum, ex quibus est methodus: siquidem sumpserimus ad quot, & quæ, & ex quibus orationes, & de quibus syllogismi: & quomodo his abundemus, habebimus sufficienter propositum. Sunt autem numero æqualia & eadem, ea ex quibus orationes, & de * quibus syllogismi: fiunt enim orationes ex propositionibus: de quibus autem syllogismi fiunt, problemata sunt. Omnis aũt propositio, & omne problema, aut propriũ, aut genus, aut accidẽs indicat: etenim differẽtia, cum sit generalis, cum genere ordinanda est. Quoniam aũt proprium hoc qui dẽ quid est esse significat, illud aũt non significat, diuidatur proprium in veraſq; prędictas partes, & vocetur illud quod quid erat esse significat, terminus: reliquum vero secundum cõem de ipsis assignatam nominationem, nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex iis quæ dicta sunt, q̃ secundum præsentem diuisionem quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. Nemo autem nos opinetur dicere q̃ vnumquodq; horũ secundum se dictũ propositio, vel problema est: sed quòd ab * his & problemata, & propositiones fiunt. Differunt autem problema, & propositio, modo: nam cum sic dicitur, putasne animal gressibile bipes definitio est hominis? & putasne animal genus est hominis? propositio fit. Si autem, Verum animal gressibile bipes definitio est hominis, an non? problema fit. Similiter autem & in aliis. Quare merito æqualia numero problemata, & propositiones sunt: nam ab omni propositione problema efficies, mutans modum.

*hic, de, pro ex, positum est.

Interrogatio problematis vtriusque oppositorũ claudit: propositionis aũt, alterum tantũ. *ab pro ex.

ET dicimus quod topicæ orationes vniuersaliter sunt syllogismi, qui fiunt ex vulgatis præmissis, sicut demonstrationes sunt syllogismi, qui fiunt ex præmissis primis naturaliter: & incipiemus ex his in exemplificando ipsarum simpliciorem, quæ tãdem sunt problemata, & præmissæ vulgatæ, ipsarũq; partes. Dicimusq; quod præmissæ, & problemata sunt subiecto vnæ, & modo duæ: oratio enim enunciatiua, qñ ponitur admissa, & fit syllogismi pars, vocatẽ præmissa, qñ vero de ea inquirimus secundum modum construendi vnum contradictoriorum de ea, aut illius destructionẽ, vocatur problema: hoc autem sic existente cuiusque præmissæ & cuiusq; problematis prædicatum, non euadit quin sit definitio, aut genus, aut differẽtia, aut proprium, aut descriptio, aut accidens, re autem sic existente quæsita topica sunt sex specierum, sed Aristo. concluſit differentiã in genere, & posuit eam vnã. & similiter inclusit descriptionẽ in proprio, & constant ẽsita topica apud ipsum quatuor spẽs, aut definitiones, aut ppria, aut genera, aut accidentia. Et eius propositũ hic est cõmonstrare loca

De partitione quæsitorum in topicis secũdum numerum prædicatorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulorū horum quatuor quæsitorum, qū.n.non amplecterentur quæsita, non amplecterentur loca ipsa cum eo, quod illorum est scientia simplicioris, ex quo ex illis componuntur orationes topicæ. Expedit itaque nobis describere vnumquodque horum quatuor secundum descriptionem sibi conuenientem in hac arte, quæ sunt descriptiones & definitiones vulgatæ: & iterum infra narrabimus, quod reliqua quæsita includantur in his quatuor, & amplectantur in hoc capite.

De termino, proprio, genere, & accidente. *Cap. IIII.*

Noſe termini hic, & in ſequentibus definitio intelligitur.

DICENDVM autē, quid terminus, quid proprium, quid genus, quid accidens. Eſt autem terminus quidem oratio, quid erat eſſe ſignificans. Aſsignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione: poſsibile eſt enim & eorum, quæ ſub oratione ſignificantur, quædam definiri. Quicunque autem quolibet modo nomine aſsignationem faciunt, manifeſtum quoniam non aſsignant ii rei definitionem, eo quòd omnis definitio, oratio quædam eſt: accommodatum tamen termino, & huiuſmodi ponendum eſt: vt quod honeſtum eſt, decens. Similiter autem & vtrum idem ſenſus, & diſciplina, an diuerſum: etenim circa definitiones, vtrum idem, an diuerſum, plurima ſit immoratio. Simpliciter autem accommodata termino omnia dicantur, quæ ſub eadem diſciplina cum definitionibus cōtinentur. Quòd autem omnia, quæ nunc dicta ſunt, huiuſmodi ſunt, manifeſtum ex his. Potentes enim quòd idem, & quòd diuerſum diſputare, eodem modo & ad definitiones argumentari facilè poterimus: nam oſtendentes quòd non idem eſt, interimentes erimus definitionem, nō tamen conuertitur, quod nunc dictum eſt: non enim ſufficiens eſt ad aſtruendum definitionem oſtendere idem eſſe: attamen ad deſtruendum, ſufficiens eſt oſtendere quòd non idem eſt.

Oīs definitio eſt oratio: quare dictio ſola nō eſt definitio, ſed ſi aliquantum viriū deſſui tōis habet.

Nō ſatis eſt oſtēdere idē eſſe ad definitionis cōſtructionē, ſed ad euerſionem eius ſatis eſt diuerſam oſtēdere eſſe.

Proprium autem eſt, quod non indicat quid eſt eſſe, ſoli aūt ineſt, & conuerſim prædicatur de re: vt proprium eſt hominis grammatices eſſe ſuſceptiuum. Nam ſi homo eſt, & grammatices ſuſceptibilis eſt: & ſi grammatices ſuſceptiuum eſt, & homo eſt. Nemo enim propriū dicit, quod contingit alii ineſſe, vt homini dormire: neque ſi forſitan per aliquod tempus ineſt ſoli. Si autem* forte dicatur aliquid talium proprium, non ſimpliciter, aliquando, vel ad aliquid dicetur: nam ex dextris quidem eſſe, aliquando proprium eſt. Bipes autem ad aliquid proprium eſt dictum: vt homini ad equum, & canem. Quod autem eorum, quæ contingunt alii ineſſe, nullum conuerſim prædicaſ, manifeſtū eſt: non enim neceſſarium eſt ſi quid dormit, hoīem eſſe.

* alias, ſi enim.

Quid, in eo qđ quid eſt ꝓdicari ſit.

Genus autem eſt, quod de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur. In eo quòd quid prædicati ea dicuntur, quæcunque conuenit eum, qui interrogatus eſt, reddere, quid eſt, quod propoſitum eſt: quemadmodum de homine, conuenit eum, qui interrogatus eſt, quid id eſt, quod propoſitū eſt, dicere quòd animal.

Generi autem accōmodatū eſt vtrum in eodem genere aliud alii, an in altero ſit. Nam & huiuſmodi ſub eandem methodum cadit cum genere: diſputantes enim quod animal genus hominis, ſimpliciter & bouis, diſputantes erimus quoniam hæc in eodem ſunt genere: ſi aūt alterius quidem oſtendamus quòd genus eſt, alterius autem ꝙ non eſt, diſputantes erimus quoniam non in eodem genere hæc ſunt.

Accidens autem eſt, ꝙ nihil horum eſt, neque definitio, neque proprium, neque genus, ineſt autem rei. Et quod contingit ineſſe cuinis vni, & eidem, & non ineſſe: vt ſedere contingit ineſſe alicui eidem, & non ineſſe, ſimiliter autem & album: nam & idem nihil prohibet quādoque album, quandoque non album eſſe. Eſt autem accidentis definitionum ſecunda melior nam cum dicitur prima, neceſſarium eſt ſi debet quis intelligere, præſcire quid eſt terminus, & genus, & ꝓpriū: ſecunda autem perfecta eſt ad cognoſcendum, quid eſt, quod dicitur, per ſe. Annectantur autem accidenti, & quæ ad ſeinuicem ſunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ: vt vtrum honeſtum, an quod confert, expetibilius: & vtrum quæ eſt ſecundum virtutem, an quæ ſecundum voluptatem ſuauior vita: et ſi quid aliud ſimiliter his eſt dictum: in omnibus enim talibus vtri magis prædicatum accidit, quæſtio ſit. Manifeſtum eſt autem ex his, quoniam accidens nihil prohibet, et quando, et ad aliquid proprium fieri: vt ſedere cum ſit accidens, quando quis ſolus ſedet, tunc aliquando proprium erit: ſolo vero ſedente, ad non ſedentes proprium. quare et ad aliquid, et aliquando nihil prohibet accidens, proprium fieri, ſimpliciter autem proprium non erit.

De definitione.

Dicimus quod definitio ſit oratio ſignificans rei quidditatem, qua eſt ipſius eſſentia, quæ illam proprie decernit: bifariam autem definitio explicat: aut enim explicat quid ſimplex nomen ſignificet, prout dicimus, an homo ſit animal rationale: aut explicat quid oratio ſignificet, & hæc quidem eſt triū ſpecierum, quia aut explicat quid ſignificet oratio, quæ gerit vicem nominis, ſicut dicimus, an lunæ eclipſis ſit, quod obſcuretur, dum cadit in pyramidem terræ vmbræ. Aut explicat quid ſignificet ipſa deſcriptio, prout dicimus, an ſcientiæ receptiuum ſit animal rationale: aut explicet quid ſignificet ipſa definitio, & hoc quidem poſsibile eſt in his, quarum ſunt duæ definitiones: ſonus, qui ſit in nubibus eſt extinctio ignis in nubibus, aut diuulſio venti, qui in eis detinetur: ambæ enim hæ ſunt conſtrui definitiones; & aliquando vtimur hac, quando rei eſt definitio, & vnuſcuiuſque ſuarum partiū eſt definitio, & ſic definitio vnuſcuiuſque ſuarum partium vice illius, quod illarum nomina ſignificant: explicatio vero, qua eſt nomen nominis vice, hoc eſt, quando ignoramus an ſignificatio primi nominis ſit ſecundi nominis ſignificatio, prout dicimus, an pulchrum ſit ipſum præeligendum. & hæc ſubintrat genus definitionis, hoc eſt, ꝙſtra definitionū. & ſimiliter deſcriptiones, quæ ſunt, quatenus ſunt expoſitiones nominis ſignificationis, non quatenus ſignificant rem illi inexiſtentem, prout dicimus, an quod vacui nomen ſignificat, ſit locus, in quo nulla res eſt. Et vt vniuerſalius inquam ſpecies quæſiti, quo quæritur. An tale ſit tale ipſum idem, aut aliud, & ſubintrat hoc quæſitum, hoc autem ſic eſt, quia qui conſtruit rem eſſe rei definitionem, iam prius conſtruxit, ꝙ ſit idem ſibi, & qui conſtruit ꝙ non ſit illud ipſum, & ꝙ ſit illud, iam deſtruxit definitionem, & ideo loca de

eodē & diuerſo numerantur cum locis definitionis, & quod tibi hoc ſignificat, D
eſt, quia vulgus opinatur quod commutatio nominis in aliud, ꝙ notius illorum
eſt, illud eſt definitio prout comperimus loquentes, quod definierint ſcientiā,
quod ſit ſapientia.

De ꝓprio. Proprium autē eſt quod non ſignificat rei quidditatem, & ineſt toti rei & ſo-
li, & ſecum conuertitur prædicatione, verbi gratia, diſciplinabile de ipſo homi
ne, quia quando homo eſt, diſciplinabile eſt, & quando diſciplinabile eſt, homo
eſt, vulgarium enim eſt de proprij diſpoſitione, quod impoſſibile ſit, ꝙ inſit alij
q̄ illi, cuius eſt proprium. Et ſi nihil prohibeat, quod vocetur proprium, quod
eſt vniuerſalius re, quando ineſt illi ſoli aliquo tempore: ſomnus enim eſt cu-
iuſdam hominis, proprium, quando hoc tempore, aut in hoc loco non dormit,
niſi hic homo. Et aliquā vocatur proprium, quod ineſt parti ſpeciei, ſed nō ineſt
alij, ſicut azurinus oculus homini ineſt: verumtū propriū eſt id, q̄d definiuimus:
hoc autem, ſi dicatur proprium, eſt nominis æquiuocatione, aut per poſterius.

De genere. Genus autem eſt, quod prædicatur de multis ſpecie differentibus in eo quod
quid ſit, & ſecundum hanc quæſiti ſpeciem, ſcilicet an tale ſit talis genus, ſub-
intrat illud id, ꝙ dicimus, an tale & tale ſint ſub vno genere, aut diuerſi ge-
neribus, & hoc ſit, vt ſit quærere gratia exempli, vtrum homo & bos ſubſint
vni generi & commonſtretur nobis, quod homo ſit animal, & bos iterum ſit ani- ß
mal, per locum generis commonſtratum erit nobis, quod ſubſint vni generi.
Si autē commonſtratū fuerit quod ſit genus vnius ipſorū, & non ſit genus alte
rius, commonſtratum eſt, quod non ſubſint vni eidem generi.

De accidē- Accidens vero Ariſtot. deſcribit hic duabus deſcriptionibus, eo quod non
ti. ſit ſufficientia in deſcriptione alterius illarum, quæ ipſum ambit: quarum vna
eſt quod accidens non numeretur in vllo horum trium, ſcilicet neque in defini-
tione, neque proprio, neque genere, cum rei inſit. Secunda autem deſcriptio eſt,
quod ſit id, quod poſſibile eſt ineſſe, & non ineſſe vni eidem rei. Prima nanq;
deſcriptio ambit accidentia ſeparabilia & inſeparabilia, & huius deſcriptionis
natura intelligitur ex parte priuationis, hoc eſt, inquantum eſt priuatio clauſu-
larum, quæ dictæ ſunt in illorum trium definitionibus, & ideo eſt eius ſcientia
imperfecta. Per ſecundam vero deſcriptionem intelligitur ſecundum eius eſſen
tiam, ſed ambit ſolum ſeparabile: & quæſita eligibilioris & digniorꝭ ſubintrāt
capitulum accidentis, magis enim & minus ſunt accidentis, & aliquando puta-
tur quod eis vtendum ſit in comparatione ſubſtantiæ, prout in quiſuit Ariſt.
in libro prædicamentorum. An individua ſubſtantiæ ſint magis ſubſtantiæ, aut
ipſæ ſpecies, & ſicut eſt eius ſcrutinium an materia ſit dignior vocari ſubſtan-
tia aut forma, & ſecundum hoc quæſita comparationis ſubintrant omnia prædi
camenta. Quæſitum vero an prædicatum inſit ſubiecto tantum Ariſto. com- F
monſtrat quod ſubintret ipſum accidens. Et poſuit ipſum ſubintrare accidens,
& ſi prædicatum, quando ponitur ineſſe ſubiecto non commonſtretur de eo, q̄d
ſit accidens, neque quod ſit genus, neque definitio, neque proprium, propterea
quia quando commonſtratum fuerit, quod res rei inſit, ſaltem de illa poſſibile
eſt verificari quod ſit accidens, ſi non ſit vnum de illis reliquis, & poſuit eius
vim, vim accidētis, ſicut eſt diſpoſitio indefinitæ, cuius vis poſita eſt vis par-
ticularis. Præterea vnūquodq; illorū. ſ. definitio, genus, & proprium, largiuntur
de ſubiecto notionis crementum, accidentis autem non eſt vllum crementū no-
tionis, quod vero de eo quæritur, eſt, quod inſit, & ideo ſubintrat numerum
quæſitorū eſſendi. Quæſitū vero an res ſit ſimpliciter, varij circa ipſum fuerunt
expoſitores, quam ſpecierum horum quatuor quæſitorū ſubintret: veruntamen
quando dicendo an hoc ſit, velimus intelligere ſicut dicēdo an illud ſit verax,
quod, ſcilicet id eius quod eſt in anima connexum ſit illi, quod eſt extra ani-
mā, indubitate illud ſubintrat ipſum accidens: & hoc eſt magis promulgatum
de ſenſu illius, quod ſignificat nos dicere vtrū res ſit, aut non ſit. Et hoc eſt il-
lud, quod aſſeuerat Alexander. Aliquorum autem opinio fuit, quod hoc quæſi-
tum ſubintret genus, & definitionem, intelligunt enim per ens cuius eſt eſſen-
tia, & cauſæ, quibus conſtet extra animā. Prima vero eſt magis vulgata.

A *Quòd cætera prædicata aliquid claudant eorum, quæ definitio continet. Cap. V.*

NON lateat autem nos quoniam quæ ad proprium, & genus, & accidens omnia dicuntur, & ad definitiones conueniet dici. Oſtendentes enim quoniam non ei ſoli ineſt, quod eſt ſub definitione (quemadmodum & in proprio) aut quoniam non genus quod aſsignatum eſt in definitione, aut quoniam non ineſt, aliquid eorum quæ in definitione dicta ſunt (quod quidem & in accidente dici poteſt) interimentes etimus definitionem. Quare ſecundum prius aſsignatam rationem, omnia erunt quodammodo definitioni accommodanda, quæ numerata ſunt. Sed non propter hoc vnam in omnibus vniuerſalem methodum quærendū, neque enim facile inuenire hanc eſt: & ſi inuenia tur, omnino obſcura, & inſuauis plane fuerit ad propoſitum negotiū.

B Propria vero in vnoquoque terminatorum generum aſsignata methodo, facile ex iis, quæ circa vnumquodque propria ſunt, decurſus propoſiti fieri poſsit. Quare vniuerſaliter figura quidem (quemadmodum dictū eſt prius) diuidendū eſt reliquorum autem ea, quę ma xime ſunt ſingulis peculiaria, annectendum, definitioni & generi accommodata ea nuncupantes: pene autem adiuncta ſunt, quæ dicta ſunt ad ſingula.

De altera ꝙſitorū partitione ſecundum vnum & multa. EXpedit autem te ſcire quod hæc quatuor quæſita ſunt duobus modis quę ſtionis. Quorū vnus eſt, quod illo explicetur quod nomen rei ipſius quæſiti, prout dicimus an tale ſit definitio talis, aut non ſit illius definitio: Et alter eſt quod non explicetur & dicamus, quod dicendo an ſic & ſic, ſenſus ſit an ſic ſit talis definitio, aut genus, aut proprium, aut accidens: & hoc quādo ſenſus fuerit ex copula, quando vero ibi non fuerit copula, hoc propoſitū numeratur in quæſitis eſſendi ſimpliciter ſolum: hic itaque eſt numerus ſpecierū quæſitorū topicorū, & quæ numerantur ſubintrare ſingulas ipſorū ſpecies, quę vero numerantur ſubintrare collectū illorū. ſ. quatuor ſpecierū prædictarū, ſunt quæſita vnius & alterius: vnum enim & aliud ſunt nomina æquiuoca, quę mul
C tifariam dicuntur, ſed nō euadit ſecundū quēuis illorū modorū ſignificet, quin referatur ad illas ſpecies: & hoc oſtenditur nobis diuidentibus quid ſignificet vnius nomē, & hoc ſecundum ꝙ expedit huic arti, ſermo vero de hoc perfecte habetur in metaphyſicis.

De eodem. Cap. VI.

Numero eadē ſunt, quorū nomina plura, res aūt vna. PRIMVM autem omnium de eodem determinandum, quoties dicitur. Videbitur autē idem, vt figuraliter ſit ſumere, tripliciter diuidi. Numero enim, aut ſpecie, aut genere, idem ſolemus appellare. Numero quidem, quorū nomina plura, res autē vna: vt indumētū, & veſtis. Specie autem quæ cum ſint plura, indifferentia ſunt ſecundum ſpeciem: vt homo homini, equus equo: nam huiuſmodi ſpecie dicuntur eadem, quæcunque ſub eadem ſpecie ſunt. Similiter autem & genere eadem, quæcunque ſub eodem genere

Numero, specie, genere eadem sunt, quæcunque eadem dicitur.

sunt: vt equus homini. Videbitur autem ab eodem fonte aqua, quæ D eadem dicitur, habere aliquam differentiam præter dictos modos. Non tamen, sed huiusmodi in eodem ordinetur iis, quæ secundū vnā speciem quoquomodo dicta sunt: omnia enim talia cognata, & affinia sibiinuicem videntur esse: nam omnis aqua omni aquæ eadē specie dicitur, eo quòd habeat quandam similitudinem: ab eodem autē fonte aqua quæ eadem dicitur, nullo alio differt, quam eo quòd vehementior sit similitudo, quare non separamus idem ab iis quæ secundum vnam speciem quoquomodo dicuntur. Maxime autem indubitanter quod vnum est numero, idem ab omnibus videtur dici. Solet autem & hoc assignari multipliciter: propriissime autem, & primo, quando nomine vel termino idem assignatum fuerit: vt vestis indumento, & animal gressibile bipes, homini. Secundum autem, quando proprio: vt disciplinæ susceptibile, homini, & quod natura sursum fertur, igni. Tertium vero, quando ab accidente: vt sedens, vel E musicum Socrati: omnia enim hæc vnum numero volunt significare. Quod autem verum sit quod nunc dictum est, ex transumentibus nuncupationes maxime quis discat: sæpe enim præcipientes nomine vocare aliquem sedentium, transumimus, quando forte is non intelligit cui præceptum facimus, tanquam ab accidente ipso magis intelligente: & iubemus sedentem, vel disputantem vocare ad nos, manifestum quòd vt eundem opinantes, & secundum nomē, & secundum accidens significare. Ergo idem quemadmodum dictū est, tripliciter diuidatur.

De vno.

ET dicimus, ꝙ nomen vnius dicatur de tribus significatis, & vnumquodque horum trium diuiditur in multas partes. Quorum vnum est vnum numero, & hoc quidem diuiditur in sex partes: aut vnum nomine, vt dicimus agnum, & agnum vnum idem. Aut vnum definitione, prout dicimus animal rationale, & animal quod commertisse vritur vnum nomine. Aut vnum nomine & definitione, prout dicimus hominem, & animal rationale vnum esse. Aut F vnum proprio, prout dicimus disciplinabile & risibile vnum idem. Aut vnum nomine, & proprio, prout dicimus hominem & risibile vnum idem. Aut vnum definitione & proprio, prout animal rationale & risibile vnum idem.

Secunda autem pars primæ diuisionis est vnum prædicato, & hoc partitur in tres partes. Aut vnum genere, vt homo & equus sunt animalitate vnus. Aut vnum specie, sicut Socrates & Plato sunt humanitate vnus. & græci & romani sunt humanitate vni. Aut vnum accidente, sicut nix, & calx sunt vnum albedine.

Tertia vero pars primę partitionis est vt analogia vnum, vt Alkalipha maurorum, & Cæsar Romanorum sunt vnus. i. ꝙ proportio illius, quod significat Alkalipha apud mauros, est idem proportione illi, quod significat Cæsar apud romanos, & aliquando dicimus ꝙ aeris serenitas & maris tranquillitas sint vnum. Hi itaque sunt modi, quibus dicitur vnum. Et notum est ꝙ aliud dicatur secundum illorum numerum: vnicuique enim significato vnius, opponitur aliquod aliud: & non lateat te quo modo fiat illorum reductio ad illas quatuor species: vnum enim numero subintrat capitulum definitionis, & quæ secum numerantur. Et vnum genere & accidente, & analogia, notum est quod subintrent illa capitula.

A *Omnem disputationem dialecticam esse ex termino, proprio, genere, aut accidente: & vbi illa reperiantur. Cap. VII.*

QVONIAM autem ex prius dictis sunt orationes: & per hæc: & ad hæc vna quidem fides est per inductionem. Si enim quis consideret vnamquamque propositionum, & problematum: apparebit aut a termino, aut a proprio, aut a genere, aut ab accidente facta. Alia autē fides per syllogismum: necesse est enim omne, quod de aliquo prædicatur, aut conuersim de re prędicari, aut non: & si conuersim prædicatur, terminus erit, vel proprium. Nam si significat quid est esse, est terminus: si autem non significet, proprium: hoc enim erat proprium, quod conuersim prædicatur, non significans quid est esse. Si autem non conuersim prædicatur de re, aut ex iis, quæ in definitione subiecti dicuntur, est, aut non: & si est ex iis, quæ in definitione dicuntur, B genus, aut differentia erit, eo quòd definitio ex genere, & differētiis est: si vero ex iis non est, quæ in definitione dicuntur, palam est quoniam accidens erit: nam accidens dicebatur, quod neque terminus, neque genus, neque proprium: inest autem rei. Post hæc autem oportet determinare genera prædicamentorum, in quibus sunt dictę quatuor differentiæ: * sunt hæc autem numero decem: quid est, quantum, quale, ad aliquid, vbi, quando, situm esse, habere, facere, pati. Semper enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in vno prædicamentorum horum erit: nam omnes ab his propositiones, aut quid est, aut quale est, aut quantum, aut aliorum aliquod prædicamentorum significant. Manifestum est autem ex eisdem, quoniā quod quid est significans quandoque quidem substantiam significat, quandoq; autem quale, quandoque vero aliquod aliorum prædicamentorum: nam quando posito homine dixerit quòd positum est hominem esse, C vel animal: & quid est dicit, & significat substantiam: quando colore albo posito dixerit quòd positum est album esse, vel colorem, quid est dicit, & quale significat. Similiter autem & si cubitali magnitudine posita, dixerit ꝙ positū est cubitalem esse magnitudinem, & quid est dicit, & quantum significat. Similiter autem & in aliis. Vnumquodque enim talium siue idem de eodē dicatur, siue genus de hoc, quid est significat: quando autem de alio, non quid est significat, sed quantum, aut quale, aut aliquod aliorum prædicamentorum. Quare de quibus sunt disputationes, & ex quibus, hæc, & tot sunt. Quomodo autem sumemus, & per quæ copiosi erimus, post hæc dicendum.

Quō differūt proprium & definitio.

De prædicamentis.

* Dicti quatuor loci.

Omnis propositio aliquod ex prędicamētis significat. Quid est, aliquā significat accidens: & aliquā substantiā similiter.

HAe itaque sunt oēs species quæsitorū, & præmissarū. & omnes species illorū, quæ ex illis componuntur. Et perinde expedit quod dirigamus ad viā, qua incidat veritas, solus enim hic est illorum numerus, nec plus, nec minus. Et dicimus hoc apparere duobus modis. Quorum vnus est inquisi-

De sufficienti quæsitorū partitione*

sio. Et alter est syllogismus. Qui quidem euenit ex inquisitione, incidit inquirendo singulas præmissas, & quæsita. Qui vero fit syllogismo & partitione hoc modo videtur, quia omnis prædicati aut conuertitur prædicatio reciproce, aut non conuertitur, & hoc quidem est per se cuidens. Et si conuertitur, illud est definitio, aut proprium, & hoc manifestatur ex eo quod præmissum est in descriptione definitionis & proprij, illud enim significat rei quidditatem, & est propria illam decernens, & sic est oratio significans rei rationem, qua ipsa est, & hæc est definitionis definitio, prout suppositum est. Aut non significat rei quidditatem, & cum hoc proprie ipsam concernit, & sic videtur quod sit proprium: id enim, ad quod protulit inquisitio, est id, quod positum est in proprij descriptione. Si vero prædicatum non conuertatur prædicatione, non euadit quin sit de his, quæ sumuntur in subiecti definitione, aut nō sumitur: si fuerit de his, quæ sumuntur in subiecti definitione, notum est quod sit genus, ex his, quæ præhibita sunt in generis descriptione: id enim quod sumitur in subiecti definitione, & est vniuersalius eo, videtur quod sit prædicatum de pluribus specie differentibus in eo quod quid: si vero fuerit de his, quæ non sumuntur in subiecti definitione, & est vniuersalius subiecto, notum est quod est accidēs: id enim, quod denominatur hac denominatione, notum est de se quod describitur descriptione, qua descriptum est accidens, ꝙ sit id, quod non est genus, neque definitio, neque proprium, & potest inesse & non inesse subiecto: res vero, quarum sunt hæc prædicata secundū se omnia collectiue, sunt decē prædicamenta: singulis enim prædicamentis insunt definitiones, & propria, & accidentia. Sicq; iam locati sumus de rebus, ex quibus componuntur quæsita, & præmissæ, hoc est prædicata & eorum subiecta.

D

E

F

De propositione dialectica. Cap. VIII.

PRIMVM igitur determinetur quid est propositio dialectica: & quid problema dialecticū. Non enim omnem propositionem, nec omne problema, dialecticum ponendum: nullus enim offeret, qui mentem habeat, quod nulli videtur. nec proponet quod omnibus est manifestum, vel plurimis: nam hęc quidem non habent dubitationem: illa autem nemo ponet. Est autem propositio dialectica, interrogatio probabilis aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maxime familiaribus non inopinabilis. Ponet* enim aliquis quod videtur sapientibus: nisi id contrarium sit multorum opinionibus. Sunt autem propositiones dialecticę, & ea quæ probabilibus sunt similia, & contraria iis, quæ videntur esse probabilia secundum contradictionem protensa, & quæcunque opiniones sunt secundum artes inuentas. Si enim probabile est eandem esse contrariorum disciplinam, & sensum eundem esse cōtrariorum, probabile apparebit: & si vnam numero grammaticem esse, & tibicinariam vnam: si autem plures grammaticas, & plures tibicinarias: omnia enim similia & cognata hæc videntur esse. Similiter autem & ea, quæ probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa, probabilia videtur: si enim probabile est quòd oportet amicis benefacere, & quòd non oportet amicis malefacere, probabile est: est autem contrarium quidem quòd oportet malefacere amicis, secundum contradictionem autem quòd non oportet amicis malefacere. Similiter autem & si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet: est autem & hoc secundum contradictionem contrarium: nam contrarium est quòd oportet inimicis benefacere. Similiter autem & in aliis. Probabile autem & in similitudine apparet, etiam contrarium de contrario: vt si oportet amicis benefacere, & inimicis oportet malefacere: apparebit & contrarium hoc quod est amicis benefacere, ei quod inimicis male. Vtrum autem secundum veritatem se habeat, an non, in iis, quę de contrario dicentur, ostendetur. Palam autem quoniam & quæcunque opiniones secundum artes sunt dialecticę propositiones sunt. Ponet enim aliquis ea, quæ videntur iis, qui in eis probati sunt: ve de his quidem quæ in geometria, vt geometer: de illis autem quæ in medicina, vt medicus.

* Ponere philosophis vox familiaris est ꝙ concedere.

A

B

C

ET INVENIT quod dicamus quid sit præmissarum secundum se, & suarum specierum inquantum sunt præmissæ topicæ. ac etiam quæsitorum, & suarum specierum, quatenus sunt quæsita topica, & quæ sit differentia inter præmissam topicam, & quæsitum topicum. Et dicimus, quod non conuenit quod in hac arte ponamus quamuis rem, quæ contigerit præmissam topicam, neque quamuis rem, quæ contingerit quæsitum topicum: nullius enim intelligentis est ponere aliquam rem, quam non asseuerat aliquis, quæ sit huius artis præmissa, neque etiam quærere de hoc illo, quod est notum omnibus hominibus, aut ipsorum maiori parti, in hoc enim non est dubitandum, neque etiam numeratur vllo vnquam tempore: hoc autem sic existente, topica præmissa est oratio diuulgata, quæ recipitur in quæstione, & ponitur etiam pars syllogismi. Et hæc quidem est multarum specierum, quarum primæ sunt diuulgatæ apud omnes, vt quod deus sit. Aut apud maiorem partem, præter ꝙ reliqui tenant illas. Aut diuulgatæ apud sapientes & Philosophos, præter quod vulgus illas renuat, prout est id, quod Philosophus asseuerat de animæ perpetuitate. Aut diuulgatæ apud sapientes, præter quod reliqui illas renuant. Aut notæ apud potiores sapientes, præter quod sit opinio ficta. i. contraria his, quæ vulgus asseuerat. Et præmissę ex parte, quę experimento comprobantur in artibus theoricis, & factiuis, sunt diuulgatę, prout est id, quod est in arte medica, quod scamonea soluat choleram & colloquintida ipsum flegma: & sicut id, quod est in scientia astronomię, quod lunę sint quinque motus, & solis sunt duo motus. Et iterum quod simile est diuulgato est diuulgatum: huius aūt sunt duę species, quod est simile motuī proportionaliter. Ac ēt quod est simile diuulgato: vt si est sensus cōtrariorū, est vnus: sicq; cōtrariorum scientia est vna, quia proportio sensus ad sensatum est similis proportioni scientię ad scitum. Secunda autem species est secundum aliquod accidentium, vt si nouiter factio sit partium animalis & plantę, & mineralis, ita est & orbium cœlestium: ambit enim illas corporeitatis ratio. Et iterum quia repugnans contrario diuulgato est diuulgatum, quando enim diuulgatum est quod expediat amicis benefacere, & illius contrario existente, ꝙ expediat inimicis benefacere, huic contrario repugnans est dicere, quod non expediat inimicis benefacere. Et iterum contrarium diuulgati est diuulgatum, quādo illi prędicato est, subiectō cōtrarium fuerit. Verbi gratia, qđ benefacere amicis est laudabile, & subiectō cōtrarium fuerit. Verbi gratia, qđ benefacere amicis est laudabile, & inimicis malefacere est laudabile. Et Arist. precipit de hoc loco ꝙ non fiat nisi contrario connexū: hoc .n. est vehemētius diuulgatū. v.g. quia qđ proponimus qđ expediat inimicis malefacere, expedit hoc fuisse ita eo ꝙ expediat amicis bñfacere. Instituit aūt hic hoc pcepto illius repetitionē ob ipsius remissionē diuulgationis respectu primi. Dico respectu repugnātis cōtrario. Prestantior.

De propositione topica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem harum ſpecierum eſt diuulgatarũ apud omnes, & deinde diuulgatarum D
apud maiorem partem, quæ aũt præter has ſunt, numerãtur in diuulgatis. Quia
omnes aut maior pars opinantur de eis, quod expediat eas recipere: omnes.n.
aut maior pars opinantur, q̃ ſapientũ dicta debeant recipi, & de hoc videntur
perſeuerare vnam enũciationẽ. Sicque etiam diuulgatũ eſt, q̃ contraria nõ coin
cidant in vno ſubiecto, & quod ſi expediat amicis benefacere, non expediat
amicis maleſacere, & ſimiliter cõtrariũ contrario, diuulgatum enim eſt q̃ enũ
ciatio contrarij rei, quã enunciamus de aliqua re, ſit contraria illius enuntiatio-
ni. Hæ itaq; ſunt ſpecies præmiſſarum topicarum.

De problemate dialectico, & poſitione dialectica.
CAPVT IX.

PROBLEMA autem dialecticum, eſt ſpeculatio intendens vel ad electionem, & fugam: vel ad veritatem, & ſcientiam, aut per ſe, aut vt adminiculans ad aliquid aliud talium, de quo aut neutro modo opinantur, § aut contrarie plerique ſapientibus, aut ſapientes pleriſque, aut vtrique iidem eiſdem. Quædam enim problematum vtile eſt ſcire tantum ad eligendum, vel fugiendum: vt verum voluptas ſit eligenda, an non? Quædam autem ad ſciendum tantum: vt vtrũ mundus æternus ſit, an non? Quædam vero ipſa per ſe quidem ad neutrum horum, adminiculantia autem ſunt ad aliqua talium. Pleraque enim ipſa quidem per ſe non volumus cognoſcere, ſed aliorum gratia, vt per illa aliud quippiam cognoſcamus. Sunt autem problemata, & de quibus contrarii ſunt ſyllogiſmi: dubitationem enim habent vtrum ſic ſe habent, an non ſic: eo quòd de vtriſque ſunt rationes ſuaſibiles. Et de quibus rationem non habemus, cum ſint magnæ difficile arbitrantes eſſe propterquid aſsignare: vt verum mundus ſit æternus, an non: nã huiuſmodi quæret aliquis. Problemata ergo & propoſitiones (vt dictum eſt) determinata ſint.

De poſitione.

Poſitio eſt opinio admirabilis alicuius familiarium * ſecundum § philoſophiam: * vt quod non eſt contradicere, quemadmodum dixit Antiſthenes: & quòd omnia mouetur, ſecundum Heraclitum: aut quod vnum eſt ens, quemadmodum Meliſſus dixit (nam de quouis contraria opinionibus proferente, curam habere ſtultum eſt) aut de quibus orationem habemus contrariam opinionibus: vt quoniam non omne quod eſt, vel factum eſt, vel æternum, quemadmodum ſophiſtæ dicunt. Nam muſicum, grammaticum eſſe: neque factum, neque eſſe æternum. Hoc enim & ſi alicui nõ videat, videbitur vtique eo quod rationem habeat ſuaſibilem. Eſt igitur & poſitio quidem problema, nõ autem omne problema poſitio, eo quod quædam problematum talia ſunt, de quibus neutro modo opinamur. Quod autem eſt & poſitio problema, manifeſtum eſt: neceſſe eſt.n. ex iis quæ dicta ſunt, aut plures ſapientibus circa poſitionem dubitare, aut vtroslibet ſibimet, eo quòd opinio quædam admiranda poſitio

* Al. famigeratorum.
* Hoc eſt, notorum, & domeſticorum in philoſophia.

A ſitio eſt. Pene autem nunc omnia dialectica problemata, poſitiones vocantur. Differat autem nihil quomodolibet dictum: non enim nomen effingere volentes diuiſimus ſic ea, ſed vt non lateant nos, cum quædam eorum ſunt differentiæ. Non oportet autem omne problema, nec omnem poſitionem conſiderare, ſed quam dubitabit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pœna, vel ſenſu. Nam qui dubitant vtrum oporteat deos honorare, & parentes diligere, an non, pœna indigent: qui vero vtrum nix alba, an non, ſenſu. Neque vero quorum propinqua eſt demonſtratio, neque quorum valde longe: nam illa quidem non habent dubitationem: hæc autem magis quam ſecundum facultatem exercitatiuam.*

Poſitio talis cuius magni philoſophi admiranda opinio.

Problema dialecticum.

*Id eſt, dialecticam.

QVæſitum vero topicum eſt expediens eſſe id, cuius veritas nõ eſt nota p ſe ſecundum diuulgationem, ſed ei euenit dubium aliquod ſecundum id, quod diuulgatum eſt, quando a vtem hoc ita eſt, & atteſtanto dubio incidenti in illud ſit cauſa ea ſus peccari in præmiſſas diuulgatas, oportet quod cauſa dubii ca- B
dentis in illud ſit diſſenſus atteſtationis, vel ablatio atteſtationis, quæ eſt de illo, aut controuerſia ſyllogiſmorum, aut ſyllogiſmo contrarietas atteſtationi illius: & aliquando congregantur plures quam vna harum cauſarum, & aliquando huius cauſa eſt difficultas inueniendi ſyllogiſmum, vna cum magna neceſſitate illius, & multo illius deſiderio, prout dicimus, An mundus ſit nouiter factus nec ne: Quando autem illius teſtimonium diſſentit, eſt trium ſpecierum, quarum quædam eſt, q̃ Philoſophi mutuo contendant de illo, prout eſt eſſe partem impartibilem, & ſicut aliquibus videtur, q̃ opes ſint præeligendæ paupertati, & aliquibus viſum eſt q̃ paupertas ſit præeligẽda diuitiis. Et quoddam eſt, in quo Philoſophi contendant cum vulgo, prout Philoſophis videtur q̃ virtus cum mala vita & depreſſione eligibilior ſit bonæ vitæ, & honoribus cum virtutis carentia. Vulgo autem videtur huius contrarium. Et de his eſt quod opinatur aliquis vir notus in ſcientia, quando repugnat illi, quod videtur vulgo, prout videtur Pithagoræ de opinionibus q̃ res ſecundum ſe ſint ſecundum fides, quę de eis eueniunt ſingulis fidelibus: et hanc Ariſt. uocat opinionem ficta extraneam, & iterum vocat ipſam proprie poſitionem. Poſitio enim, quãdo cõmunis fertur dicitur de omnibus quæſitis topicis, q̃i aũt ferrur proprius, dicitur de hac. Id vero, circa quod eſt controuerſia ſyllogiſmorum, eſt, prout dicimus, an mundus ſit æternus, aut nouiter factus: id vero, in quo teſtimonium diſſentit ſyllogiſmo, C eſt oratio, quę nõ repugnat diuulgato, ipſum autem proferenti nõ eſt diuulgatum, immo ei eſt de illo vehemens dubium, prout ſunt dubia Ioannis grammatici cõtra Peripatheticos de eſſendo potentiam priorem actu in motu noua factione: id vero, quod nemini eſt diuulgatum, nec de illo eſt ſyllogiſmus. t. quod vocatur oſtentatio, & ſolicitudo, & nemo p̃ſefert ſibi gloriam, vt illud ponat quæſitum, de quo ſcrutandum ſit in hac arte. Id vero, quod non quęritur, ex quo nondum ſcrutatum eſt de eo, nec alius protulit ſermonem de illo, hoc ſit pro temporum diſcrimine, verbi gratia, quod conſueuerunt mathematici noſtri perſcrutari motum trepidationis ſtellarum fixarum.

Hæ itaque ſunt ſpecies quęſitorum in hac arte, quatenus ſunt quęſita. Ex quo autem primum propoſitum huius artis eſt iuuare philoſophiam, aut iuuare vulgus, expedit q̃ non proponatur quęrere in hac arte, niſi q̃ iuuat reliquum trium, aut philoſophiam actiuam, aut philoſophiam theoricam, aut quod eſt inſtrumentum ſciendi, quod eſt harum duarum artium, quæ eſt, ſcientia logicæ: & quod non proponat quærere & ſcrutari quod vni illorum fuerit noxium, vt exemplum nocentis actioni eſt, quod gymnaſtice ſcrutetur, an expediat ſeruire deo, nec ne? & exemplum noxij in ſcientias theoricas eſt, an ſenſibilium ſit vel deo, nec ne? & an accidentia ſint permanentia duobus temporibus, nec ne? aliqua nec ne? & an accidentia ſint permanentia duobus temporibus, nec

ne? pront ſcrutantur loquentes noſtri æui. Et exemplum noxii in ſcientiam logicam eſt, vt qui ſcrutatur, an affirmatio & negatio diſcernant verum & falſum in omnibus rebus nec ne? aut, an omnis res indigeat commonſtratione? aut inueniantur aliquę res per ſe notæ: Iuuans vero ipſam actionem eſt, vt dicimus an oblectamentum ſit virtus, nec ne? & iuuans theoricam eſt, an mundus ſit nouiter factus nec ne? & iuuans logicam eſt, vt an figurę cathegoricę ſint tres aut quatuor? & an definito acquiratur diuiſione, aut compoſitione, aut demonſtratione? Et expedit te ſcire quod non deceat ponere in hac arte quęſitum ſecundum modam exercendi ex philoſophia id, cuius eſt minus firma demonſtratio: vt triangulum æquilaterum conſtituere, neque uerum cuius demonſtratio eſt niſi remota, aut cuius in hac arte non ſunt præmiſſę, quibus conſtruatur vel deſtruatur, prout ſunt plura propria decimi libri elementorum Euclidis linearum irrationalium, ſicque iam locuti ſumus de ſpeciebus præmiſſarum, & quæſitorum topicorum.

De ſpeciebus differendi, dialecticæque diſputationis. Cap. X.

Inductio eſt a ſingularibus ad vniuerſalia acceſſio

DEterminatis autem his oportet diuidere, quot dialecticarum diſputationum ſunt ſpecies. Eſt autem inductio quidem hæc, illa autem ſyllogiſmus. Et ſyllogiſmus quidem quid eſt, dictum eſt prius. Inductio vero eſt a ſingularibus ad vniuerſalia acceſsio: vt ſi eſt gubernator eruditus, optimus, & auriga: & omnis, qui eſt eruditus in unoquoque, optimus. Eſt autem inductio veriſimiliter, & clarior, & ſecundum ſenſum notior, & pluribus communis: ſyllogiſmus autem valentior, *& ad contradicentes efficacior. Ergo genera, de quibus diſputationes, & ex quibus, quemadmodum ante dictum eſt, determinata ſint.

*alias, violentior.

De ſpecieb' orationū topicarum, et earum partitione.

QVod autem reliquum eſt nobis huius partis, de quo dicendum ſit, eſt notio ſpecierum orationum topicarum, quę conſtruuntur ex his præmiſsis de his quæſitis, quæ dinumerauimus. Dicimus itaque ęſſe plurium ſpecierum ſyllogiſmus, & inquiſitio. Et ſyllogiſmus quidem vniuerſaliter eſt vt diffinimus, eſt in libro priorum, in quo cum poſitæ fuerint plures res ęſſe vna, ex illis ſequitur alia res prętter illas neceſſario. Topicus autem ſyllogiſmus eſt, ſyllogiſmus qui conſtituitur ex duabus præmiſsis diuulgatis, veluti demonſtratio eſt ſyllogiſmus, qui conſtituitur ex duabus præmiſsis veris, primis: ſyllogiſmus enim ex parte ſuę formæ eſt vnus in tribus artibus, quæ conſiderat quæſita communia. demonſtratio, & topica, & maior pars orationum ſophiſticarum. Differentia vero eſt ex parte materiæ, quoniam ſyllogiſmus demonſtrationis ſit ex præmiſsis veris primis: & topicus ex diuulgatis: & ſophiſticus ſit ex præmiſsis, quæ putantur eſſe diuulgatæ, cum nō ſint diuulgatæ, aut putatur de illis ęſſe veraces, quū non ſint veraces. Syllus aūt ſimpliciter, qui eſt definitus, eſt vt genus ſyllis factis in his tribus artibus. Inquiſitio vero eſt translatio enuntiationis alicuius rei de paribus, quæ includuntur in aliqua re, ad enuntiationem illius rei de hac illa dit tres modos. Quorum vnus eſt translatio enuntiationis ab vniuerſali in particulare, & hic eſt ipſe ſyllogiſmus: concluſio enim poteſtate continetur in maiori præmiſſa, eo modo quo pars continetur in toto. Secunda eſt translatio ab omnibus particularibus, aut ex maiori ipſarum parte ad vniuerſalem, & hęc eſt ipſa inquiſitio, prout dicimus ęſſe artifex peritus ſit excellens, quia peritus nauta ſit excellens, & ſimiliter peritus miles ſit excellens. Differentia aūt eſt inter hanc inquiſitionem & illam, quę facit acquirere veritatem: In hoc enim transfertur enuntiatio ad vniuerſalem topicæ, quia ſuſtentatur in illud eſſendo in particularibus. In altera autem euenit nobis veritas præmiſſarum vniuerſalium poſt inquiſitionem, præter ęſſe hæc ſuſtentetur ipſa inquiſitione: inquiſito vero eſt huius cauſa ſecundum quandam ſpeciem accidentis, non ęſſe faciat per ſe adipiſci illam vniuerſalem. Sermo autem de hoc conuenientior eſt in libro poſteriorum. Tertia autem eſt translatio ab aliqua particulari ad particularem ſibi ſimilem, & hæc nota eſt in exemplo, ſiue fuerit proceſſus ab vna particulari ad vnam particularem, ſiue a multis particularibus ad vnam particularem, ex quo huius enuntiationis translatio eſt ad vnam particularem, vtcunque ſint, ſunt vnius conditionis, prout enuntiamus de cœlo ęſſe ſit generabile, quia enuntiamus generationem de partibus plantæ & animalis & animati. Inquiſitio autem ſit in hac arte duobus modis: quorum vnus eſt in verificando præmiſſam vniuerſalem ſyllogiſmi, & hoc ſit pro maiori parte, & aliquando raro vtitur hoc in verificando ipſummet quæſitum. Syllogiſmus autem in hac arte præſtantior eſt inquiſitione, prout in arte thetorices figura eſt præſtantior exemplo, & geſtire in arte poetica præſtantius eſt quam tinnitando. Inquiſitio autem euidentior eſt ſyllogiſmo, ex quo ſuſtentatur ſenſato: & ideo ipſius vſus vtilior eſt vulgo, & eſt facilioris oppugnationis: ſyllogiſmus autem eſt contra hanc minus vtilis, præcipue apud vulgus, & imbecillioris oppugnationis, & ideo ipſius vſus vtilior cum exercitatis in hac arte. Sicque iam locuti ſumus de ſpeciebus orationum topicarum, & ex quibus componantur.

De inſtrumentis, quibus ſyllogiſmorum copiam nobis ad diſſerendum ſuppeditamus. Cap. XI.

INſtrumenta autem, per quæ abundemus ſyllogiſmis, *ſunt quatuor. Vnum quidem, propoſitiones ſumere. Secundum autem, quotupliciter unumquodque dicitur, poſſe diſtinguere. Tertium, differentias inuenire. Quartum autem, ſimilitudinis conſideratio. Sunt autem & modo quodam tria horum propoſitiones. Eſt enim unumquodque eorum propoſitionem facere, vt quod eligendum eſt honeſtum, vel delectabile, uel utile: & quod differt ſenſus a diſciplina, eo quod amittenti eam poſsibile eſt rurſum ſumere, illum autem impoſsibile. Et quoniam ſimiliter ſe habet ſalubre ad ſanitatem, & habile ad bonam habitudinem. Eſt autem prima propoſitio, ab iis, quę multipliciter dicuntur, ſecunda a differentiis: tertia uero, a ſimilibus.

* Inſtrumēta abūdādi ad diſſerēdū. Alias. i ſyllogiſmis, & inductionibus.

Diſciplinā amiſſam poſſibile eſt rurſus ſumere, ſenſum aūt minime.

RElinquitur nobis dicendum de inſtrumentis, quæ adipiſci faciunt ſyllogiſmum: quæ quidem inſtrumenta ſunt quatuor, quorum vnum eſt, poſſe ſumere præmiſſas, ex quibus componitur ſyllogiſmus. Secūdum autem eſt poſſe diſcernere ſingula nomina, & quot modis dicantur. Tertium eſt differentiarum eductio. Et quartum eſt ex veriſimili ſcrutinium.

De inſtrumētis topicis.

De ſumptione propoſitionum. Cap. XII.

ERgo propoſitiones quidem eligendum quotquot modis determinatum eſt* in propoſitione: aut omnium opinionics proponenti, aut plurium, aut ſapientum, & horum, uel omnium, uel plurimorum, vel notiſsimorum: Aut

* Cap. 8. huius libri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contrariorū idem sensus, quia eadē est disciplina.

etiam contrarias apparentibus, & quæcunq; opiniones secundum artem sunt: at oportet protendere contrarias apparentibus probabilibus, secundum contradictionem: quemadmodum dictum est prius. Vtile autem & facere eas in eligendo non solum quæ sunt probabiles, sed & similes eis: vt quòd contrariorum idem est sensus: nam & scientia contrariorum est eadem. Et quod videmus suscipientes aliquid, no emittentes: nam & in aliis sensibus sic est, nam & audimus suscipientes aliquid, non emittentes: & olfacimus eodem modo: similiter autem & in aliis. Amplius, Quæcunq; in omnibus, vel plurimis videntur, sumendum vt principium, & apparentem positionem: nam ponunt qui non conspiciunt, in aliquo non sic. Eligere autem oportet & ex scriptis disceptationibus. Descriptiones autem facere in vno quoq; genere supponentes seorsum (vt de bono, aut de animali, & de bono omni) incipientem a quid est. Annotare autē & singulorum opiniones, vt quòd Empedocles quatuor dixit elementa corporum esse: ponet enim aliquis quòd ab aliquo probato dictū est. Sunt autem (vt figuraliter sit complecti) propositionum, & problematum partes tres: nam aliæ sunt morales propositiones, aliæ naturales, aliæ rationales. Morales quidem huiusmodi, vt verum oporteat parentibus magis, an legibus obedire, si dissentiant. Rationales vero, vt utrum contrariorum eadem disciplina, an non. Naturales autem, vt verum mundus sit æternus, necne. Similiter autem & problemata. At vero quales sint singulæ earum quæ dictæ sunt, definitione quidem non facile assignare est de ipsis. Est autem ea (quæ per inductionem est) assuetudine tentandum cognoscere unamquāque earum, secundum prędicta exempla considerantī. Ad philosophiam igitur, secundum veritatem de his negociandum: dialectico autem modo, ad opinionem. Sumendæ autem quàm maxime vniuersales propositiones omnes, & vna facienda multæ: vt quòd oppositorum eadem disciplina: deinde quod ad aliquid. Eodem modo & ipsæ rursum diuidendę, quousq; contingere potest diuisio: vt quòd boni, & mali, & albi, & nigri, & frigidi, & calidi: similiter autem & in aliis. De propositionibus igitur sufficiant prædicta.

De facultate propōnēdi inueniēdarū quod est primum instrumentum.

QVantitas vero præmissarum vniuersaliter est secundum speciem vulgatarum præmissarum commemorationem, & ipsarum discrimen ex reliquis præmissis, & hoc quidem primo sit scrutinio, & cōmemoratione opinionum vulgi, & similiter opinionis maioris partis ipsorum, & opinionum philosophorum, ipsorumq; magnatum, & quando ex libris collegerimus omnes opiniones, quæ sunt in artibus, & similiter iterum collegerimus destructionem rerum repugnātium famosis, illisq; intelligemus, & similiter de illis, quæ famosis sunt verisimiles, hoc vero expedit fieri in singulis generibus præmissarum, quæ sunt singularum artium. Verbi gratia, quia in moralibus præmissis conuenit eundem actum facere colligere, scilicet ipsarum famosiores secundum illarum gradū, illaque intelligere, & obseruare, sicq; etiam in naturalibus & in logicis, & in reliquis artibus, quas possibile est topicam artem considerare, & secundum hoc opus & exercitium eueniet nobis potestas sumendi quasdam premissas vulgatas: illa enim est apud nos methodus, qua possibile est discernere vulgatum a non vulga-

to, & species vulgatarum a se inuicem, siue illarum moralium a naturalibus, aut logicis, prout in arte demonstrationis fit nobis possibile distinguere præmissas veras, præter quod illas ponamus similes illis, quas tradidimus in singulis speciebus præmissarum, prout sunt methodi distinguendi reliquas præmissarum species, & nobis reddantur nobis comparantibus illas, & reducentibus ad illas, adeo q; per hoc enumeremus illas, quæ nobis redduntur cuius speciei sint, an vulgatarū apud omnes, aut apud maiorem partem; & an sint naturales, aut logicę, aut alterius speciei premissarum ipsorum artificum. Quando enim exercitati fuerimus in hoc opere repetitis vicibus, euenier nobis potestas inueniendi præmissas, ex quibus fiunt huius artis syllogismi. id autem, quod hanc rem iuuat, est, quod exercemur in acceptione præmissarum communium vulgatarum, quanto vniuersalius poterimus. Deinde illas partiamur quoad possibile fuerit, donec finiamus in vltimas species, hoc enim coaptatur nobis sumere plures præmissas, ex quo species vulgatarum præmissarum sunt etiam vulgate, vt verbi gratia, quòd proponamus dicere quod oppositorum scientia sit vna, & illam diuidamus in contraria & relatiua, & reliqua opposita, contrariaq; ipsa diuidamus in secundum olfactum contraria, & in visu contraria, & in tactu contraria, & similiter vnumquodque quatuor oppositorum: & hinc eueniet nobis abūdare in pluribus præmissis, scilicet quod cōtrariorum scientia sit vna, & relatiuorum scientia sit vna, & secundum hoc diuisio contrariorum & vnuscuiusque oppositorum faciet nobis euenire, plures præmissas: exempli gratia, quia ex contrariorum diuisione eueniet nobis, quod caloris & frigoris scientia sit vna, & albi & nigri scientia sit vna: hoc itaq; modo nobis eueniet potestas extrahendi premissas.

De multiplicis distinctione. Cap. XIII.



A modo cōtrariorum.

PSum autem quotupliciter negociādum est, non solum quæcunq; dicuntur secundum alium modum, sed & rationes eorum tentandum assignare: vt non solum quòd bonum alio quidem modo dicitur iustitia & fortitudo, habile autem & salubre: sed quòd & illa quidem eo q; ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eo quòd effectiua alicuius, & nō eo quòd qualia quædam sunt: similiter autem & in aliis. Vtrum autem multipliciter, aut vno modo specie dicitur, per hæc considerandum. Primum quidem in contrario perspiciendum, si multipliciter dicitur, siue specie siue nomine dissonet. Quædam enim statim & nominibus alia sunt, vt acuto in voce contrarium est graue, in magnitudine autem obtusum. patet igitur quòd cōtrarium acuto multipliciter dicitur, si autem hoc, & acutum. Nam secundum vtrumq; horum aliud erat contrarium: non enim idem acutum erit obtuso, & graui contrarium, vtrique autem acutum contrarium. Rursum graui voce quidem contrarium acutum, magnitudine autem leue. quare multipliciter graue dicitur, eo quòd & contrarium. Similiter autem & pulchro, & quidem quod in animali turpe, ei vero quod est in domo, perniciosum. quare æquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est, vt in claro, & obscuro: vox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color. Ergo

Si vnum cōtrariorum sit multiplex, tale & contrarium est.

Quędam cōtraria specie & non nomine.

nominibus quidem nihil dissonant, specie autem manifesta in eis statim differentia est: non enim similiter & color clarus dicitur, & vox clara: manifestum autem id est, & per sensum: nam eorum, quæ eadem sunt specie, idem sensus: at clarum quod est in voce, & in colore, non eodem sensu iudicamus, sed hoc quidem visu, illud autem auditu. Similiter autem & acutum, & obtusum in humoribus, & in magnitudinibus, sed hoc quidem tactu, illud autem gustu. Nam neque hæc dissonant nominibus, neque in seipsis, neque in contrariis, obtusum enim est contrarium vtrique.

Rorum, quæ eadem sunt specie, idem sensus.

Amplius, Si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: ut ei quæ est à potu delectationi, ea, quæ est a sitì tristitia, contrarium: ei autem quæ est ab eo quod est considerare quod diameter est costæ incommensurabilis, nihil. quare multipliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundum mentem amare, odisse contrarium est: ei autem quæ est secundum corporalem actum, nihil: manifestum ergo quoniam amare æquiuocum.

Locus ab his, in quibus reperitur alterum cõtrarium. Amare æquiuocum.

Præterea in mediis. Si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si utrisque quidem est, non idem autem: ut clari, & obscuri in coloribus quidem aliquid est medium, fruscum, in voce autem nihil. Aut si forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam vocem, medium esse. quare æquiuocum clarum: similiter & obscurum. Insuper si horum quidem plura media, illorum autem vnum, vt in claro & obscuro. Nam in coloribus plura media: in voce autem vnum, raucum. Rursum in eo quod secundum contradictionem opponitur considerandum, si multipliciter dicitur. Nam si hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. Vt non uidere multipliciter dicitur, vnum quidem non habere usum, alterum autem non operari visu. Si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est & uidere multipliciter dici. utrique enim non uidere opponitur, vt ei quidem quod est non habere visum, habere: illi autem, quod non est operari visu, operari.

Locus a mediis tertius. Clarixwv albi, obscuri μελανος nigri. Si huius contrarii est medium, illius aut nullum.

Amplius, in his quæ secundum priuationem, & habitum dicuntur, perspiciendum. Si enim alterum multipliciter dicitur, & reliquum, ut si sensibile multipliciter dicitur, & secundum animam & corpus, & insensibile multipliciter dicetur, & secundum animam & corpus. Quod autem secundum priuationem & habitum opponuntur, quæ dicta sunt, manifestum: eo quod nata sint utrunque sensum habere animalia, & secundum animam, & secundum corpus.

A priuatione et habitu

Amplius autem in casibus considerandum. Nam si iuste multipliciter dicitur, & iustum multipliciter dicetur, secundum vtrunque enim iustorum est iustum, vt si iuste dicitur & secundum sui

A casibus Cognitionis γραμμα arbitrii, conscientiam.

cognitionem iudicare, & vt oportet: similiter & iustum. Eodem autem modo & si salubre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dicetur: ut si salubre dicitur hoc quidem sanitatis effectiuum, illud autem conseruatiuum, quoddam uero significatiuum, & salubriter uel effectiue, uel conseruatiue, uel significatiue dicetur. Similiter autem & in aliis, quando ipsum multipliciter dictum fuerit, & casus ab eo multipliciter dicetur. & si casus, & ipsum. Considerandæ autem & genera secundum nomen prædicationum, si eadem sunt nominibus. Nam si non eædem, manifestum est quoniam æquiuocum est quod dicitur: vt bonum in cibis quidem effectiuum est voluptatis, in medicina autem effectiuum sanitatis, in anima vero qualem esse, ut castam, vel fortem, uel iustam: similiter autem & in homine, aliquoties autem & quando ut in tempore bonum (bonum enim, dicitur in tempore) plerunque autem quantum in mediocri (dicitur enim & mediocre bonum) quare æquiuocum bonum. Similiter autem & candidum, in corpore quidem color, in voce autem bene audibile. Similiter autem & acutum: non enim similiter idem in omnibus dicitur: nam vox acuta quidem velox (sicut dicunt, qui secundum numerus harmonici sunt) angulus autem acutus, qui minor est recto, gladius vero, qui est anguli acuti.

A generis nomine.

Considerandæ etiam & genera eorum, quæ sunt sub eodem nomine, si diuersa, & non subalterna sint: vt equus, hoc autem animal, & hoc uas: diuersa enim, quæ secundum nomen est horum ratio: nam hoc quidem animal, quid significat: illud vero uas, quale quid. Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse rationes, vt eorui animal, & auis genus est: quando autem coruum dicimus auem esse & animal, quid dicimus eundem esse. quare utraque genera de eodem prædicantur. Similiter autem & quando animal volatile bipes coruum dicimus, auem dicimus eandem esse. & sic ergo utraque genera de coruo prædicantur, & ratio eorum. In non subalternis generibus non accidit hoc, neque enim quando uas dicimus, animal dicimus: neque quando animal, vas. Considerandum autem non solum si in proposito diuersa sunt genera, & non subalterna: sed & in contrario.

A positione generum.

Si enim contrarium multipliciter dicitur, manifestum quoniam & propositum. Vtile autem ad definitionem inspicere, quæ de composito sic: vt candidi corporis, & candidæ vocis: nam sublato proprio, eandem rationem oportet relinqui. Hoc autem non accidit in æquiuocis, vt in iis, quæ nunc dicta sunt: nam hoc quidem erit corpus habens talem colorem, illud autem, vox bene audibilis: sublato igitur corpore, & voce, non idem in utraque relinquitur. at oportet si uniuocum esset candidum, quod in utraque dicitur esse idem. Sæpe autem & in ipsis definitionibus latet assequens

Si contrarium vnum est æquiuocum, est & alterũ æquiuocum.

æquiuocum: quapropter & in definitione considerandum. Vt si quis D
significatiuum, vel effectiuum sanitatis, quod moderate se habet ad
sanitatem, dicat esse, non refutandum: sed inspiciendum quid mo-
derate quidem secundum vtrunque dixit: vt si hoc quidem tale signi
ficat vt facere sanitatem, illud autem tale vt significare qualis qui-
dem sit habitus.

Locus a cõparatione significatorũ.

Adhuc, si non comparabilia sunt secundum magis, & minus, vel si militer ut clara vox, clara vestis: & acutus humor, & acuta vox, hæc enim neque similiter dicuntur clara, uel acuta, neque magis alterum: quare æquiuocum clarum, & acutum: nam vniuocum omne, compa-
rabile: aut enim similiter dicetur, aut magis alterum. Quoniam au-
tem diuersorum generum, & non subalternatim positorum diuersæ
species sunt, & differentiæ: aut aſalis, & scientiæ (diuersæ enim horum
differentię) considerandum si quę sub eodem sunt nomine diuersorũ
generum, & non subalternorum diuersæ differentiæ sint, vt acutum g
uocis, & magnitudinis: differt enim vox a uoce eo quod acuta sit: simi
liter & magnitudo a magnitudine: quare æquiuocum acutum: diuer-
sorum enim generum, & nõ subalternorum diuersæ differẽtiæ sunt.
Rursum si eorundem, quæ sunt sub eodem nomine, diuersæ differen
tiæ sunt: vt coloris qui est in corporibus, & in melodiis. Nam eius, qui
est in corporibus, congregatiuum, & disgregatiuum uisus: eius vero
qui in melodiis, non eædem differentiæ: quare æquiuocum color: nã
eorundem, eædem differentiæ. Amplius, quoniam species nullius est
differentia, inspicere oportet, si eorum, quæ sub eodem sunt nomine,
hoc quidem species est, illud autem differentia: vt clarum, quod in
corpore quidem, species coloris, quod autem in voce, differẽtia. Dif-
fert enim uox à voce, eo quod clara sit. De eo igitur quod multipliciter dicitur per hæc, & huiusmodi perspiciendum.

Color I melodiis, qui est chirome est cum terrachorda procedunt per duo hemitonia, & trihemitonium. Id aũt ex musicis.

De æquoci distinctione, ꝙ est scdm instrumẽtũ.

AD potestatem vero distinguendi nomẽ æquiuocum Arist. tradidit quindecim regulas. Quædam sunt, quæ sumuntur ab essentia rei, & illæ sunt, quæ sumuntur ab illius definitione, & ab eius genere, eiusque differentia. Et quę- f
dam sunt, quæ sumuntur ab ipsa re, quæ extra est, & sunt illæ, quæ sumuntur ab ipsis rem recipientibus & a comparationibus & a similitudinibus, & incę-
pit & tradidit contrariorum quindecim regulas.

Prima regula est, quod consideremus contrarium illarum rerum, de quibus di citur nomen, quoniam si huius contrarium nomen occurrat de singulis nominis æquiuocatione, illud nomen dicitur nomen æquiuocatione: hoc autem nobis osten-
ditur duobus modis, quorum vnus est, quod illis contrariis non sit vnum nomen, sed nomina diuersa. Verbi gratia, quia acuitas significat dispositionem cultri, & dispositionem vocis, quando autem velimus scire, an quod significat in vno sit aliud ab eo, quod significat in altero, primo consideramus nomen contrarii in vtroque illorum, sicque in uoce inuenimus grauitatem, & in cultro inuenimus grossitiem, sicque scimus acutiei nomen esse illis æquiuocum.

Secundus aũt modus est, quod consideremus dispositionem ipsorummet con trariorum, quo etiam indigemus, quando fuerit vnum nomen, gratia exempli, vox clara, & aqua clara, quando consideramus illius contrarium, inuenimus vnum nomen, quod est turbidum: quando vero inspicimus turbulentiã aquæ inuenimus illam quandam rem, quę accidit ei secundum visum: turbulẽtia vero

A nocis est res, quæ secundum auditum euenit, & scimus quod claritudo est nomen æquiuocum. Capitur autem iuramen per hanc regulam, quando huius distinctio in contrario fuerit notior quam illius distinctio in rebus, in quibus primo quærebamus cognitionem nominis æquiuoci, prout per primam regulam recipiebatur iuramen. quando contrariorum nomina erunt diuersa.

Tertia regula est, ꝙ consideremus ambas res, ex quibus capiebatur indicium de nomine, quia si vni illarum fuerit contrarium, & non fuerit alteri, scimus quod nomen est æquiuocum, sicut est oblectamentum, quod euenit ob laborem, & ob aquæ potum: vnius enim est contrarium, quod est ipsa sitis, alterius vero non est aliquid contrarium.

Quarta autem regula est, quod cõsideremus res, quas significat nomine ipsum contrarium: quia si vni sit contrarium immediatum, alteri autem mediatum, nomen est æquiuocum, Verbi gratia dulcis sermo, & dulcis sapor, quoniam inter dulcedinem, & amaritudinem sermonis non est medium, inter saporis vero dulcedinem, & amaritudinem est medium, vt salsedo & ceteri sapores.

Quinta regula est, quod vnius rerum sit contrarium, inter quas sit vnum medium, alterius autem sit contrarium, inter quas sint plura media.

Sexta autem regula est ab oppositis, quę sunt secundum contradictionem, quę est quod si consideremus an oppositum vnius rerum dicatur nominis æqui- B
nocatione cum alterius rei opposito, scimus quod nomen sit æquiuocum, Verbi gratia, videntis est oppositum quod est non videns, hoc autem dicitur de duabus diuersis rebus quarum vna est, quod non sit illi visus, & altera ꝙ non vtatur visu hinc itaque est manifestum, quod videns cum opposito dicitur æquiuocum.

Septima regula est secundum modum prædicationis & habitus: nam, si oppositũ dicatur multipliciter, res, quam nomen significat, dicitur multipliciter, Verbi gratia, si sentire de anima & corpore dicatur dupliciter, prius sentiẽdi etiam dicitur dupliciter. Sicque si sanitas dicatur de illis æquiuoce, scilicet de anima & corpore, egritudo itaque de illis dicitur equiuoce.

Octaua regula est a casibus, vt si iustum dicatur multipliciter, iustitia dicitur multipliciter. Sed regulæ sumptæ ab ipso genere sunt traditæ ab eo duæ numero.

Quarum vna est, quod genera rerum de quibus sumitur indicium de nominibus, sint distincta, dico genera vniuersalia, prout dicimus laudabile de saporibus, & laudabile de moribus, & laudabile de pluuia: laudabile enim saporum est dulce rum prædicamentorum actionis, & passionis, ex quorum agit, aut patitur in corpore laudabili passione morum autem laudabile est secundum qualitatem, vt fortitudo & virtus, pluuia autem laudabilis est pro tempore.

Secunda autem regula est, quod consideremus genera illarum rerum, de qui- C
bus sumitur indicium, dico ipsa proxima, quando ascendunt ad genus ipsum supremum, aut ad medium eis, & supremo, & si illa genera fuerint distincta, & non subintrat alterum, neque hoc nomen significat illas res inquantum cõ uenient in supremo genere, hoc nomen est æquiuocum, Verbi gratia, asinus dicitur de quodam vase, quod arte fit ex ligno, & de animali, illorum enim genera proxima sunt diuersa. f. animal. & planta, & neutrum illorum alteri supponitur nec asini nomen illa significat inquantum connectuntur supremo genere quod est substantia, quia si illa significaret inquantum sunt in prædicamento substantiæ, diceretur de illis vniuoce, Verbi gratia, passer & pennatum ad auem, sunt enim duo illius genera distincta, quæ ad vnum genus ascendunt, auis autem non dicitur nominis æquiuocatione de eis, ex quo passer continetur in habente pennas.

Vndecima regula sumitur ex definitione. hæc autẽ fit in definitionibus rerum compositarum, quæ significant singulas partes compositorum per simplices dictiones, prout dicimus eclipsim lunę, & eclipsim solis, nos enim quando considerauimus, & meditamur talia, auferimus rem qua differunt omnia subiecta. & de finimus id, quod est illis cõe, & inuenimus illud diuersum: nomen itaque est æquiuocum, vt si definiremus eclipsim lunę, & comperimus illam, ꝙ sit illius solis in umbrę pyramidem, & definiremus eclipsim solis, & illam comperimus

esse lunæ interstitium inter nos & illum. Sicq; scimus eclipsis nomen illis esse D
æquiuocũ. Et aliquãdo est verum, q̃ nomina partium definitionis dicabitur equiuoce, & expedit qd in illis pcedamus, prout pcessimus in ipsis definitionibus.

Regula duodecima etiam sumitur ex eo, quod est magis & minus & æquale, hoc est, q̃ consideremus alteram duarum rerum, de qua dicit illud nomẽ, & si inter illam & alterã non fuerit comparatio in suis subiectis secundũ magis aut minus aut æquale, illas duas res significat æquiuoce, Verbi gratia, acuties vocis, & cultri, non dicitur q̃ vnius acuties sit alterius acutiei æqualis, aut magis. Et duæ regulæ sunt ex ipsi differentia. Quarũ vna est, q̃ cõsideremus an res, quas vno nomine significans, sint differentiæ supremorum generum diuersorum, aut mediorum, quorũ vtrumq; ascendat ad vnum suprenum aliud, ab illo, ad quod ascendit alterum. Si itaq; fuerit, illud nomen est æquiuocum. Verbi gratia, acuies vocis & cultri vocis. n. acuties est alta, & discrimẽ acutiei est de differentijs p̃dicamenti qualitatis, cultri aũt acuties & acutiei discrimen est de differentijs prædicamenti substantiæ. Secunda autem regula est, q̃ considereamus res, quas significat illud nomen, & si ipsarum differentiæ ipsas diuidentes fuerint diuersũ, nomen itaque æquiuocum, Verbi gratia, digestum dicitur de gustata re & de ea quæ addiscitur: differentiæ enim diuidentes rem, quæ addiscitur sunt differentiæ diuidentes disciplinam, & illam continentes: digestum autem, quod significat rem gustatam, non diuiditur his differentijs. Alia autem postrema regula est, quã B
do vna harum duarum rerum, quas significat nomen, sit differentia, & altera sit species. Hæ itaque sunt regulæ, quas tradidit in dignoscendo nomen æquiuocũ.

De differentiarum inuentione, similium consideratione, & vtilitatibus instrumentorum. Cap. XIIII.

Differentiarum inuẽtio.

DIfferentias aũt in ipsis generibus ad seinuicem perspiciendum. vt quo differt iustitia à fortitudine, & prudẽtia à temperantia: hæc enim omnia ex eodem genere sunt, ex virtute. Et ex alio ad aliud, vt in iis, quæ non minimũ differunt: vt in quo differt sensus à scientia: nam in iis quæ multũ differũt, manifestæ sunt omnino differentiæ. Simi-

Similiũ consideratio.

litudinem aũt considerandũ, in iis quæ sunt in diuersis generibus: vt F
sicut alterũ ad alterum quidem, sic aliud ad aliud: vt sicut scientia ad scibile, sic sensus ad sensibile: & vt alterũ i altero aliquo, sic aliud in alio: vt quẽadmodu visus in oculo, mens in anima, & vt tranquillitas in mari, serenitas in aere: vtrunq; enim quies. Maxime aũt in iis, quæ multum distant exerceri oportet: facile enim in reliquis

A specie.

poterimus similia inspicere. Considerandum autem & ea, quæ sub eodem sunt genere, si quid inest omnibus idem: vt homini, & equo, & cani: nam si ineſt aliquid eis idem, in eo sunt similia. Vtile aũt

Vtilitates considerationis multiplicis.

ipsum quidem, quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad dilucidiratem: maxime autem quis sciet quid ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri secundum rem eandem, & non ad nomen syllogismos: si enim immanifestum sit quotupliciter dicitur, contingit non ad idem etiam qui respondet, & qui interrogat, ferre intellectum: manifesto autem quotupliciter dicitur, & ad quid

A ferrens ponat, ridiculus videbitur interrogans esse, si non ad hoc sermonem faciat. Vtile etiam, & vt non falsa ratione decipiamur, sed decipiamus potius: nam scientes quotupliciter dicitur, non hallucinabimur, sed scietnus si non ad idem sermonem faciat is, qui interrogat, & ipsi interrogantes poterimus apparenti ratiocinatione fallere, nisi is, qui respondet, agnoscat quotupliciter dicitur. Hoc non in omnibus semper possibile, sed quando fuerint eorum, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem vera, alia autem falsa. Est autẽ proprie non conuenjens modus hic dialecticæ: quare omnino vitanda dialecticis huiusmodi ad nomen disputatio, nisi quis aliter non possit de proposito differere. Differentias autem inuenire vti-

Vtilitates inuentionis differentiarum.

le, & ad syllogismos de eodem, & diuerso, & ad cognoscendum quid est vnumquodque. Quòd autem ad syllogismos de eodem, & diuerso vtile, manifestum: inuenientes enim differentiam propositorum quãlibet, ostendentes erimus, quoniam non idem. Ad co-

B gnoscendum autem quid est vnumquodq; eo quòd propriam substantiæ cuiusque rationem: iis, quę circa vnumquodque sunt, accommodatis differentijs separare solemus. Similitudinis autem consideratio vtilis est ad inductiuas rationes, & ad syllogismos ex suppositione, & ad assignationem definitionum. Ad inductiuas quidem

Vtilitates considerationis similiũ.

rationes, eo quod circa singula in similibus inductione, vniuersale existimamus inducere: non enim facile est inducere ignorantes similia. Ad syllogismos ex suppositione, eo quod probabile est quemadmodum in vno similium se habet, sic & in reliquis. Quare ad quodcunque eorum facultatem habebimus disputandi, profitebimur quẽ admodum in his se habet, sic & in proposito habere. Id enim osten-

Hypotheſis.

dẽtes, & propositum ex suppositione ostendentes erimus: supponentes enim quomodo in his se habet, sic & in proposito se habere demonstrationem faciemus. Ad definitionum autem assignationem, eo quod potentes conspicere quid in vnoquoque idem, non dubi-

C tabimus ad quid oporteat genus (cum definiemus propositum) collocare: nam communium quod maxime in eo quod quid prædicatur, genus erit. Similiter autem & in multum distantibus utilis ad

A multũ distantibus.

definitiones similitudinis consideratio: vt quod idem tranquillitas in mari, & serenitas in aere: vtrunque enim quies: & quoniam punctum in linea, & vnitas in numero: vtrunque enim principium: quare commune in omnibus genus assignantes, arbitrabimur non extranee definire. Pene autem & definientes sic solent assignare: nam & Vnitatem principium numeri dicunt esse: & punctum, principium lineæ. manifestum igitur quoniam ad commune vtrorumq; genus collocant Instrumenta itaque, per quæ sunt syllogismi, hæc sunt: loci autem, ad quos vtilia sunt prædicta, ii sunt, qui dicendi sunt.

De potestate sumẽdi differentias, de similitudĩ cõsideratione, & vtilitatibus istrumẽtorum,

POtestas vero sumendi differentiam euenit exercitio sumendi differentiam rerum vehementis similitudinis vnius earum, quę vniuersaliter sunt tres species quarum vna est similitudo acceptionis differentiarum rerum, quæ, subsunt vni generi proximo, prout sunt fortitudo & æquitas: suum enim genus est vnum scilicet ipsa virtus, sed fortitudo est circa res timendas, & æquitas est circa res, quæ fiunt hominum commerciis, & hæ sunt illarum differentiæ, quibus differunt Secunda autem species est, quod sumamus differentias rerum, quæ subsunt vni generi remoto, prout est prudentia & temperantia: suum enim remotum genus est ipsa virtus, sed prudentia est in parte cogitatiua, & temperantia in parte cupiscente. Et tertia species est differentiarum rerum, quæ subsunt generibus sumptis, quando illis rebus contingit: ꝙ sint similes, prout est consideratio illius, quo differt sensus a scientia, cum hoc ꝙ sensus sit de prædicamento relationis, & scientia de prædicamento qualitatis, similitudo enim inter illos est nimia proportio enim sensus ad sensibile est proportio scientiæ ad ipsum scibile. B

Potestas vero sumendi verisimilitudinem sit exercitio sumendi similitudinem inter res distinctas, prout sit potestas sumendi differentias exercitio sumendi differentias rerum similium. Similitudo autẽ est dupliciter, similitudo secundum modum proportionalitatis, aut secundum rem, quæ ambitur ipsa similia, & aliquãdo conuertuntur in vna eadem re ambæ similitudines simul. Verbi gratia, sensus, & intellectus sunt similes, quatenus sunt quædam conceptiones, necnon ratione proportionalitatis quia dispositio intellectus ad animam est, sicut dispositio sensus ad visum. Hæ itaque sunt res, quæ nobis constant potestatem horum quatuor instrumentorum, C

Trium autem horum tusstrumentorum, quæ sunt nominis æquiuoci dignotio, & differentiarum acceptio, & similitudinis sumptio, est iuuamen commune, & iuuamen proprium. Commune quidem iuuamen est, quo facilior fit eductio præmissarum, ipsarumq; inuentio, quando enim nos diuisserimus nomen æquiuocũ in sua significata, & hoc in subiecto præmisse, aut ipsius prædicato, aut vtroque, vna præmissa redditur nobis plures præmisse. Sicque quãdo diuideremus rerum differentias, quas putauerамus primo esse vnam, redditur vna præmissa duę, & hinc nobis euenium duæ præmisse.

Singulis vero horum trium iuuamina propria sunt: æquiuoci quidem nominis cognitioni vna cum præstaro, tria iuuamina. Primum quidem iuuamen patens est manifestatio, & hoc quidem iuuat quærentem & respondentem: quærentis quidem iuuamen est, quia quando quæritur nomine æquiuoco, intelligeret ex illo admissionem alterius duorum significatorum, quæ significat, & interdum abstineret illud admittere ob cauendum significatum illi commune secundum nomen, & putaret qd quæsuisset de hoc, qd' est apud eum impossibile, sperans aũt hoc opere illi ostenderet significatũ, qd intẽderat admittẽdũ, & illud admitteret. F

Respondenti vero iuuamen est, quia aliquando quæreretur ab eo significatũ, quod non noceret ei illud admittere, & cum illo in nominis significatione inclusum esset significatum, quod redderetur ad destruendum eius positionem. Posset enim ille admittere quod significat nomen æquiuocum absque distinctione, & non crederet ꝙ quæ tenus illi inferret destructionem eius positionis. Secundum vero iuuamen est, quod quærens & respondens non ferãt orationem de duabus rebus distinctis, & putent interloqui de vna re, & quod est in mente vnius, sit aliud ab eo, quod est in mente alterius, & quod vnus destruit, sit aliud ab eo, quod destruit alter: hoc autem est manifestũ, quod eueniat illi, qui ignorat quid significet nomen æquiuocum absque distinctione. Tertium autem iuuamen est, ne errer audiens, neque loquens in syllogismo, quando illius præmisse significant nomine æquiuoco, & quoddam illorum significatorum, quæ significat illud nomen sit verum, & aliquod falsum: & posset putari falsum esse uerum, & verum esse falsum, & diuulgarum esse absonum, & absonum esse diuulgatum, & putaret de eo quod non est syllogismus, quod sit syllogismus: putaret enim ꝙ ipsum idem prædicatum minoris sit subiectum maioris, cum ipsum esset aliud, & putaret ꝙ ibi sit conclusio, cum ibi nulla res sit illata: quatenus autem ex

A nomine æquiuoco posset euenire fallacia, qua homo posset decipere alium, hoc opus prius est sophisticum quam topicum: ipse vero topicus indiget illo, dum respondens extorqueretur deutando extraneis responsionibus, & fiunt illi difficiles, & abstinet ab admittendo rem, de qua rogaretur iuuamen, & de hac re quæreret ab illo nomine æquiuoco, quod significaret illam, & aliam rem, de qua non caperet iuuamen, & respondens admitteret illud putans de eo, quod ex quo hoc nomen significat rem, quæ non iuuat quærentem, expedit ei concedere hoc nomen secundum hoc significatum, quod confert quærenti iuuamen, & ex illo inferret ipse quærens rem, quam ab initio rei proposuerat, quam admittere caueбat, nisi ꝙ hoc opus deceptorium sit in hac arte per accidens. Verumtamen põtas sumendi differentias confert constitutioni definitionis singularũ rerũ, ipsum q; nosse facit per id, quod propriũ ipsum concernit, eo ꝙ differentia est, qua species p se distinguitur a specie secũ conuenieti in genere. & confert erũ iuuamen locis de eodem, & dealio, qñ.n. manifestantur differ, sit manifestũ ipsum aliud.

Iuuamen vero potestatis sumendi similitudinem decet tribus rebus: quarum vna est ipsa inquisitio. Secunda sunt syllogismi, qui proprie positiones nominãtur, hoc est conditionales. Et tertia sunt ipsę definitiones. Huius vero iuuamen ad inquisitionem patet, quia sciendo sumere similitudinem ipsius consimilitudinis euenit syllogismus positionis: hic enim manifestationis modus sit secundum modum credulitatis, quando enim aliquid alicui ineſſe, aut ab aliquo auferre, ostendere proponimus: hanc ostẽsrationẽ transferimus ad huius simile, de quo est notum, ꝙ id, quod sequitur huius rei simile, sequatur hanc ipsam eandem rem. B Definitionibus autem confert iuuamen, quia per eam ostenditur proximum genus, quod in definitione ponitur, sicut per scientiam differentię dignoscitur id, quod proprie ipsam concernit, & vt vniuersalius inquam, nisi sumeretur similitudo, impossibile esset cuipiam euenire vniuersale aliquod tanto minus essentiale, & ideo exercitium sumendi similitudinem & differentiam est, quo nobis ipsi constamus de acceptione rerum essentialium in syllogismis demonstratiuis. Et sit quando etiam sumitur iuuamen de ipsa similitudine ab acceptione definitionum rerum nimis remotarum secundum suam essentiam, ex quo inter illas fuerit proportio aliqua, & ponitur hęc res, qua proportionantur, tanquã illarum genus, Verbi gratia, quia ex quo proportio puncti ad lineam in magnitudine, est, proportio vnius ad numerum, eo quod sit principium. Sicque, quando proponimus habere lineę, aut vnius definitionem, ponimus hanc similitudinem, vt genus illorum, & dicimus de puncto, ꝙ sit linęę principium, & de vno, quod sit numeri principium. Hęc itaque sunt instrumenta, quibus educuntur particulariora loca singulorum quęsitorum ex locis communibus, quę infra narrabit. Et hic explicit oratio de prima parte huius scientię, & maior pars illius, cuius mentionem fecit, quod dictum est in primo libro voluminis topicorum Aristo. C

Aristotelis libri Topicorum primi, cum Auerrois Media expositione, Finis.

TRACTATVS DE LOCIS AD INTELLIGENTIAM eorum, quæ in reliquis Topicorum libris ab Aristotele dicuntur,

Abramo de Balmes interprete.



EXpedit qd primo dicamus quid sit locus, & secũdo ꝙ sint finita in, clusa, & tertio modos disciplinæ, qui possint de eis fieri, et modũ quo Arist. præfuit hic. Dicimus itaque, qd Alexander & Theophrastus definiunt locum, qd sit principiũ & sedes, vnde sumunt præmisse singulorũ syllogismorũ, qui fiunt de omnibus particularibus quæsitis singularũ artium, & p hoc intendit qd sint dispositiones

& attributa eōia, & regulę, quibus ꝓcedimus ad acquirēdū particulares ꝑmissas singulorū ſyllogiſmorū: & hoc eſt qđ Abumazar Alpharabius intendit p locū, & ideo ex quo ipſe eſt illa ꝑmiſſa, cuius partes proprie concernunt partes premiſſæ, quę et ſubeſt: cuius pars prædicata præmiſſæ prædicatum tm̄ concernit. & ſubiectū eſt aliud: ꝑmiſſæ vero, qua concernit pars, ſubſtantia eſt ipſum ſubiectū alterius præmiſſæ, cū pars ꝑdicata ſit alius: continens itaq; illarū non eſt locus, neq; contenta eſt præmiſſa particularis, ſed contenta eſt concluſio duarum ꝑmiſſarū, quarum maior eſt continens, & minor eſt contenta ſecūm eius ſubiectū, ꝓut diximus Socrates eſt animal, & oīs hō eſt animal. Et putatur quod hæc deffinitio, qua deffinierunt hæc loca, ſit affinis definitioni, qua ea definierat Ariſt. in libris rhetoricorū: ille. n. dixit, ꝙ loca ſint baſes ſyllogiſmorum, & putatur qđ inter illas ſit dīa, qa ſi locus ſit baſis ſyllogiſmi, ſyllogiſmus eſt illius forma, quæ eſt eius figura, eius autem materia eſt ipſius præmiſſæ: expedit itaq; ꝙ locus ſit, qui largiatur ſyllogiſmū ꝑmiſſas & formā: & hoc eſt ipſa veritas, quia inuenimus ſyllogiſmos facere ambas res ſimul, aut inuenimus de illis, qui faciat alteram duarum rerum, & de illis, qui faciat alteram rem, & hoc quidem eſt manifeſtum de locis vniuerſalibus, quæ Ariſt. tradidit in poſterioribus analyticis.

Themiſtius vero edixit quod locus ſit vniuerſalis premiſſa, quæ eſt in ſyllogiſmo, quæ veriſſima eſt premiſſarum ſyllogiſmi: & dicit, ꝙ tali premiſſa aliqđ vtimur ſecūm, & in ſyllogiſmo, & aliqđ vtimur ſua ſententia & ꝑte. Eius aūt argumentatio ad hoc eſt, quia in rebus, quibus Ariſto. vtitur in tractatu locorum huius libri, cōperiuntur ambæ ſpēs ſimul, ꝓut diximus, quod eligibilius ſit apud nos quod eſt diuturnioris temporis, & prout dicimus qđ eligibile p ſe ſit eligibilius quā eligibile per aliud: de re itaq; horū & ſimiliū videt, ꝙ numerati ſint vt ſint maioris præmiſſæ ſingulorum ſyllogiſmorum quæſitorum particularium, prout dicimus ebrietatis delectationē eſſe eligibiliorē delectatione coitus, qa ſit diuturnioris durationis, B

Alexandri vero argumentatio ad hoc eſt, quia præmiſſæ, quæ ſumuntur in illis ſyllogiſmis, ſunt infinitę, & non incluſæ collectę in vnum, ſicq; nō euenit ex ſimilitudinis indiuiduis aliqua res vtilis, ex qua ꝓcedatur ad res particulares infinitas cuius moris eſt diſpoſitio regularū, quę traduntur in hac arte: vtiles vero premiſſę particularium ꝑmiſſarum ſunt finitę: & dum attigerimus ipſarū vniuerſaliores, poſſibile ſit nobis ꝓcedere ad particulariores, quę eis ſubſunt, & euentes nobis præmiſſæ particulares, quę ſunt in potentia infinitę aduentu vniuerſalium, quæ ſunt finitę: & hęc quidem eſt natura regulę, vt regula eſt, & ideo loca ſunt, quæ p ſe largiuntur ptātem faciendi ſyllos, & particulares præmiſſas maioris ſingulorum ſyllogiſmorum, & non quod ipſarū, naturę ſit hic actus: & ideo id, quod dicit Alexāder, & qui, vt ipſe aſſeuerat, eſt proprior veritati, quam Themiſtius.

Et Abumazar dicit cum hoc, quod illa ſit opinio Ariſt. quā preſtius ponit, quā ſecūm quod dicitur loci nomē apud vulgus, & illa eſt, res vnde tranſtulit hoc nomen: it a.n. oportet qđ ſit res ad quā nomē tranſfertur in arte vnde translatū fuerit, V. g. quia nos inuenimus loci nomen apud vulgus, qđ' eo ſignificēt aliquā diſpoſitionē, vel aliquā rem cuiuſq; orationis, de qua ſit ſermo, occaſione cuius diſpoſitionis vel rei prouenit huius orationis conſtructio, aut deſtructio: & hoc quidē apparet ex inquiſitione locorū, quę vtuntur hoc nomine, quia cōueneret dicere hic eſt locus cōſideradi, & locus aſtutię, & locus deceptionis, & locus de pēdentię ſimilitudinis & hęc eſt ſimillima rerū ſecūm ſignificatū qđ nomē loci ſignificat apud Alexādrā. Et ſunt res, ꝙ dū apud nos fuerint ſecūm-otationē aliquā, poſſibile eſt nobis ex illis procedere ad id, qđ hęc oratio cōſtruit, aut deſtruit. C

Et hinc dicimus qđ Ariſt, nō vocaret premiſſas vtes, ex quibus acquiruntur præmiſſę particulares demōſtrū, loca, ex quo demōſtro non eſt apta ſecundū modū queſtionis & reſponſionis: & Ariſto. excuſatur de ſimilibus illarum premiſſarū, quibus vtitur in ſuo libro, de quibus putatur quod ſint maiores ꝑmiſſę particulares, quę fiāt in ſingulis ſyllogiſmis de particularibus premiſſis dicēdo, ꝙ hę numerent inter loca, rōne qua ſua ꝑdicata ſunt aliquo modo vniuerſaliori ꝑdicatis multorū ꝙſitorū particulariū, & ꝓceditur ex eis ad particulares præmiſſas, ꝙ fiunt maiores ꝑmiſſę ſingulorū ſyllogiſmorum, & ꝓpterea poſſunt eſſe regulæ, & D

A dignoſci in hoc libro. Et huius exemplū eſt id, qđ dicimus, qđ eſt diuturnioris durationis, eſt eligibilius. Et eſt locus, ex quo ex eo procedimus ad id, quod eſt diuturnioris durationis, qđ' ſit eligibilius: id vero, de quo Ariſto. meminit de his orationibus ꝓter id, cuius meminimus, eſt vt dicere expediēs eſt explicare quas rerū conueniat vocare ſicut illas vocat ipſum vulgus, & quas non: & ſicut dā dicit poſtquā tranſtuleritis rei nomē ad nomē alterius rei expedit, qđ conſideremus adeo qđ nomē, quo vocat ſit cōueniētius, quā nomen ſubiecti. Hę. n. non ſunt premiſſę, ſed ſunt diſpoſitiones, & attributa premiſſarum, ex quibus progreditur ad illas: & ideo omnes expoſitores conueniunt, ꝙ hęc non ſint loca, ac ſi eſſent poſitiones, & directiones ad modum inuentendi premiſſas, & res inuantes eas. Hæc itaque eſt explicatio quid ſint loca.

Modi vero diſciplinę, quibus vtimur in hac arte, videntur ex eo quod dicā, ex quo enim omne queſitum eſt per dictionem an ſit, Aut quæritur per ipſum, an res ſit ſimpliciter, prout dicimus, an vacuum ſit. Et an tale ſit tale prout dicimus, an agnus ſit mortuus, aut an tale meſſe tali ſi magis quam meſſe tali, vel an tale inſit tali, aut ſecundum quod ſit definitio, aut genus, aut proprium, aut accidens, & ſimilia: & vniuerſaliſque horum ſunt loca propria, & loca communia, poſſe eſt, qđ omnia loca inuantia ſingula horum quæſitorū numerentur ſola, & ſi B his ſit repetitio locorū communium: hic quidem eſt facilliimus modorū, & proximus eorum, & firmiſſimę obſeruationis ipſorum, & ſic inuenimus feciſſe Ariſt. niſi quod ipſe poſuit loca quæſitorum eſſendi ſimpliciter, & loca accidentis in vnum idem, ob cauſam, quam prædiximus, & decreuit illis vnum tractatum. Deinde poſuit loca quæſitorum ſyllogiſmorum ſimpliciter tantum, & decreuit illis vnum tractatum. Deinde poſuit loca generis, & decreuit illis etiam vnum tractatum, & ſic fecit de locis quæſitorum propriꝰ, & definitionis, quia vtrique horum decreuit vnum tractatum.

Et poſſibile etiam eſſet hæc loca fieri altero modo. Numerauit autem primo quid omnibus illis ſit cōe, prout ſunt loca ſimilitudinis & conuerſi, & cætera. Deinde poſuit quod eſt cōe quatuor ipſorum, deinde tribus, deinde duobus, & numerauit loca propria ſingulis horum ſolis: & iam poſſibile eſſet, ꝙ numerarentur reſpectu ad definitionem, ꝓter ꝙ explicetur per illa definitio alicuius quę ſiti de his quæſitis. loca enim generica iuuant definitionem, ex quo impoſſibile eſt quin ſit in ea definitione ipſum genus. Sicque & loca proprii, ex quo condition is ipſius definitionis eſt, ꝙ ſit appropriata: & ſimiliter loca accidentis, ex quo impoſſibile eſt, quin definitio inſit definito. Et ſecundum hoc videtur ꝙ loca deſtructiua horum, ſingula deſtruant definitionem, & conſtruentia, ſingula horū ſint conſtructiua, & quædam ſunt de conditionibus ipſius definitionis, niſi ꝙ ex quo non omnia loca quæ deſtruunt genus, aut ſingula horum, deſtruunt definitio C nem, ſed de illis eſt, qui ipſum conſtruunt & deſtruunt: exemplum illius, qui conſtruit definitionem, & deſtruit genus eſt, ꝙ res ſit de re ꝑdicata in eo ꝙ quid ſit & illam proprie concernat. Quod vero ambo ſimul deſtruit, eſt notum: quādo enim deſtruitur ꝙ ſit prædicatum in eo ꝙ quid ſit, deſtruit ꝙ ſit genus, & tanto fortius ꝙ non ſit definitio, ſicque inuenitur diſpoſitio omnium locorum deſtruentiū ſingula horum, & non eſt etiam in omnibus locis, quibus ſit genus, aut aliud illorum, qui conſtruat definitionem, aut aliquam definitionis conditionem, ſed ipſorum eſt, qui conſtruat genus, & deſtruat definitionem. Verbi gratia, quando oīs dicitur de aliquo prædicato, quod ſit in eo ꝙ quid ſit prædicatione vniuerſali: notum itaque eſt quod conſtruat, quod illud ſit genus, & deſtruat, quod ſit definitio: hinc itaque fit difficile ea dinumerare ex parte ipſius definitionis cum hoc, quod quando ſumerentur hæc loca reſpectu ad definitionem, & dinumerarētur quatenus hęc ſit prima intentio de illis, non euadit in multis illorum, quin occultetur ipſius tuitionem, aut imminuatur: quando autem vnuſquiſque ſumeretur ſecundum partem, quæ ipſum proprie concernat, tuitionem fit manifeſtius & patentius. Hæc itaque fuit cauſa, qua Ariſt. renuit illa dinumerare definitiua, & iam dictum eſt ꝙ Theophraſtus fecerit hoc.

Quod vero ipſa ſint collecta finita, euidens ſit ex eo, quod dicemus. Iam enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

commonſtratum eſt ꝙ omne quæſitum commonſtretur per aliam rem, quæ ſit D
præter illud, & ꝙ nulli dubium ſit, quod inter hanc rem acceptam ad illius com
monſtrationem, & quæſitum ſit nexus quidam, & ſi impoſsibile ſit, ꝙ exinde ap
pareat in aliqua re quæſiti conſtructio aut deſtructio: hoc autem ſic exiſtente,
nulli dubium eſt, quod res, ex qua commonſtratur, ꝙ res quæſita ſit talis deno
minationis, aut non ſit, quatenus eſt connexa, ſit aut re ſumpta ex quæſiti eſſen
tia, aut res ſumpta ab aliquo ſuorum euentorum, aut accidentium, aut rerū, quæ
de foris ſunt, inter quas & ipſum quæſitum eſt habitudo quædam, & ſimilitudo,
aut rerum mediarum inter res, quę deforis ſunt, & quę ex rei eſſentia ſunt. Et
ex quo omne quęſitum partitur in prædicatum & ſubiectum, & loca, quæ ſu
muntur ex rei eſſentia, aut ſumuntur ex eſſentia prædicati, aut ſubiecti, aut ex
parte aliqua ſuarum definitionum. ſ. ex genere, aut differentia, aut quod ſint ipſę
partes prædicati, aut ſubiecti, hoc eſt, ſpecies prædicati aut ſubiecti, oportet ne
ceſſario ꝙ loca ſumpta ex rei eſſentia ſint loca definitionis, aut generis, aut dif
ferentiæ, aut loca partitionis, hoc eſt, quibus partitur prædicatum, aut ſubiectū
in ſuas ſpecies. Et ex quo rei euenta ſunt accidentia, aut proprija, quæ omnibus
nouem prædicamentis inſunt, expedit etiam hęc loca eſſe huius numeri. Et ex
quo res, quæ deforis ſunt, aut eis atteſtatus fuerit aliquis teſtis, & hic eſt aut
vnus acceptus, aut multi, aut omnes homines aut diſpoſitiones ſint, quæ de fo
risſunt, ſimiles, aut oppoſitæ, aut compoſitæ ex illis, ſequitur neceſſario, quod E
illę, quæ deforis ſunt, in hac partitione incluſæ ſint. Compoſitæ autem ex illis
ſunt loca, ex eo quod eſt magis & minus. Et oppoſita, vt præfatū eſt, ſunt quæ
tuor, & ſimilitudo eſt duarum ſpecierum: loca vero media inter res, quæ defo
ris ſunt, & quæ ſunt ab eſſentia rei, putatur ꝙ ſint loca a cauſis, & loca a con
iugatis, & vt vniuerſalius inquam, omnis locus non euadit quin ſit, aut ſubin
trans has partitiones, aut media inter illas, & vlterius inſpicitur nobis huius
commonſtratio inquiſitione apud conſtitutionem ipſorum locorum: ſicque eſt
hoc quod præponendum ante loca, & procedemus ad illorum diuumerationem
ſecundum philoſophi iter, eiuſq; ordinem, & hinc incipit liber ſecundus.

Argumentum, in Topic. ſecund.

IN Libro ſecundo, loci tractantur abſoluti accidentis, ſiue
ad refellendum, ſiue ſit ad aſſerendum. Loci autem ſunt
hi fere. Non eſt accidens interdū, quod vt accidens enū
ciatur. Subiectū ſeorſum capitur ab accidenti, ſeorſumqꝫ F
definitur. Transfertur problema ad vniuerſalem propoſitionem. quę
ritur quid ipſi obiiciatur. Decernitur, quibus appellationibus mul
ticudinem ſequi, quibus inde recedere oportet. Diſtinguenda æqui
uocatio, ſed & ambiguitas, obſcuris infundenda lux: generis inſpi
cienda contraria, ſed & propoſitis generis ſpecies. vtendum defini
tione, conſequentia, tempore: reuocandum problema illuc, vbi argu
mentationes circunfluant: veſtiganda quæ ſequuntur. Inſpiciendū,
quo affirmatio ac negatio differant. Eruenda ethymologia: penſan
da quæ cui neceſſario, quæ ſecus competunt. Complectenda omni
no multiuoca, contrariorum connexio, & oppoſita quælibet, & con
ſerta, & conſertis obuia, & generationes corruptionesq;, & propoſi
tionum conſequentiæ. præterea quod magis, quod minus, quod
æque ſit. & appoſitio: & quod aliquatenus, & quando, & vbi.

Ariſtotelis

ARISTOTELIS
STAGIRITAE TOPICORVM LIBER SECVNDVS.

Cum Auer. Cordub. expoſitione.

Summa libri.

De locis abſolutis accidentis, ſiue ad refellendum, ſiue ad aſſerendum.

De problematis vniuerſalibus, & in quibus prædicatis ineſſe, & eſſe conuertuntur. Cap. I.

A

SVNT autem problematum hæc quidem vniuerſa lia, illa verò particularia: vniuerſalia quidem, vt omnis voluptas bonum eſt, & nulla voluptas bonum: particularia vero, vt aliqua voluptas bonum, & aliqua voluptas non bonū. Sunt autem ad vtraq; genera problematum, cōmunia vniuerſalia: & con ſtructiua, & deſtructiua. Oſtendentes enim quod omni ineſt, & quod alicui ineſt oſtēdentes erimus: ſimiliter autem & ſi quod nulli ineſt oſtenderimus, & quod nō omni ineſt oſtendentes erimus. Primum ergo de vniuerſalibus deſtructiuis dicendum, eo quòd communia ſint huiuſmodi ad vniuerſalia, & par ticularia, & qa magis poſitiones afferant in eo quod ineſt, quàm nō: diſputantes autem deſtruant.

Problematum diuiſio.

Quod conſtruit vſe, cōſtruit par ticulare.

B

Eſt autem difficillimum conuerti ab accidente propriam nomina tionem. Nam aliquo modo & non vniuerſaliter in ſolis contingit ac cidentibus: a definitione enim, & proprio, & genere neceſſarium eſt conuerti: vt ſi ineſt alicui animal greſsibile bipes eſſe, conuertentem verum erit dicere, quoniam illud animal greſsibile bipes eſt. Simili ter autem a genere: nam ſi animal ineſt alicui, animal eſt. Eodem au tem modo & in proprio eſt: ſi enim alicui ineſt grammatices ſuſce ptiuum eſſe, grammatices ſuſceptiuum erit. Nam nihil horum con tingit ſecundum quid ineſſe, vel non ineſſe: ſed ſimpliciter vel ineſſe, vel non ineſſe. In accidentibus autem nihil prohibet ſecundum quid ineſſe, vt albedinem, vel iuſtitiam. Quare non ſufficit oſtendere quo niam ineſt albedo, vel iuſtitia, ad oſtendendum quòd albus, vel iu ſtus eſt: nam habet dubitationem, quoniam ſecundum quid albus, vel iuſtus eſt, quapropter non neceſſarium eſt in accidentibus conuer ti. Determinare autem oportet & peccata, quæ ſunt in problemati-

A conuerſione.

A definitione.

A genere.

A proprio.

bus:nam sunt duo,vel in eo quod falsum dicunt,vel in eo quod transgrediuntur positam locutionem.Falsum etenim dicētes,& qui quod non ineſt,ineſſe alicui dicunt, peccant: & qui extraneis nominibus res appellant (vt * platanum hominem) transgrediuntur positam nominationem.

Platanus arbor est genialis, & voluptaria, foliorum densissima, umbra magnæ capacitatis, quæ vino ratis dibus infuso nutritur: hinc, siquis hoiem, q̄ vino quoq; nutriatur, Platanū vocet, uocabulo,ut inquit Aristo. abutet.

De locis accidentium,de quibus fit mentio in secundo libro, & illa eadem sunt loca ostendi simpliciter.

ET dicimus, q̄ quædam quæstiones sunt vniuersales,& quædam particulares:& harum vtraq; aut est affirmatiua,aut negatiua.Quæstiones itaq; fiūt quatuor specierum. Affirmatiua vniuersalis, prout est dicere omnis delectatio est bona,& vniuersalis negatiua,prout est dicere, nulla delectatio est bona. & affirmatiua particularis,prout est dicere,aliqua delectatio est bona,aut delectatio quædam est bona.Et negatiua particularis,prout est dicere, aliqua delectatio non est bona,aut non omnis delectatio est bona. Et ex quo quæstionum vniuersalium consideratio continet particulares,q̄s enim construimus rem vniuersalem,construimus illam particularem,sicq; pariter quādo illam destruimus vniuersalem,destruimus eam particularē.Consideratio hic fit de quæstionibus vniuersalibus exceptis particularibus.Præterea, quia positiones topicæ sunt vniuersales, & moris topicorum est illas construere vniuersali constitutione, aut ipsas destruere vniuersali destructione,ex quo præmissæ diuulgatæ sunt vniuersales,quia particulares non sunt diuulgatæ,& iterum, quia positiones topicæ sunt diuersæ variæ,& inuariabiles secūdum diuulgationem.Et vnūquodq; quatuor quæsitorum,hoc est, quæsitum definitionis, & quæsitum generis, & quæsitum proprij,& quæsitum accidentis, destruitur destructione vniuersali, & particulari,excepto accidente, quia ipsum destruitur destructione vniuersalis:q̄s enim commonstratur,q̄ res non init omni,commonstratum est q̄ non est genus,neque proprium,neque definitio,res vero accidentis non est huiusmodi: ineſt enim subiecto particulari,prout dictum est: & ob hoc idem potest per illud construi accidens constructione particulari, & impossibile est de aliquo illorum,scilicet de genere,& proprio,& definitione quod construantur constructione particulari,ex quo prædicantur de toto subiecto: totum autem hoc euidens fit ex eorum præcedentibus definitionibus. Error autem cadit in quæstiones topicas duobus modis: quorum vnus est,quod sint mendaces,aut quod loquatur de illis nomine inusitato in notione idiomatis, & apud vulgus non significat illam rem,pro qua illo vtuntur, prout dicendo hominem vegetabile, aut consimili nomine de nominibus,quæ sunt aliter, q̄ idioma significet.

Loci problematum quòd quicquam insit,vel non insit. Cap. II.

Primus locus. Declaratio.

VNVS autem locus est inspicere,si quid secundum aliquem alium modum ineſt,vt accidens assignauit. Peccatur autem maxime id circa genera: vt si quis albo dicat accidere colorem esse: non enim albo colorem esse accidit,sed genus eius color est. Contingit autem & secundum nominationem determinare eum qui ponit:vt quod accidit iustitiæ virtutem esse. Sæpe autem & cum non determinet, manifestū q̄ genus vt accidens assignauit:vt si quis albedinem colorari dixerit, vel ambulationem moueri.a nullo enim genere denominatiue prædicatio de specie dicitur:sed omnia vniuoce genera de speciebus prædicantur:nam & nomen,& rationem generum suscipiūt species: qui igitur coloratum dixit album, neq; genus assignauit, quoniam denominatiue dixit,neq; vt proprium,vel vt definitionem:nam definitio,& proprium nulli alii ineſt, sunt autem colorata & pleraq; aliorum,vt lignum, lapis, homo, equus. manifestum igitur quoniam vt accidens assignauit.

Alius locus est inspicere ea,quibus ineſſe aut omnibus,aut nulli dictum est:& considerare secundum species,& non in infinitis.Nā transitu magis,& in paucioribus consideratio: oportet aūt considerare, & incipere a primis,deinde consequenter vsq; ad indiuidua:vt si oppositorum eandem disciplinam quis dixerit esse, perspiciendum si eorum,quæ sunt ad aliquid,& contrariorum,& quæ secundum priuationem & habitum,& quę sedm contradictionem dicuntur,eadem sit disciplina:& si in his nondum manifestum est, rursum ea diuidendū vsq; ad indiuidua:vt si iusti,vel iniusti,vel dupli,vel dimidii:vel cæcitatis,vel visus:vel esse,vel non esse. Nam si in aliquo ostendatur q̄ non eadem,interimentes erimus problema:similiter autem & si nulli ineſt:iste autem locus conuertitur ad cōstruendum & destruendum. Si enim in omnibus videatur cum diuisionem proferimus,vel in pluribus,postulandum est autem vniuersaliter ponere,aut instātiam ferre in aliquo non sic esse:nam,si neutrum horum faciat, absurdus apparebit, qui non ponet.

Secūs locus. Declaratio. Hic locus est constructionis, & destructionis.

Alius est,definitiones facere accidētis,& eius cui accidit,aut vtriusq; de vtroq;,aut alterius:deinde considerare si quid non verum in definitionibus,perinde ac verum sumptum sit. Vt si est Deum iniusti tiam facere,quid iniustitiam facere. si enim nocere sponte, manifestum,q̄n non est Deum iniustitiam facere,non enim contingit nocere Deum:& si inuidus sit studiosius,qui inuidus,& quæ inuidia. Nam si inuidia est tristitia in apparenti prosperitate alicuius proborū,manifestum est q̄ studiosus non est inuidus,prauus enim esset.& si indignans inuidus,quis vterq; eorum:sic enim manifestum erit vtrū verum,an falsum sit,quod dictum est:vt si inuidus quidem fit,qui tristatur in bonorum prosperitatibus,indignās autem, qui in malorū prosperitatibus tristatur,manifestum q̄ non erit inuidus indignans. Sumere autem & pro iis(quæ in definitionibus sunt)nominibus definitiones,& non desistere donec ad notum deuentum sit. nam sæpe cū tota quidem definitio assignata sit,non manifestum est quod quæritur:pro aliquo autem eorum(quæ in definitione sunt)nominū,definitione dicta, manifestum sit.

Tertius locus. Declaratio, A definitione, Quid inuidia,

Amplius,problema propositionem sibi facientem, instare. Nam instantia erit argumentum ad positionem. Est autem locus hic pene idem ei, quo considerare quibus ineſse, vel omnibus, vel nullis dictum est,differt autem modo.

Quartus locus. Declaratio. Ab instātia. Quintus locus. Declaratio.

Amplius, determinare quæ oportet dicere, vt plures,& quæ non.

Vtile enim & ad constructionem, & ad destructionem: vt quod nominationibus quidem res nuncupandū vt plures: quæ aūt sunt, talia ne, an nō talia, non amplius attendendum ad plures: vt salubre quidem dicendum effectiuum sanitatis, ceu plures dicunt: verum autem propositum effectiuum sit sanitatis, an non, non amplius vt plures dicēdum, sed vt medicus. D

Sextus locus. Declaratio. A multiplici, constructioni & destructioni aptus.

Amplius, si multipliciter dicatur, positū autem sit quoniam inest, aut quoniam non inest: alterum monstrare eorum, quæ multipliciter dicuntur, si non vtraq; contingat. Vtendum autē in iis, quæ latent: nam si non lateat multipliciter dictum, instabit quoniam non monstratum est id, quod ipse dubitabat, sed alterum. Hic aūt locus cōuertitur & ad constituendum, & ad destruendum: nam construere volentes ostendemus quoniam alterum inest: si non ambo poterimus: destruentes aūt quoniam non inest alterum ostendemus, si ambo nō poterimus: veruntamen destruenti quidem nihil oportet ex concessione disputare, neq; si omni, neq; si nulli dictum sit inesse: nam si ostenderimus quoniam non inest quodcunque id sit, interimentes erimus omni inesse: similiter autem & si vni ostēderimus inesse, interimemus nulli inesse. Constituentibus aūt præconfitendum, quod cuiuis inest, omni inest, si verisimile sit postulatum. Non sufficit enim ad ostendendum ꝙ omni inest, in vno disputasse: vt si hominis anima immortalis est, propter hoc, anima omnis immortalis quare præconfitendum ꝙ si quæcunq; anima immortalis, omnis immortalis: hoc autē non semper faciendum, sed quando non facile possumus communē in omnibus vnam rationem dicere: quemadmodum geometer, quòd triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos. E

Septimus locus. Declaratio. A multiplicis diuisiōe.

Si autem non lateat ꝙ multipliciter dicitur, diuisum quotupliciter dicitur & interimendum, & constituendum. Vt si decens est vtile, aut honestum, tentandum ambo construere, vel interimere de proposito: vt quod honestum, & quod vtile, vel quod neq; honestum, neque vtile. Si autem nō contingat vtraq;, alterum ostendendum, annotato quòd hoc quidem est, illud autem non: eadem autem ratio, etiam si plura sint, in quæ diuiditur. F

Octauus locus. Declaratio. A fine, & medio, atq; accidente.

Rursum quæcunq; non secundum æquiuocationem dicuntur multipliciter, sed alio modo. Vt disciplina vna plurium, aut vt finis, aut vt eius quod ad finem: vt medicina eius quod sanitatē facit, vt quod cibat, aut vt amborum finium, velut contrariorum eadem disciplina (nihil enim magis finis alterum altero) aut vt eius quod per se est, & eius quod per accidens: vt per se quidem ꝙ triangulus duobus rectis æquales habet tres angulos, per accidens autem, quòd æquilaterus: quoniam enim accidit triangulo, æquilaterum triangulum esse, per hoc cognoscimus quòd duobus rectis æquales habet. Si ergo nullo modo contingit eadem esse plurium disciplinam, manifestū quoniam omnino non contingit esse: aut si aliquo modo contingit, manifestum quod contingit. Diuidere autem quotupliciter, vtile: vt si voluerimus construere, talia præstatuenda sunt quæcunque contingunt, & diuidendum in ea tantum, quæcunque vtilia sunt ad construendum. si autem destruere, quæcunque non contingunt, reliqua vero omittenda. Id autem faciendum in iis cum latuerit quotupliciter dicuntur: & esse hoc quidem huius aut non esse, ex eisdem locis astruendum: vt disciplinam, huius quidem aut vt finis, aut vt eorum quæ sunt ad finem, aut vt eorum quæ sunt secundum accidēs, * vel rursum non esse aliquid secundum aliquem dictorum modorum: eadem autem ratio, & in desiderio, & quæcunque alia dicuntur pluribus. Est enim desiderium huius aut vt finis, vt sanitatis: aut vt eorum quæ sunt ad finem, vt medicinæ conficiendæ: aut vt eorum quæ sunt secundum accidens, vt in vino amicum dulce, non quia vinum, sed quia dulce est: nam per se dulce desiderat, vinum autem per accidens: si enim austerum sit, non amplius desiderat: per accidens ergo desiderabat. Vtilis autem locus hic, & in iis quæ sunt ad aliquid, penè enim talia ea, quæ ad aliquid sunt. A B

* alias, aut vt eorū, quę sunt per se, aut vt eorū, quæ sunt secundū accidens.

Nonus. Declaratio. Ab euidentiore appellatione.

Amplius, tranferre ad euidentius nomen. Vt pro exacto in opinione clarum, & pro curiositate cupiditas superfluarum rerum: euidentiori enim facto quod dictum est, bene argumentabilis est positio. Est autem hic locus ad vtrunq; communis: ad construendum, & ad destruendum.

Decimus. Declaratio. A genere.

Ad ostendēdum autem contraria circa idem inesse, considerandum in genere. Vt si volumus ostendere quòd est circa sensum rectitudo, & peccatum: sentire quidem iudicare est, iudicare autem est recte, & non recte, & circa sensum erit rectitudo, & peccatum: nunc ergo ex genere circa speciem demonstratio fit: nam iudicare est genus sentire: qui nanq; sentit, aliquo modo iudicat.

Vndecimus Declaratio, A specie.

Rursum, ex specie generi: quæcunque enim speciei insunt, & generi. Vt si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua, & studiosa: nam dispositio, disciplinæ genus. Primus autem locus falsus est ad construendum, secundus autem verus: non enim necessarium quæcunque generi insunt, & speciei inesse: nam animal est volatile, & quadrupes, homo autem non. quæcunque verò speciei insunt, necessario & generi: si enim homo studiosus, & animal studiosum est. Ad destruendum autem et primus quidem verus, secundus autem falsus: quæcunque enim generi non insunt, neque speciei: quæcunq; verò speciei non insunt, non necesse est generi nō inesse. C

Duodecimus Declaratio, A genere, & a specie.

Quoniam autem necessarium de quibus genus prædicatur, & specierum aliquam prædicari: & quæcunque habent genus, vel denominatiue dicuntur a genere, & specierum aliquam habere necesse est, vel denominatiue ab aliqua specierum dici. Vt si de aliquo disciplina prædicatur: & grammatica, vel musica, vel aliqua disciplinarum aliarum prædicabitur: & si aliquis habet disciplinam, vel deno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minatiue a disciplina dicitur, & grammaticam habebit, aut musicam, aut aliquam aliarum disciplinarum, vel denominatiue ab aliqua earum dicetur, vt grammaticus, vel musicus: Si igitur aliquid dictum a genere quoquo modo, vt animam moueri, considerandum est si secundum aliquam specierum motus contingit animam mouere: vt augeri, vel minui, vel corrumpi, vel generari, aut quæcunque aliæ motus species sunt: nam si secundum nullam, manifestum est q non mouetur. Hic autem locus cõmunis ad vtrunq; & ad construendum, & ad destruendum: si enim secundum aliquam speciem mouetur, perspicuum est quoniam mouetur: & si secundum nullam specierum mouetur, manifestum quòd non mouetur.

D

11. declaratio.

Cum autem facultas non adsit argumentationis ad positionem, intendendum ex definitionibus aut quæ sunt propositæ rei, vel quæ videantur, & si non ab vna, etiam a pluribus. Facile enim definientibus argumentari etiam ad definitiones, facilis argumentatio.

4. declaratio.

E

Considerandum autem in proposito, quoniam existente necesse est positum esse, aut quid est ex necessitate, si propositum est. Construere quidem volenti, quo existente propositum erit ex necessitate: nam si illud ostendatur esse, & propositum ostensum erit: destruere autem volenti, quid est si propositum est: nam si ostenderimus cõsequens propositum, non inesse: interimentes erimus propositum.

15. declaratio.

Amplius, ad tempus inspiciendum si alicubi dissonat. Vt si quod nutritur, dixerit quis ex necessitate augeri: nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper. Similiter autem & si scire dixerit quis reminisci: hoc enim præteriti temporis est, illud autem præsentis, & futuri: scire enim dicimur præsentia, & futura, vt quoniam erit solis defectus, reminisci autem non contingit aliud quam præteritum.

16. declaratio. A facultate copiosa argumentorũ.

F

Amplius, sophisticus modus ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentorum facultatem. Hoc autem erit quandoque quidem necessarium, quandoque autem apparens necessarium, quandoque autem neque apparens, neq; necessarium: necessarium quidem, quando negante eo, qui respondet aliquid vtilium ad positionem, ad illud rationes facit: contingit autem id talium esse ad quæ copiosam argumentorum facultatem habemus. similiter autem & quando inductionem ad aliquid per positum faciens, interimere conatur: hoc enim interempto, & propositum interimetur. Apparens autem necessarium est, quando videtur quidem vtile, & accommodum positioni: non est autem ad id, ad quod fiunt disputationes, siue negante eo, qui disputationem sustinet, siue ab inductione probabili, per positionem ad idem factam interimere conetur idipsum: reliquum vero quando nec necessarium est, nec apparens ad id, ad quod fiunt disputationes, & sine causa accidit redarguere respondentem. Oportet autem deuitare postremum dictorum modum: omni-

A no enim semotus, & extraneus videtur esse a dialectica. Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, sed ponendo quæ non vtilia sunt ad positionem significare quæcunque non videntur. ponit tamen: nam magis perplexos esse vt plurimum contingit eos, qui interrogant, quando omnia huiusmodi ab eis posita fuerint, si non concludunt.

17. declaratio.

Amplius, omnis qui dixit vnumquoduis, quodam modo multa dixit: eo quòd plura vnicuique ex necessitate consequentia sunt (vt qui hominem dixit esse, & quòd animal est dixit, & quòd animatum, & quòd bipes, quodq; mentis, & disciplinæ susceptiuum) quare quouis vno consequentium interempto, interimitur & quod in principio est: cauere autem oportet in huiusmodi, difficilioris assumptionem facere.

18. declaratio.

Nam quandoque facile est consequens interimere, quandoq; ipsum propositum. Quibuscunque autem necesse est alterum tantum inesse, vel non inesse, vt homini ægritudinem, vel sanitatem: si

B

ad alterum facile poterimus disputare quod ineat, vel non ineat, & ad reliquum facile poterimus.

19. declaratio.

Hoc autem conuertitur ad vtrunq;: ostendentes enim quod ineat alterum, quod non ineat reliquum ostendentes erimus: si autẽ quod non ineat ostendamus, reliquum inesse ostendentes erimus: manifestum igitur quòd ad vtrunque vtilis hic locus est. Amplius argumentari transferendo nomen in orationem: cum longe magis consentaneum visum fuerit transsumere quàm vt ponitur nomen. Vt magnanimum non fortem (vt ponitur) sed magnum animum habentem: quemadmodum fidentem, bona sperantem. Similiter autem & ingenioſum, cuius fuerit genius studiosus. quemadmodum Xenocrates inquit, ingenioſum eum esse, qui animam fortitus est studiosam: ipsam enim vnicuique esse genium.

20. declaratio. A positione vnius pro altero.

C

Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ autẽ vt in pluribus, aliæ vero vtrunlibet, si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, aut quod vt in pluribus, ex necessitate: aut ipsum, aut contrarium ei quod est in pluribus, semper dat locum argumentationis. Nam si quòd ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, manifestum quoniam non omni dicit ineſſe, cum insit omni: quare peccauit: siue, quod vt in pluribus dicitur, ex necessitate dixit, omni dixit ineſſe, cum non insit omni: similiter autem & si contrarium ei quod in pluribus est, ex necessitate dixit, semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod est vt in pluribus: vt si, vt in pluribus praui homines, boni in paucioribus, quare multo magis peccauit, si bonos ex necessitate dixit esse: similiter autem & si quod vtrũlibet est, ex necessitate dixit, vel vt in pluribus: neque enim ex necessitate vtrunlibet, neque vt in pluribus: contingit autem & si non determinans dixerit vtrum vt in pluribus, an ex necessitate di-

xit: sit autem res vt in pluribus, disputare: vt si ex necessitate is dixerit. Vt si prauos exhæredandos dixit esse, non determinans, tanquã ex necessitate is dixerit, disputare.

21. declaratio.

Amplius, & si idem sibi accidens posuerit vt alterum, eo quòd alterum sit nomen. Quemadmodum Prodicus diuidebat Voluptates, in gaudium, & iucunditatem, & lætitiam: hæc enim omnia eiusdem (id est voluptatis) nomina sunt: si ergo aliquis gaudere, ei quod est lætari ponat accidere, idem vtiq; sibiipsi dicet accidere.

INITIVM autem locorum, quæ enunciauit Aristo. est, quod consideremus prædicatum positio: si. n. fuerit in suo subiecto, secundum quod vnum illorum prædicatorum excepto accidente, non sit accidens, & si denominauerit illud denominatione, quæ sit accidens subiecto, errauit nominis appellationem: vt si diceret quod albedini acciderit, quod sit color. Color enim est albedinis genus, non accidens. Et aliquã cadit error in generis prædicatione de subiecto, quod prædicetur prædicatum accidentis, quod est, quando de suo subiecto prædicatur nomine denominatiuo, vt si quis diceret quod albedo sit colorata: notum enim est, quod qui hoc fecerit, prædicauerit accidens prædicatione accidentis, non prædicatione generis: genus enim prædicatur de specie prædicatione, quæ conuenit eius nomen, ipsiusq; definitio, non prædicatione propriꝰ & definitionis: hæc enim sunt propria rebus, de quibus prædicantur: hoc est qđ non insunt alijs ab illis, coloratum autem inest alij ab albedine, notum itaque est quod qui hoc fecerit, denominauerit genus quod sit accidens.

Secundus autem locus sumitur ex rei essentia, qui est locus sumptus ab essentia partitionis: quando enim nos volumus per hunc locum procurare prædicari eum inesse subiecto, aut non inesse, partimur subiectum in suas species, deinde in suarum specierum species, donec finiãt in sua individua. Deinde inspicimus inesse prædicatum illis, & si commonstratum fuerit quod insit omnibus illis, aut suis primis speciebus, aut specierum speciebus, aut individuis, si non insit speciebus, aut omnibus illis, aut maiori parti illarum, commonstratum fuerit illud inesse toti subiecto: & componitur ex hoc oratio inquisitiua non demõstratiua, ex quo syllogismo demonstratiuo commonstratur particulare per vniuersale, hoc autem commonstratur vniuersale per particularia: & si commonstratũ fuerit, ꝙ illud sit negatum ab omnibus illis, commonstratum est, ꝙ prædicatũ sit negatum a toto subiecto: & ex hoc componeretur secunda species primæ figuræ: si autem commonstratum fuerit, quod illud sit negatum ab aliquibus illorum, commonstratur illius destructio ab illo in tertia figura: vt verbi gratia, si quæreremus, an oppositorum scientia sit vna, diuideremus opposita in quatuor species, quæ sunt affirmatiuum & negatiuum, & contraria, & relatiua, & priuatio & habitus: & si de his commonstratum fuerit, ꝙ omnium ipsorum scientia sit vna, commonstratum est, quod oppositorũ scientia sit vna: hoc enim itinere procederetur de omnibus oppositorum speciebus: si aũt commonstratũ esset, ꝙ non esset vna omnium ipsorum scientia, commonstratum inde esset negatiuum vt̃e in prima figura: & si commonstratum esset, quod scientia quorundam ipsorum non esset vna, commonstratum esset negatiuum, quod cõcluderet particulare in tertia figura. Si autem in primis speciebus oppositorũ nulla res de hoc nobis commonstraretur, vnumquodq; ipsorum diuideremus ad secundas ipsius: & si hinc commonstratum nobis fuerit, hoc ipsum est, ꝙ proponebamus: finautem & illas diuidimus quousq; ad indiuidua processus finiatur.

Tertius autem locus sumitur ex definitione, & est demonstratiuus ex rei essentia: hic autem fit duobus modis. Aut quòd definiamus quæsiti subiectũ, & si comperiamus quæsitum esse ibi, commonstratum est in prima figura, qđ insit subiecto: & si commonstraretur quod sit ab illo negatum, commonstraretur quòd negetur ab ipso subiecto in prima & secunda figura. Verbi gratia. An anima sit mortalis, & dicimus, anima est substantia, quę ex seipsa mouetur continuo motu, quod autem est huiusmodi, est immortale, anima itaque est immortalis. Secundus autẽ modus est, ꝙ definiamus ipsummet præteritum, & si ipsum inueniremus in subiecto, commonstratum est, ꝙ præteritum insit toti subiecto in secunda figura: definitio enim conuertitur, nisi enim hoc esset, non concluderet: fieret enim ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Si autẽ commonstratum esset, quod ipsius definitio esset negata ab ipso subiecto, cõcluderet negatiuam vniuersalem in secunda figura. Verbi gratia, an studiosus sit inuidus, & inuenimus inuidum noxium rei prosperitatis, studiosum autem non nocere rei prosperitatis: concluditur itaque studiosum non esse inuidum. Si autem non esset aliquid explicitum de definitione prędicati & subiecti, facimus de partibus definitionis, prout fecimus de subiecto, aut de ipso prędicato, hoc est, de definitione partium alterius illorum, & illam consideramus eo modo, quo hoc consideauimus de ipso subiecto, aut prędicato, & sic vsque ad simplicissimam partium definitionis: hoc autem fit, quando non fuerit nobis commonstratum per id, quod ante hanc propositum fuerat.

Quartus autem locus est, ꝙ quęramus contradictorium eI, quę posita fuerat, & quo ad hoc procurabimus, quantum possibile fuerit. Si autem illi non fuerit contradictorium, aut si illud inuenerimus, iS ipsum destruxerimus, verificatum esset ipsum positum. Vis autem huius loci est, vt vis loci, qui inquisitione est aliquid verificatum: contradictionis enim priuatio fit ipso sensu, & aliquando fit inquantum non est syllogismus, qui illi contradicat: & hic non est locus, sed est præceptum iuuans constructionem subiectionum diuulgatarum, nec etiam est demonstratiuus: non enim sequitur, quando alicui rei non fuerit contradictorium, aut ꝙ illius contradictio destruatur, quod illa sit secundum se vera: posset enim aliquando esse illi aliud contradictorium, præter quod nos æstimemus illud.

Quintus autẽ locus est ex parte dictionum, ꝙ significetur res nomine diuulgato apud vulgus, non nomine ficto huic rei, siue apud vulgus significet aliquã rem, siue non significet. Et ille quidem est topicus iuuans constructionem, & destructionem: nisi res sit illius, cui non est nomen apud vulgus, & est ei nomen in scientia alicuius artis: expedit enim ꝙ illo vtamur, prout sit apud artifices illius artis, & illud esset præceptum, non locus.

Sextus locus, qui etiã est ex ipsis dictionibus, qui est vt positum, ꝙ quęritur an sit, aut non sit, dicatur nominis æquiuocatione, & quando id non æstimat respondens, posset errare: quærens itaque distinguat rem æquinocam in omnia significata, de quibus dicitur, quia hęc est diuisio generis in eius species. Deinde commonstrat modo quodã simili inquisitioni, quod prędicatum insit toti subiecto, ex quo inest maiori parti significatorũ, aut omnibus, in quę distinguitur nomen: & hoc fit, quando proposita fuerit constructio.

Quando autem proposita est destructio, commonstratur, ꝙ prędicatum nulli illorum significatorum insit. Et vniuersaliter hic locus est sophisticus, id autẽ, quod de hoc expedit topico, est, vt fugiat vsum huius loci, & quando ei incident, distinguat omnia significata, de quibus dicitur ipsum æquiuocum. Deinde proferat illorum verum distinctum a non vero. Et hoc idem expedit ei facere de nominibus analogis. Deinde tandem proferat quod illorum sit verum, & quod falsum. Expositores autem numerant hunc locum septimum, omnem scilicet locum, quo fit nomen analogum, cum secundum veritatem nec ille, nec ipsum præcedens sit locus topicus.

Octauus autem locus est, ꝙ oporteat reducere nomen rei, quando latet, ad id, quod est notius illo, prout vice illius, qupd dicimus cogitatu, certum ponemus ipsum verum, hoc autem est præceptum iuuans facilem inuentionem syllogismi, & non est locus.

Nonus locus est, ꝙ cõsideremus genus subiecti, & si in illo inueniremus ipsum prędicatum, enuntiamus, ꝙ illud insit subiecto: & præcipue, quando proponimus commonstrare, ꝙ contrarię prędicentur de vna re, quia quę insunt sue

Universidad de Deusto
Biblioteca

generi, insunt & illi: vt ꝙ sensus sit, rectum, & error, quia cognitionis sit rectū D
& error. Cognitio enim est genus ipsius sensus, & sensus est illius species, &
ille est locus veridicus, quia demonstratio speciei per genus est commonstra-
tio partis per ipsum totum, & ille est demōstrationis, prout præpositum est: &
posset ferri demonstratio de genere per speciē construēdo: quicquid. n. ineſt spe
ciei, ineſt gñi: & hic cōponitur per syllogismū conditionalē, Verbi gratia, quia
si homini insit ipsa ratio, animali ineſt ratio: hęc aūt demonstratio nō euenitet
negatiue: quando enim homini non ineſt rationis priuatio, non sequitur quod
animali non insit rationis priuatio: demōstratio vero speciei ex genere per syllogis-
mū conditionalē est possibilis, negatiue: quicquid. n. negatur ab ipso genere, ne
gatur ab ipsa spē: quia, si aſalt nō insit ratio, nec homini ineſt ratio, licet impos-
sibile hoc sit affirmatiue: quando. n. rationis priuatio ineſt animali, non ineſt
rationis priuatio ipsi homini,

Decimus aūt locus est, ꝙ cōsideremus quæsitū prædicatū, quia si sit genus,
& prædicetur de quęsito subiecto, necessario sequit quod subiecto insit pars ali-
qua specierū huius generis. Sicq; quicquid denominamus per hoc genus, vt si
diceremus, an anima moueatur: quia si possit moueri, necessario sequitur, ꝙ mo
ueat per aliquā specierū motuū, quæ sunt quatuor, videlicet translatio, altera
tio, augmentū & decrementū, & generatio & corruptio: hoc aūt loco connectit B
nexus, si concludens fuerit affirmatiuū, vt qđ anima moueatur, in prima figu-
ra. Si aūt fuerit negatiuū, vt ꝙ anima non moueat, & per conditionalē subiun
ctiuā, V. g. ꝙ dicamus, si aia moueatur, aut crescit, aut alteratur, aut transfertur.
Deinde reperat cōsequens. s. ꝙ nullo horū motuū moueat, & cōcludit ur, ꝙ ani
ma nō moueat: & aliqñ concluderet in secundæ figurę aliqua specie, si cōclude
ret duabus cōuersionibus, sed in prima figura nō cōcluderet, quia minor sit ne-
gatiua, & hic locus est demonstrationis, & sumitur ex rei essentia.

Vndecimus aūt locus sumit ex cōsequētibus, hic aūt sit duobus modis: quo-
rū vnus est, ꝙ cōsideret q̄ sit illa res quę qñ est necessario, sequat esse positū, &
hic locus semper est cōstructionis: qñ. n. ponimus rem, quę qñ est, sequitur esse
ipsum positū antecedens, & quę situ esse cōsequens. Deinde repetatur ipsum-
met antecedēs, & cōcludatur ipsummet consequēs, V. g. si quæramus an vacuū
sit, & dicatur si motus sit, vacuū est: sed motus est, vacuū itaq; est. Secūdus aūt
modus est, ꝙ consideremus quæ sit res, quæ est quæsita, quæ est, qñ positū est,
& hic locus est semper destructionis: hic aūt sit ponēdo quæsitū antecedēs, &
res consequens ipsum esse, ꝙ sit. Deinde reperamus oppositum cōsequentis, &
cōcludat op positū antecedentis, V. g ꝙ nostrū quæsitū sit, an vacuū sit, & dica
tur, si vacuū esset, corporis dimensiones essent separatę. Deinde reperatur, sed
dimensiones non sunt separatę: & concludat vacuum itaque nō est. Hæc quidē F
loca sunt demonstratiua, sed prout dictū est de cōditionibus syllogismi condi-
tionalis est, qñ sit quod connexio sit cōmonstrata per syllogismum cathegori-
cū, aut repertum, si connexio esset per se nota.

Duodecimus locus sumitur ex parte tēporis, & hic quidē sit quod, qñ prīm
& subiectum fuerint in aliqua re varia secundū tempus, non semper verificatur
prædicatum ineſse subiecto: hoc aūt sit, quando inuenitur in illa subiectū sem-
per, prædicatū aūt non semper, Verbi gratia dicendo. An nutribile necessario
augeatur, nec ne: & dicatur, ꝙ non augeatur necessario, quia nutribile semper
nutrit, & non semper augetur, & hoc ꝙ subiectū est tpe alio a tempore, quo
est ipsum prędicatum, V. g. an addiscere sit teminisci: addiscere. n. est illius, ꝙ
erit futurum, teminisci autem est illius, qđ fuit tpe prēterito. Hic autem locus
est demonstratiuus, & sumitur ex accidentibus inseparabilibus, & syllogis-
mus, qui eo cōtruitur, sit ex figuris cathegoricis in secundā figura: mediū enim
illius est ipsum tempus. & prædicatur de vno extremo affirmatiue, & de alte-
ro negatiue.

Tertiusdecimus aūt locus est, ꝙ quęrens omittat destructionē positi, qđ re-
spondens admiserat in sua cautione, & trāsferatur ad destructionē alterius rei,
& hæc altera res no ꝑ euadit, quin ipsius destructio sit necessaria ad positi destru

A ctionē, aūt non sit: & vltra, dū fuerit necessaria, non euadit quin sit secundū veri
tatē, aut cogitatu: qñ vero fuerit necessaria scdm veritatē, illic est demōstrationis,
qđ res, quę trāsferrur ad locutionē de ea, sit ꝑmissa necessaria in syllogismo de
structionis, & iterū hoc opus est necessariū arti topicæ, qñ respōdens negaret
aliquā rem de his, quæ inuaret quę rentē quo ad positū. Quando vero præmissa,
ad quā quęrens transfert orationē, non esset necessaria ad positi destructionem:
nec cogitatu, nec secundū veritatē, opus itaq; esset sophisticū. Quādo vero fue
rit cogitatu non secundum veritatē, si illa cogitatio esset diuulgata, hic itaque
est topicus. Si aūt cogitationis causa fuerit error asseuerationis huius, & putare
tur qđ esset ipsamet res, illa esset sophisticus: hic aūt non est locus, sed præce-
ptū inuans inuctionē syllogismi, & cautionē ab operibus sophistarum.

Quarto decimo autē locus est, ꝙ cōsideremus res, quibus ineſt altera duā-
rū rerū oppositarū solū, prout sunt contraria immediata, sicut sanitas & morbū
ineſse homini: qñ. n. cōmonstratum fuerit alterū contrariorum ineſse, cōmonstra-
tum est nobis alterū cōtrariū esse negatum. & hic est destructionis. Econtra aūt,
si cōmonstraretur nobis alterum cōtrariorum esse negatū, cōmonstratum nobis
est alterum contrarium esse: & hic quidē locus est cōstructionis & destructio-
nis. & fit ex rebus, quæ sunt deforis: & syllogismus illo constituitur sit per con-
ditionalem subiunctiuum, & disiunctiuum. A

Quintusdecimus aūt locus est ꝑceptū translationis nois in orationē, quę ge-
rat vicē ipsius, hoc est, ꝙ qui transfert, qñ hoc facit, procuret, ꝙ oratio signifi-
ficet naturā, quā significat nomē, non rem extra illius rei naturā, superaddens
illi aut imminuēs ab ea, sicut qui ferret fortitudinē esse bonū animæ, est enim
fortitudinis aliqua res superaddita bono animę: tales autem orationes nō con-
uenit nobis sumere vice ipsius nominis.

Locus aūt decimussextus sumit ex natura modi ineſſendi prędicati ipsi su-
biecto: prędicatū. n. aut ineſt subiecto necessario, aut ei ineſt vt in pluribus aut
ineſt ei cōtingenter, aut quouis modo dispositionum, qui contigerit æqualiter:
qui. n. poneret qđ id, cuius cōditionis sit quod ipsum sit necessariū quod esset
pro maiori parte, notū est quod assereret id, quod est semper, nō esse semper: &
econtra, ꝙ posuerit qđ est pro maiori parte, qđ sit necessariū, iā asseruit, quod nō
est semper, qđ esset semper: & similiter, qui posuerit id, quod est secundū quius
dispositionē, quę contigerit esse æqualiter, esse necessario, aut de his, quę sunt ꝑ
maiori parte. Sicq; et qui posuerit cōtrariū illius, qđ est ꝑ maiori parte esse ne-
cessarium: contrarium. n. illi, quod est ꝑ maiori parte, est esse vt in pauciori bus.

Decimusseptimus locus est, quod caueamus ponere rē ineſse sibiipsi, vt si C
ineſset alij, hoc est dicīu, quod res prędicetur de seipsa: hoc autem contingit qñ
rei sunt duo nomina sinonima prout diceretur, quod gaudio insit lętitia, & iu-
cunditas, ac si gaudium esset alia res a lętitia, siue quod illi esset accidens, aut
aliud de ipsis prędicatis. & ille est locus sophisticus, quē iam cauit in libro elē
chorum. Sicque explicuit nominis controuersiæ distinctionem.

De eisdem terminandis problematis, loci alii. *Cap. III.*

QVONIAM autem contraria conectuntur quidem sibiinuicem sex modis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa: oportet accipere contraria quocunque modo vtile fuerit & destruenti & constituenti. Quod autem sex modis complectuntur, manifestum: nam aut vtrunque contrariorū vtrique contrariorum connectitur, hoc autem dupliciter, vt amicis benefacere, & inimicis male, vel econuerso, amicis male, & inimicis bene: aut quando vtraque de vno: dupliciter autem & hoc vt amicis benefacere, & amicis male, vel inimicis benefacere, & inimicis ma- 12. declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Je aut vnum de vtrisque,& hoc quoque dupliciter,vt amicis bene,& D
inimicis bene:vel amicis male,& inimicis male. Primæ autem duæ dictæ complexiones non faciunt contrarietatem:nã id, quod est amicis benefacere,ei,quod est inimicis male facere, non est contrarium, vtraque enim eligẽda sunt & eiusdem moris:neque id quod est amicis male,ei quod est inimicis bene:nam & hæc vtraque fugienda, & eiusdem moris. Non videtur autem fugiendum fugiendo contrarium esse,nisi hoc quidem secundum superabundantiam,illud autem secundum defectum dictum sit. Nam superabundantia fugiendorum videtur esse:similiter autem & defectus. Reliqua vero quatuor omnia faciũt contrarietatem:nã id, quod est amicis benefacere,ei, quod est amicis male,contrarium:nam a contrario more sunt, & illud quidem eligendum,hoc autem spernendum. similiter autem & in aliis. Nam in vnaquaque coniugatione vnum eligendum, & alterum fugiẽdũ:illud quidẽ boni moris,hoc aũt praui. Manifestũ igitur ex iis, E
q̃ dicta sunt,q̃ eidẽ plura contraria accidũt fieri:nam ei,quod est amicis benefacere,id q̃ est inimicis bñfacere. & qđ est amicis male,cõtrarium est. Similiter autem & aliorum singulis quibusque eodem modo considerantibus,duo contraria apparebunt:accipere igitur contrariorum quodcunque,erit ad positionem vtile.

23. declaratio. Amplius,si est aliquid contrarium accidenti, considerandum est si ineſt ei,cui dictum est accidens inesse. Nam si hoc ineſt, illud non inerit:impossibile enim simul contraria eidem inesse.

24. declaratio. Aut si quid tale dictum est de aliquo, quod cum sit, necesse est cõtraria inesse:vt si ideas in nobis quis dixerit esse. Nam,& moueri, & quiescere eadem accidet,& etiam sensibiles,& insensibiles esse: nam videntur ideæ quiescere,& immobiles, & intelligibiles esse iis, qui ponunt ideas esse.attamen,cum sint in nobis, impossibile est immo-
Motis nobis necesse est oia moueri,quę in nobis sunt. biles esse.nam motis nobis,necessarium est & quæ in nobis sunt om- F
nia,simul moueri. manifestum autem quoniam & sensibiles, si in nobis sunt:nam per sensum,qui circa visum est,eam,quę in vnoquoque est formam cognoscimus.

25. Locus, Declaratio. Rursum,si positum est accidens,cui est aliquid contrarium: considerandum si & contrarii susceptiuum,quod & accidentis est. Nam idem contrariorũ susceptiuum:vt si odium hærere iræ quis dixerit, erit odium in furoris specie,illic enim ira: inspiciendum igitur si & contrarium in furoris specie,an in concupiscentia: nam si non, sed in concupiscibili est,non cohæret odium iræ. Similiter autem & si cõcupiscibile,ignorare dixerit:nã erit & disciplinæ susceptiuũ,si qui dẽ & ignorãtię: q̃ quidẽ non vr,cõcupiscibile susceptiuũ esse disciplinæ. Destruenti ergo,quemadmodũ dictũ est,vtendum: astruenti vero quod ineſt quidem accidens non vtilis locus, quod autem contingit inesse vtilis. Ostendentes enim quòd non susceptiuum est contrarii, ostendentes erimus quod neque ineſt accidens, neque

A ineſt accidens,neque contingit inesse: si autem ostenderimus quòd ineſt contrarium,aut quòd susceptiuum est contrarii, nondum ostendentes erimus q̃ & accidens ineſt,sed q̃ contingit inesse in tantũ solum ostensum erit.

26. Locus. Declaratio. Quoniam autem oppositiones sunt quatuor, considerandum ex contradictionibus,econuerso ex consequentia, & interimenti,& constructi. Sumere autem est inductione:vt si homo, animal: non animal,non homo:similiter autem & in aliis. Hic enim econuerso consequentia:nam hominem,animal sequitur:nõ hominẽ aũt, non animal,nequaquam,sed econuerso,nõ animal, non homo. In omnibus igitur tale est existimandum,vt si bonum, suaue: & non suaue, non bonum,si autem non hoc,nec illud.similiter autem & si non suaue, nõ bonum:bonum,suaue. Manifestum igitur quòd vtrunque conuertitur: quæ secundum contradictionem est consequentia econuerso facta. Bonũ sequitur suaue.

B In contrariis autem considerandum si contrarium, contrarium sequatur,an contra seipsa consequentia,an econuerso, & interimenti, & constructi. Sumere autem & talia est ex inductione quantũ vtile est,contra ipsam consequentia est,vt in fortitudine, & timiditate:nã illam quidem sequitur virtus, hanc autem vitium: & illam quidem sequitur eligendum,hanc autem fugiendum:igitur contra seipsa & horum consequentia:contrarium enim eligendum fugiendo: similiter autem & in aliis. Econuerso autem consequentia, vt bonam quidem habitudinem sanitas sequitur,malam autem habitudinem ęgritudo nequaquam,sed ægritudinem mala habitudo: manifestum igitur quoniam econuerso in his consequentia fit. Raro autem econuerso accidit in contrariis,sed in pluribus in seipsa consequentia: si ergo neque contra seipsa contrarium sequitur contrarium,neque econuerso,manifestum quoniam neque eorum, quæ dicta sunt, alterũ sequitur alterum:si autem in contrariis,& in iis quæ dicta sunt necesse C
alterum sequi alterum. 27. Locus. Declaratio. A cõtrariorum consequentia.

28. Locus. Declaratio. Similiter autem contrariis,& in priuationibus, & habitibus respiciendum. Veruntamen non est in priuationibus econuerso: sed contra seipsa consequentiam necessarium est semper fieri: veluti visum sequi sensum,cæcitatem autem insensibilitatem:opponitur enim sensus insensibilitati,vt habitus & priuatio: nam illud horum quidem habitus,hoc autem priuatio est. Similiter autem habitui & priuationi,& in iis,quæ sunt ad aliquid,vtendum:contra seipsa enim, & horum consequentia,vt si triplum, multiplum, & subtriplum submultiplum dicitur:dicitur enim triplum quidem ad subtriplum, multiplũ autem ad submultiplum. Rursus,si scientia opinio:& scibile opinabile:& si visus sensus,& visibile sensibile. Instantia, quòd non necesse est in iis,quæ sunt ad aliquid consequentiam fieri, quemadmodum dictum est:nam sensibile scibile est, sensus autem non est scientia.

Non tamen vera instantia videtur esse: multi enim non dicunt sensibilium esse scientiam. Insuper autem ad contrarium non minus vti le quod dictum est: vt quòd sensibile non est scibile, neque enim sensus scientia. D

29. Locus. Declaratio.

Rursus in coniugatis, & in casibus: & interimenti, & constructi. Dicuntur autem coniugata huiusmodi, vt iusta, & iustus iustitiæ, & fortia, & fortis fortitudini. Similiter autem effectiua, & conseruatiua, coniugata illi cuius sunt effectiua, & conseruatiua, vt sanatiua sanitatis, habituatiua habitudinis: eodem autem modo & in aliis: coniugata igitur talia solent dici. Casus autem, Vt iuste, & fortiter. & sanatiue, habituatiue, & quæcunque eodem modo dicuntur. Videntur autem & quæ sunt secundum casus, coniugata esse, et iuste iustitiæ, & foreiter fortitudini. Coniugata autem dicuntur secundum eandē coniugationem omnia, vt iusticia, iustus, iustum, iuste: manifestum igitur quoniam vno quouis ostenso eorum, quæ secundum eandem E coniugationem dicuntur, vt bono, vel laudabili: & reliqua omnia ostensa sunt: vt si iustitia est laudabilium, et iuste, iustus, iustum laudabiliumdicetur autem iuste & laudabiliter secundum eundem casum (nam a laudabili) quemadmodum iuste a iusticia.

A coniugatis, & casibus.

30. Locus. Declaratio.

Considerandum autem nō solum in eo, quod dictum est, sed & in contrario contrarium. Vt quòd bonum non ex necessitate suaue, neque enim malum triste: aut si hoc, & illud: & si iustitia scientia, & iniustitia ignorantia: & si quod iuste est, scienter & experienter est, quod iniuste est, ignoranter & inexperienter est: si autem hæc non, nec illa, velut in hoc, quod nunc dictum, nam magis vtique apparebit quod iniuste experienter, quam inexperienter. Hic autem locus dictus est prius in contrariorum cōsequentiis, nihil enim aliud nunc ostendimus, quam contrarium sequi contrarium.

31. Locus. Declaratio.

Amplius in generationibus, & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis: & interimenti & astruenti. Quorum enim generationes bonæ sunt, & ipsa bona sunt: & si ipsa bona sunt, & generationes bonæ: si autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem econtrario: nam, si corruptiones bonæ, ipsa mala: si autem corruptiones malæ, ipsa sunt bona. Eadem ratio & in effectiuis, & corruptiuis: quorum enim effectiua bona, & ipsa bona: quorum vero corruptiua bona, ipsa mala. F

De locis determinantibus eadem quæsita.

DEcimusoctauus locus sumitur ex contrarijs, & constituuntur per ipsum sex loca, duo inferentia, & quatuor non inferentia. Manifesta autē res est, quod ex illis fiant sex modi compositionis. Aut enim sumeretur vtrunque contrariorum cum alterutro contrario sibi opposito, scilicet in prædicato & subiecto ambarum simul, quod fit secundum duas species: quarum vna est, vt dicimus, si expediat amicis benefacere, expedit inimicis malefacere. Et secunda est huic contraria, vt dicimus si malefacere amicis expediret, benefacere inimicis expediret. Aut quod ambo contraria sumantur de vno subiecto, & hic etiam fit duobus modis, Quorum vnus est, quod ponamus quod-

A uis contrariorum in subiecto recipienti alterum contrarium in opposita enuntiatione. Et secundus modus est, quod conuertamus ipsum rem, hoc est, quod ponamus in secunda contrarium, ꝙ sumitur in prima, & ꝙ est in secunda. In prima, vt dicamus si expediat benefacere amicis, non expedit eis malefacere; & si laudabile sit amicis malefacere, amicis benefacere est illaudabile. Aut sumatur vnum prædicatum de duobus subiectis contrarijs, & hoc iterum fit dupliciter: vt si benefacere amicis expediat, benefacere inimicis non expedit, aut si malefacere amicis expediat, malefacere inimicis non expedit. Duæ autem primæ combinationes non faciunt repugnantiam, immo simul faciunt illationem: & ille est locus diuulgatus, non demonstratiuus, prout infra dicemus: quatuor vero, quæ illis succedunt, faciunt repugnantiam. Si enim fuerit contrariorum immediatorū & coaptantur constructioni & destructioni, sunt demonstratiui: nam si dicere Socrates est æger sit verum, dicere quod ille non sit sanus est verum. Quando vero fuerint de contrarijs mediatis, est mendax in constructione, quia non infertur, quod si res non sit alba, ꝙ sit nigra, sicut infertur quando est alba, ꝙ non sit nigra: & syllogismi, qui constituuntur his locis, sunt conditionales, si ex inferentibus sunt coniunctiui, si autem ex non inferentibus sunt disiunctiui.

Nonusdecimus autem locus est, ꝙ consideremus positi prædicatum, & si B inuenerimus ꝙ ex essendo positum sequatur, quod contraria sint simul, scimus ꝙ prædicatum negetur a subiecto. Et huius exemplum est, quod dicitur de ideis abstractis a sensatis, quia ex hoc ille infert, quod essem sensatę & igno eæ simul, & moueantur & quiescant simul: ex parte enim, qua positæ sunt abstractæ, non sunt sensatæ, nec mouentur: ex parte autem, qua sunt in sensatis, oportet eas esse sensatas, & quod mouentur: & syllogismus huius loci constituitur, sicut syllogismus ducens ad impossibile.

Vigesimus autem locus est, ꝙ consideremus an prædicatum sit accidens, aut sine contrario, & si ei sit contrarium, an subiectum illud recipiat, aut non recipiat illud, si autem subiectum illud recipiat, possibile est ꝙ prædicatum insit subiecto, quia vnum est subiectum contrariorum, si autem non fiat hoc in illo, impossibile est prædicatum inesse subiecto, Verbi gratia, quod consideremus an odium sit in parte animæ irascibili, & si amor, qui est odio contrarius, non sit in illa, sed est in parte concupiscibili: odium itaque necessario non est in parte irascibili animæ. & hic quidem locus in destruendo est necessarius, sed in construendo est contingens: quando enim in aliquo subiecto est vnum contrariorum, possibile est illi inesse alterum contrarium.

Vigesimusprimus locus est, quod consideremus quatuor opposita, scilicet affirmatiuum & negatiuum, & contraria, & relatiua, & priuationem & habitū, C & consideremus in illis modū illationis: oppositorū nāque illatio est contraria illationi mutuo se inferentiū, nam in mutuo se consequentibus esse sequitur esse, vel ablatio sequitur ablationem. In oppositis vero ablatio infert esse, & esse infert ablationē, & locus, qui præpositus est de contrarijs, est pars huius loci. Horum autem oppositorum illatio fit secundum duas species, scilicet illatio conuersa, & hæc quidem fit, quando duæ res oppositæ comparantur vni rei, aut vna res duabus rebus oppositis, sicut prædictum est de contrarijs, & illatio non conuersa, quæ vocatur recta, & illa fit quod oppositum inferat ipsius oppositum, & hoc iterum fit duobus modis, quorum vnus est, quod subiectum orationis inferentis sit oppositum subiecto orationis illatæ ab illa, & prædicatum oppositum prædicato. Secundus autem modus est, quod subiectum secundæ sit oppositum prædicato primæ, & prædicatum illius oppositum illius subiecto, & hic quidem locus notior est in affirmatione & negatione, sed est demonstratiuus, & ille est locus, qui vocatur conuersio contradictorij, Verbi gratia, dicendo si homo sit animal, quod non est animal non est homo, & hoc secundum destructionem. Exemplum autem illius construendo est dicere, si quod non est animal non sit homo, quod est homo, est animal. Exemplum aūt conuersæ illationis in ipsis cōtrarijs est, dicere, si ille, ꝙ est bo-

ne habitudinis, est sanus, qui est malæ habitudinis est æger: & ambo hæc loca sunt demonstratiua, & differunt diuulgatione secundum ipsas subiectiones. Et ideo expedit quod vulgatum de illo procedat recte, sicut dicendo, si visus sit sensus, cæcitas est sensus priuatio, & hic locus est diuulgatus non demonstratiuus, quia non sequitur, quando videns est viuũ, quod nõ videns sit mortuum. Et quando vulgati illatio fuerit secundũ relationem, illatio sit recte, prout dicimus, si scientia sit opinio, scitum est opinatum, & si visus sit sensus, visum est sensatum: huius aũt loci instãtia est, quia si sensatum sit scitum, non sequitur quod sensus sit scientia.

Locus autem vigesimus secundus est sumptus ex coniugatis & casibus, intelligo autem per coniugata, nomina, quæ sunt exẽplaria primitiua, & nomina denominata ab illis, quæ significant primitiua exemplaria adhærentia subiecto, prout rectitudo est exemplare primitiuum, & rectum est denominatiuum ab illo. Verbi gratia, si rectitudo sit laudabilis, rectus est laudabilis, & si iniquitas sit illaudabilis, iniquus est illaudabilis: & ille quidẽ est construendi & destruendi. Et aliqñ res, quã commonstrare proponimus, est vulgatior de denominatiuo ẽt sit de primitiuo exemplari, & ponimus illam inesse denominatiuo antecedens, & illã inesse primo exemplari cõsequens. Deinde repetimus antecedens, & concludimus consequens, vt si iniquus sit turpis, iniqtas est turpis. Casus vero sunt dictiones, quæ mutantur a dictionibus, quæ sunt primitiuum exemplare mutatione significante modum inessendi prædicatum ipsi subiecto. Et in arabico idiomate non inuenitur hoc, nisi exprimatur per dictiones significantes illum modum, prout dicimus, si quod medice fit iuuet, medicina iuuat: & sicut putamus de contrarijs, ꝙ si contrarium prædicati insit cõtrario subiecti, prædicatũ inest subiecto, vt dicẽdo si bonum sit suaue, malũ est contristans: similiter imaginamur de contrariorũ coniugatis, quia contrariarũ rerũ contraria sunt coniugata, prout dicimus, si æquitas sit scientia, iniquus est ignorans.

Locus aũt vigesimus tertius est sumptus ex generatione: & corruptione, & rebus generabilibus & corruptibilibus, & est ad destruendũ & construendum. Et, put ait Themistius huic expedit, ꝙ cõsideremus efficientes, & fines, & operationes, vt res, quarũ gñatio est bona, sunt bonæ, & quæ sunt bonæ, ipsarũ gñatio est bona. Qui vero sumit a corruptione est contra istũ, quorũ. n. corruptio est bona, illa sunt mala, & quorũ corruptio est mala, illa sunt bona, & similiter res, quarũ efficiẽs est bonus, illæ sunt bonæ, & res, quarũ corrũpens est bonus, illę sunt malę. & hic quidem locus est diuulgatus, quia nõ oportet ꝙ efficiens malũ sit malus, neque quod efficiens bonũ, sit bonus, & similiter sit de similibus, & operationibus: & horũ exempla sunt proxima manifesta.

Ex similibus, appositione, magis, minus, simpliciter, & secundum quid, loci. Cap. IIII.

32. Locus / Declaratio.

RVRSVM in similibus si similiter se habẽt. Vt si disciplina vna plurium, & opinio: & si visum habere est videre: & audirum habere est audire: similiter autem et in aliis, et in his quæ sunt, et in iis quæ videntur. Vtilis autem hic locus ad vtrunque: nam si in aliquo similiũ sic se habet, et in aliis similibus: si autem in aliquo non, nec in aliis similibus.

33. Declaratio.

Considerãdum autem et in vno, et in pluribus si similiter se habet. Aliquoties enim dissonat: vt si scire est cogitare, et multa scire est multa cogitare: hoc autem non verum, cõtingit enim plura scire, cogitare autem non: si autem non hoc, nec illud quod in vno, quod scire est cogitare.

Amplius

Amplius, ex minus & magis. Sunt autem eius quod est magis loci quatuor. Vnus quidem si magis sequitur magis: vt si voluptas bonum, & magis voluptas, magis bonum: & si iniuriam facere, malum, & magis iniuriam facere, magis malum. Vtilis autem ad utrunq; hic locus: nam si sequatur ad subiecti incrementum, accidentis incrementum, quemadmodum dictum est, manifestum quod accidit: si autem non sequatur, non accidit: hoc autem inductione sumendum. 34. declaratio.

Alius, vno de duobus dicto, si cui magis uidetur inesse non inest, nec cui minus: & si cui minus uidetur inesse inest, & cui magis. 35. locus.

Rursum, duobus de vno dictis: si quod magis videtur alii inesse non inest, neque quod minus, aut si quod minus uidetur inesse inest, & quod magis. 36. locus.

Amplius, duobus de duobus dictis, si quod alteri magis videtur inesse non inest, nec reliquum reliquo: aut si quod minus uidetur alteri inesse inest, & reliquum reliquo: 37. locus.

Amplius, ex eo quod similiter inest, vel uidetur inesse, tripliciter: quemadmodum in eo quod magis: vt in posterioribus tribus dictis locis dicebatur. Siue enim unum quoddam duobus similiter inest, aut videtur inesse, si alteri non insit, nec alteri: si autem alteri inest, & reliquo. Siue duo eidem similiter, si alterum non insit, nec reliquum: si autem alterum, & reliquum. Eodem autem modo & si duobus duo similiter insunt: nam si alterum alteri non inest, nec reliquum reliquo: si autem inest alterum alteri, & reliquum reliquo: ex eo igitur quod est magis, & minus: & quod est similiter, tot modis contingit argumentari. 38. declaratio.

Amplius aũt ex appositione, si alterum ad alterum appositum faciat bonum, vel album, cum non fuerit prius album, vel bonũ, quod appositum est, erit album, vel bonum, quale reuera & totum facit. 39. declaratio.

Amplius autem, si id, ad quod est appositum aliquid facit magis tale, quale erat: & ipsum erit huiusmodi similiter autem & in aliis. Vtilis autem non in omnibus hic locus, sed in quibus ipsius magis crementum accidit fieri. Iste uero locus non conuertitur ad destruẽdum: nam si non facit quod appositum est, bonum: nondum manifestum, si ipsum non bonum. Nam bonum malo appositum, non ex necessitate bonum totum facit, nec album nigro, nec dulce amaro. 40. declaratio.

Rursum si quid magis & minus dicitur, & simpliciter inest. Quod enim bonum vel album non est, neq; magis & minus bonum vel album dicetur; nam malum de nullo magis, vel minus bonum, sed magis malum vel minus dicetur. Non conuertitur autem hic locus ad destruendum: multa enim eorum quæ non dicuntur magis, simpliciter insunt: nam homo non dicitur magis & minus, sed non propter hoc non est homo. 41. declaratio.

Eodem autem modo considerandum & in iis, quæ secundum quid, & quando, & vbi. Nam si secundum quid contingit, & simpliciter 42. declaratio.

contingit; similiter autem & quando, & vbinam quod simpliciter est impossibile, neque secundum quid, neque secundū ubi, neque secundum quando contingit. Instantia, quoniam secundum quid quidem sunt natura studiosi (ut liberales, vel ditti) simpliciter autem nō sunt natura studiosi, nam nullus natura prudens. Similiter autem & quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi, simpliciter autem non contingit non corrumpi. Eodem autem modo & ubi expedit quidem tali obseruantia victus vti, vt in morbosis locis, simpliciter autem non expedit. Adhuc autem, alicubi quidem vnum tantum possibile est esse, simpliciter autem non possibile vnum tantum esse. Eodem autem modo & alicubi bonum est quidem patrem sacrificare, vt in Tribalis, simpliciter autem non bonum. an in hoc quidem non vbi significat, sed quibusdam? nihil enim refert vbicunque sint, ubique enim erit eis bonum in Tribalis. Rursus quidem expedit medicari, vt quando ægrotat, simpliciter autem non. An neque hoc quando significat, sed in eo quod afficitur aliquo modo? nihil enim refert quandocunque, dummodo sic affectus sit. Simpliciter autem est, quod nullo addito dicis quod bonum est, aut contrarium: vt patrem sacrificare non dicis bonum esse sed quibusdam bonum esse: non ergo simpliciter bonum: sed Deos honorare bonum dicis nihil addens: simpliciter enim bonum est: quare quod nullo addito videtur esse honestum, vel turpe, vel aliquid talium, simpliciter dicetur.

Loci ex similibus, secundū magis minus, & ex æqualitate.

Vigesimusquartus locus sumitur a simili: simile autem est duobus modis, prout prædictum est: aut simile secundum accidens, aut secundum proportionem: simile quidem secundum accidens, vt dicimus si sit vna scientia multarum rerum, opinio est vna multarum rerum. Simile secundum proportionē est, vt dicimus, si ꝓportio regis ad ciuitatē est proportio nautæ ad nauim, & nō conueniat nautæ inebriari nec regi cōuenit inebriari. Themistius aūt ponit similis rerūm locū, qui sumitur metaphorice, & translatione: qñ enim nos proponimus aliquam rem de aliqua re, & eius explicatio per simile fuerit magis diuulgata, transferimus commonstrationem ad simile, quod est magis diuulgatum, & quando in illo fuerit commonstrata hæc res, illam transferimus, prout fecerunt Aristot. & Plato de ciuitatis, & animæ iustitia. Locus vero, quo dicitur quod ex pediat considerare, an res sit secundum vnum, & secundum multa, quia putatur de illo, quod subintret loca ab operationibus & euentis rei, & est demonstrationis in destructione, vt in scientia sit imaginatio, & dicatur, quod non sit imaginatio, quia addiscimus multas res simul, & impossibile est quod imaginemur multas res simul, & tam possibile est, quod ponatur locus alius per se.

Vigesimusquintus locus est, qui sumitur ab eo, quod est magis & minus, & ipsius sunt quatuor loca. Quorum vnus est, quod consideremus prædicatum quæsiti, cuiusque subiectum, si eo, quo augetur prædicatum, augetur subiectum, prædicatum dicimus inesse subiectorū in destructione autem sit contra hoc, si immutat, quanto augetur subiectum, enuntiamus quod non insit subiecto, Verbi gratia, in destruendo si quod est delectabilius, sit minus bonum, delectabile non est bonum. Et similiter etiam, si inueniemus prædicatum inesse subiecto, enuntiamus ꝙ ex quo augetur subiectum, augeatur prædicatum, Verbi gratia, si delectatio ut bona, quod est delectabilius, est melius, hoc autem non est verum

A in rebus, quarum excessus exit æqualitatem, quia & si commotio, & calefactio sint vtiles, non infertur quod magis commoueri, & calefieri sit vtilius.

Secundus autem est, quando dicitur vnum prædicatum de duabus rebus, & ipsum inesse vni est conuenientius q̄ ipsum inesse alteri, & inest cui non est conuenientius esse, inest etiam illi, cui conuenientius est ipsum inesse: & econtra, si non insit illi, cui conuenientius est inesse, nec inest cui non est conuenientius inesse, & quando proponis destructionem ponas antecedens locum excessus, & conuenientioris. Verbi gratia, in construendo; si diuitias non esse bonas conuenientius sit, q̄ salutem non esse bonam, & diuitiæ sunt bonæ, salus itaque est bona: & in destruendo sit contra hoc, quia si conuenientius sit salutem esse bonam, & salus non est bona, & diuitiæ conuenientius est non esse bonas. Tertius autem est, quando dicuntur duo prædicata de vno subiecto, si quod varius inest, aut non sit conuenientius, aut si vilius inest, illud itaque, quod primum aut magis pro maiori parte, aut nobilius inest: & in destruendo fit contrarium. Verbi gratia, si cœlesti orbi non insit naturalis quies, conuenientius est q̄ ei non insit quies violenta. Quartus autem est, quando dicuntur duo prædicata de duobus subiectis, si prædicatum, q̄ conuenientius est inesse alteri duorum subiectorum, non insit, quod non est conuenientius inesse, non inest, & econtra, si quod est conuenientius non inesse inest, quod conuenientius est inesse necessario inest. Exempli gratia, si vacuum conuenientius est inesse aeri q̄ inesse terræ, & vt, vniuersalius inquam, corporibus raris q̄ corporibus densis, & non inest raris, sicque non inest densis. Et econtra, hoc in construendo, si sit in densis, est itaque in raris. Hæc autem loca, prout sit The mistius, constituuntur ex simili & oppositis quæritur enim simile subiecto, & differunt secundum magis & minus, & sunt diuulgata. Auicenna autem dicit quod aliquando fiunt demonstrationes, quando prius illorum fuerit prius naturaliter. Ego autem dico q̄ æstimetur, quod Aristo. vsus sit illo in primo libro de cœlo & mundo, quando dicit, si figuræ circulari esset aliquid contrarium, esset figura recta dignior, vt sit illi contraria. Et quando conuenientius in ea fuerit secundum veritatem, est demonstrationes, quando autem fuerit secundum opinionem, est diuulgatus.

Locus vigesimussextus est sumptus ab æqualitate, aut secundum veritatem, aut secundum opinionem, & constituuntur tria loca. Quorum vnus est, quando vnum prædicatum dicitur de duobus subiectis æqualiter, & est in vno illorum sicque & alteri inest, Verbi gratia, aditus Græcorum in adeptione scientiæ fuit, sicut aditus chaldeorum, & enuntiatio est de græcis, quod insit sicque inest Chaldeis. Secundus autem est, quod subiectum sit vnum, de quo dicantur duo prædicata æqualiter, quia quando illi inest vnum illorum, inest alterum, & quando B non inest vnum, non inest alterum. Verbi gratia, dispositio hominum in recipiendo virtutes morales, est sicut ipsorū in adipiscendo virtutes intellectiuas, & insunt eis morales, sicq; insunt eis & intellectiuæ. Tertius aūt est, qd' inueniantur duo ꝓdicata, q̄ dicitur de duobus subiectis æqualiter, quia si vni illorū insit illorū vnū, alteri inest alterū, & econtra in destruēdo. V.g. si dispositio incolarum calidarū regionū in scientia spiritaliū esset, sicut dispositio incolarū regionū frigidarū, spiritaliū scientia in esset incolis regionū calidarū. Et aliquando in his locis, qui est horum de magis & minus, & æqualiter, est secūdū veritatem, & aliquando secundum opinionem, & tunc conuenientius est quod sint diuulgati.

Vigesimusseptimus locus est sumptus ex appositione & subtractione: qū. n. apponitur aliqua res rei, & nomē sui ꝓdicati inest huic rei, ꝓter qd' fuerit in ea, hoc itaq; ꝓdicatū inest huic subiecto. V.g. si apponatur delectabile ipsi aq̄, & ponat ipsam bonā, delectatio itaq; est bona: & similiter, qñ apponimus subiectū aliqd' alicui rei, & illius ꝓdicatū inest illi, & illius ꝓdicati nomē magis inest, q̄ inerat aſi hāc oppositionē, ꝓdicatū itaq; ineſt subiecto. V.g. si apponamus delectationē ipsi cibo, & illū posuerimus vtiorē, delectatio itaq; & vtilis. Et hic qdē locus nō couertitur in destruēdo, q; qū aliqua res apponitur alicui rei, & nō ponit illā habitū, nō inferē, qd' appositū nō sit bonū. qm̄, si apponeretur aliqua res alicui rei

Universidad de Deusto
Biblioteca

albę,& non augeretur ipſius albedo,non infertur,qđ hæc res non ſit alba. D
Locus autem vigeſimuſoctauus ſumitur de eo,q̄ dicitur conditionaliter, & capitur dici ſimpliciter: & hæc conditio aut eſt ex parte illius, quod eſt ſecundum magis vel minus,aut ſecundum tempus,& horam, & diſpoſitionem, & locum,aut ſecundum aliam conditionem: & hic quidem locus eſt ſophiſticus: id enim,quod eſt nobilius,aut maius tali,non oportet quod ſit nobile, aut magnum ſimpliciter. Et ſimiliter in eo quod eſt ex parte loci, quia non ſequitur, quod eſt vtile in quarto climate,quod ſit vtile ſimpliciter,nec quod eſt vtile aliquo tẽpore,ſit vtile ſimpliciter,neque quod eſt bonum ſecundum aliquam conſuetudinem,ſit bonum ſimpliciter:& hic quidem locus non confert inuamen in deſtruendo,quia non ſequitur,quod id,quod non ineſt ſecundum magis & minus, non ſit ſimpliciter:humanitas enim non ineſt homini ſecundum magis & minus,& ineſt ei ſimpliciter:quando autem quis denominaretur aliquo attributo, & non ſit fallacia in eo per appoſitionem & annexionem,ille denominaretur ſecundum hanc rem ſimpliciter. Hæc itaque ſunt omnia loca,quæ Ariſtot.numerat in conſtructione rei,& illius deſtructione ſimpliciter,quæ continet ſecundus Liber ſui voluminis in topicis.

IN TOPICORVM
Librum Tertium,
Argumentum.

TErtius cõparationũ locos habet, accidẽtibus adſcriptos, conſiderans vtrũ diuturnius,ſtabilius,optabilius,potius, vel ſe ipſo,vel ex accidẽti.Preterea,vtrũ ſimpliciter optabilius,& ſuapte natura:vtrũ pſtantioris nature,vel bonũ, vel propriũ:vtrũ honoratius,ac prius:vtrũ fini ꝓpinquus, vtrũ ad fine præſtantiorẽ,vtrũ poſsibile: Finiũ proportionẽ cogitas, & a quibus præſtantur fines:vtrũ pulchrius, honeſtius, laudabilius. Præſtabiljoris originis,vbi plura ſunt bona,vbi uoluptas,opportunitas,vbi frequẽtior tẽpeſtiuitas:vtrius corruptio peior:generatio melior:vtrũ bono vicinjus,aut ſimilius.ſed et meliori, vtrum illuſtrius, Vtrũ magis propriũ:vtrũ in genere meliore,Vtrũ magis ex abundãti: vtrũ rarius,Vtrũ ſine altero eligibilius:vtrũ negetur minus,vtro amiſſo qui doleat minus reprehẽdatur,vtrũ ſuaui ſtet: utrũ bonũ,an meliorẽ reddat qui adſit: Vtro bonũ præſtantius efficiatur.Huc loci ẽt pleriq; abſoluti accidẽtis faciũt tum illi,qđ ex duobus optabilius: tertio ipſum quoq; altero optabilius:tertio ipſum quoq; altero optabilius:vt cuius exceſſus alterius, vt quod ſe ipſo potius optabile,vt qđ cui additur optabilius facit, vt quod maiori additum: totum mox ipſum reddit optabilius,quã quod minori, vt quod ſui merito non gloriæ cauſa optabilius,vt quod vtroq;,ut cui notiones cõperant oẽs optabilis. Quodq; propter optabilia meliora ſit. Cui nihil admixtum quod fugias. Sume ramen vniuerſales magis locos,quos & ad particulares transferre poſsis,ſiue determinatos,ſiue determinationis expertes:q̄ uarius defendũtur ac refellũtur modis,et ad indiuidua vſq; ꝓducũtur.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE, TOPICORVM
LIBER TERTIVS.
Cum Auer. Cordub. expoſitione.

Summa libri.

De locis comparationum, qui accidentibus aſcribuntur, & de pleriſque locis abſolutis Accidentis.

De meliorum, eligibiliorumque problematum locis. Cap. 1.

VTrum autem eligibilius, aut melius duorum,pluriumue ex his perſpiciẽdum. Primum autem determinetur quod conſiderationem facimus non de plurimum diſtantibus & magnam adinuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat utrum felicitas, an diuitiæ expetibiliores) ſed de iis,quæ propinqua ſunt, & de quibus dubitamus utrum oporteat apponere magis, eo quod nullã uidemus alterius ad alterum præeminentiam: Manifeſtum igitur in his q̄ oſtẽſa una ꝑeminentia,vel pluribus,conſtituetur intelligentia, q̄ id eligi E bilius eſt,quod eorum eſt præeminens.Primũ igitur,quod diuturnius 1.Locus.
ſtabiliuſue,eligibilius eo quod minus huiuſmodi. Et quod magis eli
git prudens,vel bonus vir,ve lex recta,vel ſtudioſi circa ſingula dele- 2.Locus.
cti, quatenus tales ſunt,vel in vnoquoque genere periti,uel quæcũq;
plures,vel omnes(vt in medicina vel ædificatoria,quæ plures medi
corum vel omnes)uel quæcunque omnino plures, vel omnes, vel
omnia, vt bonum, omnia enim bonum appetunt. Oportet autem
ducere ad,id quod fuerit utile,quod dicendum eſt. Eſt autem ſim- 3.Locus.
pliciter quidem melius,ac eligibilius, quod ſecundum meliorem diſciplinam: alicui autem,quod ſecundum propriam. Deinde quod 4.Locus.
idipſum quod eſt (eo quod non) in genere eſt: ut iuſtitia iuſto. Declaratio.
Nam illa quidem in genere bono, hoc autem non, & illa id ipſum,
quod eſt, bonum eſt, hoc autem non: nam mihi dicitur idipſum,
quod genus eſt, quod non eſt in genere. Vt albus homo non eſt id 5.Locus.
quod color,ſimiliter autem & in aliis. Et quod propter ſe eligen- Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, eo eligendo quod propter aliud eligibilius. Vt sanum esse D
quam exercitari: illud enim propter se eligendum, hoc autem pro-
6. Locus. pter aliud. Et quod per se, eo quod per accidens. vt amicos iustos
Declaratio. esse, eo quod inimicos: illud enim per se eligendum, hoc autem per
accidens eligimus, Nam inimicos iustos esse secundum accidens eli
gimus, ut nihil nobis noceant. Est autem hoc idem ei quod ante hoc,
differt autem modo: nam amicos quidem iustos esse, propter se eli-
7. locus, gimus, & si nihil nobis debeat fore, quamuis apud Indos sint: ini-
Declaratio. micos autem propter alterum, ut nihil nobis noceant. Et quod cau-
sa boni per se, eo quod per accidens causa. Quemadmodum virtus,
fortuna: nam illa quidem per se, hæc autem per accidens est causa bo
norum: & si quid aliud huiusmodi. Similiter autem & in contrario.
Nam quod per se est causa mali, fugibilius est eo quod per accidens,
8. locus. vt uitium quam fortuna: nam illud quidem per se malum, fortuna
Declaratio. autem per accidens. Et quod simpliciter bonum, eo quod alicui eli
gibilius. Vt sanum fieri, quam incidi. Nam hoc quidem simplici-
9. locus. ter bonum: illud autem alicui indigentium incisione. Et quod na-
Declaratio. tura eo est, quod non natura. Vt iustitia, iusto: illud enim natura, hoc
10. locus. autem acquisitiuum. Et quod meliori, & honorabiliori inest, eli-
Declaratio. gibilius: vt Deo, quam homini: animæ, quàm corpori. Et quod me-
11. locus. lioris proprium, melius quam quod peioris. Vt quod Dei, quam
Declaratio. quod hominis: nam secundum communia utriusque nihil differunt
abinuicem, propriis autem alterum alteri differentiis supereminet.
12. locus. Et quod in melioribus, uel prioribus, uel honorabilioribus, est me
Declaratio. lius. Vt sanitas robore, & pulchritudine: nam illa quidem in humi
13. locus. dis, & siccis, & (ut simpliciter dicatur) ex quibus prius constitutum
est animal: hæc uero in posterioribus: nam robur in neruis, & ossi-
bus: pulchritudo autem membrorum quædam commensuratio vide
14. locus. tur esse. Et finis iis, quæ sunt ad finem, eligibilior videtur esse. Et E
15. locus. duorum, quod propinquius est fini. Et omnino quod ad vitæ finem,
16. locus, expetibilius, quam quod ad aliud aliquid: vt quod ad felicitatem cõ
17. locus. Declaratio. tendit, quam quod ad prudentiam: nam quod ad felicitatem, con-
18. locus. tendit, eligibilius. Et posibile impossibili. Amplius, cum duo
19. locus. Declaratio. sint effectiua, cuius finis melior, & ipsum melius. Cum autem sit
effectiuum, & finis: ex proportione, quando pluri superat finis fi-
nem, quam ille proprium effectiuum. Vt felicitas pluri superat sa
nitatem, quam sanitas salubre: quare effectiuum felicitatis melius
sanitate: nam quantum felicitas superat sanitatem, tantum & effe-
ctiuum felicitatis, salubre superat: sanitas autem salubre minus su-
perabat, quare plus superat effectiuum felicitatis salubre, quam sa
nitas salubre: quapropter effectiuum felicitatis, melius sanitate:
manifestum igitur, quod eligibilius effectiuum felicitatis, quam sa-
20. locus. nitas: nam idem plus superat. Amplius, melius est quod propter
Declaratio. se, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitiis, & iustitia

A sanitate, & robore: nam illa quidem propter se honorabilium, hæc uero non propter se, sed propter aliud: nullus enim honorat di uitias propter se, sed propter aliud: amicitiam uero propter se, & si nihil nobis debeat aliud ab ea esse.

Loca quæstorum ipsorum comparationũ, quæ narrantur in tertio sui uoluminis.

ET dicimus, quod hæ comparationes vniuersaliter sunt trium specierum, aut quod comparetur vnum prædicatum duobus subiectis, hoc est, cui illorum magis ineſt ipsum prædicatum. Verbi gratia, quod est eligibilius? pulchrum, aut utile? & quæ fruatur uita sit, quæ uirtute fungiturue illa, quæ uoluptatibus? Et hæc species comparationum est, quæ magis uenit in usu, & illa est, quam intendit Aristo. & loca tradita in hoc libro sunt secundum hanc speciem: quando enim euenerint nobis loca, quibus acquiritur hæc species comparationis, adsunt nobis loca, quibus acquiruntur duæ aliæ species. Vna duarum specierum est comparatio duorum prædicatorum uni subiecto. Verbi gratia, si pingnis sit utilis, & delectabilis, quid ei magis insit utile, aut delectabile: secunda autem species est comparatio duorum prædicatorum duobus subiectis, Verbi gratia, si humanitas facit acquirere pacem, & regum familiaritas facit acquirere mortem, quid magis sit pax per humanitatem, aut mors
B per regum familiaritatem. Hæ itaque species sunt quæsitorum secundum ipsa rum comparationem. Subiecta uero horum quæsitorum illi expositores, quo rum tractatus ad nos uenerunt, dicunt, ea sint in accidenti: quia accidens est, quod recipit magis & minus, & intendunt per accidens hic, non accidens definitum in primo libro huius uoluminis, sed accidens definitum in principio libri prædicamentorum: & est quod est in subiecto non de subiecto: hoc autem sic existente. Comparationes itaque quæsita sunt de accidenti prius definito, & de proprio, & genere, & definitione, quando definitum non fuerit prædicamenti substantiæ. Veruntamen Abumazar Alpharabius opinatur, quod hæc comparationis species sit in prædicamento substantiæ, & argumentatur ad hoc, ex eo quod facit Aristo. in libro prædicamentorum in comparando individua substantiæ ad suas species, quæ illorum digniora sint esse substantiam: & sic est comparatio materiæ ad formam: & secundum hoc comparationum quæsita sunt quinque quæsita. quorum summa sunt esse simpliciter, & quæsitum accidentis, & quæsitum proprii, & quæsitum generis, & quæsitum definitionis, & secundum hoc verificatur dict de illis quæsita comparationum simpliciter, prout dictum est de quæsitis constituendi & destruendi. quod sint quæsita comparationum simpliciter, nisi quod hæc comparationes magis inueniuntur in accidenti definito in primo libro huius voluminis. Et ideo inuenimus Aristot. quod numeranerit quæsita comparationum in quæsitis accidentis. Fortasse autem ipse fecit hoc, quia per scientiam multorum horum locorum euenunt loca comparationum simpliciter, sicut per scientiam locorum accidentis euenit scientia quæsitorum simpliciter, quibus quæritur esse, aut non esse tantum: & horum quæsitorum, quæ dicuntur in comparationibus, quædam sunt, quæ quæruntur in rebus naturalibus & diuinis, & quædam sunt, quæ quæruntur in rebus arbitrariis, & hæc sunt, quæ magis usitantur in hæc genere. Et loca, quæ hic numerantur, quædam sunt quæ ambiunt omnes species comparationum secundum quod esse fuerint, an secundum modum nobilitatis & viturtis, aut ex parte uitii, & quæ species essendi facit esse comparationem. Et expedit te scire, quod hoc quæsitum non quæritur de rebus nimis remotis, prout est oratio dicentis, quæ res sit præeligenda beatitudo, aut diuitiæ: quæstio sit de rebus propinquis, de quibus euenit nobis ambiguitas, quæ illarum sit nobilior, & vt uniuersaliter inquam, dispositio huius speciei quæstionis est, sicut dispositio reliquorum quæsitorum: & sicut nos non quæ rimus utrum hoc insit huic, aut non insit, quãdo hoc fuerit per se notum, & non quærimus hic an tale sit nobilius tali, quãdo excessus fuerit secundum se notus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expedit autem ꝙ circa hæc loca procures tres res, quarum vna est, quis illorū D
sit proprior ipsis eligibilibus, & quis includatur in omni eo, quod dicitur de com
parationibus. Secunda autem est, quis illorum sumatur ex rei essentia, & quis su
matur a rebus, quæ sunt deforis, aut ex rebus mediis inter has duas. Et tertia est,
quis illorū coaptatur, vt fiat in demonstratione, & quis illorum non. Themistius
autem dicit, ꝙ accidit his præmissis, ꝙ ipsarum distinctio sit difficilis ob ipsarū
consimilitudinem, & modicam diuulgationem differentiæ, quæ est inter illas.

Horum itaque locorum initium, ex quibus incœpit Arist. est, quod id, quod
fuerit diuturnius, aut firmius, sit eligibilius, quam id, quod fuerit breuioris rem
poris, & minus firmum: & ambo hæc loca sunt communia omnibus quæstis,
quæ procedant secundum modum comparationum.

Et primus quidem sumitur ab eo, quod differt. & est secundum modum ꝓpis.

Et secundus sumitur ex rei essentia, & est constructio, & est diuulgatus: aquila
enim non est eligibilior homine: & si diuturnior sit quam ille, vt diceretur, si
hoc verificaretur.

Tertius autem locus est, quod eligit, & æstimat vir nobilis, aut lex, aut sapi
ens, aut quod eligunt plures homines, & magis artificiosi, aut quod omnes eli
gunt, omnesq; illud cupiunt, est nobilius: & hic locus sumitur ex rebus, quæ
deforis sunt, ex quo est sumptus a testimonio, qui est diuulgatus vniuersalis. B

Quartus autem locus est, quod illud, quod est nobilius secundum scientiam, sit
nobilius & eligibilius, sicut quod inest ipsi deo excelso, eligibilius est, quā illud,
quod inest ipsi homini: & similiter quod proprium fuerit alicui nobiliori, est no
bilius, & id, quod est rerum nobiliorum & priorum, est nobilius & prius, sicut
salus est pulchritudine nobilior, quia salus est membrorum, quæ sunt nobiliora:
& ille est communis omnibus quæstionibus comparationum, & ille sumitur a re
bus essentialibus, quia non sumitur a rebus, quę deforis sunt, neq; ab ipsis rebus,
& sunt vulgaria: & licet loca sint multa, vis tamen illorum est vis vnius loci.

Quintus autem locus est, quod quicquid subintrat genus nobile, secundum qđ
sumitur in hoc genere, & sub est ei, illud est nobilius quā id, qđ non est pars hu
ius generis: ꝓtia exempli, quia equitas est quo est pars virtutum, & species
quædam illarum specierum, & nobilior quam equus, qui sumitur ab ipsis rebus,
& continet species comparationum: & est locus, qui æstimatur esse verus, quan
do sumitur prædicatum de subiecto in eo quod quid est, ꝓut caperetur equum,
inquantum equum est, non inquantum est alia res.

Sextus autem locus est, quia quod ob seipsum eligitur, eligibilius est, quā qđ
eligitur propter aliud: vt salus eligibilior est cōmotione, quia commotio eligitur
ob aliud, salus autem propter seipsam: & eligibile per se est eligibilius quam eli
gibile per accidens, vt amicos esse iustos eligibilius, est, quam inimicos esse iu
stos, amicis enim hoc eligitur per se. Et ideo ait Aristot. quod hæc res sit eligi- E
bilis, & si essent apud indos, inimicos vero eligimus esse iustos, ne ab illis nobis
eueniat damnum, & ideo si esset tempore, quo non eueniret nobis ab illis dam
num, non eligeremus hoc. Et quod est naturaliter eligibile, est eligibilius illo,
quod non est naturaliter. prout æquitas est eligibilior equo, quia æquitas est na
turaliter vtilis, iustus vero secundum habitum. Et quod est eligibile simpliciter,
est eligibilius, quam id quod est eligibile apud aliquē hominem, aut aliquo tem
pore, aut secundum aliquam dispositionem, aut aliquod accidens: cibus enim
eligitur simpliciter, medicina autem est aliquo tempore eligibilis: omnium aūt
horum locorum vis est vna. Themistius autē dicit quod summantur ab ipsamet
re, & sunt propria comparationibus.

Septimus autem locus est, quod est causa boni per se, eligibilius est illo, quod
est causa boni per accidens: sicut virtus eligibilior est quam bona fortuna, hæc
enim est causa beatitudinis per se, & hæc per accidens, & similiter est dispositio
noxij, illud enim, quod est causa damni per se, magis est fugiendum, quam illud,
quod est causa per accidens.

Octauus locus est, ꝙ finis eligibilior sit his, quæ adminiculantur desiderio fi
nis, & si fuerint duæ res, quarum sit desiderium vt cōducant ad finem, illi ꝓprior

A est eligibilior. Et quæ conducit ad prælegendam rem, est eligibilior, verbi gra
tia, quia quod iuuat ad felicitatem eligibilis est ꝙ iuuat ad prudentiam, & eli
gibilius est qđ conducit ad vitam, quā quod conducit ad pulchritudinem: & hic
quidem locus est communis omnibus comparationum speciebus.

Nonus autem locus est, quod possibile sit eligibilius impossibili, & est electio
nibus proprius, V.g. quia ars medica eligibilior est arte alchimiæ.

Decimus locus est, quando duæ res fuerint effectiuæ, cuius finis est nobilior,
est eligibilior, verbi gratia, exercitium efficit sanitatē, & disciplina efficit scie
tiam, sicq; disciplina nobilior est quam exercitium: & ille est communis.

Vndecimus autem locus est ex cōparatione duorū efficientiū ad duos ipsorū
fines, quia si excessus finis ad finem sit maior excessu illius ad suum efficiens, sic
efficiens excellentiorē finem est eligibilior fine, quem alter excedit, verbi gratia,
si maior est excessus beatitudinis ad sanitatē, quā sit excessus sanitatis ad ipsam
agēs, sicq; & efficiens beatitudinē eligibilior est sanitate: hoc aūt fit, quia propor
tio efficientis beatitudinē ad beatitudinem, est proportio agentis sanitatem ad sa
nitatē, & excessus beatitudinis ad sanitatem fuit maior excessu sanitatis ad suum
efficiens, & excessus sanitatis ad ipsam efficiens, est sicut excessus beatitudinis
ad suum efficiens, sicq; excessus beatitudinis ad sanitatem est maior illius excef
su ad ipsam efficiens, & quando hoc fuerit efficiens beatitudinem, præstantior B
est sanitate. Quādo enim vna res proportionatur duabus rebus diuersa propor
tione, sita, ad quam proportio est minor, ipsa est maior: & hic quidem locus cō
munis est omnibus quæstionibus comparationum.

Alii eiusdem problematis loci. Cap. II.

AMplius, quando duo aliqua fuerint valde sibimetipsis si- 21. locus. de
milia, & non poterimus præeminentiam aliquam conspi claratio.
cere alterius ad alterum: videndū ex iis quæ sequuntur.
Nam cum consequens est maius bonum, hoc eligibilius. 22. locus. de
Si autem sint consequentia mala: cui consequens minus malum, hoc claratio.
eligibilius. Nam cum vtraque sint eligenda, nihil prohibet molestū
aliquid sequi: dupliciter aūt ab eo quod sequitur consideratio, nam &
prius, & posterius sequitur: vt addiscentem ignorare prius, scire autē
posterius: melius autem vt plurimum, quod posterius, sequitur: sumen
C dum igitur eorum quæ sequuntur quodcunq; fuerit vtile. Amplius, 23. locus.
plura bona paucioribus, vel simpliciter, vel quando altera alteris in
sunt vt paniora in pluribus. Instantia, si alicubi alterum alterius
gratia: nihil enim eligibiliora vtraq; quam vnum: vt sanum fieri, & sa
nitas, quam sanitas, eo quod sanum fieri propter sanitatem eligimus.
Et non bona, bonis nihil prohibet eligibiliora esse, vt felicitatem: &
aliud aliquid quod non est bonum, iustitiæ & fortitudine. Et eadem 24. locus.
cum voluptate magis quam sine voluptate: & eadem cum indolētia, 25. locus.
quam cum tristitia. Et vnum quodque in quo tempore magis va- 26. locus.
let, in hoc etiam eligibilius. Vt carentia tristitiæ in senectute magis, declaratio.
quam in iuuentute: magis enim in senectute valet. Secundum hæc au
tem, & prudentia in senectute eligibilior: nemo enim iuuenes eligit
duces, eo quod non constat eos prudentes esse. Fortitudo autem eō
tratio: in iuuentute enim magis necessaria secundum fortitudinem
operatio: similiter autem & in temperantia, magis enim iuuenes quā

27. locus. declaratio.

senes concupiscentiis molestantur. Et quod in omni tempore, vel in pluribus, vtilius. Vt iustit a, & temperantia fortitudine: nam ille semper, hæc autem aliquando utilis. Et quod cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quam quod cum haberemus, indigeremus reliquo. Vt si in iustitia & fortitudine: nam si omnes essent iusti, nihil vtilis fortitudo: si vero omnes essent fortes, vtilis iustitia. Amplius, ex

28. locus. declaratio.

29. locus.

corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & contrariis. Quorum enim corruptiones malæ, ipsa eligibiliora: similiter autem & in abiectionibus, & in contrariis: nam si abiectio, vel contrarium fugibilius est, ipsum eligibilius: in generationibus autē, & sumptionibus, econtrario. Quorum enim sumptiones, & generationes eligibiliores, ipsa quoque eligibiliore. Alius autem locus est.

30. locus. declaratio.

Quod propinquius bono, melius, atque eligibilius. Et quod similius est bono, vt iustitia, iusto. Et quod meliori eorum est similius,

31. locus. declaratio,

quemadmodum Aiacem Vlysse dicunt aliqui meliorem esse, eo quòd

32. locus.

similior est Achilli. Instantia huius est, quod non verum sit: nihil enim prohibet non qua ratione optimus est Achilles, eadem similio rem esse Aiacem, cum erit alter quidem bonus, non similiter autē. Considerandum autem si & in ridiculosioribus sit simile: vt simia homini quàm equo, cum non sit similis: non enim est simia melior, similior tamen est homini. Rursum in duobus: si hoc quidem, meliori, illud autem peiori est similius, erit melius quod meliori est similius. Habet autem & hoc instantiam: nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum simile esse, illud autem peiori valde: vt sit Aiax quidem Achilli parum, Vlysses autem Nestori valde: vt si hoc quidem meliori in peioribus: illud autem peiori in melioribus: vt

33. locus.

equus asino, & simia homini. Et quod maxime insigne, eo quod

34. locus.

minus tale. Et quod difficilius: magis enim amamus cum habemus, quod non est facile adipisci. Et quod magis proprium, eo qđ

35. locus.

communius. Et quod malis in communius. nam magis eligendum

36. locus.

quod nulla molestia sequitur, quàm quod sequitur. Amplius, si

37. locus.

hoc illo melius, & omnino optimum eorum quæ in hoc, melius eo

38. locus. declaratio.

quod in altero optimum. Vt si melior est homo quàm equus, & optimus homo, optimo equo melior. Est si optimum optimo melius,

39. locus. declaratio.

& simpliciter hoc illo melius: vt si optimus homo optimo equo

40. locus.

melior, & simpliciter homo, simpliciter equo melior. Amplius,

41. locus. declaratio.

ea quæ volumus amicos participare, eligibiliora, quàm quæ non. Et quæ ad amicum agere malumus, quàm quæ ad quemlibet, illa eligibiliora. Vt iuste agere, & benefacere, magis quàm videri: nam amicis benefacere volumus magis quàm videri: quibuslibet autem econuerso. Et quæ sunt ex circunstantia necessariis meliora, aliquando autem & eligibiliora. Melius enim quàm viuere, bene viuere: bene autem viuere est ex circunstantia: ipsum autem viuere necessarium. Aliquando autem melioria non etiam eligibiliora:

42. locus.

non enim si meliora, necessario quòd eligibiliora: philosophari siquidem melius quàm lucrari, sed non magis eligendum indigenti necessariis. Ex circunstantia autem est, quando existentibus necessariis, alia quædam adiiciuntur bonorum. Fere autem fortasse eligibilius quod necessarium est, melius autem quod ex circunstantia. Et quod non est ab alio exquirere, quam quod est & ab alio. Quale sustinet iustitia ad fortitudinem. Et si hoc quidem sine illo eligendum, illud autem sine hoc non. Vt potestas sine prudentia non eligenda, prudentia vero sine potestate eligenda. Et duorum, si alterum negamus, vt reliquum videatur nobis ineesse: illud eligibilius quod volumus nobis videri in esse. Vt laborem diligere nos negamus, vt ingeniosi esse videamur. Amplius, pro cuius absentia minus increpandi sunt molestè ferentes, hoc magis eligendum. Et pro cuius absentia non molestè ferentem magis increpandum: id eligibilius.

43. locus.

44. locus. declaratio.

45. locus. declaratio.

46. locus.

47. locus.

Sermo de aliis locis eiusdem quæsiti.

Duodecimus assit locus est sumptus ex ipsis illationibus. Quando, n. suntduæ res connexæ, & non possumus commonstrare qđ vna ipsarū sit eligibilior altera, per aliquam rem omnino ex ipsis mer. Sicq; expedit, quod considerare mus illationes illarum, quia cuius consequens est melius, illa est eligibilior, Verbi gratia, facilitas actionis, & facilitas passionis, quia facilitatem actionis sequitur vincere, & facilitatem passionis vinci. Et exemplum illius, quod sequitur, malum minus est viuere latenter, & viuere propatulo, quia vitam, quæ est latēter, sequitur spretus, & vitam, quæ propatulo est, sequitur inuidia. Consequens autem aliquam rem aliquando quoddam est prius, & quoddam posterius, sicut discipulum sequitur ignorantia & scientia: ignorantia enim illius, quod addiscendum est, prior est in illo, & scientia posterius ineſt ei, vitiorum autem consequens pro maiori rei parte est præstantius: expedit autem quod si amamus de consequē tibus quod vtilius fuerit, hoc est, si vtilius fuerit prius, sumemus illud, & si posterius sumemus illud: & hic qđ locus est proprius eligibilibus, & est necessarius.

Tertiusdecimus locus est, quod bona plura sunt eligibiliora quam quæ pauciora sunt, quando subsistit pauciora ea, quæ sunt plura, & ille est dimdiatus, & est mendax, quando vnum bonorum est propter alterum, quia non sit verū quod illorum aggregatum sit eligibilius altero illorum, verbi gratia, dicendo sanari & sanitatem, quia illorum aggregatum non est eligibilius altero eorum, scilicet ipsa sanitate: eligimus enim sanari propter sanitatem. Oportuit autem apponere huic loco duas conditiones: quarum vna est, quod pauciora subsint pluribus, quia non sequitur plures dragmas esse eligibiliores paucioribus aureis. Et secunda conditio est, quod res pauciores contentæ non sint perfectiones rerum plurium continentium, & continentes quædam sint perfectiones, & quædam prope perfectiones.

Quartusdecimus locus est, quod id, quod fit cum delectatione, sit eligibilius illo, quod sine delectatione fit: huius exemplum est medicina dulcis cum medicina amara, ambæ vero iuuant. Et quod est absq; damno, eligibilius est eo quod est cum damno, prout cibus insipidus eligibilior est amaro.

Quintusdecimus locus est, quia quælibet res, cuius est tempus, ipsam proprie concernens, quando est suo tempore eligibilior est, quam quando est sine suo tempore, sicut canescere caput senes, eligibilius est quam canescere iuuenes, & similiter est scientia. Portitudo vero est contrariæ dispositionis in illis, maior. n. est necessitas pueris fortitudinis, & sic etiam est de temperantia.

Sextusdecimus locus est, quod vtilius pluribus temporibus eligibilius est vtiliori quodam tempore, verbi gratia, vt fortitudo, & iustitia, & temperantia; iustitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim, & temperantia vtiles sunt ambæ vtrisque temporibus, fortitudo vero iam quando sunt aduersarij: & ille est necessarius. D

Decimusseptimus locus est, quia quando nobis est res aliqua, indigemus illa prima, verbi gratia, vt iustitia & fortitudo: omnes enim homines, quando essent iusti, non esset eis vtilis fortitudo, quando autem essent fortes, esset eis vtilis iustitia, & indigerent ea: & ille est demonstratiuus, & sumitur ex ipsis rebus.

Decimusoctauus locus sumitur ex corruptione & abiectione, & omissione, & acquisitione, & contrarietatibus: res enim, quarum corruptio est magis fugienda, sunt eligibiliores: & similiter est dispositio omissionis, & abiectionis: id enim, cuius omissio & abiectio est magis fugienda, illud est eligibilius. Dispositio autem generationis & acquisitionis est contra hoc, res enim, quarum generatio & acquisitio est præeligenda, sunt eligibiliores: & hic quidem locus continet multas res, quarum quædam sumuntur ex rebus, quæ deforis sunt, & ille sit rhetoricus, & non est necessarius: quoniam non oportet sequi, si cæcitas sit magis fugienda quã remissio acutiei visus, quod visus sit eligibilior, quam acuties ipsius visus. Verum tamen, quando processus & translatio secundum hunc locum fuerit a genito ad genitum, & a corruptione ad corruptionem, aut a generatione ad genitum, & ex via ad corruptionem ad ipsammet corruptionem, ille subintrat ipsammet rem. E adiutum habet vt sit scientificus, quia translatio non fit ex oppositis, sed ex rebus proximis essentiæ rei, verbi gratia, quia, si sanari eligibilius est quam ægrotare, sanitas eligibilior est ægritudine. Et similiter fit quando ibi non esset penitus contrarium: si enim melius est ædificare, quam fuere, ædificium melius est quam futura. E

Decimusnonus locus est, quia quod bono propius est, illud est præstantius, & quod nobili similius est, id est nobilius: & hic fit dupliciter, aut comparatione duorum ad vnum, prout dicimus, q exponere se periculis sit præstantius pusillanimitati, hoc enim similius est fortitudini, quæ est præstantior pusillanimitate: aut comparatione duorum ad duo, prout dicimus quod virtutes intellectiuæ sint eligibiliores moralibus: illæ enim magis similes sunt possessis rebus, & hæ similiores sunt rebus humanis. Et hic locus continet omnes species comparationum, & sumitur a rebus, quæ deforis sunt, & est vulgaris, non demonstratiuus: nihil enim prohibet quin similius præstantiori non sit illi simili ea parte, qua est præstantius, prout dicimus, quod simia sit similior homini quam equus, & tamen simia non est præstantior equo: & similiter nihil prohibet in comparatione duarum rerum ad duas res, quin similis præstantiori sit modicum similis, & altera viliori similis sit multum similis, aut vna illarum sit similis præstantiori, ex ea parte qua est præstantior, prout dictum est de simia.

Vigesimus locus est, quia, quod est euidentius, & magis diuulgatum, est eligibilius illo, quod est remissus secundum hanc dispositionem: hic autem locus sumitur ab attestatione, & fit mẽdax in multis rebus esset enim orator eligibilior geometra, & astutus q̃ Philosophus. F

Locus aut vigesimusprimus est, quia q est difficilioris acquisitionis, est eligibilius: magis enim gaudemus, vt ait Aristo. quando acquisiuerimus quod difficilius est esse. Et expedit q difficile acquisitu sumatur de rebus eligendis, sinautem multę res difficile acquisitu non sunt eligendæ, eo magis non sunt eligibiliores aliis, ascendere enim montes est eligibilius, quam planus progressus terræ.

Vigesimussecundus locus est, quia quod est minoris conuenientiæ cum malis rebus, aut quod illa priuatur, est eligibilius q̃ illud, quod est conueniens, sed magis conueniens cum illis, id enim, cui non euenit aliquid ab horrendũ & renuẽdum, est eligibilius illo, cui euenit, & id, cui minus euenit eo, cui plus euenit, est eligibilius. Et hic quidem locus potest sumi proprius, & communis in omnibus rebus, prout sunt finitas, &c. quando non communicant suis contrariis, aut minus communicant illis quando id, quod suæ naturæ est proprium, plus illis fuerit: & hic quidem locus subest locus sumptis ab oppositis.

Vigesimustertius locus est, quia quod simpliciter præstantius est alia re, quod in hoc illo genere est primum nobilitate nobilius est primo secundum

A nobilitate: em in altero genere, verbi gratia, si homo sit simpliciter nobilior equo, id, quod est primũ secundum hominum nobilitatem, præstantius est secundum nobilitatẽ ipso equo. Et ecõtra, si primum nobilitate in hoc genere fuerit nobilius primo alterius generis, hoc itaq; genus ẽ nobilius illo altero genere: hic vero locus est oratorius propter proportionalitatem sumptam ab æqualitate: ex quo enim proportio generis ad genus est sicut proportio nobilioris huius generis ad nobilius alterius generis, potest esse oratorius: sed tam videtur quod non sit demonstratiuus, studiosissimus enim interitus, sicut est interitus iniqui apud nos, nobilior est studiosissimo progressu, vt est cursus ad domum orationis, aut ad alium cultum studiosum, sed non sequitur quod interitus simpliciter sit nobilior progressu simpliciter, interitus enim dignitas non est ei ex ea parte. qua in teritus est, sed præelecto ad interitũ, vt est iniquus, & apius ad maleficia: hic aũt locus communis est præeligendis, & alijs.

Vigesimusquartus locus est, quia in quo communicant amici, præstantior est eo, in quo non communicant, sicq; virtus præstantior est sanitate, & diuitiæ præeligendæ sunt generositate, & modestia præeligenda est deluijs. Et iterum, qd' expedit facere amicis magis quam alijs viris, eligibilius est, quam quod expediat fieri omnibus hominibus, prout cõtigerit: quos enim amice eligimus, illis eligimus secũ scientiæ cognitionẽ, cuiq; vero cõtigerit, eligimus erogare maxime B indigenti. Et ambo hi loci sunt propriꝰ eligendis, ipsorumq; vis est vna: nemo enim vt ait Ari. quando ei euenerint cætera bona, eligeret esse sine amicis, ex quo res, quibus secum sit communitas, præeligendæ sunt his, quibus ab illis absoluitur, & hic quidem repetitus est firmioris orationis quam primus: primus enim ponit diuitias eligibiliores sanitate: hic autem secundus locus est primo contrarius: in primo enim communius est eligibilius proprio, & in secundo proprium est eligibilius communi.

Vigesimusquintus locus est, quia res, quæ inueniuntur ex præstantiæ circunstantia, eligibiliores sunt rebus, quæ sunt ex circunstantia necessitatis. Dicimus autem rem, quæ est ex præstantię circunstantia id, quod non est necessariũ in essendo res per ipsum denominatas, illud vero esse est secundum complementi & perfectionis modum prout est membrorum decus: per necessariũ autem intelligimus, sine quo rem esse est impossibile, prout est principalia membra inesse ipsi homini. Expedit autem te scire, quod suapte natura præstantius sit aliud, quam apud nos præstantius: non enim oportet quod suapte natura est præstantius, esse apud nos eligibilius. Philosophari enim non est eligibilius, quã opes acquirere ipsi inopi, quum enim indigentia inopi est præeligẽda. Quando autem per eligibilius intelligeretur non quod est apud nos, sed q secundum se est possibile, fit, qd' hic locus, & veræ & mendaces sit: veræ quidem, quia bene C viuere eligibilius est, quam viuere, bene viuere aũt nobis inest ex parte præstãtiæ circunstantię, vita autem ex parte necessitatis: ipsius vero mendacium est, quia scientia non est eligibilior apud ægrũ, quam ipsa sanitas. Si vero dixerit hic eligibilius quod est sua natura eligibilius, quod per præstantiam significat, est verus. Si aũt dixerit eligibilius, qd apud nos est eligibilius, hic quasi ipsum necessariũ est eligibilius apud nos, & qd ex præstantiæ circunstantia est præstãtius.

Vigesimussextus locus est, quia qd' impossibile est quicquã ab alio acquirere, eligibilius est illo qd possibile est acquirere ab alio: prout est dispositio fortitudinis cũ opibus. Et de hoc loco patet, q potest pulchritudinẽ eligibiliorẽ modestia.

Vigesimusseptimus locus est, quia qd' est eligendum sine hac re, eligibilius est illo, qd' nõ est eligendum sine ea, verbi gratia, quia custodia sine prudentia non est eligenda. Prudentia autem sine custodia eligenda est. Vis autem horum locorum est vna vis, scilicet quod proprius prius ti. dignitate communitori.

Vigesimusoctauus locus est, quando abnegamus vnam duarum rerum, vt de nobis putetur alteram nobis inesse, illa est eligibilior, verbi gratia, quia nos negamus studium & disciplinam, vt intellectus claritas putetur nobis inesse, id enim, quod putatur quod velimus nobis putari inesse est intellectus claritas: & hic locus est ex rebus, quæ sunt deforis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

48.locus. AMplius, eorum quæ sunt sub eadem specie, quod habet propriam virtutem, eo quod non habet, vtriusque autem habentibus, quod magis habet, eligibilius.

49.locus. Amplius, si hoc quidem facit bonum illud cui adest, illud autem non facit: quod facit, eligibilius. Quemadmodum & calidius quod calefacit, eo quod non. Si autem vtrunq; facit, quod magis facit, aut quod melius, & principalius facit bonum: vt si hoc quidem animam, illud autem corpus. Amplius autem a casibus, & vsibus, & actionibus, & operibus, & hæc abillis. Sequuntur enim sese inuicem: vt si quod iuste est eligibilius, quam quod fortiter, & iustitia fortitudine eligibilior: & si iustitia quam fortitudo eligibilior, & quòd iuste, quam quòd fortiter: similiter autem & in alijs. Amplius, si aliquo eodem hoc quidem maius bonum est, illud autem minus: magis eligendum maius, aut si maiore maius fuerit alterum. Sed & si duo quædam uno aliquo sint eligibiliora: quod longe eligibilius, eo quod minus est eligendum, eligibilius. Amplius, cuius est superabundantia eligibilior, & ipsum eligibilius. Vt amicitia, pecunijs: nam eligibilior superabundantia amicitiæ, quam pecuniarum. Et id, cuius magis eliget quis vt ipse sibi causa sit, quam cuius alter. Vt amicos pecunijs. Amplius, ex appositione si eidem appositum aliquid, quod totum eligibilius facit. Cauere autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appositorum vtitur commune, vel alio quolibet modo cooperatiuum est, reliquo autem non vtitur, neque cooperatiuum est: vt serra, & falce cum arte fabrili: nam eligibilior serra consociata, simpliciter autem non eligibilior. Rursum, si minuti appositum aliquid, quod totum maius facit. Similiter autem & ex ablatione: quo enim ablato ab eodem, quod restat est minus: illud maius erit, quod ablatum, reliquum minus facit. Et si hoc quidem propter se, illud autem propter gloriam eligendum. Vt sanitas, pulchritudine: terminus autem eius, quod est ad gloriam, quod nullo conscio, non studeret inesse. Et si hoc quidem propter se, & propter gloriam eligendum: illud autem propter alterum tantum. Et verumuis magis propter se honorandum, & hoc melius, & eligibilius. Honorabilius vtique fuerit secundum se, quod cum nihil aliud debeat esse, propter se eligimus magis. Amplius, diuidendum quoties quod eligendum est dicitur, & quorum gratia: vtilis, vel honesti, vel delectabilis. Nam quod ad omnia, vel ad plura est vtile, eligibilius fuerit eo, quod non sic. Si autem eadem vtrisque insunt, vtri magis insint considerandum. Vt vtrum delectabile, an honestum, an vtile magis. Rursum, quod propter melius, eligibilius. Vt quod propter virtutem, quàm quod propter delectationem. Similiter autem & infugiendis. Nam magis est fugiendum, quod magis impedit virtutes, vt ægritudo turpitudine: nam & voluptatis, & eius quod est studiosum esse, prohibentior est ægritudo, Amplius ex similitudine monstrari potest fugiendum, & eligendum quod propositum est. Nam minus eligendum huiusmodi, quod æque & eligeret aliquis & fugeret: altero quod eligendum est tantum: ad seinuicem igitur comparationes (quemadmodum dictum est) faciendum.

48.locus.
49.locus.
50.locus. declaratio.
51.locus.
52.locus.
53.locus.
54.locus.
55.locus.
56.locus.
57.locus.
58.locus.
59.locus.
60.locus.
61.locus.
62.locus.
63.locus.
64.locus.

VIgesimusnonus locus est, quia res, quã grauiter ferẽtem, & abhorrentem vulgus eligit increpando, eligibilior est re, quam grauiter ferentem vulgus nõ aufugit increpando. Et res, cuius defectu & destructione contristatũ vulgus non nimis increpat, eligibilior est re, cuius defectu contristatum vulgus increpat, quod nimis sit.

Delocisme liorum, ac eligibiliorũ.

Trigesimus locus est, quia quæ res fuerit illarum, quæ alicui speciei subsunt, & eius sint dignitates, quæ proprie hanc speciem concernunt, illa est eligibilior quam illa, cui non insunt illæ dignitates, verbi gratia, eximius vir eligibilior est mediocri, & vtili: quando autem omnibus insint dignitates, ille eligibilior est, cui magis insint: huius exemplo Aristotelis eligibilior est Platone. Et hic quidem locus sumitur ab ipsamet re, & est demonstratiuus, & non est proprius eligibilibus, sed conuenit omni comparationi.

Trigesimusprimus locus est, quando fuerint duæ res, quarum vna ponit esse, quam inuenerit esse se mediante, est eligibilior illa, quæ non redderet aliam rem esse secundum se, calor enim, qui aliud calefacit, præstantior est illo, qui non calefacit aliud, & per hunc locum virtutes eligibiliores sunt diuitijs. Et hic locus est communis omnibus comparationibus, & sumitur ab ipsis rebus.

Trigesimussecundus locus est sumptus a casibus, & coniugatis, & actibus, & operibus: & est de locis communibus omnibus speciebus quinque quæstionũ, verbi gratia, si iustitia sit eligibilior fortitudine, iustus est eligibilior forti.

Trigesimustertius locus est, quia quando fuerint duæ res, quarum vna sit melior quadam vna eadem re, qua altera sit minus bona, melior itaq; est eligibilior, verbi gratia, quia scientia excedit sensum maiori excessu, quam recta opinio, sic scientia est præstantior ipsa opinione: & ille est demonstratiuus, & fit ex comparatione duorum ad vnum, & est communis.

Trigesimusquartus locus est, cuius superabundantia est eligibilior superabundantia alterius, illud est eligibilius, verbi gratia, quia amicitia est eligibilior opibus, quia superabundantia amicitiæ est eligibilior superabundantia opum: & vis huius loci est vis illius loci, de quo dictum est, quando excellentia generis fuerit eligibilior, quam excellentia alterius generis, illud genus est eligibilius illo altero genere.

Trigesimusquintus locus est res, quam quis eligit qua sibi similis sit, & per se ipsam illam cupit, eligibilior est quam illa, quam eligit, non qua sibi sit similis, aut qua illam cupiat mediante alia re, prout amici eligibiliores sunt opibus.

Trigesimussextus locus sumitur ex appositione, quando duæ res apponuntur vni eidem rei, & collectum cum vna est eligibilius quam cum altera, illa est eligibilior quam altera. Et quæ quando subtrahitur ab vna eadem re, ponit illam imperfectiorem quam altera, illa est eligibilior. Et expedit obseruare in appositione, quod non sit res substantia, id est res, cui fit appositio vtens vna apposita, & non altera. Carpentarius enim eligibilior est cum inuentione serræ, quam sit cum inuentione falcis, & non sequitur, quod serra sit eligibilior falce, carpentarius enim non vtitur falce. Themistius autem & Theophrastus omisserunt hunc locum, ob illum esse nimis patentem, maior enim res est, qua res sit maior quando ei apponitur, & minor, quando ab illa imminuitur: & ille est communis omnibus quæstionis comparationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trigesimusseptimus locus est, quando fuerint duæ res, quarum vna fuerit eligibilis per se, & altera propter æstimationem, illa, quæ eligitur propter se, eligibilior est, eligibilis autem propter æstimationem deffinitio est quod non festinetur ad eius factionem, quido certum fuerit ꝙ nesciat alius, quod ille illam fecisset, & aliquando sit præter res voluntarias, prout sanitas est præstantior pulchritudine: & ille est demonstratiuus sumptus ab essentia rei, & subintrat loca, quibus comparatur inter rem, quę est propter se, & inter rem, quæ est propter aliam rem. Locus vero, de quo dicitur, quod cuius electio fuerit propter eius essentiam, & propter æstimationem, illud ût eligibilius, quam cuius electio fuerit propter aliud, subintrat etiam locum quo dicitur, quod ûl, cuius sunt plura bona sit eligibilius, illo, cuius sunt pauciora.

Veruntamen trigesimusoctauus locus est, dum dicitur, oportet ꝙ explicetur quot modis dicatur ipsum eligibile, quia dicitur de tribus rebus, de vtili & delectabili & honesto, & illa est naturaliter eligibilis, eligibile autem apud aliquē hominem est aliud ab eligibili apud alium, honestum enim est eligibilius apud sapientes, & vtile est eligibilius apud politicos, & delectabile est eligibilius apud delirios. Quando autem proponimus commonstrare de aliqua re, qđ' sit eligibilior altera, conuenit distinguere quot modis dicatur eligibile, & si illam inuenerimus eligibiliorem altera secundum omnes, aut secundum duos, aut secundum vnam illorum, enuntiamus quod illa sit eligibilior. Et hic locus sumitur ab ipsa partitione & est proprius eligendis.

De eligendis, & fugiendis, documenta, & loci communes. Cap. IIII.

Documentū primum,



Dem autem loci vtiles, & ad demonstrandum quod uis eligendum, & fugiendū. Nam auferre solum eam oportet (quæ ad alterum est) præeminentiam: si enim quod honorabilius, eligibilius: & honorabile eligendum: & si quod vtilius, eligibilius: & vtile eligendum: similiter autem & in aliis quæcūnq; huiusmodi habent comparationem.

Vniuersales loci,

In aliquibus autem statim secundum eam, quæ ad alterum est comparationem: & quod eligendum utrunque, vel alterum dicimus. Vt quando hoc quidem natura bonum, illud aût non natura bonum dicimus: nam qđ natura bonū, manifestum quoniam eligendū est. Sumendum aût quā maxime vniuersales locos de eo, quod est magis & minus: nam sic sumpti, ad plura vtiles erūt. Fieri aût pōt vt eorū, qui dicti sunt quosdam vniuersales magis qui faciat parum transmutans sęđm appellationem. Vt quod natura tale, eo quod non natura tale, magis tale. Et si hoc quidem facit, illud autē non facit qđ habet tale cuicunque insit: magis tale quod interdum facit tale quā quod non facit. Si aût vtrunq; facit, quod magis facit tale. Amplius, si eodē aliquo, hoc quidē magis, illud aût minus tale. Et si hoc tali magis tale, illud vero nō tali tale manifestū qm primū magis tale. Amplius, ex additione: si eidem additū, aliquod totum magis tale facit. Aut si ei qđ minus est tale additum, totum magis tale facit. Similiter aût & ex ablatione: nam quo ablato reliquis reliquū, minus tale, ipsum magis tale. Et quę cōtraria sunt impmixtiora, magis talia. Vt albius quidem

Primus,

6. locus,

7. locus.

β. locus.

ρ. locus declaratio,

quidē nigro impermixtius. Amplius, præter ea, quæ dicta sunt prius, quod magis suscipit propriam propositi rationem: Vt si albi est ratio color disgregatiuus visus: albioris est, color magis disgregatiuus visus. Si autem particulariter, & nō vniuersāliter problema ponatur, primum quidem dicti vniuersaliter constructiui, vel destructiui loci omnes vtiles. Vniuersāliter enim interimentes, vel construentes, & particulariter mōstramus: nam, si omni inest, & alicui: & si nulli inest, nec alicui. Maxime autem opportuni, & communes loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. Nam similiter probabile est existimare, si omnis voluptas bonum, & tristitiam omnem malum esse: & si aliqua voluptas bonum, & tristitiam aliquam esse malum. Item si aliquis sensus non est potestas, & insensibilitas quędam non est impotentia, & si quoddam opinatum disciplinatum, opinio quædam disciplina: rursum si aliquod iniustorum bonum, & iustorum aliquod malum: & aliquod eorum quæ iniuste, malum, & aliquod eorum quę iniuste bonum: & si quoddam delectabile fugiendum, & delectatio quædam fugienda: secundum hæc autē & si aliquod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis. Et in corruptiuis autem, & generationibus, & corruptionibus similiter. Nam, si aliquod corruptiuū delectationis vel disciplinæ bonum est, erit quædam delectatio, vel disciplina malorum: similiter autem & si corruptio quædam disciplinæ bonorum, vel generatio malorum, erit quædam disciplina malorum. Vt si obliuiscī, quæ quis turpia egit, bonorum est: vel reminiscī malorum, erit scire quæ quis turpia egit, malorum: similiter autem & in aliis: in omnibus enim similiter probabile. Amplius, ex eo quod est magis & minus, & similiter: si enim magis quidem eorum, ꝙ sunt ex alio genere, aliquid tale, illorum autem nihil est: neq; quod dictum est erit tale. Vt si magis quidem disciplina quædam bonum, quam voluptas: nulla autem disciplina bonum, nec voluptas bonum erit: & ex eo quod est similiter quidem & minus eodem modo. Nam erit & interimere, & construere: veruntamē ex eo, quod est similiter, vtraq;: ex minus autem, construere solum, destruere autem non: si enim similiter potestas quædam bonum, & disciplina: est autem quędam potestas bonum, & disciplina: si autem nulla potestas bonū, nec disciplina: si autem minus quædam potestas bonum, quam disciplina: est autem quædam potestas bonum, & disciplina: at vero, si nulla potestas bonum, non necesse est & disciplinam nullam esse bonum: manifestum igitur quoniam cōstruere solum ex eo quod minus est. Non solum autem ex alio genere est destruere, verum & ex eodem: dum sumit quis quod maxime tale est. Vt si positum est disciplina quædam bonum, ostendatur autem quoniam prudentia nō bonum, nec alia vlla erit, quia nec quæ maxime videtur. Amplius, ex suppositione similiter postulantem si vni, & omni inesse, vel non inesse. Vt si hominis anima immortalis, & alias: si autem hæc nō, nec alias.

3. documētū declaratio.

4. documentum. Declaratio.

5. documētū Declaratio.

6. documentum. Declaratio.

7. documentum. Declaratio.

8. documētū Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si igitur ineſſe alicui poſitum eſt, oſtendendum quoniam alicui non ineſt, nam conſequetur per hypotheſin nulli ineſſe: ſi autē alicui non ineſſe poſitum eſt, oſtendendum quoniam ineſt alicui: nam & ſic conſequetur omnibus ineſſe. Manifeſtum igitur eſt ꝙ qui hypotheſi vtitur, facit problema vniuerſale, particulariter poſitum: nam particulariter conſitentem vniuerſaliter poſtulabit confiteri, eo quòd vni, & omni ſimiliter poſtulauerit ineſſe. Cum autem indefinitū eſt problema, vno modo deſtruere contingit. Vt ſi dixerit voluptatem bonum eſſe, vel non bonum, & nihil aliud quicquam determinauerit: nam, ſi aliquam voluptatem dixerit bonum eſſe, oſtēdendum vniuerſaliter ꝙ nulla, ſi debeat interimi propoſitum: ſimiliter autem & ſi aliquam dixerit voluptatem non eſſe bonum, oſtendendum vniuerſaliter quòd omnis, aliter verò non contingit interimere: nam, ſi oſtenderimus quoniam eſt quædam voluptas bonum, vel non bonum, nōdum interimitur propoſitum. Manifeſtum igitur quoniam interimere quidem vno modo dicitur. Conſtruere autem dupliciter: ſiue enim vniuerſaliter oſtenderimus, ꝙ omnis voluptas bonum, ſiue ꝙ eſt quædam voluptas bonum, oſtenſum erit quod propoſitum eſt.

Similiter autem & ſi oporteat differere ꝙ eſt quædam voluptas non bonum: ſi oſtenderimus quòd nulla bonum, vel ꝙ quædam non bonum, oſtendentes erimus vtrunque & vniuerſaliter, & particulariter, quòd eſt quædam voluptas non bonum. Cum autem determinata fuerit poſitio, dupliciter interimere erit. Vt ſi ponatur alicui quidem ineſſe voluptati bonum eſſe, alicui autem nō ineſſe: nam ſiue omnis oſtendatur voluptas bonum, ſiue nulla, interemptum erit propoſitum. Si autem vnam ſolam voluptatem poſuerit bonum eſſe, tripliciter contingit interimere. Nam oſtendentes quòd omnis, vel nulla, vel quòd plures quàm vna bonum, interimētes erimus quod propoſitum eſt. In pluribus verò poſitione determinata (vt quòd prudentia ſola eſt virtutum ſcientia) quadrupliciter eſt interimere. Nam oſtenſo quòd omnis virtus ſcientia, vel quòd nulla, vel quòd & alia aliqua vt iuſtitia, vel quòd eadem prudentia non ſcientia, interemptum erit propoſitum. Vtile autem & inſpicere in ſingularibus, in quibus ineſſe aliquid vel non, dictum eſt, quemadmodum in vniuerſalibus problematibus. Amplius autem & in generibus inſpiciendum: diuidenti ſecundum ſpecies, vſque ad individua, ſicut prius dictum eſt. Nam ſi omni appareat meſſe, ſine nulli multa proferenti, poſtulandum vniuerſaliter confiteri, aut ferre inſtantiam in aliquo nō ſic. Amplius, in quibus poſsibile eſt aut ſpecie, aut numero determinare accidens, inſpiciendum ſi nullum horum ineſt. Vt quòd tempus non mouetur, neceſt motus, annumeranti quot ſunt ſpecies motus: nam ſi nulla earum ineſt tempori, manifeſtum quoniam non mouetur, nec eſt motus: ſimiliter autem & quod animan on eſt numerus: diuidenti quoniam omnis numerus

9. documētū Declaratio.

10. documentum. Declaratio.

11. documentum. Declaratio.

12. documentum. Declaratio.

13. documentum. Declaratio.

14. documentum. Declaratio.

15. documentum. Declaratio.

16. documentum. Declaratio.

17. documētum. Declaratio.

aut impar, aut par: nam ſi anima neque impar, neque par, manifeſtum quòd non eſt numerus: ad accidens igitur per talia: & hoc modo argumentandum.

De locis communibus eligendis, & fugiendis.

LOCVS vero trigeſimusnonus eſt, cuius contrarium eſt magis fugiendum, ꝙ contrarium alterius, illud eſt eligibilius: gratia exempli, quia ſanitas eſt eligibilior pulchritudine quia ægritudo eſt magis fugienda ꝙ turpitudo: & ille ſubintrat loca oppoſitorum, de quibus iam præfatæ ſunt multę partes in hoc libro.

Quadrageſimus locus eſt, cuius electio, & fuga eſt ſimiliter, minus eligendū eſt, ꝙ id, quod eſt tantum eligendum abſque fuga aliqua. Hæc itaq; eſt ſumma omnium locorum, quæ Ariſto. dinumerauit, quæ traduximus vt illa intelligeximus, in quibus eſt conſiderandum. Et his eiſdem locis commōſtratur quod res ſit tantum eligibilis: qñ enim commonſtratum fuerit, quod aliquis ſit alio eligibilius, commonſtratur, quod ſit eligendum, quando enim aufertur ab eis exceſſus vnius ad alterum, ambo relinquuntur eligenda. In aliquibus autem rebus ſcimus ex comparationis eſſentia, quod res ſint eligēdæ vtræq;, aut altera, vt qui dixerit, quod hæc ſit hac eligibilior, quia ſecundum ipſius naturam ſit melior, & altera non ſit ſecundum eius naturam, ex quo enim eſt naturæ affinis, noſcitur, quod ſit eligibile tantum. Et expedit quod ſumamus hæc loca, quatenus poſsibile nobis eſt ſumere ipſorum communitatem, transferentes illa ab eligibiliori ad magis, hoc autem fit, ponendo dictiones multiplicationis in eis quadam modica declinatione: quando enim ſumuntur ſecundum hanc diſpoſitionē, ſunt pluribus rebus vtilia, verbi gratia, quia dicere ꝙ id, quod naturaliter eſt, eligibilius eſt ꝙ quod non eſt naturaliter, qñ vice illius ſumeremus quod id, quod naturaliter eſt ſecundum aliquam diſpoſitionem, ſit magis ſecundū hanc illam diſpoſitionem: ꝙ illud, quod eſt ſecundum illam diſpoſitionem præter naturam, tunc hic locus eſſet communis multis rebus aliis a rebus eligendis, & ſubintraret hunc ipſum numerus multorū locorum de illis, quæ prædicta ſunt. Et ſimiliter dum diximus, quod eſt minus miſtum cōtrario eſt eligibilius, eius vice ſumeremus quod eſt minus permiſtum contrario in eſſendo aliquam rem, eſt magis ſecundum illam rem, hic locus eſſet communis multis locis aliis ab eligibilibus, vt quod quanto res magis alba fuerit minus miſta nigredini, eſt intenſioris albedinis, & ſimiliter, ſi ſumeres hanc cōmunitatem in loco ab appoſitione & ablatione, & in multis locis, quæ propoſita ſunt. Et hoc ſignificauit apud nos, quod dignius ſit, quod dictum eſt de loco, quod non ſumatur per ipſum præmiſſa in ſyllogiſmo particulari. Et ſicut conſtituuntur hæc loca in conſtructione, & deſtructione quæſtionum vniuerſalium, ſic etiam conſtituuntur in deſtructione & cōſtructione particularium. Qui enim deſtruxerit vniuerſale, deſtruxit particulare, & qui conſtruxerit vniuerſale, conſtruxit particulare. Et iterum loca enim communia exceſſuum, prout ſunt quæ fiunt ab oppoſitis, & a priori, & digniori, & coniugatis, & caſibus, conſtituuntur in conſtructione & deſtructione particularis, ſicut conſtituta ſunt in conſtructione & deſtructione vniuerſalis: diuulgatio enim horum locorum ſecundum hanc rem eſt vna.

FINIS.

IN TOPICORVM LIBRVM QVARTVM ARGVMENTVM.

LIBRO quarto genus agitur, vbi cognata inspicis omnia, an sit de quo non dicatur: de quo vt accidens, an possit & non inesse, an sit in eadem diuisione genus & species: an capiat eius partem genus, quod sit in genere: an proposita species alicui vere competat: cui genus ipsum non competat: an quod positum sit in genere, nullius speciei sit particeps: an sit genere amplius: an ex æquo species dicatur, & genus: an specie quippiam differat, cuius aut non sit illud, aut non videatur genus: an aliud eiusdem sit generis: quod nec contineat genus, nec contineatur: an superiora omnia genera de specie dicantur, quæ quid est: an genus, vel ipsum, vel superius speciei sit particeps: an si species, vt quid etiam genus, immo verò genera vt quid prædicentur, an rationes generum speciei congruant, aut omnino his quæ partem speciei capiunt. an in genere posita differentia sit: an & species: an in specie differentia, an in differentia genus, an dictum genus, vt differentia, an vt data species sit, nulla de his differentia dicatur, quæ sunt generis, an prius natura species. an abesse possit aut genus, aut differentia. an quod genere situm particeps alicuius, aut sit, aut esse possit, quod generi sit contrarium. an species alicuius particeps, quod competere his possit, quæ sub genere sunt. an sint æquiuocæ species & genus. an esse aliqua nequeat proposito generis speciem. an dictu translatione genus. an aliquid specie. contrarium. an in contrario contrarium: an quod generi contrarium, nullo sit in genere, sed ipsum sit genus: an genus & species alicui contraria sint, cum sit alterius tantum medium. vel si vtriusque, tamen alterius dissimile. an medium quoque in eodem genere, an alicui contrarium genus, species nulli. an medium aliquod in proposito genere. an aliquid generi contrarium. an in casibus, & serie, & æqualiter se habentibus, & generationibus, generantibus, corrumpentibus ex æquo sequatur. An priuatio speciei opponatur. An & generi sui sit negatio. an ad aliquid, an non ad idem dicatur, vt species, & vt genus, vel vt genus, & quæ sub genere. an itidem genus & species dicatur in casibus, an quæ similiter ad aliquid dicuntur, non similiter recurrant. an non ad æqualia genus dicatur, & species: an contrapositi contrapositum genus. an quæ ad aliquid, partim necessaria, partim secus, an in actu habitus in consequenti, sed potestate, an temere quod sequitur, acceptum vt genus. an utrunq; in eodem aliquo. an quadantenus species generis particeps: an totum in parte sumptum. an in potestate aut possibili. an quod in duobus generibus, aut pluribus in altero positum. an genus vt differentia expositum vel contra. an affectio, vel in affecto, vel pro affecto capiatur. an in subiecta specie redditum genus: an econtrariis, quod melius, aut quod æque bonum, deteriore in genere ponatur. Specta & magis, & minus, siue sit, siue appareat. & an de quo genus dicitur, non sit inter species. Distingue an genere differentiam. nam & amplius est, & quæ quid dicitur. Concreta, abstracta, comitantia perinde.

ARISTOTELIS STAGIRITAE TOPICORVM LIBER QVARTVS.

Cum Auerr. Corduben. expositione.

Summa libri.

De locis quibusque generis, de differentiæ item per paucis.

Problematum generis aliquot loci. *Cap. I.*

A POST hæc autem, de iis, quę ad genus, & proprium, inspiciendum. sunt autem hæc elementa eorum, quæ sunt ad terminos. De his ipsis raro considerationes fiunt disputantibus. Si ergo ponatur genus alicuius existentium, primum quidem inspiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei, quod dicitur, si de alio non prædicatur: quemadmodum est in accidente. Vt si voluptatis, bonum ponatur genus, si aliqua voluptas non bonum. Nam si hoc, manifestum est quoniam non genus bonum voluptatis, nam genus de omnibus, quæ sunt sub ipso, speciebus prædicatur. Deinde si non in eo quod quid est prædicatur, sed vt accidens. Quemadmodum album de niue, de anima, a seipso agitatum. Neque enim nix idipsum quod est, album: quapropter non est genus album niuis, neque anima idipsum quod est, agitatum: nam accidit ei moueri, quemadmodum & animali frequenter & ambulare, & ambulans esse. Amplius, agitatum non quid est, sed quid faciens, vel patiens significare videtur: similiter autem & album: non enim quid est nix, sed quale quid est indicat: quare neutrum horum in eo quod quid est prædicatur. Maxime autem in accidentis definitione inspiciendum, si aptatur ad dictum genus. Vt ad quæ nunc dicta sunt: contingit enim quippiam mouere seipsum, & non: similiter autem & album esse, & non: quare neutrum horum genus, sed accidens, eo quòd accidens dicimus, quod contingit idem inesse alicui, & non. Amplius, si non in eadem diuisione est genus, & species: sed hæc quidem substantia, illud autem quale: aut hoc quidem ad aliquid, illud autem quale. Vt nix quidem, & cygnus substantia, album autem non substantia, sed quale: quare non est genus albus niuis, neque cygni: rursum disciplina quidem ad aliquid, bonum autem, & pulchrum quale: quare non est genus pulchrum, vel

1. locus. Declaratio.

2. locus. Declaratio.

3. locus. Declaratio.

4. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum disciplinæ: nam genera eorum, quæ sunt ad aliquid, & ipsa D
ad aliquid, oportet esse: vt in duplici. etenim multiplex est genus du
plicis, & ipsum eorum, quæ sunt ad aliquid, est. Vt vniuersaliter aũt
dicat, in eadẽ diuisione oportet genus esse speciei: nã si spẽs substan
tia, & genus: & si quale quippiã spẽs est, & genus quale quippiã: vt
5. locus. Declaratio. si albũ quale quippiã, & color. Similiter aũt & in alijs. Rursum, si ne
cesse fuerit, vel si contigerit genus participare quod positũ est m; ge
nere. Terminus aũt eius, qđ est participare, est suscipere participati
rationem. manifestum igitur quoniam species quidem participãt ge
nera: genera autem species non. nam species suscipit generis ratio
nem, genus autem speciei non: considerandum igitur si participat,
vel contingit assignatũ genus participare speciem: vt si quis entis,
vel vnius, genus quippiã assignauerit, accidet enim genus participa
re speciem: nam de omnibus quæ sunt, ens, & vnum prædicantur: qua
6. locus. Declaratio. re & ratio eorum. Amplius, si de aliquo assignata species vera est, E
genus autem non. Vt si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur:
nam de non ente opinabile prædicabitur: multa enim non entia, opi
nabilia sunt. at quod ens, vel scibile non prædicatur de non ente, ma
nifestum: quare non est genus ens, neque scibile, opinabilis: nam de
7. locus. Declaratio. quibus species prædicatur, & genus oportet prædicari. Rursum, si
nullam specierum contingit participare quod positum est in genere.
Nam impossibile est participare genus, quòd nullam specierum par
ticipat, nisi aliqua secundum primam diuisionem specierum sit: illæ
autem genus solum participant: si igitur motus genus voluptatis po
natur, considerandum si neque corruptio, neque alteratio voluptas,
neque vllus reliquorum (qui assignari solent) motuum: manifestũ
enim quoniam nullam specierum participabit, quare neque genus,
eo quòd necessarium est quod genus participat, & specierum ali
quam participare: quare non erit species motus voluptas, neque indi
uiduorum, neque eorum quicquam, quæ sub specie motus sunt: nam F
& individua participant speciem, & genus: vt quidam homo, & ho
8. locus. Declaratio. minem participat, & animal. Amplius, si de pluribus dicitur quam
genus, quod in genere positum est. Vt opinabile, quàm ens: nam &
ens, & non ens, opinabile: quare non erit opinabile species entis: de
pluribus enim semper genus, quàm species prædicatur. Rursus, si
9. locus. Declaratio. de æqualibus genus & species dicuntur. Vt si eorum, quæ omnia con
sequuntur, hoc quidem species, illud autem genus ponatur: quem-
admodum ens, & vnum: omne enim ens, & vnum: quare neutrum
neutrius genus, eo quòd de æqualibus dicuntur. Similiter autem &
si primum, & principium ad seinuicem ponãtur: nam & principium,
primum: & primum, principium: quare aut vtraque quæ dicta sunt
idem sunt, aut neutrum neutrius genus. Elemẽtum autem est ad om-
nia huiusmodi, quod de pluribus genus quàm species, & differentia
dicitur: de paucioribus enim etiam differentia dicitur quàm genus.

Videndum autem & si alicuius indifferentium specie nõ sit genus 10. locus. Declaratio.
quod dictum est genus, vel non videatur. Conferenti autem si est
alicuius: idem enim omnium indifferentium specie genus: si igitur
vnius monstretur, manifestum quoniam omnium: & si vnius non, ma
nifestum quoniam nullius, vt si quis insecubiles ponens lineas, indui
sibile genus earum dicat esse: nam linearum habentium diuisionem
non est quod dictum est, genus, cũ sint indifferentes ieđm speciem:
indifferentes enim sibiinuicem secundum speciem, rectæ lineæ ois.

De locis ipsius generis, & sunt illæ, de quibus fit mentio in quarto libro.

GENERIS autem loci vniuersaliter vtilia sunt definitionibus, quoniã
definitiones constituuntur, vt dictum est, ex genere & differentia: & in
hoc libro Arist. connexit loca differentiæ locis ipsius generis ob illorũ
paucitatem: maior autem pars scrutanij, quod faciunt topici de re, est an sit, aut
non sit, nunquid vero sit genus, aut proprium, aut definitio. raro id faciunt. Sed
B generis scrutinium vniuersaliter vtile est huic arti, & arti demonstrationis: pos
sibile enim nobis est ex his locis colligere loca demõstrationis. Dales autem ho
rum locorum, vt ait Themistius, sunt quatuor. Quarum prima est, quod genus
sit inseparabile, a re, cuius est genus, immo eius prædicatio sit necessaria, quia,
si esset separabile esset accidens. Secunda autem est, quod prædicetur de toto
eius subiecto, sicut est prædicatio animalis de omni homine. Et tertia, quod prę
dicatione superet subiectum, hoc est, quod sit vniuersalius illo, non illi æquales:
sicut animal superat hominem, quia, si esset æquale, esset proprium, aut diffe
rentia. Quarta autem, quod prędicetur de subiecto in eo quod quid sit, quia ni
si esset in eo quod quid sit, non esset genus, & quando defuerit generi vna harũ
quatuor conditionum, interimitur esse genus, & non fit verum ipsum esse ge
nus, nisi inuentione omnium in eo. Et ideo destructio generis facilior est ipsius
cõstructione, quia prædicatur res de aliqua re in eo quod quid sit, præter quod
sit illius genus, sed sit nomen commutatum loco alterius nominis, & oratio cõ
mutata vice nominis, vt dicimus in responsione ad quid sit vacuum, quod sit
locus, in quo non est corpus. Et non sufficit ei etiam quod sit inseparabile, ne
que quod superet suum subiectum, aut quod sit prædicatũ de toto: multa enim
accidentia sunt harum conditionum.

Sicque principium locorum, de quibus meminit Aristotel. est, quod diuida-
C mus speciem, de qua prædicatur res, quæ est illius genus: & si inuenerimus ali
quas species, aut individua, in quæ diuiditur hæc species, de qua non prædica
tur hæc res, quæ posita est esse illius genus, manifestum est, quod non sit illius
genus: ex quo generis conditionis est quod prædicetur de tota specie, verbi
gratia, vt si quis ponat bonum genus delitiarum, diuidimus delitias in suas
species, & inuenimus quasdam non esse bonas: hinc ostensio est bonum nõ esse
genus delitiarum: & ille est locus demonstrationis sumptus ex rei essentia: &
compositio figuræ syllogisticæ huius loci est in secunda specie secundæ figu
ræ: exempli gratia, quod dicamus bonum non prædicatur de omni delitia vni
uersali prædicatione, genus autem prædicatur de suis speciebus vniuersali prę
dicatione: sicque duabus conuersionibus concluditur, quod bonum non sit ge
nus delitiarum, & vniuersaliter impossibile est huic loco, quin inseratur dictio
generis in ipso syllogismo.

Secundus locus est, si quod positum est genus, non prædicetur de illo, quod
positum est esse illius species, in eo quod quid sit, non est illius genus, prout est
prædicatio albedinis de nive, & prædicatio mouendi ex seipsa de ipsa anima:
albedo enim non prædicatur de quidditate nisuis, neque mobile ex seipso de
ipsius animę quidditate. Et hic locus est demõstrationis ex rei essentia, est enim
pars illius, quod sumptum est in generis definitione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertius autem locus est, quod consideremus, quod positum est pro maiori parte, & an illa non inuenerimus in vno prædicamento, & an illi conueniat accidentis definitio: sicque illud non est pro maiori parte, quia inest subiecto, & non inest, sicut motus animæ: possibile namque est illam moueri, & non moueri: genus autem est inseparabile.

Quartus locus est, quod consideremus illa, quę posita sunt genus & species, & si illa non inuenerimus in vno prædicamento, destruimus quod sit genus illius speciei, verbi gratia, qui posuerit albedinem genus calcis & niuis, calx enim & nix sunt in prædicamento substantiæ, & albedo in prædicamento qualitatis: & hic quidem locus est demonstratiuus in destructione: quando enim genus esset in alio prædicamento a prædicamento, in quo est species, non prædicaretur de illa in eo ꝙ quid sit, de dubijs autē, quæ occurrunt in hoc prædicamento relationis inter reliqua prædicamenta, tam explera est oratio de illis in libro prædicamentorum: ipse enim opinatur ibi ꝙ sint quædā res, quæ sunt pars qualitatum, & earum genera sunt ad aliquid: sicut est scriptura, & grammatica, quarum genus est ipsa scientia: accidit autem hoc, quia natura relationis euenit omnibus prædicamentis, & accidit illis: & aliquando significatur species nomine prędicamēti subiecti relationis, & genus significatur nomine significante conceptū relationis. Et fit ambiguitas, quomodo vna species sit in vno prædicamento, & ipsius genus in alio prædicamento: hoc autem fit ob nominis appellationem. B

Quintus autem locus est, ꝙ consideremus, an speciei definitio sit vera de genere, sicut definitio generis est vera de ipsa specie, quia tunc quod positum est esse genus, non est genus, quoniam oportet ꝙ genus prædicetur de pluribus, q̄ ipsa species: gratia exempli, vt qui posuit vnum genus entis, quia de pauciorib⁹ quam de quibus est verum ipsum ens, est verum ipsum vnum, & similiter quod nomen multitudinis sit genus numeri.

Sextus locus est, quādo quicquid est positum, est species cuiusdam generis, non est vna specierum, in quas hoc genus diuiditur, neque remota neq; proxima, neque illis communis, id, quod positum est genus, non est genus, verbi gratia qui posuit motum genus voluptatis, si voluptas non sit translatio, neq; alteratio, neque crementum, neque generatio, nec vlla specierum, in quas diuidūtur singulæ species motus: ipse itaque motus non est voluptatis genus: hic autem locus est demonstratiuus, quia necessario de quo prædicatur genus, de ipso prædicatur aliquid de speciebus generis, aut ipsum est vna de speciebus generis: finautem, prædicaretur de illo prædicatione accidentis, & hic locus redit ad illud, cui deficit prædicatio in eo quod quid sit.

Septimus vero locus est, quod consideremus an species dicatur de pluribus q̄ dicatur genus, illud non est genus, verbi gratia qui posuit ens genus imaginabilis: imaginabile enim est universalius ente: & similiter etiā, si genus & species dicantur reciproce, vt dixit, qui posuit principium genus primi: quando enim inuenitur species secundum vnam harum duarum dispositionum, quod positum est non est illius genus, quando scilicet fuerit generi æquale, aut illud superans: & hic locus redit ad sedem, quæ est, quod genus superet speciem. F

Octauus locus est, ꝙ consideremus quod positum est genus alicui speciei: quia, si illud inueniremus ꝙ non sit genus vlli rerum, quæ non differunt secūm spēm, dico secūm species huius speciei, id, quod positum est esse genus, non est genus: & si illud inuenerimus genus vnius illarū, est genus omnium: hic enim locus fit ad constructionem, & destructionem: exempli gratia, in constructione, quia, si animal fuerit genus Scitharū, illud est omnium specierum hominū: huius autem exemplum in destructione est, vt qui posuit impartibile genus lineārum indiuisibilium: indiuisibile enim nō verificatur, de lineis diuisibilibus: diuisibiles autem, & indiuisibiles sunt vnius speciei: hūc autem locum esse demonstratiuum in destructione est notum ex prædictis: genus enim est vnum idem omnium rerum, quæ sunt vnæ specie, & si sit quarundam, est omnium: est enim genus aliquarum ex parte, qua est genus omnium.

A *De genere loci alii. Cap. II.*

CONSIDERANDVM autem, & si quod aliud genus est assignatæ speciei, quod neque continet assignatū genus, neque sub illo est. Vt si quis iusticiæ scientiam ponat genus: est enim virtus genus, & neutrum generum reliquum continet: quare non erit scientia genus iusticiæ. Videtur.n. quando species vna sub duobus generibus est, alterum ab altero cōtineri. Habet autem dubitationem in quibusdam quod huiusmodi est: nam videtur quibusdam prudentia, & virtus, & scientia esse, & neutrum genus a neutro contineri: nō tamen ab omnibus conceditur prudētiam sciētiam esse. Si igitur quis admittat quod dictum est verum esse, attamen subalterna, vel sub eodem ambo fieri quæ eiusdē sunt genera necessarium videbitur esse, quemadmodum & in virtute & in scientia accidit, vtraque enim sub eodem genere sunt, nam vtrunque eorum habitus, & dispositio est. Considerandum igitur si neutrum est in assignato genere. Si enim neque subalterna sunt genera, neque sub eodem ambo, non erit quod assignatum est genus. Considerandum autem & genus assignati generis, & sic semper superius genus, si omnia prædicantur de specie, & si in eo quod quid est prædicantur. Nam omne superius genus prædicari oportet de specie in eo quod quid est: si ergo alicubi dissonet, manifestum quoniam non est genus, quod assignatum est. Rursum, si genus participat speciem, vel ipsum, vel aliquod superiorum generum Nam nullum superiorum participat quod inferius est. destruenti igitur quēadmodum dictum est vtendum, astruenti autem si confiteatur quidē inesse speciei quod dictum est genus, at vt genus inest dubitetur, sufficit ostendere aliquid superiorum generum in eo quod quid est, de specie prædicari. Vno enim in eo quod quid est prædicato, omnia & superiora illius, & inferiora, si prædicantur de specie, in eo quod quid est prædicabuntur, quare & assignatum genus in eo quod quid est prædicabitur: quòd autem vno in eo quod quid est prędicato, omnia etiam reliqua (si prædicantur) in eo quod quid est prædicabuntur, per inductionem sumendum. Si autem simpliciter inesse dubitetur assignatum genus, nec sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est de specie predicari: vt si ambulationis genus quispiam assignauit lationem, non sufficit ostendere quod motus est ambulatio, ad ostendendum quod latio est eo quod & alii motus sunt, sed ostendendum, quod nullum participat ambulatio eorum quæ sunt secundum eandem diuisionem, nisi lationem: nam necesse est quod genus participat, & specierum aliquam participare secundum primam diuisionem: si enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participet, manifestū quoniam lationē participabit: quare erit genus latio, ambulationis. C

11. Locus. Declaratio.

12. Locus. Declaratio. 13. Locus. Declaratio.

14. Locus. Declaratio.

15. Locus. Declaratio. Rursum de quibus species quę posita est vt genus prædicatur, consi- D derandum si & asſignatum genus in eo quod quid est de ipsis eisdem prædicatur de quibus & species: similiter autem & si omnia, quæ supra genus sunt. Nam si alicubi dissonat, manifestum quoniam non est genus quod asſignatum est: si enim esset genus, omnia & superiora illius, & ipsum, in eo quod quid est prædicarentur de iis, de quibus & species in eo quod quid est prædicatur: destruenti igitur vtile, si non prædicetur genus in eo quod quid est de quibus & species prædicatur: astruenti autem, si prædicetur in eo quod quid est, vtile: accideret enim genus & speciem, de eodem in eo quod quid est prædicari, quare & idem sub duobus generibus sit: necesse est igitur subalterna genera esse. Si igitur ostendatur quod volumus genus astruere non esse sub specie, manifestum quoniam species sub hoc erit: quare ostensum erit quoniam genus hoc. Considerandæ autem & rationes gene- E

16. Locus. Declaratio.

rum, si aptantur ad asſignatam speciem, & ad participantia speciem. Necesse est enim generum rationes prædicari de specie, & de iis, quæ participant speciem: si igitur in aliquo dissonet, dilucidum quoniam non est genus quod asſignatum est.

17. Locus. Declaratio. Rursus, si differentiam vt genus asſignauit. Vt si immortale, genus Dei: nam differentia est animalis immortale, eo q animalium alia mortalia, alia immortalia: manifestum igitur quoniam peccant, nullius enim differentia, est genus. Quod autem hoc verum, manifestū nulla enim differentia significat quid est: sed magis quale quid: vt gressibile, & bipes. Et si differentiam in genere posuit tanquam speciem. Vt imparem quidem numerum: differentia enim numeri im-

18. Locus. Decleratio.

par, & non species est: neque videtur participare differentia genus: nam omne, quod participat genus, vel species, vel indiuiduum est: differentia autem neque indiuiduum, neque species: manifestū igitur quoniam non participat genus differentia, quare neque impar spe-

19. Locus. Declaratio.

cies erit, sed differentia, quoniam non participat genus. Amplius, si F genus in specie posuit. Vt contiguitatem idipsum quod est cōtinuitatem: aut mixturam idipsum quod est temperamentum: aut (vt Plato definiuit) lationem secundum locum mutationem: non enim necessarium contiguitatem continuitatem esse, sed econuerso, continuitatem contiguitatem: non enim omne contiguum continuatur: sed quod continuatur, contiguum est: similiter autem & in altis: nam neque mixtura omnis, temperamentum: nam siccorum mixtura nō est temperamentum: neque secundum locum mutatio omnis, latio: nam ambulatio non videtur latio esse: pene enim in iis, quę inuoluntarie

Latio quid.

locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit: manifestū autem quoniam & de pluribus species dicitur quā genus in asſignatis, cū oporteat econtrario fieri. Rursum, si differentiam in specie posuit. Vt immortale idipsum quod est Deum, nam

20. Locus. Declaratio. accidit de æqualibus, aut pluribus quam speciem dici: differētia aūt

A semper de æqualibus, aut pluribus quam species dicitur. Amplius, si 21. Locus. Declaratio. in differētia genus posuit. Vt colorem idipsum quod est congregatiuum, aut numerū quod impar. Et si genus vt differentiam dixit. 22. Locus. Declaratio. Posibile est enim aliquem, talem suscipere positionem, vt temperantiæ, mixturam differentiam: aut lationis, secundum locum mutationem: inspiciendum autem omnia, quæ sunt huiusmodi, per eadem: communicāt enim loci, de pluribus enim genus quā differentiā oportet dici, & non participare differentiam. Sic autem asſignato, neutrū eorum, quæ dicta sunt, posibile est accidere, nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam. Rursum, si nulla differen- 23. Locus. Declaratio. tia generis prædicatur de asſignata specie, nec genus prædicabitur. 24. Locus. Declaratio. Vt de anima, neq; impar, neq; par prædicatur: quare nec numerus. Amplius, si prius est natura species, & simul interimit genus. Videtur 25. Locus. Declaratio. enim contrariū. Amplius, si cōtingit relinquere dictū genus, vel dif-

B ferētiam (vt animam moueri, opinionē: verum, & falsum) neutrum erit dictorum genus vel differētia. Videtur enim genus & differentia sequi quandiu fuerit species.

De aliis locis generis.

NOnus autem locus est, q̄ consideremus speciem, quæ posita est sub aliquo genere, si illius est aliud genus, q̄ non contineat genus positum, nec ipsum contineat positum genus: quia, si hoc ita fuerit, quod positum est, genus non est, v.g. quia si quis poneret scientiam genus iustitiæ, & inueniremus virtutem actiuā, quæ est genus iustitiæ, nō continere scientiam, neq; scientia ipsam continet: per hoc itaq; destruitur, quod scientia sit genus iustitiæ. Quod autem quū ponuntur duo genera vnius rei, oporteat vnū illorum continere alterum, hoc apparet in multis rebus, v.g. auis & animal sunt genera eorū, auis autem continetur in animali: & similiter ambulans & progressiuū sunt duo genera bipedis, quorum vnū continetur in altero: destruit aūt hunc locum, quia virtus & scientia sunt duo genera prudentiæ, & neutrum continetur in altero. Si autē hoc concesserimus oportet addere illi, quod adiectū est, scilicet quod vnum alterum contineat, vt ambo subsint vni eidem generi: scientia enim & virtutes omnes subsunt habitui, & quod deficit generi in hoc loco est q̄ illius prædicatio non sit in eo q̄ quid sit: aut dicamus quod in virtute intellectiua continetur scientia & prudentia, & quod prudentia non contineatur in virtute actiua.

C Decimus autem locus est, q̄ consideremus genus supremum illius, quod positum est esse genus, quod si non prædicetur de specie in eo quod quid sit, quod positum est genus, non est genus: hoc autē fit, quando notū est genus in esse speciei, & non dubitatur, nisi an sit genus nec ne: si autē non fuerit notum ineſſe posset mentiri, verbi gratia, qui poneret progressiuum genus ambulantis, & sumeret ad hoc iudicium, quia motus prędicatur de progressu & ambulante, in eo quod quid sit, quia nisi notum esset, aut iam commonstratum sit ambulationem esse progressum, posset ambulatio esse alia species motus, sed verax est hic locus, quando fuerit esse notum. Sicque etiam considerabimus huic simile in rebus, quæ subsunt speciei, quæ de illis prædicatur in eo quod quid sit, quia si quod positum est fuerit genus, prædicatur de illis in eo quod quid sit, sinautē non est genus.

Vndecimus locus est, quod consideremus generis definitionem, quia si non conueniat speciei, quæ ei supposita est, aut rebus, quæ speciei subsunt, illud nō est genus: generis enim definitio expedit quod conueniat suę speciei: & ideo cōtinentia non est virtus, quia virtutis definitio non conuenit continenti. Sicque nec scientia est genus virtutis, quia illi non conuenit eius definitio, quæ est q̄ habitus, qui impossibile est aliter esse quam eū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duodecimus locus est, si dria posita fuerit vt genus, illa non est genus, verbi gra, si immortale positum fuerit genus Angelorum: per immortale. n. dividitur aial, qm quoddã aial est mortale, & quoddã immortale: hic aũt locus est verax, qa deest illi prædicatio in eo q̃ quid sit: genus. n. p̃dicat in eo qd quid sit, non in eo qd quale sit. Sicq; ẽt errat, qui ponit gñs driam vice speciei, & genus p̃dicat de illa, quatenus dria esset illius species, de quocunq; n. prædicatur genus in eo qd quid sit, est individuũ, aut species, Differẽtia aũt neutra harum est. Locus autem est verax, quando differentia sumitur denudata a materia, quia quando sumeretur cum materia, esset ipsamet species, Verbi gratia, qui ponit animal genus rationalis, recte ponit.

Tertiusdecimus locus est, qd cõsideremus an positã sit genus in speciẽ. Huius aũt significatũ est, qd posita sit spẽs sui gñis: genus hoc est illius, qd positũ fuerat eius genus. V. g. si quis poneret hominẽ genus aialis, & cõtinuũ genus cõtiguũ: cõtius. n. est contiguũ cõtinuo: qd ita q: positũ est genus huius cõditionis nõ est genus: genus. n. put dictũ est, ipsum est vrius speciei: & prope hoc ẽt est, si posita fuerit dria in spẽm: & huius significatũ est, q̃ species posita fuerit genus suę drię. V. g. q̃ ponat Angelus genus immortalis, aut homo genus rõnalis, siue hęc spẽs fuerit drię equalis, aut dria fuerit vniuersalior quã illa. Et similiter si sumeret genus vt dria, nõ est dria: vt si sumeremus aial driam mortalis, & sicut q̃ definiuit fonũ esse aerẽ, qa pulsatio est soni genus: & hic locus, ppriusest destructioni differẽtię: et hęc loca redeũt ad vnam basim. s. q̃ semper genus dicatur de pluribus quam dicatur species, aut differentia, & quod prędicetur de differentia in eo quod quid sit.

Quartusdecimus locus est, q̃ cõsideremus, q̃ si nulla driarum generis positi prędicet de ipsa spẽ, nec genus prędicatur de illa. V. g. quia de aia non verificatur qd sit par aut impar: licq; nec numerus est ipsius genus: drię. n. generis diuisuæ, qũ cum genere cõponuntur, faciunt species. Et ideo necessario expedit, q̃ cũ specie posita sub genere conueniat aliqua differentiarũ gñis. Et ideo motus nõ est genus ipis, qa tẽpori non inest aliqua driarum ipsius motus, quę sunt velocitas & tarditas: hic aũt locus est de locis sumptis secundũ partitionem.

Quintusdecimus locus est, si species sit naturaliter prior gñe, & propterea velit auferre genus illius ablatione, quod positũ est genus nõ est genus: genus enim naturaliter prius est specie, & illa est posterior: genus. n. de pluribus dr q̃ ipsa species: & eius vis est vis loci, quo genus ferit ordine sub eius specie.

Sextusdecimus locus est, considerare si genus auferatur, & non auferat species, illud nõ est genus. V. g. si motus auferatur ab anima, & aia sit, motus non est animę genus: hic autem locus vtilis est differentię, vt si auferatur aia, & opinio sit. Themistius aũt opinatur, quod vis huius loci sit vis loci præcedẽtis. hic autem locus verax est, quia ipse posuit genus, & driam inseparabiles.

Decimusseptimus locus est, si species admittat contrariũ illius, quod positũ est genus, illud non est possibile illi, sicque non est genus: qm, si esset genus, possibile esset duo contraria ineſſe speciei, ex quo genus non separatur, verbi gratia, si diceremus, q̃ bonũ sit sanitatis genus, sanitati enim posset malum euenire: quando autem vellet aliquis hunc locum esse veracem, apponenda est ei cõditio, quod euentus contrarii ipsi speciei sit per se: sin autem, accideret hinc, qd sanitas non esset bona, prout in præcedenti exemplo diximus.

De genere loci alii. Cap. III.

28. Locus, Declaratio.



INspiciendum autem & si quod in genere positum est, participat aliquid contrarium generi, aut si contingit participare. nam idem cõtraria simul participabit, eo quòd ipsum, genus quidem nunquã relinquit: participat autem & contrarium, aut contingit participare.

A Amplius, si quippiam cõmunicat species, quod impossibile est omnino ineſſe iis, quæ sunt sub genere. Vt si anima vitæ communicat, numerorum autem nullum possibile est viuere, non erit species numeri anima. Considerandum autem & si æquiuoca sit species generi elementis vtenti, iis quæ dicta sunt ad æquiuocum. Vniuocum enim genus, & species. Quoniam inspiciendum autem omnis generis plures species, inspiciendum si non contingit alteram speciem esse dicti generis. Nam si nõ est, manifestum quoniam non erit genus omnino, quod dictũ est. Considerandum etiam est si quod translatitie dictum est, vt genus assignauit. Vt temperantiam consonantiam. nam omne genus proprie de speciebus prædicatur: consonantia vero de temperãtia non proprie, sed translatitie: omnis enim consonantia in sonis. Amplius, si sit contrarium speciei aliquid, cõsiderandum. Est autem multipliciter consideratio. Primum quidem si in eodem genere contrarium speciei, cum non sit contrarium generi: oportet enim contraria in eodem genere esse, si nihil sit contrarium generi. Cum autẽ est contrarium generi: cõsiderandum si contrarium in contrario. Necesse est enim contrariũ in contrario esse, si sit contrarium quidẽ generi. manifestum autem est vnumquodque eorum, per inductionem. Rursum si omnino in vllo genere quòd speciei est cõtrarium, sed ipsum genus. Vt bonum, nam ipsi hoc non in genere, nec contrariũ huius in genere erit, sed ipsum genus, quemadmodum in bono & malo accidit: neutrum enim horum in genere, sed vtrunque eorũ genus. Deinde considerandum si contrarium est alicui & genus, & species: & horum quidem est aliquid medium, illorum autem non. Nam si generum est aliquid medium, & specierum: & si specierum, & generum: vt in virtute, & vitio: & iustitia, & iniustitia, vtrorumque mim est aliquid medium. Instantia huius, quoniam sanitatis & ęgritudinis nihil est medium: mali autem & boni aliquod medium. Amplius, si est quidem aliquid vtrisque medium & speciebus, & generibus: non similiter autem, sed horum quidem secundum negationem, illorum vero vt subiectũ. probabile enim similiter & in vtrisque. Vt in virtute & in vitio, iustitia, & iniustitia, vtrisque enim secundum negationem medium. Amplius, quando non est contrariũ generi, considerandum non solum si contrarium in eodem genere, sed & medium. In quo enim extrema, & mediũ, vt in albo & nigro: nam color genus & horum, & mediorum colorum omnium. Instantia, quoniam defectus quidem & superabundantia in eodem genere (in malo enim ambo) mediocre autem cum sit medium horum, non in malo, sed in bono est. Considerandũ etiam, si genus quidem contrarium est alicui, species autem nulli. Nam, si genus est contrarium alicui, & species: quemadmodum virtus & vitium, & iustitia & iniustitia: similiter autem & in aliis consideranti, manifestum videtur esse. Instantia, in sanitate & ægritudine: simpliciter enim sanitas

27. Locus. Declaratio.
28. Locus. Declaratio.
29. Locus. Declaratio.
30. Locus. Declaratio.
31. Locus. Declaratio.
32. Locus. Declaratio.
33. Locus. Declaratio.
34. Locus. Declaratio.
35. Locus. Declaratio.
36. Locus. Declaratio.
37. Locus. Declaratio.
38. Locus. Declaratio.

ægritudini cõtraria: aliqua autem ægritudo, cũ sit species ægritudinis, nulli contrarium, vt febris & ophthalmia, & vnumquodque aliorũ. Interimenti igitur tot modis inspiciendũ, si enim non insint quæ dicta sunt, manifestum autem non esse genus quod assignatum est. Cõstruẽti vero tripliciter, primũ quidẽ si contrarij speciei sit in dicto genere, cũ non sit cõtrarium generi. Nã si contrarium in hoc, nia nifeitũ quoniam & quod propositum est. Amplius, si medium in dicto genere. Nã in quo mediũ, & extrema. Rursum si sit & contrariũ quidẽ generi, considerandum est & si cõtrariũ in cõtrario. Nã si sit, manifestum quòd & propositum in proposito.

39. Locus. Declaratio.

40. Locus. Declaratio.

De nonnullis etiã locis generis.

DEcimusoctauus locus est, quod considerabimus si species admittat rem, quã impossibile est penitus esse genus, id quod positum est, non est genus. Verbi gratia si anima admittat vitam, & impossibile est vllum numerum esse vitam animæ, genus non est ipse numerus. Et hic locus est de locis sumptis secundum diuisionem.

Locus decimusnonus est, quia ex quo genus diuiditur in plures quã in vnã speciem, notum itaque est, quod nisi posito generi sit alia species a specie, cui positum est genus, illud non est genus; sicut qui posuit ꝙ impossibile sit superficiem, & lineam non esse duas species, quia subsunt longitudini: & hoc loco decit generi, quod sit prædicatum de multis, cum illud sit vnum, aut quasi illud.

Vigesimus locus est ꝙ inspiciamus quod positum est genus: si nomen de eo dictum dicatur accommodatione, illud non est genus: vt qui dicebat, quod scientia sit lux: lux namque est vere in orbe cœlesti & igne: & quod huic deest, est quod genus dicatur de specie vniuoce, & in eo quod quid sit.

Vigesimus primus locus sumitur ex contrarijs, & hic quidẽ locus partitur in plures modos; quorum quidam sunt prope rei naturam, & quidam sunt vulgares, & ex rebus, quæ de foris sunt. Primo itaque considerabimus, ꝙ si speciei sit contrarium, non euadit, quin illi generi sit contrarium, aut non sit illi contrarium. Si autem non sit illi contrarium, oportet quod illa species, & eius contrarium sint in genere, sinautem illud non est genus. Secundus autem locus est, si illi fuerit contrarium, oportet ꝙ speciei contrarium sit in generis contrario. Tertius locus est, si speciei contrarium non sit penitus in aliquo genere, sed sit supremum genus secundum se; & speciei non est genus, & illorum etiam est supremum genus secundum se: gratia exempli, quia bonum non est species alicuius generis, nec eius contrario, quod est malum, est aliquod genus. Et hæc tria loca dicit Themistius, ꝙ sint prope rei naturam: hoc est, ꝙ sint veracia: contraria enim sine dubio, aut sunt sub vno eodem genere, aut sunt sub duobus contrarijs generibus, aut sunt duo genera contrariarum rerum, & hæc est dispositio speciei cum eius contrario, hoc est, quod non euadat tres partitiones: hoc autẽ inquisitione fit euidens. Horum vero locorum oratoria sunt, ꝙ consideremus, si generi fuerit contrarium, & speciei fuerit contrarium, & vnius illorum contraria fuerint mediata, & alterius contraria fuerint immediata, quod positum est, non est genus: vulgatum enim est, ꝙ si inter species sit medium, inter genera sit medium, verbi gratia diuitiæ, & iniquitas, quarum altera est sub prestantia, & altera sub vitio, & vtraque sunt mediata. Huius aũt loci instantia est, quia sanitas & morbus sunt duo contraria immediata, & subsunt bono & malo, inter quæ est medium. Et alter locus est huic similis diuulgatione scilicet ꝙ consideremus, si species sit mediata, & generis contrarium mediatum, sed medium vtriusque non significatur similiter: hoc est, ꝙ vnum exprimatur per negationem amborum extremorum, & alterum exprimatur suo nomine eius comparatione: perinde significatur ꝙ vulgatum sit, quod oporteat mediũ vtriusq; similiter esse exprimendũ, v.g. de medio inter iustitiã & iniustitiã, & medio inter virtutẽ & vitiũ. Et alius locus est, quod considerabimus, qꝫ si contrario speciei sit mediũ, oportet subintrare genus: diuulgatum enim est, qã rescuius sunt duo extrema, oportet eius esse & medium, V.g. quia nigrũ & album, & media, quæ inter ea sunt, omnia colori subsunt. Huius autem loci instantia est, quia pusillanimitas, & expositio sui ad pericula sunt sub vitio, & fortitudo inter eas est sub virtute. Et alius locus est, si generi sit contraria aliqua res, & speciei non sit contrarium, illud non est genus, quando si generi sit contrarium, speciei etiam est contrarium, sicut est dispositio virtutis, & vitij. & iustitiæ, & iniustitiæ, quæ eis subsunt. Themistius aũt dicit, quod hic locus sit demonstratiuus, & quod eo vsus sit Arist. commonstrando quod tempus non sit motus, quia motui est contraria quies, tempori autem nihil est contrarium: & sicut est demonstratio, qua commonstrauit, quod connexio, & ordo non sint genus animæ, quia connexioni est contraria non connexio, animæ aũtem nihil est contrarium. Et Aristo. in suo libro dicit quod huius loci instantia inuenitur in sanitate & ægritudine, quia sanitas est ægritudini contraria, & alicui ægritudini, vt est ophthalmia, & febris, quæ non habent aliquid contrarium: & de hoc est perscrutandum: verisimile enim est, quod singulis partibus ægritudinum sit sanitas contraria, & quod hæc instantia sit vulgaris, quia pluribus sanitatibus oppositis singulis ægritudinibus non sunt nomina.

Ipse autem diceret, quod dispositio sanitatis & ægritudinis sit, sicut dispositio boni & mali, & vt bonum est vnum, & mala sunt multa, sic sanitas est vna, & ægritudines sunt multæ. Ait Aristo. hi quidem modi sunt, quibus scrutatur a contrario, qui intendit destructionem qui vero intendit constructionẽ, illius sunt tres modi. Quorum vnus est, si speciei contrarium fuerit in genere præfato, generi autem non fuerit contrarium, illud est ipsius speciei genus. Secundus est, si medium inter species contrarias fuerit in præfato genere, species est in genere præfato: & hic quidẽ est diuulgatus in constructione, sicut in destructione. Tertius est, si generi fuerit contrarium, & speciei sit contrarij, & inuenerimus speciei contrarium in generis cõtrario, genus est ipsius speciei.

De genere loci alii. Cap. IIII.

41. Locus. Declaratio.

RVRSVM in casibus, & coniugatis, si similiter sequitur, & interimenti, & constructi. Simul enim vni, & omnibus insunt, vel nõ insunt, vt si iustitia scientia quædam, & iniste scienter, & iustus sciens: si autem horum aliquid nõ inest, nec reliquorum vllum. Rursum, in iis quæ similiter se habẽt adinuicem. Vt delectabile similiter se habet ad voluptatem, & vtile ad bonũ, vtrunque enim vtriusq; effectiuum: si igitur voluptas quiddam bonum, & delectabile quiddam vtile erit, manifestum enim quoniam boni erit effectiuum, eo quòd voluptas bonum. Similiter autem & in generationibus, & corruptionibus. Vt si ædificare est operari, ædificasse, operatum esse, & si discere est reminisci, & didicisse, recordatum esse: & si dissolui est corrumpi, & dissolutum esse, corruptũ esse, & dissolutio, corruptio quædam. Et in generatiuis vero, & in corruptiuis, similiter & in potẽtiis, & vsibus, & omnino secũdũ quãlibet similitudinẽ & interimenti, & construenti inspiciendum, quemadmodum in generatione, & corruptione diximus. Nam si corruptiuum dissolutiuum, & corrumpi dissolui, & si generatiuum est effectiuum, & generari fieri, & generatio

42. Locus. Declaratio.

43. Locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

factio: similiter & in potentiis,& vsibus,& omnino si potentia dispo A
sitio,& posse,disponi:& si alicuius vsus est actus,& vti agere,& vsum
45. Locus. Declaratio. esse,egisse. Si autem sit priuatio id,quod opponitur speciei, duobus modis est interimere. Primum quidem si in assignato genere est oppositū. Aut enim simpliciter in nullo genere eode priuatio, aut nō in vltimo,vt si visus in vltimo genere est,sensu: cæcitas non erit sensus. Secundo autē,si & generi & speciei opponitur priuatio, nō est autem oppositum in opposito,nec quod assignatum est, in assignato erit. Interimenti igitur, quemadmodum dictum est, vtendum.
46. Locus. Declaratio. Construenti autē vno modo,nā si oppositū in opposito, & propositū in proposito erit.Vt si cæcitas insensibilitas quædam, & visus sensus.
47. Locus. Declaratio. Rursum, in negationibus considerandū econuerso, quēadmodū in accidente dicebatur. Vt si delectabile quod bonū,quod non bonum nō delectabile. nam si non ita se habet,erit cōtra, nō bonum delectabile: at impossibile est,si bonum genus est delectabilis, esse quicquam B
nō bonum delectabile, nam de quibus genus nō prædicatur,nec specierum vlla. & cōstruenti etiam similiter inspiciendum,nam si non
48. Locus. Declaratio. bonum,nō delectabile,delectabile bonum,quare genus bonum, delectabilis. Si autem sit ad aliquid species, cōsiderandum si & genus ad aliquid. Nam, si species ad aliquid,& genus,Vt in duplici, & multiplici:Vtrunque enim ad aliquid. Si autem genus ad aliquid, non
49. Locus. Declaratio. necessario & species. Nam disciplina ad aliquid, grammatica autem non. An nec quod prius dictum est verum videbitur? nam virtus ipsum quod bonum, & ipsum quod honestum: & virtus quidem ad
50. Locus. Declaratio. aliquid, bonum vero & honestum non ad aliquid, sed qualia. Rursum, si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundū genus. Vt si duplum dimidii dicitur duplum, & multiplum dimidii oportet dici: si autem non, non erit multiplum genus dupli.
51. Locus. Declaratio. Amplius,si non ad idem & secundum genus dicitur,& secundū omnia genera. Nam si duplum dimidii multiplum est,& abundans dimi F
dii dicetur,& simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimidium dicetur. Instantia: quōd non necesse est secundum se, & secundum genus ad idem dici:nam scientia scibilis dicitur: habitus autem & dispositio non scibilis,sed animæ. Rursum,si similiter dicitur genus,& species secūdum casus. Vt si alicui,aut alicuius,aut quo-
52. Locus. Declaratio. libet modo aliter dicitur:nam vt species,& genus, velut in duplo, & in superioribus,alicuius enim & duplum,& multiplum : similiter aūt & in scientia; alicuius enim & hæc,& genera: vt dispositio, & habi-
53. Locus. Declaratio. tus. Instantia autem,quōd aliquoties non sit:nam differens, & contrariū alicui,diuersum autem cum sit genus horum, non alicui, sed ab aliquo:diuersum enim dicitur ab aliquo. Rursum,si similiter ad aliquid secundum casus dicta, non similiter conuertuntur. Quemadmodum in duplo, & multiplo : vtrunque enim horum alicuius: & idem etiam secundum conuersionem dicitur: alicuius enim & dimi-

dium,

A dium,& submultiplum. Similiter autem & in disciplina, & opinione: nam & hæ alicuius,& conuertitur:similiter & disciplinatum, & opinabile alicuius: si igitur in aliquo non similiter conuertitur, manifestum est non esse genus alterum alterius. Rursum,si non ad æqualia
54. locus. declaratio. species, & genus dicitur. Similiter enim,& æqualiter vtrumque videtur dici, quemadmodum in dono & datione:nam & donum alicuius alicui dicitur, & datio alicuius & alicui dicitur:est autem datio genus doni,nam donum, datio est irredibilis. In aliquibus autem non accidit ad æqualia dici:nam duplum alicuius duplum, abundans autem & maius alicuius & aliquo : omne enim abundans, & maius aliquo abundat,& alicuius abundat: quare non sunt genera quæ dicta
55. locus. declaratio. sunt, dupli, eo quōd non ad æqualia dicuntur specie, aut non vniuersaliter verum,ad æqualia speciem & genus dici. Videndum autem,& si oppositi est oppositum genus. Vt si dupli multiplum, &
B dimidii submultiplum:oportet enim oppositum oppositi genus esse: si igitur ponat aliquis scientiam idipsum quod est,sensum, oportebit
56. locus. declaratio. & scibile id quod est sensibile esse,sed non est:non enim omne scibile, sensibile:nam intelligibilium, quædam scibilia. quare non est genus sensibile,scibilis:si autem hoc non, neque sensus scientiæ.Quoniam autem eorum,quæ ad aliquid dicuntur, alia quidem ex necessitate in eis,aut circa ea sunt, ad quæ dicuntur(ut dispositio,& habitus, & commensuratio,in alio enim nullo possibile est esse quæ dicta sunt, quam in eis,ad quæ dicuntur) alia autem non necesse est quidē in eis esse ad quæ dicuntur,contingit autem(quemadmodum scibile est in anima:nihil enim prohibet sui scientiam habere animam,non necessarium autem : possibile est enim & in alio esse hanc eandem)alia ue
57. locus. declaratio. ro simpliciter non contingit in eis esse,ad quæ dicuntur, vt contrarium in contrario,neque scientiam scibili nisi sit scibile anima, vel homo : considerare igitur oportet si quis in genere ponat quod ta-
C le est,in non tali.Vt si memoriam immansionem scientiæ dicat:nam omnis īmansio in mente,& circa illud:quare & scientiæ immansio, in scientia. memoria igitur in scientia,eo quōd immansio,scientiæ est: hoc autem non contingit: memoria enim omnis in anima . Est autem qui dictus est locus & accidens communis: nihil enim refert memoriæ genus immansionem dicere, aut accidere dicere illi hoc: nam,si quouis modo est memoria,immansio scientiæ, eadem aptabitur de ipsa ratio.

De aliis locis generis.

VIgesimussecundus locus sumitur a casibus,& coniungatis : & notum est, qđ sit de locis communibus . & prædicantur in constructione , & destructione, verbi gratia,si scientia sit genus iustitiæ , sciens est genus iusti,& si illa nō sit genus, nec ille est genus.

Vigesimustertius locus sumitur a simili proportionaliter , verbi gratia , si fuerit proportio suauitatis ad voluptatem proportio iuuantis ad bonum , vtrumque enim istorum efficit vtrunque istorum : & cum voluptas sit bona quatenus bonum sit illius genus : sicque suaue est etiam iuuans , quatenus iuuans sit eius genus :

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: constitutio autem huius syllogismi concludentis per hunc locum est primæ D
speciei conditionalis coniunctiui.

Vigesimusquartus locus sumitur a generatione, & corruptione, & genito & corrupto, & similiter a vertentibus, & mutationibus. Exempli gratia in generatione, si hominem ædificare habet genus efficere, iam ædificasse habet genus iam fecisse, et si genus addiscendi sit reminisci, genus illius, quod est didicisse, est meminisse. Et similiter in corruptione, si genus illius, quod est diruí, sit destrui, genus illius, quod est dirutum esse, est destructum esse: & similiter si genus corrumpentis sit dissoluens, genus corruptionis est dissolutio: & si genus geniti sit factum, factio est genus generationis. Et si genus potentiæ sit dispositio quædam rei, quæ est in potentia, genus est hæc dispositione pati: & si usus alicuius rei genus sit actio quædam agendi, genus est agere hac actione, & illius, quod est vsum esse, genus est egisse. Vis autem horum locorum est vna, & illa est similitudo, quæ aliis inest proportionaliter: sicut enim ædificare se habet ad facere, sic ædificasse ad fecisse: & similiter proportio corrumpentis ad corruptionem est sicut dissoluentis ad dissolutionem. Et similiter inuenitur proportionalitas in reliquis ipsorum, & hi quidem loci sunt ad constructionem & destructionem.

Locus vigesimusquintus, qui sumitur ab oppositis secundum modum priuationis, & habitus sit duobus modis. Quorum vnus est, quod priuatio speciei sit in priuatione generis positi, quando enim priuatio speciei fuerit in priuatione generis, quod positum est genus, non est genus, verbi gratia, si visus sit sensus, cæcitas non est non sensus. Secundus autem est, si speciei, & generi fuerit oppositum priuatiue, & ponitur species in genere, expedit quod oppositum sit in opposito, verbi gratia, si excitatis genus est priuatio sensus, aut non sensus, visus genus est sensus. Et ambo hæc loca sunt in destructione. In constructione vero sit hic secundus solum. Et notum est, ꝙ constitutio loci destruendi sit secundæ speciei conditionalis coniunctiui, in qua repetitur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis. Secundus autem constituitur ex prima conditionalis coniunctiui in constructione, in destructione vero in secunda. Et horum locorum vis est a rebus, quæ sunt deforis.

Vigesimussextus locus sumitur ex illatione oppositorum secundum modum negationis conuertionis, qui notus est in conuersione contradictorii, de quo loco iam prædictum est in quæstis accidentis. Verumtamen differentia inter illa est, quia ibi fit in constructione & destructione: hic autem fit in destructione solum, & est demonstratiuus, & in constructione est vulgaris; exemplis in destructione, si suaue sit bonum quoddam eo ꝙ bonum sit ipsius genus, quod non est bonum, non est suaue. Deinde repetimus ꝙ id, quod non est bonum, sit suaue: sicque concluditur in secunda conditionalis coniunctiui, ꝙ suaue non sit bonum. In constructione vero est huius contrarium, si quod non est suaue, non sit bonum, suaue est bonum. Excepto ꝙ hinc sequitur, ꝙ bonum insit suaui, non ꝙ ei insit, prout vndique sit ipsius genus: si enim quod non est coruus non sit nigrum, non infertur ꝙ nigredo insit coruo, vt sit ipsius genus. Sic asseuerat Themistius, & in eo est considerandum.

Vigesimusseptimus locus sumitur a relatione, & ipsius sunt multi loci, quorū primus est. Si species sit relatiua, expedit suum genus esse relatiuum: & ille est demonstratiuus, oportet enim vt dictum est, speciem & genus esse vnius prædicamenti. Si autem genus sit relatiuum, vulgariter putatur, quod non opporteat speciem esse relatiuum, quia scientia est relatiua, & grammatica ei subest, & non est relatiua. Hoc vero accidit ob nominis appellationem. Veritas autem est, quod quando genus fuerit relatiuum ipsius, etiam species est relatiua. Secundus locus est, si species referatur ad vnam eandem rem, expedit genus dici in comparatione huius ipsius rei: sinautem, non est genus: exempli gratia, si duplum dicatur relatione ad medium, expedit eius genus quod est multiplex, dici etiam relatione ad medium. Si autem non diceretur relatiue ad medium, sed ad aliquam aliam rem, illud non est genus: cuius instantia est, quia superans est du-

A plí genus, & non dicitur relatiue ad medium, sed relatione ad superatum, quod est medii genus. Tertius autem locus est ex parte dictionum habitudinis (qui est medii genus. Tertius autem locus est ex parte dictionum habitudinis (qui latine secundum casus nominatur) & est quando species attribuitur alicui rei relatiuæ secundum habitudinis dictiones: hoc est, secundum casus, expedit & genus illa ipsa habitudinis dictione dici. Verbi gratia, si dicatur duplum dimidio nus illa ipsa habitudinis dictione dici. Verbi gratia, si dicatur duplum dimidio duplum, per lamed acquisitionis ideſt per datiuum, similiter dicitur multiplex duplum, per lamed acquisitionis ideſt per datiuum, similiter dicitur multiplex. Huius autem loci instantia est, quia contrarium dicitur tali contrarium: aliud autem, quod est eius genus, dicitur aliud a tali, non per literam acquisitionis, hoc est non per datiuum. Quartus locus est huic affinis quod vtraque illa dicantur sine vlla habitudinis dictione, ad alterutra illorum, & non conuertantur rectproce, sicut conuertitur scientia scibilis scientia, & scibile scientiæ scibile. Quintus locus est, si vnum illorum dicatur duobus modis habitudinis casualis, & alterum non dicatur illis modis, quod positum erat genus non est genus, donatio enim, ex quo est actus illius, vnde derivatur arabice, fiectitur dupliciter aliquando dictione acquisitionis ideſt datiuo, & aliquando sine acquisitionis dictione: dedo dictione acquisitionis ideſt datiuo, & aliquando sine acquisitionis dictione: dedimus enim condonauí eum, & condonauí ei, prout dicimus dedi eum, & dedi ei: datio est donationi genus: Datio enim aliqua est cum reditu, & aliqua est sine reditu: Donatio autem arabice dicitur sine reditu.

B

De re eadem loci alii. Cap. V.

RVrsum, si habitum in actu posuit, aut actum in habitu, non est genus quod tale est. Vt si sensum, motum per corpus: nam sensus habitus, motus autem actus. Similiter autem & si memoriam habitum contendiuum opinionis dixerit: nam nulla memoria habitus, sed magis actus. Peccant autem & qui habitum in consequentem portentiam ordinant. Vt mansuetudinem, continentiam iræ: & fortitudinem, & iustitiam, timorum, & lucrorum continentiam: nam fortis, & mansuetus, perturbatione vacans dicitur: continens autem, qui perturbatur, sed non ducitur: fortasse igitur talis potentia sequitur vtrunque, vt si perturbetur, non ducatur: Verum continere non hoc est, hunc quidem fortem, illum autem C mansuetum esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. Aliquoties autem & quod sequitur, quouis modo vt genus ponunt. Vt tristitiam, iræ: & opinionem, fidei: vtraque enim prædicta sequuntur quidem quodam modo assignatas species, neutrum autem eorum genus est: nam qui irascitur, contristatur: priore in eo tristitia facta. non enim ira tristitiæ, sed tristitia iræ causa est: quare simpliciter ira non est tristitia. Secundum autem hæc, neque fides opinio: contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere: non contingere autem hoc, si fides esset species opinionis: non enim contingit idem amplius permanere, si ex specie omnino permutatum sit: quemadmodum nec idem animal quandoque hominem esse, & quandoqi non. Si quis autem dicat ex necessitate opinantem etiam fidem habere,

58. locus. Declaratio.

59. locus. Declaratio.

60. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

61. locus, declaratio.

de æqualibus opinio & fides dicetur: quare neque sic erit genus: D
de pluribus enim oportet dici genus. Videndum autem & si in ali-
quo eorum nata sint vtraque fieri. In quo enim species, & genus,
vt in quo album, & color, & in quo grammatica, & disciplina: si igi
tur verecundiam timorem dixit, aut iram tristitiam, non accidit in
eodem speciem & genus esse: nam verecundia quidem in ratio-
nali, timor in irascibili, at tristitia in concupiscibili: nam in hoc &
voluptas, ira autem in irascibili: quare non sunt genera, quæ assi-
gnata sunt, eo quòd non in eodem cum speciebus nata sunt fieri: si-
militer autem & si amicitia in concupiscibili, non erit voluntas quæ-
dam. omnis enim voluntas in rationali. Vtilis autem hic locus & ad
accidens, & id cui accidit: in eodem enim accidens, & cui accidit:
62. locus, declaratio. quare nisi in eodem videatur, manifestum quoniam non accidit.
Rursum, si secundum quid species dictū genus participat: non enim
videtur secundum quid participari genus. Nam non est homo, se- E
cundum quid animal, neque grammatica, secundum quid disciplina:
similiter autem & in aliis. considerandum igitur si in aliquibus se-
cundum quid participatur genus, vt si animal quòd sensibile vel vi-
sibile dicitur: nam secundum quid sensibile, vel visibile animal, se-
cundum corpus enim sensibile, & visibile, secundum animam au-
63. locus, declaratio. tem non: quare non erit genus, corpus visibile, & sensibile, animali-
bus. Latent autem quandoque, & totum in parte ponentes. Vt ani-
64. locus, declaratio. mal, corpus animatum: nullo enim modo pars de toto prædicatur:
quare non erit genus corpus animalis, eo quod pars est. Videndum
autem si quid vituperandorum, aut fugiendorum in potestate, aut
potente posuit. Vt sophistam, vel calumniatorem, vel furem eum
qui possit aliena latenter surripere: nemo enim prædictorum in eo
quòd possit, aliquid horum talis dicitur: potest enim & DEVS,
& studiosus prava agere: non sunt autem huiusmodi: nam omnes
praui secùm electionem dicuntur. Amplius, omnes potestates eorū F
sunt, quæ sunt eligenda: nam prauorum potestates eligendæ, eo q
Deum et studiosum habere dicimus eas, potentes enim dicimus eos
esse, prava agere: quare nullius vituperabilis erit genus potestas.
Si autem non, accidet vituperandorum quiddam eligendum esse:
65. locus, declaratio. nam erit quædam potestas vituperabilis. Et si quid propter se hono-
rabilium vel eligibilium, in potestate vel potente, vel effectiuo po-
suit. Nam omnis potestas, & omne potens, aut effectiuum, propter
76. locus, declaratio. aliud eligendum. Aut si quid eorum quæ sunt in duobus generibus
vel pluribus in altero posuit. Quædam enim non est in vno genere
ponere: vt fraudulentum, aut calumniatorem: neque enim qui eli-
git, impotens autem: neque qui potest: at non eligens, calumnia-
tor, aut frandulentus: sed qui vtraque hæc habet: quare non ponen
da sunt in vno genere, sed in vtroque eorum quædicta sunt. Am-

A plius aliquoties econuerso, genus quidem vt differentiam, diferen 67. locus, Declaratio.
tiam autem vt genus assignant. Vt stuporem, super abundantiam ad
mirationis, & fidem vehementiam opinionis: nam neque superabun
dantia, neque vehementia genus, sed differentia, videtur enim stu-
por, admiratio esse superabundans: & fides, opinio vehemens, quia
re genus admiratio, & opinio est: superabundantia autem, & vehe-
mentia differentia. Amplius, si quis superabundantiam, & vehe-
mentiam vt genera assignet, inanimata fidem facient, & stupefa-
cient: nam cuiusque uehementia, & superabundantia illi adest, cuius
est superabundantia, & uehementia: si ergo stupor superabundan-
tia est admirationis, aderit admirationi: quare admiratio stupefacit:
similiter autem & fides aderit opinioni, si uehementia quidem opi-
nionis est: quare opinio fidem faciet. Amplius, accidet sic assignan
ti vehementia dicere, & superabundantiam superabundantem: est
enim quædam fides vehemens: si ergo fides uehementia est, uehemē
B tia erit vehemens: similiter autem & stupor quidam & superabun-
dans: si ergo stupor est superabundantia, superabundadtia erit super
abundans: videtur autem neutrum horum, quemadmodum nec di- 68. locus, Declaratio.
sciplina disciplinatum, nec motus motum. Quandoque autem pec
cant, & passionem in genere eius quod passum est ponentes. Vt im-
mortalitatem vitam sempiternam dicentes esse: passio enim vitæ,
& accidens, immortalitas uidetur esse: quòd autem verum sit quod
dicitur, manifestum fiet, si quis admittat aliquem ex mortali fieri
immortalem: nullus enim dicit aliam vitam eum sumere: sed acci-
dens aliquod, vel passionem huic eidem aduenire: quare non genus
vita, immortalitatis. Rursum, si passionem cuius est passio, illius 69. Locus. Declaratio.
genus dicit esse. Vt spiritum, aerem motum: magis enim motus ae
ris, spiritus: nam aer idem permanet: & quando mouetur, & quando
stat: quare non est omnino aer spiritus: esset enim & non moto aere
spiritus, si quidem idem aer permanet, qui quidem erat spiritus: si-
militer autem & in aliis huiusmodi: Si igitur & in hoc oportet ad-
mittere quòd aer motus, est spiritus: non tamen de omnibus huius-
modi est assignandum, de quibus non verificatur genus, sed de qui-
busçunque uere prædicatur assignatum genus: nam in quibusdam
non uidetur uerificari, ut in luto, & niue: nam niuem dicunt esse
aquam coagulatam, lutum autem terram humido temperatam: est
autem neque nix aqua, neque lutum terra: quare neutrum assigna-
torum generum erit genus: oportet enim genus verificari semper
de omnibus speciebus: similiter autem neque vinum est aqua pu-
trefacta (sicut Empedocles dicit, in ligno putruit vnda) nam sim-
pliciter non est aqua.

De aliis locis generis.

VIgesimusoctauus locus est, quando quis ponit habitum genus actus, aut actū
genus habitus. Exemplum positionis habitus genus actus, est sermo di-
centis, q medicina sit genus regiminis conualescentium: conualescentiū

Universidad de Deusto
Biblioteca

namque regimen non est species medicinæ, sed ipsum regimen est ipsamet me- D
dicina. Exemplum autem huius, qui posuit actum genus habitus est, prout qui
dixerit genus febris esse actionum nocumentum. Notum autem est, quòd qui
poneret genus huiusmodi, abstulerit ab eo prædicationem in eo quod quid sit. Et
ideo hic locus est demonstrationis in destructione.

Vigesimusnonus locus est, quia ponere rem illud consequentem, indicium est
ponere in potentia habitum consequentem ipsam: hoc est, ponere potentiam
genus ipsius habitus, verbi gratia, qui poneret mansuetudinem & fortitudi-
nem continentiam ab ira & timore, & constantiam a fuga: fortis enim & mi-
tis est aliud quam continens: fortis enim est, quem non aggreditur timor: con-
stans autem est, qui se cohortatur ad ferendum res terribiles: & similiter con-
tinens est, quem non aggreditur iracundia: constans autem est, quem aggre-
ditur accidens iracundiæ, & se detinet in illa. Et ideo dicitur quod habens ha-
bitum sit, quem non aggrediuntur accidentia. Constans autem est, quem aggre-
diuntur accidentia, & detinet se in illis. Et vt vniuersaliùs inquam, constare
anima est causa ineffendi habitum constanti. Et ideo, quando est habitus, sequi-
tur necessario vt sit potentia præcedens ipsum, & non sequitur, eo quo constan-
tia præcedit habitum quod sit illius genus: hoc autem est per se notum. Et hinc
sit ponere tristitiam genus iræ, & opinionem, genus assertionis: tristitia enim E
sequitur ab essendo iram: impossibile enim est irascentem non contristari, &
tristitia est causa iræ. Neque etiam opinio est genus assertionis, & si præce-
dat esse ipsam, & hæc illam sequatur: veritas enim primo fuit opinio: quando
autem aucta & roborata est, fit assertio. Nullum autem genus est huius condi-
tionis, hoc autem existente, vt præscripsimus consequens, vt fallit ponentem
genus secundum basim, est tripliciter, aut vt consequens sit sicut potentia ad
habitum, prout est potentia ad cateruam terribilium, quæ est habitus, qui est
ipsa fortitudo, aut sicut causa alicuius rei, prout tristitia efficit iracundiam, aut
sicut res remissa debilis virtutis, prout est opinio cum assertione: opinio enim
est debilis assertio, & hinc errauit qui posuit progressum genus cursus.

Trigesimus autem locus est, quod consideremus, an moris speciei & gene-
ris sit, quod sint in vno subiecto, in quo est species in illo sit genus: si autem,
illud non est genus, prout sunt albedo & color, quia in quo est albedo, in illo est
color: si quis autem poneret timorem genus pudoris, & tristitiam genus iræ,
non esset genus illud, quod poneretur: pudor enim est in parte cogitatiua, & ti-
mor in animi excitatiua, & tristitia in concupiscibili, & ira & contentio in ira-
scibili, hic autem locus est demonstrationis: si enim species insit alicui subiecto,
secundum quod inter ea sit essentialis habitudo, genus necessario ineest illi. Et hic
locus iuuat etiam ipsum accidens: vulgatum enim est, quod accidens & res, qua
accidit, in sint vni eidem rei: si autem non insint vni rei, illud non est accidens. F
Et huius loci instantia est, quia rubor pudentis, & pallor timentis sunt duo acci
dentia, quæ insunt faciei, & consequuntur ob animæ affectum.

Trigesimusprimus locus est, quod consideremus si genus non prædicetur de
specie simpliciter, sed prædicetur de ea adiectione connexæ clausulæ, & condi-
tionis, illud non est genus: & hanc ob causam sentiens & videns non est genus
animalis: animal enim sentit per eius partem, quæ est ipsius anima. Et ille locus
est demonstrationis.

Trigesimussecundus locus est, vt totum ponatur in parte, hoc est, quod to-
tum ponatur partis species, prout qui posuit lutum genus terræ: nam terra est
pars luti. Et hic locus est, quo deest prædicatio in eo quod quid sit.

Trigesimustertius locus est, quod consideremus an posuerit aliquam re-
rum turpium a quarum fuga est in potentia illius, quem illæ astringunt: pro
quis poneret sophistam illum, qui adipiscereturopes & magistratus per scien-
tiam, & latronem illum, qui posset furari: hic enim denominauit aliquem
secundum aliquam rem in actu, in eo, quod quid res sit, quatenus illa ineest
illi in potentia. Eximius enim rerum studiosus prepotens posset prauæ face-
re, sed non faceret malum. Et iterum, quia potentiæ sunt eligendæ, ipsa

enim ineſſe habentibus potentias ſit ob duarum operationum præſtantiorem. A
Si autem fecerit malam ideſt per accidens: & ideo non ſunt turpes ſecundum
ſe. Et ſimiliter ſit, ſi poſuerit aliquam rerum eligendarum in potentia ad illas.
Potentia enim eſt eligenda propter aliud. Et vniuerſaliter hic locus redit ad
eum, in quo ponitur pro re ipſius euentum.

Trigeſimusquartus locus eſt, quod conſideremus ſi ſpecies ſit de illis, quo-
rum moris eſt eſſe in pluribus quam in vno genere, & poneretur in vno, illud
non eſſet genus: prout latro, qui eſt eligens & potens, non enim eſt latro, qui
eligit, & non poteſt, neque iterum qui poteſt: & non eligit. Themiſtius au-
tem dicit quod hic locuti eſt falſus, quoniam non inuenitur aliqua res, quæ ſub
ſit duobus generibus ſupremis ex vna parte: & hoc eſt impoſsibile niſi in præ-
dicamento relationis, ex quo illud euenit omnibus prædicamentis. Et dicit
vt ſi ponatur latro in electione & poteſtate eſt error circa illum, qua ponitur
res in ſuum euentum, nec illorum aggregatum eſt illius genus: hoc autem eſt
conſiderandum.

Trigeſimuſquintus locus eſt, quod ponatur patiens genus ipſius paſsionis,
prout diceretur quod priuatio mortis ſit vita æterna, æſtimatur enim quod
priuatio mortis ſit accidens, aut paſsio vitæ æternæ: ſi autem priuatio mor-
tis eſſet vita, priuatio eſſet ipſe habitus: ſimiliter qui diceret quod ventus ſit B
aer motus, prius enim eſſet, quod ventus eſſet ipſius aeris motus, aer enim
eſt aer, ſiue quieſcat ſiue moueatur, & ſi ventus eſſet aer, eſſet ventus illo quie
ſcente. Huius autem baſis eſt, quia genus verificatur de ſpeciebus in eo quod
quid ſit. Huius autem loci contrarium eſt, vt qui poſuit aerem motum eſſe ipſum ventum.

De genere loci alii. Cap. VI.

AMplius, ſi omnino quod aſsignatum eſt, nullius eſt ge- 70. locus.
nus. Manifeſtum enim, quoniam neque eius, quod 71. locus.
dictum eſt: Conſiderandum autem ex eo quod nihil
eorum differt ſpecie, quæ participant aſsignatum ge-
nus. Vt nihil alba differunt ſpecie, ipſa à ſeinuicem:
omnis autem generis, ſunt ſpecies differentes: quare nullius erit al- 72. locus.
bum. Rurſum, ſi quod omnia ſequitur, genus: vel differentiam Declaratio.
dixit. Plura enim ſunt quæ omnia ſequuntur: vt ens, & vnum, eo- C
rum ſunt quæ omnia ſequuntur: ſi igitur ens genus aſsignauerimus, manifeſtum quoniam omnium erit genus, eo quòd prædicatur de eis. de nullo enim genus quàm de ſpeciebus prædicatur: quare & vnum ſpecies erit entis: accidit ergo de omnibus, de quibus genus prædicatur, & ſpeciem prædicari, eo quòd ens, & vnum de omnibus ſimpliciter prædicantur: oportet autem de paucioribus ſpeciem prædicari. Si autem quod omnia ſequitur, differentiam dixit, perſpicuum quoniam de æqualibus, vel de pluribus differentia quàm genus dicetur. Nam ſi & genus omnia ſequitur, de æqualibus ſi vero nõ omnia ſequatur genus, de pluribus differẽtia dicetur quã 73. locus.
ipſum genus. Amplius, ſi in ſubiecta ſpecie eſt, quod aſsignatum ge- Declaratio.
nus dicitur. Vt album, in niue: quare manifeſtum quoniam non erit 74. locus.
genus: de ſubiecta enim ſpecie ſolum genus dicitur. Conſiderandum Declaratio.
autem etiã eſt ſi non vniuocum ſit genus ſpeciei. Nam de omnibus 75. locus.
Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

speciebus vniuoce genus prædicatur. Amplius, quando existente & speciei, & generi contrario, si quod melius contrariorum est, in peiori genere ponit. Nam accidet reliquum in reliquo esse, eo quod contraria in contrariis generibus: quare quod deterius est, in melio ri erit: at videtur melioris, & genus melius esse. Et si eodem simi- liter ad vtraque se habente, in peiore,: & non in meliore genere ponit. Vt animam ipsum quod est agitationem, aut agitatum: nam pari modo eadem statiua, & agitatiua esse videtur: quare si melius statio, in hoc oportet genere ponere: Amplius, ex magis & minus. Destruenti quidem, si genus suscipit magis, species aũt non suscipit, neq; ipsa, neq; quod ab ipsa dicitur ut si virtus suscipit magis, & iusti tia, & iustus: dicitur.n. iustus magis alter altero: si igitur assignatũ qui dẽ genus magis suscipit, species aũt nõ suscipit, neq; ipsa, neq; quod ab ipsa dicitur, nõ erit qdẽ assignatũ genus. Rursum, qđ magis vide- tur, vel similiter, nõ est genus: manifestũ quoniã nec qđ assignatũ est. Vtilis aũt hic locus in talibus maxime: in qbus plura videtur de spe cie in eo qđ qd p̃dicata, cũ nõ determinatũ est, neq; prõptũ nobis est dicere, quodnã eorũ genus: vt de ira, tristitia, & opinio paruipẽdẽtię in eo qđ qd est p̃dicari uidetur: cõtristatur.n. iratus, & opinatur par- uipẽdi. Eadẽ aũt cõsideratio & in specie ad aliud aliqd cõparãti:. Nã si qđ magis, aut similiter uidetur esse i assignato genere, nõ est in ge nere: manifestũ qđ neq; assignata oĩno species erit in genere: interi- menti igitur quẽadmodũ dictũ est, vtendũ. Astruẽti vero si qdẽ suscipit magis qđ assignatũ est genus, & species, nõ vtilis locus: nihil.n. p- hibet vtrorũq; suscipiẽtiũ, nõ cẽ alterũ alterius gen': nã bonũ & albũ suscipit magis, & neuterũ neutrius genus. Generũ aũt, & specierũ ad se inuicẽ cõparatio, vtilis: vt si similiter hoc, & hoc genus: si alterũ genus & alterũ: similiter aũt & si qđ minus, & qđ magis: vt si continẽtiæ, ma gis potestas, quã virtus genus, virtus aũt genus, & potestas. Eadẽ aũt & de specie cõuenit dici: nã si similiter hoc, & hoc p̃positi species: si alterũ species: & reliquũ: & si qđ minus uidetur, species est, & qđ ma- gis. Amplius, ad cõstruendũ: perspiciendũ si de quibus assignatũ est genus, in eo qđ quid est p̃dicatur: cũ nõ sit una assignata species, sed plures, & differẽtes. Nã manifestũ qm̃ erit genus. Si aũt in assignato species est, cõsiderãdũ & si de aliis speciebus genus in eo qđ quid est p̃dicatur. Nam rursus accidet de pluribus & differẽtibus idẽ p̃dica- ri. Qm̃ aũt videtur in quibusdã, & differẽtia in eo qđ quid est de spe- ciebus p̃dicari, separãdũ est genus & differẽtia, vtẽti iis, q̃ dicẽtur, ele mẽtis. Primũ qdẽ quoniã genus de pluribus dicitur quã differentia. Deinde quoniã secũdũ eius (quod quid est) assignationẽ, magis con uenit genus, quã differentiã dicere. Nã qui animal dicit hominẽ, ma gis indicat quid est homo, quã qui gresibile. Et quoniã differẽtia qui dẽ qualitatẽ generis semper significat, genus aũt differentiæ non. Nã qui dicit gresibile, quiddã animal dicit: qui vero animal dicit, nõ di

76. locus. declaratio.

77. locus, declaratio.

78. locus, declaratio.

79. locus.

80. locus.

81. locus. declaratio.

A cit quale quiddã gresibile: differẽtia igitur a genere sic separanda.

82. locus. declaratio.

Quoniã aũt videtur musicũ, qua musicũ est, sciẽs esse: & musica scien tia quædã est: & si ambulãs eo q̃ ambulat mouetur, ambulatio motus quidẽ est: cõsiderandũ in quo genere vult quippiã cõstruere secundũ dictũ modũ. Vt si scientiã ipsum qđ est fidẽ: si sciẽs quatenus scit, fidi:

83. locus. declaratio.

manifestũ.n. quoniã scientia, fides quædã erit: eodẽ aũt modo & i aliis huiusmodi. Amplius, quoniã qđ sequitur aliquid semper & nõ conuer titur, difficile est separare, q̃ nõ sit genus, si hoc quidẽ illud sequitur omne, illud vero hoc nõ omne. Vt tranquilitatẽ quies, & numerũ di- uisibile, ecõuerso aũt nõ: nã diuisibile non omne, numerus. neq; quies oĩs, trãquillitas: ipso quidẽ est utẽdũ, ut genere qđ est semper conse- quens, cũ nõ conuertatur alterũ: cum aũt alterũ se extẽdit nõ in om- nibus, obsequendũ. Instantia aũt huius: quoniã non ens sequitur om- nia, obsequendũ. Instantia aũt huius: quoniã non ens sequitur om-

B nõ est, sit) attamẽ nõ est genus nõ ens eius qđ sit: simpliciter.n. non sunt nõ entis species. De genere igit quẽadmodũ dictũ est, trãseũdũ.

De aliis locis generis.

TRigesimusse xtus locus est si res denominat p genus non differant per ali- quam differentiarum, prout qui poneret album genus rerum albarum.

Trigesimusseptimus locus est, q̃ ponatur consequens omnes res genus ali cuius rei: vt qui poneret vnum & ens genus decem prædicamentorum: oportet enim, quod ens esset genus vnius, & vnum genus illius, ex quo vtrumque eo rum verificatur de alterutro, & esset vna eadem res relatione vnius eiusdem rei, aliquando genus, & aliquando species: hoc autem est falsum, quia genus prædicatur de pluribus q̃ prędicetur species. Sicque etiam errat, qui poneret ta lia consequentia differentias: consequens enim rem sicut non largitur ipsius quid ditatem, sic non largitur qualis res sit; & ob hoc sequeretur, quod differentia es- set æqualis generi, aut eo vniuersaliter.

Trigesimusoctauus locus est, si genus denominatum dicatur in subiecto, non de subiecto, & species de subiecto, illud non est genus, sinautem accidentia es- sent genera substantiarum.

Trigesimusnonus locus est, q̃ consideremus, an speciei sit contrarium, & ge- neri sit contrarium, & species præstantior illarum posita fuerit generis vilioris

C illorum, illud, quod positum est genus, non est genus. Et ex hoc loco intulit So- crates errorem in libro de republica, quem sentia deceptor, quia ex quo excel- lentius est contrarium iniustitiæ, & bona electio contraria est malæ electioni, & iustitia est excellentior quam iniustitia, & bona electio excellentior est mala electione, litigiose & paralogistice intulit, iustitia genus esse malam electionem. Ait Themistius hic locus est vulgaris, sed fortasse vis huius loci sumitur ab essen tia rei, quod est ex quo genera insunt speciebus secundum sui essentiam: necessa- rium itaq; est, quod præstantior & vilior res sequatur in vtrisq; vno eodem mo- do. Et dixit, huius loci instantia est, quia vermis & musca est vilior imagine lu- na, & dixit, huius loci instantia est, quia nulla res inanimata est præstan- tior quam animata: lunæ autem imago est præstans secundum positionem, non naturaliter.

Quadragesimus locus est, si fuerit vna res attributa duabus rebus vna habitu- dine, & vna illarum fuerit præstantior quam altera: res autem illa ponitur in vi liori, non in prestantiori, illud non est genus, prout est de anima, quia ei inest mo- tus sicut ei inest quies, & ex quo quies est permanentia, præstantior est illi quam inesse ei motũ. Sicq; qui posuit eã in motu erravit: hic autem locus est vulgaris.

Quadragesimusprimus locus sumitur ab eo, quod est magis & minus, & æqua le, & est de locis communibus omnibus quæstitis, & sumitur a rebus, quæ sunt de

Universidad de Deusto
Biblioteca

foris. Numerus autem locorum, qui sunt huius loci est proximus numero lo- D
corū, qui fiunt de quelibet accidentis. Primus itaq; locus destruēs quidē est, si ge
nus recipiat additionem, & species nō recipiat id, de quo dicitur quod sit genus
non est genus, & hic locus est demonstrativus. Et hinc accidit eror illius, qui de
finiuit dubium ꝙ sit æquilibra oppositarum opinionum: æquilibra enim non su-
scipit additionem, dubium autem suscipit illam. Et ille est debilis in constructio
ne, quia quando vtraq; suscipiunt magis & minus, non sequitur quod vnum sit
alterius genus prout sunt albus & pulcher & intelligens & prudens. Secundus
aūt locus est, si qđ magis aut æqualiter putatur esse genus, nō sit genus, nec qđ
positum est esse genus est genus: & hic quidē locus vtilis est in rebus, de quibus
putatur, quod prædicentur de vna re: quatenus sint illius genera: absq; qđ nobis
constet, quæ illarum sit genus secundum veritatē. Cuius exemplum est, quia cē-
pius estimatur, qđ sit motus, & quod sit numerus. Et similiter tra estimatur, qđ
sit tristitia, & qđ sit propter cogitationem, cū qui irascitur cōtristatur, & cogi-
tat quod aggressus eum fuerit spretus, & scdm hanc speciem scrutinij scrutare-
tur de ipsa specie, comparando ipsam ad indiuiduum, quia si qđ magis aut æqua
liter æstimatur esse species, non sit species, quæ posita est species, non est species.
Et constructio iterum profertur his locis: si enim hoc & hoc, de quibus putatur
quod sint genera similiter, & vnum illorum est genus, alterum etiam est genus: &
similiter si illud, de quo minus erat opinio, est genus, id, de quo magis est opinio,
est genus, V.g. si potestas magis sit continentiæ genus quam virtus, & virtus est C
species: omnia autē hæc loca sunt persuasiua, nisi prius fuerit naturaliter prius.

Quadragesimussecundus locus est de differentia, quę est inter genus & diffe-
rentiam: primo, quia genus prædicatur de pluribus quā prędicetur differentia: &
secundo quia genus magis significat rem, quam differētia, & differentia signifi-
cat qualitatem, genus aūt non significat qualitatem: qui enim diceret progressi-
uum, diceret animal qualificatum, qui aūt diceret animal & non diceret progres
siuum, nō qualificaret: hoc aūt generis & differentiæ discrimen est diuulgatum.

Quadragesimustertius locus est, qđ quicquid ipsum esse sequitur essendo speci
em, aut sequitē speciem esse essendo ipsum, æstimatur de illo ꝙ sit genus & difici
le sit distinguere inter ipsum & ipsum genus. Huius aūt instantia est, quia quod
est in generatione, est nō ens, & non ens non est genus illius, qđ est in generatio-
ne, & rursus, quia si hoc simile esset genus, connexa essent genera. Expedit aūt
rescire, qđ loca propriorum generi euidens sit ipsorum disciplina reducendo om
nia illa ad quatuor bases, quas diximus ꝙ sint sedes locorū generum. Prima .n. E
basis, s. quod genus ineſſe speciei oporteat esse necessarium, sumit sub se locū, quo
dicitur si ꝙ ponitur, genus conueniat definitioni accidentis. Et qđ si ꝙ positum
est in genere, impossibile sit, ꝙ conueniat vili harū specierū. Et ꝙ si nulla diffe
rentiarū diuidentium genus prædicetur de illo, ꝙ positū est species. Et ꝙ si spēs
conueniat alicui rei, quæ nullo pacto inſit rebus, quæ subsunt generi: hæc .n. qua
tuor continet qđ id, qđ positum est genus, non sit species: sicq; continēt circun-
stantiam, sicut destructiones, & in omnibus: quæsitis simpliciter excepto pri-
mo. Secundo vero basis est, ſ. ꝙ expediat genus prædicari de tota specie, & ꝙ
quicquid prædicatur de parte non est genus: & subest illi primus locus, quem or
dine inſerui Arist. & est locus partitionis solū. Tertia aūt basis est, ſ. ꝙ expedi
at genus superare in essendo ipsam speciē, qđ illud, quod prędicatione non supe-
rat speciem, non sit genus, subintrant illam plura loca. Quorū primus est, si con
nectatur generi definitio speciei, quia si connectatur, æquatur illi, aut superat si-
mul. Secundus aūt est, ꝙ spēs dicereur de pluribus, quā dicatur genus aut æqua
liter. Tertius est, si posueris genus in specie. Et quartus est, aut differentiam in
specie. Et quintus, aut genus in differentia. Et sextus, aut differentiā in gñe. Et
septimus, si generi non sit alia species. Quarta vero basis est, qua dictum est,
ꝙ expediat genus prędicari de spē in eo ꝙ quid sit, & ꝙ id, qđ non prædicatur
hoc modo, nō sit genus & subintrant ipsam plura loca nimis, & sunt destructa
& constituentia contra reliqua loca. Quorum primus est secūdus locus, & loca

A præcedentia, sed ille est ipsamet basis, s. ille, quo dictum est, ꝙ id, qđ positum est
genus non prædicetur in eo quod quid sit, sed prædicatione per accidens. Secun-
dus, si genus & species sint vnius prædicamenti. Et tertius, si qđ enuntiamus esse
genus, non prædicetur in eo qđ quid sit de aliquo indiuiduorum ipsius speciei. Et
quartus, si accideris speciei, qđ ei sit aliud genus vltra genus positum & neutrum
alteri subsit, nec ambo subsint alij generi, si genus, qđ positū est genus, & omnia
genera, quæ supra ipsum sunt, prædicentur de specie in eo quod quid sit vno sim
li modo. Et sextus, si definitiones generum conueniant speciei, & omnibus rebus
subordinatis illi. Septimus, si posueris differentiam in genus. Et octauus, si po-
sueris habitum in differentiam. Nonus, si posueris habitum in potentiam conse-
quentem illum. Decimus, si posueris totum in suas partes. Vndecimus, si posue-
ris affectus & passiones in partientem. Et duodecimus, si posueris aliquam rem de
vilibus, aut turpibus in potentia. Tertiusdecimus, si posueris connexum conse-
quens omnem rem in genus, prout est vnum & ens. Quartusdecimus, si enuntia-
remus rem, quæ accommodatione dicitur esse genus. Quintusdecimus est, in quo
dictum est, si moris generis & speciei fuerit, quod in sint vni subiecto illud, cui
ineſt species, ineſt ipsum genus. Sextusdecimus, si genus prædicetur de specie
adiectione connexę clausulæ non simpliciter. Decimusseptimus, quando generi
& speciei fuerint contrarię, & præstantius contrariorum ponetur in vilius, &
B vilius in præstantius. Hæc itaq; triginta loca sunt loca propria generi: reliqua
autem loca, quæ relata sunt in hoc libro, sunt communia ambientia omnia quæsi
ta, videlicet quę sumūtur ab oppositis, & sumpta a calibus, & coniugatis, & sum
pta ex similibus, & sumpta ab eo quod est magis & minus. Iam autem explica-
uimus omnia loca generum, sicut nobis constitit, & deo iuuante procedamus ad
loca ipsius proprij.

IN TOPICORVM
Librum Quintum,

Argumentum.

C *QVinto volumine proprium libratur. Inſpice an improprie propriū, an minus notum, an æquinocum ibi nomen, an & subiectum, an & idem: an quid ibi omnibus competat, an plura eiusdem pro-pria, nec distincta, an id cuius proprium, an quod tantum sem-per comitatur: an quod nunc proprium, an quod non solis noscitur sensibus, an definitio magis, an nusquam proprii genus. Vide illud quoque, cuius pro-prium traditur, an nomen ibi genuiq; dissideant, an subiectum proprium ei traditum, quod in subiecto: an quod in proprii participatu, an prius ibi ali-quid, & posterius, an eorundem quæ sunt eadem, non idem sit proprium, aut non idem semper eorundem specie. an pro illo nunc illud semper afferatur, an idem eiusdem proprium. Considera & quæ similium sunt partium, & oppos-ta quælibet, & quæ de quibus prædicentur, quæ subiciantur, quæ distin-guantur. Sed & casus etiam in contrapositis. Et quæ similiter se habeant, & quæ itidem, sed & ideam, magisq; & mi-nus, & quod ni proprium, & quod superlatiue.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS

STAGIRITAE, TOPICORVM LIBER QVINTVS.

Cum Auer. Cordub. expositione.

Summa libri.

De Modis, & locis Proprij: nec non de locis quibusdam omnibus quæstis communibus, nempe ab oppositis, a simili, ab eo, quod est magis & minus, & æquale, a casibus, a cõiugatis, & a generatione et corruptione.

De modis proprii. Cap. I.

1. locus. declaratio.

VTRVM autem proprium, an non proprium est quod dictum est, per hæc considerandum. Assignatur autem per se, & semper, aut ad aliud, aut aliquando. Per se quidem, vt hominis, animal mansuetum natura: ad aliud autem, vt animæ ad corpus: quoniam illa quidem imperare nata, hoc autem parere: semper autem, vt Dei, animal immortale: aliquãdo vero, vt alicuius hominis ambulare in gymnasio.

2. locus. declaratio.

Sunt autem proprii, quod ad alterum assignatum est, aut duo problemata, aut quatuor. Nam si de hoc quidem assignatum quippiã fuerit, de illo vero negatum idipsum, duo duntaxat problemata fiunt: quemadmodum hominis ad equum proprium est quod bipes est: nam & quòd homo non bipes est argumentabitur quispiam, & quòd equus bipes: vtrinque autem remouetur proprium. Si autem de vtroque vtrunque assignatum fuerit, & de vtroque negatum: quatuor problemata erunt: vt hominis proprium ad equum, qđ ille quidem bipes, hic autem quadrupes est: nam & quòd homo non bipes est, & quòd esse quadrupes natus est, argumentari est, & quòd equus bipes, & quòd non quadrupes, possibile est argumentari: quolibet igitur modo ostenso, interimitur quod propositum est.

3. locus. declaratio.

Est aũt per se quidem proprium, quod ad omnia assignatur, & ab omni separat (quemadmodum hominis animal mortale disciplinæ susceptiuum) ad aliud autem, quòd non ab omni, sed ab aliquo statuto determinat (vt virtutis ad disciplinam: quoniam illa quidem in pluribus, hæc in rationali solo, & in habentibus rationem nata est fieri) semper autem, quod secundum omne tempus verificatur, & num

quam relinquitur (quemadmodum animalis ex anima & corpore compositum esse) aliquando vero, quod secundum aliquod tempus verificatur, & non ex necessitate semper consequitur: vt alicuius hominis, ambulare in foro. Est autem ad alterum proprium assignare: differentiam dicere, aut in omnibus, & semper, aut vt multum, & in plurimis. Et in omnibus quidem & semper, quemadmodum hominis proprium ad equum quoniam bipes: nam homo quidem & omnis, & semper est bipes: equus autem nullus est bipes, & nunquam: vt multum autem & in plurimis, quemadmodum rationalis proprium principare ad concupiscibile, & irascibile, eo quòd illud quidem imperat, hæc autem parent: nam neque rationale semper imperat, sed quandoque illi imperatur: neque concupiscibili, & irascibili semper imperatur, sed imperant quandoque, cum fuerit hominis anima flagitiosa. Propriorum autem ea maxime logica sunt, quæ per se, & semper, & quæ ad aliud. Nam eius, quod ad aliud

4. locus. declaratio.

5. locus. declaratio.

est proprium, plura problemata sunt: quemadmodum diximus & prius: nam aut duo, aut quatuor, ex necessitate fiunt problemata. plures autem orationes fiunt ad hæc: quod autem per se est, & semper, ad multa est argumentari, & ad plura tempora obseruare: quod per se quidem ad multa, nam ad vnumquodque eorum, quæ sunt, vtpote cui oportet inesse proprium: quare si non ab omni separat, non erit bene assignatum proprium: quod autem semper, ad plura tempora est obseruare, & siue non inest, siue non insuerit, siue non inerit, non erit proprium. Quòd verò aliquando, ad illud (quod nunc dicitur) tempus, consideramus: non igitur sunt rationes ad ipsum plures. Logicum autem est problema, ad quod rationes fiunt & crebræ quidem, & bonæ. Ad aliud igitur proprium dictum ex iis, quæ sunt de accidente, locis inspiciendum, si huic quidem accidit, illi verò non. De iis autem, quæ semper, & quæ per se, per hæc considerandum.

De modis proprij.

PRoprium vniuersaliter est trium specierum: aut proprium per se & semper, & est illud, quod distinguit id, quod proprie concernit totam rem, prout dicimus de homine risibile. Aut proprium, quod dicitur in comparatione ad aliud ens, & hoc proprium distinguit illud ad hoc ente tantum, & hoc fit secundum duas species, aut semper necessarium, prout dicimus, quod homini proprium sit in relatu ad equum quod sit bipes, aut pro maiori parte, vt quod pars cogitatiua de partibus animę sit ei propria in relatu ad concupiscibilem: cogitatiua enim imperat, & concupiscibilis credit: quare aliquando inuenitur res contra hoc in scelestibus viris. Aut est proprium in relatu cuiusdam temporis, prout ire ad templum est proprium eunti tempore suæ ambulationis, quando non variatur hoc illo tempore ab eius ambulatione ad templum.

De proprio autem, quod dicitur in comparatione ad aliam rem, quãdo ipsum prædicatur de re, fiunt duæ quæstiones, aut quatuor. Duæ quidem, quando proprium affirmatur de vna, & de altera negatur, verbi gratia, dum dicimus de proprio hominis relatu ad equum, q̃ sit bipes & secundo, quod equus non sit bipes. Quatuor autem, quando affirmatur de vtraq; illarum, aut negatur de vtraque illarum gratia exempli, quando dicimus de hominis proprio respectu equi, ipsum esse bipedem, & non quadrupedem: & quod equus sit quadrupes, & non sit bi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pes. Destructio autem intelligeretur hic quatuor modis. Quorum vnus est, quod D homo, gratia exempli, non sit bipes, aut quod ipse sit quadrupes, aut quod equus sit bipes, aut quod non sit quadrupes. Et hæc quidem species proprij, quando dicitur ad relationem, vis eius est vis accidentis. Et ideo loca, quibus constituitur, & quibus destruitur, sunt loca accidentis, veruntamen proprium, cuius loca hic quæruntur, est proprium sempiterni esse simpliciter, quod non est proprium respectu alicuius entis, aut temporis, sed omnium rerum, quarum est proprium, & omni tempore: & propterea de illius dispositione quæruné duo, quorum vnum est, an sit proprium, nec ne: Secundum autem est, si fuerit proprium an bene positum sit proprium perfectissimo modo, quo possibile est poni, aut positum est propriū imperfecte. Et hæc res propriæ secernit proprium & definitionem a genere & accidenti proprio enim & definitioni, quoniam illa deseruiunt scientiæ rei, ipsiusque dignotioni ab omni, quod est aliud ab illo, euenit in hac re perfectio & imperfectio: generi vero & accidenti, ex quo sunt prædicata de multis, nō aduenit eis hæres. s. quod inueniantur secundum dispositionem imperfectiorem & secundum dispositionem perfectiorem.

De locis proprii. Cap. II.

6. locus. Declaratio. PRimum quidem an non bene assignatum est proprium, an bene. Eius autem quod est non bene, aut bene, est vnum quidem, si non per notiora, aut per notiora positum est proprium: destruenti quidem, si non per notiora: at construenti, si per notiora. Eius autem quod

7. locus. Declaratio. non per notiora est, hoc quidem si omnino ignotius positum est proprium: quod assignauit, illo cuius proprium dixit. Non enim erit bene positum proprium: nam propter notitiam proprium facimus: discendi enim causa, & proprium, & definitiones facimus: per notiora igitur accipiendum: sic enim magis erit sufficienter cognoscere: vt puta qui ponit ignis proprium esse simillimum animæ, ignotiore quàm ignis vtitur, anima: magis enim scimus quid est ignis, quam quid anima: non igitur erit bene positum proprium ignis, si

8. locus. Declaratio. millimum animæ. Aliud autem, si non notius est hoc huic inesse. Oportet enim non solum notius esse re, sed & huic inesse, notius esse: nam qui non scit si huic inest, neq; si illi soli notius inest cognoscit: quare cum quoduis horum acciderit, obscurum sit proprium: vt quia qui ponit ignis proprium, in quo primo anima nata est esse, ignotiore vtitur quàm quid sit ignis, eo quòd ignotius est, si in hoc est anima, & si in hoc primo est: non erit itaque bene positum pro

9. locus. Declaratio. prium ignis, in quo primo anima nata est esse. Construenti autem, si per notiora positum est proprium, & si per notiora secundū utrūq; modum. Erit enim bene secm hoc positū propriū: nam constructiuorū locorum eius quod bene, alii quidē secm hoc solum, alii aūt simpliciter monstrabunt quod bene: vt quia qui dixit animalis proprium, sensum habere, per notiora, & notius assignauit proprium secundum vtrunq; modum: quare erit bene assignatum secundū hoc,

animalis proprium, sensum habere. Deinde destruenti quidē, si qđ nominum, quæ in proprio sunt assignata multipliciter dicitur, vel etiā tota oratio plura significat. Non.n. erit bene positum ppriū, vt quoniā sentire multa significat, vnum quidem sensum habere, alterum aūt sensu vti: non erit animalis proprium bene positum quod natū est sentire: quapropter non vtendū est, neq; nomine, quod multipliciter dicitur, neq; oratione, quæ plura significet: quia qđ multipliciter dicitur, obscurū facit qđ dictum est, dubitante eo qui debet argumentari, quodnam dicitur eorū quæ multipliciter dicuntur: nā proprium discendi gratia assignatur. Amplius autem, ad hoc necessarium est redargutionē aliquam fieri cum sic assignant proprium; quando in dissidente quispiam conficiet syllogismum, de eo quod multipliciter dicitur. Construenti autem, si non plura significat, neq; nominum quippiam, neque tot oratio. Erit enim secundum hoc bene positum proprium: vt quia neque corpus plura significat,

neque mobilissimum in superiorem locum: neque totum quod ex his compositum est: erit bene positum secundum hoc ignis propriū corpus mobilissimum in superiorem locum. Deinde destruenti quidem si multipliciter dicitur illud, cuius proprium assignatur, non determinatur autem cuius eorum ponatur proprium. Nonenim bene erit assignatum proprium: ob quas autem causas non immani festum est ex iis, quæ prius dicta sunt: nam eadem accidere necessarium est, vt quia scire hoc, plura significat: vnum enim scientiam habere hoc, alterum autem scientia vti hoc, aliud vero scientiam esse huius, aliud autem scientia vti huius, non erit eius quod est scire hoc, bene assignatum proprium nullum, non determinato, cuius horum ponitur proprium. Construenti vero, si non dicitur multipliciter hoc cuius proprium ponitur, sed est vnum, & simplex. Erit enim bene positum secundum hoc proprium, vt quia homo simpliciter dicitur, erit bene positum secūdum hoc hominis proprium, animal mansuetum natura. Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idem in proprio (sæpe enim latent hoc facientes & in propriis, quemadmodum & in terminis) non erit bene positum quod hoc sustinet, proprium. Conturbat enim audientem, quod frequenter dicitur: obscurum igitur necessarium est fieri, & præterea nugari videntur. Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis: uno quidem, quando nominauerit frequenter idem: vt si quis proprium assignet ignis, corpus tenuissimum corporum: hic enim frequenter dixit corpus. Secundo autem, si quis assumat orationes pro nominibus, vt si quis reddat terræ proprium, substantiam quæ maxime corporum secundum naturā fertur in inferiorem locū, deinde assumat pro corporibus, huiusmodi substantias: vnum enim & idem est corpus, & huiusmodi substantia, erit ergo hoc modo substantia frequenter dicta, quare neutrum erit bene positum propriū.

10. locus. Declaratio.

11. locus. Declaratio.

12. locus. Declaratio.

13. locus. Declaratio.

14. locus. Declaratio.

Constructi verò, si nullo vtitur frequenter nomine eodem. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium, vt quia qui dixit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum, non vsus est frequenter eodem nomine: erit utique secundum hoc bene assignatum hominis proprium. Deinde destructi quidem, si tale aliquid assignauit in proprio nomine, quod omnibus inest. Inutile enim erit, quod non separat ab aliquo: quod autem in propriis dicitur, separare oportet: quemadmodum & quæ in terminis: non igitur erit bene positum proprium: vt quia qui posuit scientiæ proprium opinionem indistinctibilem a ratione, vnum existens tali aliquo vsus est proprio (vno inquam) quod omnibus inest: non erit vtique bene positum scientiæ proprium. Astructi autem, si nullo vsus est communi, sed quod ab aliquo separat, erit bene positum secundum hoc proprium. Vt quia qui dixit animalis proprium animam habere nullo usus est communi: erit secundum hoc bene positum proprium animalis, animam habere. Deinde destructi quidem si plura propria assignat eiusdē, B non determinans quòd plura ponit. Non enim erit bene positum proprium: nam quemadmodum nec in terminis oportet præter eam (quæ indicat subitantiam) orationem, adiungere quippiam plusculum, sic nec in propriis præter eam (quæ facit proprium quod dictum est) orationem, quicquam consignandum. inutile enim sit eiusmodi: vt quia qui dixit propriū ignis, tenuissimū, & leuissimum plura assignauit propria (vtrunque enim de solo igne verum est dicere) non erit bene positum proprium ignis, corpus subtilissimum & leuissimum. Astructi vero si non plura eiusdem propria assignauit, sed vnum, Erit enim secundum hoc bene positum proprium: vt quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnem figuram diducitur, vnum assignauit proprium, & non plura: erit secundum hoc bene positum humidi proprium. Deinde destructi quidem, si eodem vsus est cuius proprium assignauit, aut eorum quæ C sunt illius aliquo. Non enim erit bene positum proprium: nam discendi gratia assignatur proprium: idem autem eidem similiter ignotum est: id autem, quod aliquid eorum est quæ sunt eius posterius: non igitur est notius: quare non fit vt per hoc quisquam magis quippiam discat: vt quia qui dixit animalis proprium, substantiam cuius species est homo, aliquo usus est eorum, quæ sunt animalis, non erit bene positum proprium. Constructi autem si neque eodem, neque eorum quæ sunt ipsius aliquo vtitur. Erit enim bene secundum hoc positum proprium: Vt quia qui posuit animalis proprium ex anima & corpore compositum esse, neque eorum quæ sunt ipsius aliquo vsus est, erit vtique bene secundum hoc assignatum animalis proprium. Eodem autem modo & in aliis considerandum est, quæ nam non faciunt, aut faciunt notius. Destructi quidem si aliquo vsus est, aut opposito, aut omnino simul natura,

16. locus. declaratio.

17. locus. declaratio.

18. locus. declaratio.

19. locus. declaratio.

20. locus. declaratio.

21. locus. declaratio.

22. locus. declaratio.

A tura, aut posteriore aliquo. Non enim erit bene positum proprium: nam oppositum simul natura, quod autem simul natura, & posterius, non efficit notius: vt quia qui dixit boni proprium, quod malo maxime opponitur, oppositi est vsus boni: non erit profecto bene assignatum boni proprium. Constructi autem, si nullo vsus est neque opposito, neque omnino simul natura, neque posteriore. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium: vt quia qui posuit disciplinæ proprium, opinionem maxime facientem fidem, nullo vsus est neque oppositi, neque omnino simul natura, neque posteriore. erit secundum hoc bene positum disciplinæ proprium. Deinde destructi quidem, si non quod semper sequitur proprium assignauit, sed id quod fit quandoq; non proprium. Non enim erit bene pronunciatum proprium: nam neque in quo deprehendimus inesse ipsum, de hoc & nomen ex necessitate verificatur, neque in quo deprehenditur non inesse, de hoc ex necessitate non dicetur nomē: B quare non erit bene positum proprium. Amplius autem ad hæc, neque quando quisquam assignauerit proprium, erit manifestum si ineſt: siquidem tale est, vt quod ipsum relinquere possit: non igitur erit clarum esse proprium: vt qui posuit animalis proprium moueri quandoque, vel stare tale, assignauerit proprium quod fit quandoq; non proprium, nequaquam erit bene positum proprium. Astructi vero, si quod ex necessitate semper est, proprium assignauerit, Erit enim bene positum secundum hoc proprium. vt quia qui posuit virtutis proprium quod habentem facit studiosum, quod semper sequitur, proprium assignauit: erit vtique secundum hoc bene assignatum virtutis proprium. Deinde destructi quidem si quod nunc proprium est assignans: non determinauerit quòd non proprium assignat. Non enim erit bene positum proprium: primum quidem quia quod præter consuetudinem fit omne, semper determinatione indiget: solent autem vt plurimum omnes, quod semper sequitur proprium assignare. Secundo autem, quia immanifestus est qui non determinauerit, si quod nunc est proprium voluerit ponere: non igitur danda est obiurgationis occasio: vt quia qui posuit alicuius hominis proprium sedere cum aliquo homine, quod nunc proprium est posuit: non bene proprium assignabit, si non determinans dixerit quod nunc. Constructi autem, si nunc proprium assignans determinando posuit, quod nunc proprium posuerit. Erit enim bene positum secundum hoc proprium: vt quia qui dixit cuiusdam hominis prorium ambulare nunc alicubi, distinguens posuit hoc: bene erit positum proprium. Deinde destructi quidem si tale assignauit proprium quod manifestum non est aliter inesse quam sensu. Non enim erit bene positum proprium: nam omne sensibile extra sensum factum, manifestum est: latens enim est si adhuc ineſt, eo quòd sensu solum cognoscitur. Erit autem verum hoc in

23. locus. Declaratio.

24. locus. Declaratio.

25. locus. Declaratio. Propriū est virtuti, vt habitem se, faciat studiosum.

26. locus. Declaratio.

27. locus. Declaratio.

28. locus. Declaratio.

iis,quæ non ex necessitate semper consequuntur: vt quia qui posuit D
solis proprium,astrum quod fertur super terrã lucidissimũ:tali vsus
est in proprio(super terram inquam ferri) quod sensu cognoscitur:
non vtiq; erit bene solis assignatum proprium,immanifestum enim
29.locus. erit cũ occidet sol,si adhuc feratur super terrã,eo q̃ nos tunc defe-
Declaratio. ruimus sensum. Constituenti vero si tale assignauit propriũ, quod
non sensu est manifestum:aut cũ sit sensibile,ex necessitate inesse ma
nifestum est.Erit enim sedm hoc bene positum proprium. Vt quia q
posuit superficiei proprium quod primũ coloratum est,sensibili qui
dem aliquo vsus est(coloratum esse inquam)tali quidẽ quod mani-
festum est inesse semper:erit secundum hoc bene assignatum super-
30.locus. ficiei proprium. Deinde destruenti quidem,si terminũ vt proprium
Declaratio. assignauit.Non enim erit bene positum proprium:nam non oportet
indicare quod quid est esse, propriũ· vt quia qui dixit hominis pro-
prium animal gressibile bipes,quod quid est esse significans assigna- E
31.locus. uit hominis proprium,non vtique erit hoc hominis proprium bene
Declaratio. assignatum. Constituenti aũt,si quod conuersim quidem prædica-
tur assignauit proprium:non aũt quod quid est esse indicans. Erit.n.
secundum hoc bene assignatum proprium,vt quia qui posuit homi-
nis proprium,animal mansuetum natura, quod conuersim quidem
prædicatur assignauit proprium,non quod quid est quidem indicãs
32.locus. erit secundum hoc bene assignatum proprium hominis. Deinde
Declaratio. destruenti quidem, si non quippiam in quid est ponens, assignauit
proprium.Oportet enim in propriis,quemadmodũ in terminis,pri-
mum assignari genus,deinde sic iam addere reliqua,& separare:qua
re quod non hoc modo positum est proprium,non erit bene assigna-
tum:vt quia qui dixit animalis proprium animam habere, nõ posuit
quicquam in quo vt in quid,est animal:non erit bene positũ animalis
33.locus. proprium. Constituenti vero si quis quippiam quod in quid est po F
Declaratio. nens eius cuius proprium assignauit,reliqua adiungit. Erit enim se-
cundum hoc bene assignatum proprium:vt quia qui posuit hominis
proprium animal disciplinæ susceptibile:quippiam quod in quid est
ponens,assignauit proprium:erit secundum hoc bene positum pro-
prium hominis.Verum igitur,bene an non bene assignetur propriũ,
34.locus. per hæc inspiciendum. Verum vero proprium est omnino quod di
Declaratio. ctum est,an non proprium ex iis considerandum. Nam simpliciter
constituentes proprium quid bene positum est, loci iidem erunt iis
qui proprium omnino faciunt:in illis igitur dicentur. Primum ergo
destruenti quidem inspiciendum ad vnumquodq; eorum cuius pro-
prium assignauit.Vt si nulli inest,aut si non de hoc quidem verifica-
tur,aut si non est proprium cuiusq; eorum secũdum illud cuius pro-
prium assignauit,nõ enim erit proprium,quod positum est esse pro-
prium:vt quia de geometra non verificatur indeceptibilem esse ab
oratione(nam decipitur geometer cum pseudographiam facit)non

A erit hoc scientis proprium, non decipi ab oratione. Constituenti 35.locus.
autẽ si de omni verificatur,& qua de hoc verificatur. Erit enim pro- Declaratio.
prium,quod positum est esse proprium:vt quia animal disciplinæ su-
sceptiuum de omni homine verificatur & qua homo, erit hominis
proprium animal disciplinæ susceptiuum. Est autem locus hic de-
structuenti quidem,si non de quo nomen & oratio verificatur,& si non
de quo oratio & nomen verificatur. Constituenti autem, si de quo 36.locus.
nomen & oratio, & si de quo oratio & nomen prædicatur. Deinde Declaratio.
destruenti quidẽ,si non de quo oratio,& nomen verificatur:& si non
de quo nomen,& oratio verificatur.Non enim erit proprium, quod
positum est esse proprium : vt quia animal quidem disciplinæ susce-
ptiuum verificatur de Deo: homo autem non prædicatur:nõ erit ho
minis proprium,animal disciplinæ susceptiuum. Constituenti au- 37.locus.
tem,si de quo oratio & nomen prædicatur:& si de quo nomen & ora Declaratio.
B tio prædicatur.Erit enim proprium quod positũ est esse proprium:vt
quia de quo animã habere verificat animal, & de quo animal animã
habere: erit animã habere animalis proprium. Deinde destruenti 38.locus.
quidẽ si subiectum, propriũ assignauit eius,quod in subiecto esse dr. Declaratio.
Non enim erit propriũ,quod positũ est esse proprium:vt quia qui po
suit propriũ subtilissimi corporis,ignem,subiectũ assignauit prædi- 39.locus.
cati proprium,non erit ignis corporis subtilissimi proprium:pp hoc Declaratio.
aũt non erit subiectum eius,quod in subiecto esse dr proprium,eo q̃
idẽ esset plurium & differentiũ specie, proprium:nam eidem plura
quædam discrepantia specie insunt, de solo dicta: quorum erit om-
nium proprium quod subiectum est, si quis hunc in modum ponat
proprium. Constituenti vero, si quod in subiecto est, assignauit 40.locus.
proprium subiecti. Erit enim proprium, quod positum est non esse Declaratio.
proprium: si quidem de solo prædicatur(vt dictum est) proprium:
vt quia qui dixit terræ proprium corpus grauissimum specie, su-
C biecti assignauit proprium quod de sola dicitur re, & vt proprium 41.locus.
prædicatur, erit terræ proprium recte positum. Deinde de- Declaratio.
structuenti quidem, si secundum participationem assignauit pro-
prium. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium:
nam quod secundum participationem inest, ad quod quid est esse
conducit, erit autem huiusmodi differentia quædam de aliqua
specie dicta: vt quia qui dixit hominis proprium gressibile bi-
pes, secundum participationem assignauit proprium:non erit vti- 42.locus.
que proprium hominis gressibile bipes. Constituenti autem, si Declaratio.
nõ secundum participationem assignauit proprium, nec quod quid
est esse indicans, conuersim prædicata re.Erit enim proprium quod
positum est esse proprium, vt quia qui posuit animalis proprium
quod natum est sentire, neque secundum participationem assi-
gnauit proprium, neque quod quid esse indicans, conuersim re
prædicata, erit vtique quod sentire natum est, animalis proprium.

Deinde destruenti quidem, si non contingit simul inesse proprium, sed vel posterius, vel prius quàm idipsum nomen. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium, aut nunquam, aut non semper: vt quoniam contingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forum quàm quòd homo, non erit ambulare per forum hominis proprium, aut nunquam, aut non semper. Constituenti autem, si simul ex necessitate semper inest, cum neque terminus, neque differentia sit. Erit enim proprium, quod positum est forsitan non esse proprium: vt quia animal disciplinæ susceptiuum, simul ex necessitate semper est, & id quod est homo, cum neq; differentia sit, nec terminus, erit animal disciplinæ susceptiuũ hominis proprium. Deinde destruenti quidem, si eorundem quæ eadem sunt, non est idem proprium. Nõ enim erit proprium, quod positum est esse proprium, vt quia non est proprium prosequendi, apparere quibusdam bonum, neque eligendi fuerit vtiq; proprium apparere quibusdam bonum, idem enim est prosequendum & eligendum. Constituenti, si eiusdem quatenus idem proprium. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis, quà homo dicitur proprium tripartitam animam habere, & terrigenæ quatenus terrigena est, erit proprium tripartitam animam habere. Vtilis autem locus hic & in accidente: nam iisdem in eo quòd eadem sunt eadem oportet inesse, vel non inesse. Deinde destruenti quidem, si eorum quæ sunt eadem specie: non idem semper specie proprium est. Neque enim eius quod dictum erit proprium, quod positum est esse proprium: vt quia idem est specie homo & equus: nõ semper autem equi est proprium stare à se, nec hominis erit propriũ moueri à se. Idem enim est specie moueri, & stare à se, quatenus vtrique eorum vt animal est, accidit. Constituenti verò, si eorum quæ sunt eadem specie, idem semper specie sit proprium. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium: vt quia hominis est proprium, esse gressibile bipes, & auis erit proprium esse volatile bipes: vtrunque enim horum est idem quatenus illa quidem sub eodẽ sunt genere species, cum sint sub animali, hæc autem vt generis differentiæ animalis. Hic autem locus falsus est: quando alterum quidẽ eorum quæ dicuntur vni alicui soli inest speciei, alterum verò inest pluribus, quemadmodum gressibile quadrupes. Quoniam aũt idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est sophistice assumẽti vnius assignare, & solius alicuius proprium: nam quod inest alicui cui accidit aliquid, & accidenti inerit sumpto cum eo cui accidit: vt quod inest homini, & albo homini inerit, si fuerit albus homo: & quod albo homini inest, inerit & homini. Calumniabitur autem aliquis multa propriorum, quòd subiectum id aliud est quod secundum se facit, aliud autem cum accidente: vt aliud quidem hominem esse dicet, aliud verò album hominem. Amplius autem diuersum faciens habitum, & quod secundum habitum dicitur: nam quod habitui inest, & ei, quod secundum habitum dicitur, inerit: & quod ei (quod secundum habitum dicitur) inest, & habitui inerit: vt quoniam sciens secundum scientiam dicitur affici, non inerit scientiæ proprium indissuasibile a ratione: nam & sciens indissuasibilis erit a ratione. Cõstruenti autem dicendum quoniam non est diuersum simpliciter id cui accidit, & accidens cum eo cui accidit sumptum, sed aliud dicitur, eò quòd diuersum sit ipsius, esse: non enim idem est homini esse, quòd sit homo, & albo homini esse, quòd sit albus homo. Præterea aũt considerandum est ad casus dicenti, quod neque sciens est indissuasibile a ratione sed indissuasibilis a ratione, neque scientia indissuasibile, sed indissuasibilis a ratione: nam ei, qui omnino instat, omnino est aduersandum. Deinde destruenti quidem, si quod natura inest volens assignare: hoc modo ponit secundum locutionem, vt quod semper inest significet. Videbitur enim moueri posse quod positum est propriũ esse: vt quia qui dixit hominis proprium bipes, vult quidem quod natura inest, assignare: significat autem locutionem quod semper inest, non erit hominis proprium bipes: non enim omnis homo est duos pedes habens. Constituenti autem, si vult quod natura inest proprium assignare, & locutione hoc modo significat. Non enim mouebitur secundum hoc proprium: vt quia qui hominis proprium assignauit, animal disciplinæ susceptiuum & vult, & dictione significat quòd natura inest proprium, non mouebitur, secundum hoc quòd non sit proprium hominis, animal disciplinæ susceptiuum. Amplius, quæcunque dicuntur secundum aliud aliquod primum, aut vt primum ipsum, labor est assignare talium proprium. Nam, si eius quod est secundum aliud aliquid proprium assignauit, & de primo veritecabitur: si autem primi posuerit, & de eo quod est secundum aliud prædicabitur: vt si quis assignet superficiei propriũ coloratum esse, & de corpore verificatur coloratum esse: si autẽ corporis, & de superficie prædicabitur: quare non de quo oratio, & nomen verificabitur. Accidit autem in quibusdam propriis plerũq; fieri aliquod peccatum, propter hoc quòd non determinetur quomodo, & quorum ponit quis proprium: omnes enim conantur assignare proprium, aut quod natura inest, vt hominis bipes, aut quod nunc inest, vt hominis alicuius quatuor digitos habere, aut specie, vt ignis subtilissimum, aut simpliciter, vt animalis viuere, aut secundũ aliud, vt animæ prudens: aut vt primum, quemadmodum rationalis prudens, aut in eo quod habet, vt scientiis indissuasibile a ratione (nihil enim aliud quam habendo aliquid erit indissuasibile à ratione) aut in eo quòd habeatur, vt scientiæ indissuasibile a ratione, aut in eo qđ participatur, vt animalis sentire (sentit enim & aliud quid vt homo, sed participãs iam hoc, sentit) aut in eo quod participat, vt alicuius animalis viuere: qui non addit igitur natura, peccat, eo q̃ contingit

41. locus. Declaratio.
44. locus. Declaratio.
45. locus. Declaratio.
46. locus. Declaratio.
47. locus. Declaratio.
48. locus. Declaratio.
Annotatio loci cauilla.
1. Cauil.
Dilutio 1 ptis.
50. locus. Declaratio.
51. locus. Declaratio.
52. locus. Declaratio.
53. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod naturæ ineſt, non ineſſe illi, cui natura ineſt, vt homini duos pedes habere: qui vero non determinat qñ quod ineſt aſsignat, ꝙ non erit tale quale nunc ineſt id, ceu quatuor digitos habere hoiem, non indicans quoq; qñ vt primum, aut vt ſcñm aliud ponit, ꝙ nõ de quo oratio & nomẽ verificabit, vt coloratũ eſſe ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſsignauerit propriũ, non ꝓdicens ẽt ꝙ aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod haberi propriũ aſsignauit, ideo non erit ꝓprium quod aſsignatum eſt: nam inerit (ſi in eo quod habẽt aſsignauit proprium) etiam habentibus aũt habenti, & ei quod habẽt, vt indiſſuabile a ratione, ſcientiæ vel ſcientis poſitũ proprium, non præſignificans ẽt in eo quod participat, vel participat, eo ꝙ & in alijs quibuſdam inerit proprium. Si enim in eo quidem quod participatur, aſsignauit, participantibus inerit, ſi vero in eo quod participat, iis quæ participantur, vt ſi alicuius animalis poſuerit viuere propriũ, non diuidens ẽt ſpecie quod vni ſoli, inerit eorum, quæ ſub eo ſunt, cuius propriũ ponit: nam quod eſt ſcñm ſuperabundantiam, vni ſoli ineſt: vt igni leuiſſimum. Aliquoties aũt & ſpecies addens peccat. Nam oportebit vnã ſpeciem eſſe eorum quæ dicuntur, qñ ſpecie addiderit: hoc aũt in quibuſdam non accidit, vt nec in igne, non enim eſt vna ſpecies ignis, nã diuerſum eſt carbo & flamma, & lux ſpecie, cum vnũquodq; horum ſit ignis: propter hoc aũt non oportet quando ſpecie additur, diuerſam eſſe ſpeciem eius quod dicitur, qñ his quidem magis, illis aũt minus inerit quod dictum eſt propriũ, vt in igne ſubtiliſſimum: ſubtilior enim eſt lux carbone, & flamma. Hoc aũt non oportet fieri quando non, & nomen magis prædicatur, de quo oratio magis verificatur. Si autẽ non, non erit de quo oratio magis, & nomen magis. Amplius aũt ad hæc idem eſſe accidit proprium eius quod ſimpliciter, & eius quod maxime in ſimpliciter tali: vt in igne ſe habet ſubtiliſſimum: nam & ſimpliciter & ignis, & lucis erit hoc ipſum propriũ, ſubtiliſſima. n. eſt lux: cum igitur alius ſic aſsignat proprium, argumentandũ: ſibi autem non danda hæc inſtantia, ſed ſtatim cum ponit proprium, determinandum eſt quomodo ponit proprium. Deinde deſtruenti quidem, ſi idem eiuſdem proprium poſuit. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium: nam idem eidem omne, quid eſt eſſe indicat: quod autem eſſe indicat, non proprium, ſed terminus eſt, vt quia qui dixit honeſti proprium decens eſſe, idem eiuſdẽ proprium aſsignauit (idem enim eſt honeſtum & decens) non vtique erit decens honeſti proprium. Conſtruenti autem, ſi non eiuſdem proprium aſsignauit, cum conuerſim prædicatum poſuit. Nam erit proprium quod poſitum eſt non eſſe proprium: vt quia qui poſuit animalis proprium id quod ſubſtantia animata, non idem quidem eiuſdem proprium poſuit, & conuerſim prædicatum aſsignauit, erit animalis proprium ſubſtantia animata. Deinde etiam in iis, quę ſimilium partium ſunt, conſiderandum eſt: deſtruenti quidem ſi quod

D

54. locus. Declaratio.

E

55. locus. Declaratio.

F

56. locus. Declaratio.

57. locus. Declaratio.

58. locus. Declaratio.

totius eſt proprium, non verificaſ de parte: aut quod partis, non dicitur de toto. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe propriũ: accidit aũt in aliquibus hoc fieri: aſsignabit enim aliquis in iis quę ſimilium partium ſunt propriũ aliquoties quidem in toto reſpiciens, aliquoties aũt in eo quod ſecundum partem dicitur ipſe ſeipſum intelligens: at erit neutrũ recte aſsignatum, vt in toto quidẽ, quia qui dixit matis propriũ, plurima aqua ſalſa, alicuius ſimilium partium poſuit proprium, & tale aſsignauit quod nõ verificaſ de parte (non. n. erit quidã maris plurima aqua ſalſa) non vtiq; erit maris proprium plurima aqua ſalſa. In parte aũt, vt quia qui poſuit aeris propriũ, reſpirabile, ſimilium quidẽ partiũ alicuius dixit proprium, tale aũt aſsignauit quod de quo aere verum eſt, de toto aũt non dicitur (non enim erit vniuerſus aer reſpirabilis) non erit vtiq; aeris propriũ reſpirabile. Aſtruenti aũt, ſi verificaſ de vnaquaq; ſimilium partium quod eſt propriũ earum ſcñm totum. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe propriũ: vt quia verificatur de omni terra deorſum ferri ſcñm naturam: eſt aũt & non propriũ alicuius terræ ſecundum totum (nam ſecundum terram, & id quod eſt terram eſſe) erit terræ proprium deorſum ferri ſecundum naturam.

59. locus. Declaratio.

B

Sermo de locis, quibus cõſtituimus an bene poſitũ ſit ꝓpriũ.

LOCA autem, quibus conſtituimus an bene poſitum ſit proprium, ſunt hæc. Quorum primus eſt, ſi proprium fuerit notius re, cui poſitum eſt proprium, iam bene poſuit ipſum: ſi autem non fuerit notius, non fecit bene ponendo ipſum: hoc autem fit duobus modis. Quorum vnus eſt, ꝙ proprium ſecundum ſe non ſit notius quam res, cuius eſt proprium, verbi gratia qui poſuit quod ignis propriũ ſit quod animæ. eo ꝙ ſimillimus ſit oium rerum. Iam vſus eſt vt dignoſceret animã igne, eo quod ſecundum ſe eſt quid latentius ignis: maiorem enim notitia habemus de igne, quam de anima. Secundus autem eſt, ꝙ non ſit maior cognitio eſſendi rem, cuius eſt proprium ꝯ cognitio in eſſendi proprium habenti proprium: quoniam vt proprium cognoſcatur indiget duabus rebus, quarum vna eſt, qđ ſecundum ſe ſit notius eſſe ꝯ habens proprium.

C Secunda autem quod ſit notius ineſſe habenti proprium, ꝯ habens proprium. Exempli gratia, qui poſuit ignis proprium, ꝙ ſit res, qua anima primo ſit, iam vſus eſt in dignoſcendo ignis proprium re, quã eſſe eſt latentius igne. Deſtruẽs itaq; deſtrueret, quia proprium caret altero horum duorum modorum prioritatis cognitionis. Cõſtruens vero conſtrueret ꝙ bene poſitum ſit proprium, quando eius ſunt hæ duæ ſpecies prioritatis cognitionis, verbi gratia qui denominauerit animal, ꝙ ei ſit ſenſus, iam illud denominauit per id, quod eſt duobus modis notius.

Locus ſecundus eſt, quod proprium dixerit oratione æquiuoca, verbi gratia quando dicimus, ſentit, ſignificamus duo ſignificari, quorum vnum eſt, quod denominetur per ſenſum, & ſi dormiat. Alterum autem eſt, ꝙ vtatur ſenſu: proprium enim, quando hoc modo profertur, latet: ſine proprium ſit de his, quæ ſignificanꝫ ſimplici dictione, aut oratione: expedit itaq; in locis, quibus diximus, ꝙ fugiat æquiuocationem huius cõditionis. Et ſicut deſtruens deſtrueret proprium, quando poſitum fuerit huius conditionis, ſic conſtruens ipſum cõſtrueret ex hoc eodem loco, quã do enim expreſſum ſit proprium ſimplici dictione, aut oratione non æquiuoca, iam poſitum eſt poſitione bona: exemplum huius de proprio, quod ſignificatur per orationem, eſt, prout quis dixerit, ignis eſt corpus, cuius conditionis eſt moueri ad ſupremum locum velocius, quam poſſit eſſe, quia nulla dictionum occurrentium in hac oratione eſt æquiuoca, neq; in

compositione, quæ fit ex illis dictionibus, est æquiuocatio pœnitus. Et prope D
hunc est, qui poneret proprium æquiuocum, ꝙ res, quæ per proprium denominatur, significetur per orationem æquiuocam: hoc enim modo nõ esset propriũ positum, prout expedit illi, qui dicit, quod animæ proprium sit ipsam esse immortalem, & non explicat q̃ suarum partium sit huius denominationis. Construens autem argumentatur, ꝙ positum sit proprium bona positione, quando eloquuntur de habente proprium orationem, non æquiuoca. Vt qui diceret, ꝙ homo sit animal, iam positum esset proprium, prout expedit, quia hominis nomen non est æquiuocum.

Tertius locus est, quod aliqua rerum, quæ sumuntur in proprium repetitum, quando proprium repetitum conturbaret audientem, & poneret orationem latentem; orationis autem repetitio fit duobus modis. Quorum vnus est, ꝙ vnũ ipsum idem nomen fiat bis, prout est sermo dicentis, quod terra sit substantia de corporibus, quæ naturaliter feratur in infimum locum, substantia enim intrat in corpus: & hoc quidem apparet, quando loco corporis vtatur substantia talis denominationis. Et destruens destrueret proprium, quando ipsum terminaret per alteram duarum denominationum, & qui verificaret proprium ipsum, confirmaret ꝙ in eo non fiat vnum nomen bis repetitum, verbi gratia, qui dixerit quod hominis proprium sit esse disciplinabile, iam poneret proprium B
prout expedit, & non vteretur hic nomine repetito.

Quartus locus est quod nõ insit proprio res communis omnibus rebus, verbi gratia, qui diceret quod scientiæ proprium sit, ꝙ sit opinio, in qua non mutatur assertio a syllogismo, ex quo est vna forma, quæ non auferrur: vnũ enim inest omnibus rebus. Et destruens destrueret, ꝙ proprium positum sit aliter, q̃ expediat. Et ex hoc loco verificaret, qui assereret ipsum quod positũ sit prout expedit, quando non fuerit in eo posita res communis, sicut qui posuit quod animalis proprium sit habere animam: in anima enim nõ est res cõior animali.

Quintus locus est, si quis ponat rei plura propria, præter ꝙ hoc explicet, ille non bene ponet ipsum proprium, verbi gratia, qui poneret de ignis proprio q̃d sit tenuissimum corporum, & leuissimum ipsorum, iam poneret illi plusquam unum proprium: nam inter diuulgata æstimatur, quod sicut expedit definitionẽ esse vnam, cui non addicur aliqua res, præter quod significat essentiam, sic proprium expedit esse vnum: hoc autem est diuulgatum, non verum, quia non est impossibile rei esse multa propria: asserens autem assereret, quod positum erat, vt expedit, quando non fuerint plura propria, verbi gratia, vt qui dixit quod humoris proprium sit omnem figuram suscipere.

Sextus autem locus est, quod non sit positum proprium, quod est res posterior in essendo, quam res, cui est proprium, & præcipue, quando fuerit pars illius, & non id, quod est, & res, cuius est proprium sint simul in essendo, sicut F
duo opposita: hæc enim omnia non ponerent rem notiorem, hoc autem est secundum diuulgationem: sin autem, non euadit, quin posterius in essendo sit notius, & quod propetium sit notius, quam si aliqua pars rei, cuius est proprium: tanto fortius quod duarum rerum, quæ sunt simul natura, vna sit notior altera. Exemplum illius est, qui fecerit rem posteriorem in essendo, ac si esset proprium, prout est ille, qui dixit, quod animalis sit proprium quod sit substantia, cuius species est homo: hic autem vtitur quodam proprio, quod est pars rei. Et exemplum illius, qui facit proprium ab ipso opposito, est, prout ille, qui dixit, quod proprium boni sit oppositum mali. Destruens autem destrueret, quia positum esset proprium aliter, q̃ expediat. Asserens autem assereret, quod positum sit, prout expedit, quando non sit ab opposito, neque posterior. Expedit autẽ scire, quod, quando proprium sumitur secundum modum priuationis & habitus, quod habitus sit notior priuatione, sicque & affirmatiuum notius est negatiuo. Hæc itaq; sunt loca, quibus possumus nobis constare, q̃d proprium positum sit, prout expedit, aut q̃d non sit ita positũ. Reliqua aũt loca, q̃ Arist. narrauit in hoc capitulo, ait Themistius, q̃d subintrẽt loca, qbus nobis constat, q̃d id, q̃d positũ est ꝓpriũ, nõ sit propriũ: & argumẽtat ad hoc, ꝙ Ari. illa repetit,

A & dinumerat in summa illorũ locorum. Verisimile aũt est, ꝙ illic sit aditus ad ambo capitula simul, sed duobus differentibus modis: id enim, quod non est proprium, dicitur duobus modis, quorum vnus est quod careat aliqua dispositione, qua diceretur de illo proprium, quouis modo dicatur proprium. Secundus autem est, ꝙ priuatio illius, de quo dicitur proprium, sit in præmissa, & huius rei prædicata differunt secundum magis & minus: prædicatum enim de re ipsius proprij, est quædam res nimis imperfecta, quæ posset numerari in duobus capitulis, quando autem non consideraretur hæc res, esset in capitulo, quo id, quod positum est proprium, non sit proprium, & quando consideratur secũdum illud, potest numerari in capitulo illius, quod id, quod positum est propriũ, sit positum aliter q̃ expediat. Tu autẽ exprimas & distinguas loca, quæ retulit Arist. in duobus capitulis, ꝙ sint huius conditionis. Et incipiemus loca, quibus constituemus ꝙ id, quod dicitur proprium, non sit proprium. Expedit autem vt scias prout ait Themistius, ꝙ bases horum locorum sunt tres, quarũ vna est, quod proprium insit rei semper. Secunda, quod sit prædicatione conuertibile. Et tertia est, quod non significet rei quidditatem. Et conuenit etiam scire, quod destruitur proprium, quando deest ei vna harum trium basium. Et ꝙ non constituatur, nisi quando simul congregatæ fuerint. Et exemplum illius, quod non inest semper, est, qui poneret quod proprium sit animali quiescere, quod non inest semper, est, qui poneret quod proprium sit animali quiescere,
B aut moueri; quies enim, aut motus insunt illi aliquando. Et exemplum illius, qui poneret proprium non conuertibile est, vt qui dixerit quod homini proprium sit esse animal rationale meditatiuum & negotiatiuum. Et expedit quod postea incipiamus loqui de locis, quæ reducuntur ad has bases.

Huius itaque initiũ est locus, quod non ponatur proprium secundum rei naturam, sed secundum sensum, prout dicebatur, ꝙ sol sit astrum lucidissimum, quod mouetur supra terram, nam verum est de illo hoc proprium toto tempore, quo sol perseuerauerit sentiri notum autem est quod hoc proprium non inest, semper: & similiter quando diceretur, quod colori proprium sit visu esse comprehensum, quando enim non videtur, iam ablatum est proprium.

Secundus locus est, quod non ponatur genus in proprium, vt qui diceret, quod pari proprium sit, quod sit in duas æquas partes diuisibilis: ponens enim hoc, poneret proprium, quod non est, & notum est, quod huic proprio desit conuertibilitas: diuisibile enim in duas æquas partes prædicatur de quantitate continua, & discreta: quando autem meminerit de nomine numeri, conuertetur prædicatione.

Tertius locus est, quod ponatur proprium prædicatum præter naturaliter, & hoc fit quod ponatur habens proprium proprij proprium: id autẽ, quod hoc modo positum est, non est proprium: cuius exemplum est, vt qui posuerit igni
C quod est esse subtilissimarum partium inter corpora, & quod sit proprium ipse eueniret illi, qui poneret proprium hac positione, quod sit vnum proprium plurium rerum, & hoc, quando vni rei inessent plura propria, sicque quando poneret ipsammet rem proprium, poneret vnum proprium multarum rerum: hoc autem est falsum.

Quartus locus est, quod non ponatur ipsa differentia proprium, vt dicatur quod homini proprium sit rationale, huic enim deest, quod non notificet rei essentiam, hoc est, notificationis priuatio, differentia enim notificaret rei essentiam. Expedit autem scire, quod quisuis horum locorum verax est, si fiat in constituendo, quando duę reliquæ bases fuerint notæ inesse rei, quæ posita est esse proprium, verbi gratia, quia dum dicimus de homine, ꝙ sit animal scientiæ susceptiuum, quando secundum hanc positionem commonstratum fuerit, illud non esse differentiam, & cum hoc pateat de eius re, quod sit conuertibile & necessariæ prædicationis, verificatum est, quod hoc sit illi proprium.

Quintus locus est, quod id, quod positum est alicui rei proprium, non sit proprium ex parte, qua significat illam secundum vnum suorum nominum suorũ nominum synonymorũ, verbi gratia, quia ex quo non est proprium rei quæsitæ patefieri quibusdam vitis ipsam esse bonam, non fit hoc propriũ eligibilis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si enim esset proprium eligibilis, esset proprium quæsiti. Construens autem D
construeret per huius contradictorium, scilicet ꝙ ipsummet proprium insit vni eidem rei, & si illius sint nomina synonima, verbi gratia, in nominis proprium sit ipsius animæ esse tres partes, cogitatio irascens, & concupiscens, & viri proprium sic est: homo.n. & vir sunt nomina synonyma.

Sextus locus est, quod alicui specierum, quæ subsunt vni generi, positum sit proprium, cui est contrarium, non oportet contrarium esse proprium speciei, quæ cum illa sumpta fuit in genere, verbi gratia, quia ex quo homo & equus sunt duæ species, quæ subsunt animali. Et si hominis proprium esset motus ex se, non esset equi proprium quies ex se. Construens autem construeret per contradictorium illius, quo destruit destruens: hic autem locus sit verax, si numerus propriorum contrariorum, quibus dividitur genus, esset numerus specierum: res vero contra se habet, & ille est locus mendax, & cum hoc modicæ persuasionis.

Septimus locus est, quo sophistæ destruunt quod positum est proprium, non esse proprium. Et hic quidem septimus locus est ex parte æquivocationis nominis vnius, & alterius, quando enim aliquis poneret aliquod proprium alicui rei, vt risibilitatem homini, gratia exempli, & homini accideret multæ res, vt quod ille sit arabs, & quod sit balbutiens, & sophista sumeret, ꝙ homo & homo albus sint vna res numero, sequeretur hinc, quod risibilitas esset B
proprium hominis albi, & niger non esset risib ilis. Quando autem diceretur ꝙ homo absolute, & homo albus essent duæ res, destrueretur sophisma. Locus aũt sophismatis fuerat, quia posita erant duo vnum. Et forsasse falleret huius contraria ponendo vnum duo, prout quis poneret scientię proprium immutabilẽ opinionem, & destruerent hoc, ex quo hoc proprium est scientis, & non est moris ipsius proprij inesse duabus rebus: huius autem sophismatis dissolutio est, quia scientia & sciens sunt duo secundum rationem, & vnũ subiecto: vel dicemus, quod proprium vnius non sit proprium alterius; scientia enim in vno significat, quod non est in subiecto, & in sciente significat quod est in subiecto scientia enim est immutabilis opinio, sciens autem non esset homo, nisi eius scientia mutaretur.

Octauus locus est, in quo potest falli ex quo enim moris ipsius proprij est, quod illi, cuius est proprium, naturaliter insit, ponens autem omissi apponere conditionem ad ipsum, quod insit illi, cuius est proprium, hic modus. Sophista enim falleret ponendo proprium aliquando separari ab eo, cuius est proprium, exempli gratia, vt qui diceret, quod homo sit bipes, erraret. Destruens autem diceret, quod pedibus excisus, non haberet hoc proprium, quando vero superadderetur naturaliter, auferretur hoc sophisma. F

Nonus locus etiam est, in quo potest falli: quando enim moris ipsius proprij est esse proprium, quatenus est prædicatum prima prædicatione, ponens autẽ omittat adijcere illi hanc conditionem, posset illud destrui. Id enim, quod potest inesse illi, cuius est proprium, & alij ab eo, non est illi proprium: Vt verbi gratia, qui diceret, quod superficiei proprium sit colorem suscipere. Sophista autem destrueret illud, quia de corpore verum est dicere, ꝙ suscipiat colorem. Quando autem ponens distinxerit, dicendo ꝙ superficies suscipiat colorẽ primo, & corpus illum recipiat mediante superficie, auferetur sophisma. Et similiter semper, quando alicuius rei est aliqua conditio, & illam ponens omiserit, & illam posuerit absolute, euentet ei tale sophisma. Prædicatio enim multorum prædicatorum est verax conditione, prout dicendo, ꝙ sit naturaliter, vel acquisitum, aut potentia prima vel secunda. Et ideo expedit illi, qui proponit bene ponere proprium, quod caueat ponere absolute id, cuius moris sit poni conditionaliter.

Decimus locus est totalis, ꝙ sumatur res, quæ inest secundum magis & minus de quibusdam rebus, quæ differunt secundum hanc rem secundum magis & minus, & ponatur proprium toti, prout qui dicit, ignem esse tenuissimam rerum, hoc enim verum est de vna specierum ipsius ignis, quæ est ipsum lu-

A men (quoniam vt ait Plato) ignis sunt tres partes, flamma, & lampa, & carbo. Huius autem causa est, quia excelsiuæ res non possunt videri in multis rebus, siue illæ res sint vt species in genere, siue vt partes in toto.

Vndecimus locus est, quod ponatur proprium eximio secundum comparationem: accidit enim hinc, quod nomen non sit verax de eo, de quo est veræ oratio significans proprium. Exempli gratia, qui dixerit, quod ignis proprium sit esse corporum leuissimum, & equi proprium esse quod sit animalium velocissimum. Posset enim auferri ignis, & esset leuissimus ipse aer, gratia exempli, sicque posset auferri equus, & aliud esse omnium animalium velocissimũ, quod esset animal illi succedens secundum velocitatem, hoc vero esset propriũ apud illum, qui sciret, ꝙ impossibile sit vnquam auferri ignem, aut equi speciem.

Duodecimus locus est, quod ponamus rem sui ipsius proprium, hoc autem contingit, dum rei fuerint duo nomina synonima, quia quod positũ est propriũ, non est propriũ. Et notũ est de re huius loci, quod qui illum ponit, erret circa proprium, verbi gratia vt qui diceret quod pulchri propriũ sit esse formosum: pulchrum enim & formosum sunt duo nomina synonyma.

Tertiusdecimus locus est, quia propriũ, qñ positum fuerit corporibus ho-
B mogeneis, expedit ꝙ insit omnibus partibus illorum corporum, qñ vero ineesset maiori parti, & non ineesset minori, aut ineesset minori, & non ineesset maiori, quod positum est proprium, non est proprium. Et exemplum illius, quod ineest maiori parti suarum partium, & non ineest toti, sit vt qui dixerit, quod maris ꝓprium sit ipsius aquã esse falsum. Exemplũ autem illius, quod positũ est de parte, & non de toto est, vt oratio illius qui dixerit, quod aer inspiretur, inspiratũ enim est pars illius. Construens vero, qñ construxerit, quod proprium sit de omnibus partibus, & ꝙ reliquę aliæ bases intiq. iã constructum est ipsum proprium. Exempli gratia, vt qui diceret quod proprium sit terræ ferri deorsum naturaliter, hoc enim inest omnibus partibus, sicut inest toti.

Quartusdecimus locus est, ꝙ proprium sit positum in potentia illi, cuius est proprium, & vltra quod applicetur illius esse potentiam per rem, quæ possit esse. & auferri: gratia exẽpli, vt qui dixit, quod colorũ propriũ sit, quod sint vt fibules in potẽtia, qñ si imaginer ablatio & priuatio animalis, auferretur hoc propriũ, nisi apud illũ, qui coniectatur, quod impossibile sit priuari animal, per hoc.n. posset destrui ipsum propriũ. Construens aũt est contra hoc, nõ.n. sit applicatio potentię rei, cuius positũ est propriũ per rẽ, quę primo affatu imaginer priuari, vt gratia exẽpli, qui dixerit, ꝙ entis propriũ sit agere & pati.

Hęc sunt oia loca ꝓpria ipsi ꝓpio, reliqua aũt residua loca sunt cõia oibus
C quæstis, & sunt vniuersaliter quę sumunt ab oppositis, aut a simili, aut ab eo, qđ est magis & minus, & æquale, aut a casibus & coniugatis, aut a generatione & corruptione. Et incipiemus hoc secundum Aristo. doctrinam, sit enim in hoc exercitium quoddam.

De locis communibus omnibus quæsitis, quæ sumũtur ab oppositis, aut a simili, aut ab eo, quòd est magis & minus, et æquale, aut a casibus, & cõiugatis, aut a generatione et corruptione. Cap. III.

6o. Locus. Declaratio.

DEINDE ex oppositis considerandũ est, primum quidem ex contrariis: destruenti quidem, si contrarii nõ est contrarium. Neque enim contrarii erit contrarium proprium: vt quia contrarium est iustitiæ quidem iniustitia, optimo autem pessimum: non est autem iustitiæ propriũ, optimũ, non erit iniustitiæ propriũ pessimũ. Construenti autem, si contrarii contrarium proprium est, & contrarii contrarium proprium erit. Vt quia contrarium est bono quidem

61. Locus Declaratio.

malum,eligendo autem fugiendum:est autem boni proprium eligendum:erit mali proprium fugiendum. Secundum autem, ex iis quæ ad aliquid sunt: destruenti quidem, si hoc,quod ad aliquid est,eius quod est ad aliquid,nō est proprium. Neque enim hoc quod aliquid est,eius quod ad aliquid est,erit proprium: vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium,superans autem ad superatum: non est autem dupli proprium superans, non erit dimidii proprium superatum. Construenti autem,si eius quod est ad aliquid, hoc quod ad aliquid est proprium:& eius quod est aliquid,id quod est ad aliquid erit proprium. Vt quia dicitur duplum quidem ad dimidiū id esse quod duo ad vnum: est autem dupli proprium vt duo ad vnum: erit dimidii proprium,vt vnum ad duo. Tertium autem, destruenti quidem, si habitus, id,quod secundum habitum dicitur,non est proprium, neq; profecto priuationis,id quod secundum priuationem dicitur,erit proprium: & si priuationis,id quod secundum priuationem dicitur non est proprium,neque habitus, id quod secūdum habitum dicitur erit proprium. Vt quia non dicitur surditatis proprium insensibilitatem esse, neque auditus erit proprium sensum esse. Construenti vero, si quod secundum habitum dicitur,est habitus proprium: & priuationis,id quod secundum priuationem dicitur erit proprium: & si priuationis,id quod secundum priuationem dicitur,est proprium,& habitus quod secundum habitum dicitur erit proprium. Vt quia visus est proprium videre, secundum quod habemus visum: erit cæcitatis proprium non videre,secūdum qđ non habemus visum, nati habere. Deinde ex affirmationibus:& negationibus primū quidē ex ipsis quæ prædicantur. Est aūt locus hic vtilis destruenti tantum:vt si affirmatio,vel quod secundum affirmationem dicitur,eius est proprium, nō erit profecto eius negatio,neque quod secundum negationem dicitur proprium:si autem sit negatio, aut quod secundum negationem dicitur proprium,eiusdem non erit affirmatio, neque quod secundū affirmationem dicitur proprium:vt quia proprium animalis est animatum,non erit animalis proprium,non animatum. Secundum autem ex prædicatis, vel etiam non prædicatis, & de quibus prædicatur,vel non prædicatur:destruenti quidem, si affirmationis affirmatio non est proprium. Neque enim negatio negationis erit propriū: & si negatio negationis non est proprium,neque affirmationis affirmatio erit proprium:vt quia non est proprium hominis animal, neque non hominis non animal:si autem nō hominis nō videtur proprium nō animal,neque hominis erit proprium animal. Construenti autem,si affirmationis affirmatio est propriū. Nam & negatio negationis erit proprium:si autem negationis negatio est proprium, & affirmatio affirmationis erit proprium:vt quia non animalis est proprium non viuere,erit animalis proprium viuere: & si animalis proprium videtur viuere,& non animalis proprium videbitur non viuere. Tertium autem ex ipsis subiectis. destruenti quidem, si quod assignatum est proprium,affirmationis est proprium. Non erit enim idem & negationis proprium:si autem negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium: vt quia animalis proprium est animatum,non animalis non erit proprium animatum. Construenti vero,si assignatum proprium non est affirmationis proprium,erit negationis. At hic locus deficit:nam affirmatio negationis,& negatio affirmationis non est proprium, quandoquidem affirmatio negationi omnino non inest:negatio autem affirmationi inest quidem, at non vt proprium inest. Deinde ex iis quæ ex oppositio diuiduntur:destruenti quidem, si eorum quæ ex oppositio diuiduntur, nullum ullius reliquorum ex oppositio diuersorum est proprium. Neque enim quod oppositum est,erit proprium eius cuius positum est proprium:vt quia animal sensibile nullius aliorum mortalium animalium est ꝓprium,non erit animal intelligibile Dei proprium. Construenti autem,si cæterorum quæ ex oppositio diuiduntur quoduis est proprium talium quorumcunque eorum quæ ex oppositio diuiduntur. Nam reliquum erit eius proprium,cuius positum est non esse ꝓpriū: vt quia prudentiæ est proprium,per se natum esse rationalis virtutē esse,& aliarum virtutum sic vniuscuiusque sumptæ:erit temperantię ꝓprium per se natum esse concupiscibilis virtutem esse. Deinde ex casibus: destruenti quidem, si casus non est casus proprium. Neque enim casus erit proprium casus:vt quia non est eius quod est iuste ꝓprium id quod bene, neque iusti ꝓprium erit bonum. Construenti autem,si casus est proprium casus. Nam & casus erit casus propriū: vt quia hominis est ꝓprium gressibile bipes: & homini erit ꝓprium gressibili bipedi dici. Non solum autem in eo quod dictum est secūdum casus est considerandum,sed & in oppositis, quemadmodum & in prioribus locis dictum est: destruenti quidem, si oppositi casus, nō est ꝓprium oppositi casus. Neque enim oppositi casus erit proprium oppositi casus:vt quia non est eius quod est iuste proprium quod bene,neque iniuste erit ꝓprium quod male. Construenti vero,si oppositi casus est proprium oppositi casus. Nam & oppositi casus, erit ꝓprium oppositi casus: vt quia honesti est proprium optimum, & inhonesti erit proprium pessimum. Deinde ex iis quæ similiter se habent:destruenti quidem,si quod similiter se habet,eius quod similiter se habet,non est proprium. Neque enim quod similiter se habet,eius quod similiter se habet erit ꝓprium:vt quia similiter se habet ad extruendum ædificium ædificator,&'medicus ad efficiendum sanitatē: non est autem proprium medici efficere sanitatem, neque ædificatoris erit proprium,extruere ædificium. Construenti autem,si quod similiter se habet erit proprium eius quod similiter se habet Nam & quod similiter se habet, eius quod similiter se habet erit proprium: vt quoniam similiter se habet medicus ad id,quod est esse effectiuum

64. Locus. Declaratio.
65. Locus. Declaratio.
66. Locus. Declaratio.
67. Locus. Decleratio.
68. Locus. Declaratio.
69. Locus. Declaratio.
70. Locus. Declaratio. Annotatio.
71. Locus. Declaratio
72. Locus. Declaratio.
73. Locus. Declaratio.
74. Locus. Declaratio.
75. Locus. Declaratio
76. Locus. Declaratio.
77. Locus. Declaratio.
78. Locus. Declaratio.
79. Locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanitatis,& ludi magister ad id,quod est esse effectiuum bonæ habitu D
dinis: est autem proprium magistri ludi esse effectiuum bonæ habi-
tudinis, erit proprium & medici effectiuum esse sanitatis. Deinde
80. Locus. Declaratio. ex iis quæ sic se habent, destruenti quidem, si quod sic se habet, eius
quod sic se habet non est proprium. Neque enim quod sic se ha-
bet,eius quod sic se habet,erit proprium. Si autem eius quod sic se
habet,id,quod sic se habet,est proprium,eius non erit proprium, cu-
ius positum est esse proprium. Vt quia sic se habet prudentia ad hone-
stum & turpe,eo quod disciplina vtriusque eorum est: non est autem
prudentiæ proprium disciplinam esse honesti,non vtique erit propriũ
prudentiæ disciplinam esse turpis:si vero est proprium prudentiæ di-
sciplinam esse honesti,non erit proprium eiusdem disciplinam esse
turpis:impossibile est enim eiusdem plura esse propria. Construen-
81. Locus. Declaratio. ti vero nihil locus iste vtilis:nam quod sic se habet, vnum ad plura
comparatur. Deinde destruenti quidem,si quod secundum esse di- E
citur,non est eius quod secundum esse dicitur proprium. Nam neq;
corrumpi eius quod est secundum corrumpi:neque generari eius qđ
secundum generari dicitur,erit proprium. Vt quia est hominis pro
prium esse animal,neque eius quod est hominem generari, erit pro-
prium generari animal, neque eius, quod est hominem corrumpi,
erit proprium corrumpi animal. Eodem autem modo accipiendum
est & ex generari ad esse & corrumpi,& ex corrumpi ad esse & gene-
82. Locus. Declaratio. rari, quemadmodum dictum est nunc ex esse ad generari & corrum-
di. Construenti autem,si eius quod est secundum esse ordinatum est.
Est autem per se,ordinatum proprium:nam & eius quod secundum
generari dicitur,erit hoc quod secundum generari dicitur proprium,
& eius quod secundum corrumpi,hoc quod secundum corrumpi est
assignatum: vt quia hominis est proprium esse mortalẽ, & eius,quod
est generari hominem, erit proprium generari mortalẽ, & eius quod
est corrumpi hominem,corrumpi mortalem. Eodem autem modo F
83. Locus. Declaratio. accipiendum est & ex generari,& corrumpi:& ad esse, & ad ipsa ex
ipsis fieri:quemadmodum & in destruenti dictum est. Deinde inspi
ciendum ad idem suppositi:destruenti quidem,si ideæ non ineſt, aut
si non qua id dicitur,cuius est prodrium assignatum. Non enim erit
proprium quod positum est esse proprium:vt quoniam ipsi homini
84. Locus. Declaratio. non inest quiescere qua homo est,sed qua idea,non erit hominis pro-
prium quiescere. Construenti autem,si ideæ inest, & secundum hoc
inest qua dicitur de illo ipso,cuius positum est non esse proprium.
Erit enim proprium quod positũ est non inesse proprium: vt quoniã
85. Locus. Declaratio. inest ipsi animali ex anima & corpore compositum esse, & qua ani-
mal est ipsi inest id,erit proprium animalis ex corpore & anima com
positũ esse. Deinde ex magis & minus. Primum quidem destruenti,
si quod magis est,eius quod magis non est proprium. Neque enim
quod minus est,eius quod minus erit proprium:neque quod minime

A eius quod minime:neque quod maxime eius quod maxime:neque qđ
simpliciter eius quod simpliciter:vt quia nõ est magis colorari magis
corporis ppriũ:neq; minus colorari minus corporispropriũ erit,neq;
colorari corporis omnino. Cõstruẽti aũt,si qđ magis est eius qđ ma- 86. Locus. Declaratio.
gis est,est propriũ. Nã quod minus est,eius quod minus est erit pro-
priũ:& quod minime,eius quod minime:& quod maxime,eius quod
maxime:& quod simpliciter,eius quod simpliciter: vt quia magis viu-
entis magis sentire est propriũ:& minus viuẽtis minus sentire, erit
propriũ:& eius quod maxime id quod maxime,& eius quod minime
id quod minime,& eius quod simpliciter,id quoq; quod simpliciter. 87. Locus. Declaratio.
Et ex eo aũt quod simpliciter,ad ead ẽ cõsiderandũ:destruenti quidẽ, 88. Locus. Declaratio.
si quod simpliciter,nõ est proprium. Neque enim quod magis est eius
quod magis,neq; quod minus eius quod minus, neq; quod maxime
eius quod maxime,neq;quod minime eius quod minime,erit ppriũ:
B vt quia nõ est hoĩs ppriũ studiosum,neq; magis hoĩs, magis studio- 89. Locus. Declaratio.
sum erit ppriũ. Cõstruenti aũt,si quod simpliciter est,eius quod sim-
pliciter est propriũ. Nã & hoc quod magis eius quod magis, & quod
minus eius qđ minus,& qđ minime eius qđ minime, & quod maxime
eius quod maxime,erit propriũ:vt quia est ignis ppriũ sursum ferri se
cundũ naturã,& magis ignis erit magis ppriũ sursum ferri scđm na- 90. Locus. Declaratio.
turã:eodẽ modo cõsiderandũ est & ex aliis huiusmodi. Scđm aũt, de-
structi quidem,si quod magis est,non est eius quod magis est pro-
priũ. Neq;.n.quod minus est eius quod minus erit propriũ:vt quoniã
magis est propriũ animalis sentire quã hominis scire, non est autem
aialis proprium sentire,quare non erit hominis proprium scire. Con-
structi aũt,si quod minus,eius quod minus est proprium. Nam &
quod magis eius quod magis erit propriũ:vt quia minus est propriũ
hominis mãsuetũ natura quã animalis viuere: est aũt hominis ppriũ
mansuetũ natura,erit proprium animalis viuere. Tertiũ vero,destruẽ 91. Locus. Declaratio.
C ti quidem,si cuius magis est,propriũ non est. Neque.n.cuius est mi-
nus propriũ,erit eius propriũ:si autem illius est propriũ,non erit hu-
ius ppriũ:vt quia colorari magis superficiei quã corporis est propriũ,
nõ est aũt superficiei propriũ,non erit corporis proprium colorari: si
vero est superficiei propriũ,non erit corporis proprium. Construenti
autem hic locus non est vtilis:nã impossibile est idẽ plurium propriũ
esse. Quartum destruenti quidem,si quod maius est eius proprium, 92. Locus. Declaratio.
non est proprium,neq; profecto quod minus est eius proprium, erit
proprium. Vt quia magis est proprium animalis sensibile quam par-
tibile,non est autem animalis sensibile proprium: quare non erit ani 93. Locus. Declaratio.
malis partibile proprium. Construenti autem:si quod minus est eius
proprium, est proprium. Nam & quod magis est eius proprium,
erit proprium: vt quoniam minus est proprium animalis sentire
quam viuere: est autem animalis proprium sentire,erit animalis pro- 94. Locus. Declaratio
prium viuere. Deinde ex his,quæ similiter insunt, primum qui-

dem destruenti, si quod similiter est proprium, non est proprium eius D
cuius similiter est proprium. Neque enim quod similiter est propriũ
erit proprium eius cuius similiter est proprium: vt quia similiter est
proprium concupiscibilis concupiscere, & rationalis ratiocinari: nõ
95. Locus, Declaratio. est autem proprium concupiscibilis concupiscere, non erit rationa-
lis proprium ratiocinari. Constructi vero, si quod similiter est pro-
prium, eius est proprium, cuius est similiter proprium. Nam & quod
similiter est proprium, erit eius proprium cuius similiter, est propriũ:
vt quia similiter est rationalis proprium primum prudens, & concu-
piscibilis proprium primum temperans: est autem rationalis primũ
prudens: erit igit concupiscibilis proprium primum temperans. Se-
96. Locus, Declaratio. cundum autem, destruenti quidem, si quod similiter est proprium nõ
est proprium eius. Nam neque quod similiter est proprium, erit pro-
priũ ejus: vt quia similiter est proprium hominis videre, & audire,
97. Locus, Declaratio. non est hominis proprium videre, non vtique hominis proprium E
audire. Constructi vero, si quod similiter est eius proprium, est, p-
prium. Nam quod similiter est eius proprium, proprium erit: vt quia
similiter est proprium animæ, aliquid partium eius primo esse concu-
piscibile, & rationale primo: est autem proprium animæ, quid partiũ
98. Locus, Declaratio. eius esse concupiscibile primo, erit vtique proprium animæ, quippiã
partium eius esse rationale primo. Tertium vero, destruenti quidẽ, si
cuius similiter est proprium, non est proprium. Neque enim cuius
similiter proprium, erit proprium, si autem illius est proprium, non
erit alterius proprium: vt quia vrere similiter est proprium flammæ,
& carbonis, non est autem flammæ proprium vrere, non erit carbonis
proprium vrere: si autem est flammæ proprium, non erit carbonis
proprium vrere. Constructi autem hic locus non est vtilis: differt
autem quod est ex similiter se habentibus, ab eo quod ex iis est quæ
similiter insunt: quonjam illud quidem secundum proportionem su-
mitur non in eo quod inest aliquid comparatum: hoc autem ex eo F
99. Locus, Declaratio. quod inest, alicui comparatur. Deinde destruenti quidem, si poten-
tia proprium assignans, & non adens assignauit proprium potentia,
cum non contingat ei potentia inesse cum ens non est. Non enim
erit proprium quod positum est esse proprium: vt quia qui dixit ae-
ris proprium respirabile, potẽtia quidem assignauit proprium (nam
tale proprium vt respirari possit, respirabile est) assignauit autem &
ad non esse proprium: nam & cum non est animal quod spirare natũ
ex acre, contingit aerem esse, non tamen cum non est animal, possibi
bile est spirare: quare neque aeris erit proprium huiusmodi possibile
respirari tunc, quia animal non erit quod tale est vt respirare possit:
100. Locus, Declaratio. non ergo erit aeris proprium respirabile. Constructi autem, si potẽ-
tia assignans proprium, tam ad ens assignauit proprium, quam ad nõ
ens, cum contingat potentia non enti inesse. Erit enim proprium qđ
positum est non esse proprium: vt quia qui assignauit proprium,

entis

A entis possibile pati, aut facere potentia assignans proprium, ad ens
assignauit proprium (nam cum ens est, & possibile pati quid, aut
facere erit) quare proprium erit entis possibile pati quid, aut face-
re. Deinde destruenti quidem, si per superabundantiam posuit pro
prium. Non erit enim proprium quod positum est esse proprium: ac-
cidit enim sic assignantibus proprium, non de quo orationem, & no
men verificari: nam corrupta re, nihil minus erit oratio. nam eorum
quæ sunt, alicui maxime inest: vt si quis assignet ignis proprium, cor
pus leuissimum: corrupto enim igne, erit aliquod corporum quod le
uissimum erit: quare non erit ignis proprium, corpus leuissimum.
Constructi autem, si non per superabundantiam posuit proprium.
Erit enim secundum hoc bene positum proprium: vt quia qui posuit
hominis proprium animal mansuetum natura, non superabundantia
assignauit propriũ: erit vtiq; secundum hoc bene positum proprium.

B PRimus itaque illorum sumitur a contrario. Destruens quidem considerat, q si proprii contrarium non est proprium contrariæ rei, cuius est illud propriũ q positũ est proprium, nõ esset ꝓpriũ v. g. quia nisi iustitiæ propriũ sit esse laudabilissimũ, non esset proprium iniustitiæ esse turpissimum. Constructus autem est, si contrarium proprij sit proprium contrario, rei, cuius est illud proprium id, quod positum est proprium, est proprium, verbi gratia, si boni proprium sit esse appetibile, mali proprium est esse abhorribile. Sermo de locis sumptis ab oppositis

Secundus locus est a relatiuo. Destruens quidem considerat, si relatiua proprij non sint propria relatiuis illius, cuius est proprium, illud proprium non est proprium. Verbi gratia, nisi superans sit dupli proprium, superatum non est medij proprium. Constructus vero considerat, si proprij relatiua sint propria relatiuorum illius, cuius est illud proprium, sic illud proprium est proprium, gratia exempli, si dupli proprium sit, quod sit proportione duorum ad vnum, medij proprium est, quod sit proportione vnius ad duo.

Tertius locus est ab habitu & priuatione. Destruens quidem est, si proprium quod dicitur secundum habitum, non sit proprium illius, quod dicitur secundũ habitum: hoc est, quod significatur habitus nomine, id quod significatur priuationis nomine non est proprium illius, quod dicitur priuatiue ideſt quod significatur priuationis nomine. Et si quod dicitur priuatiue non sit proprium priuationis, quod dicitur secundum habitum, non est proprium illius, quod dicitur secundum habitum. Verbi gratia, ex quo priuatio sensus non est proprium surditatis, nec sensus est proprium auditus. Constructus autem est, si quod positiue dicitur, sit proprium illius, quod positiue dicitur, quod priuatiue dicitur est proprium illius, quod priuatiue dicitur. & si quod priuatiue dicitur sit proprium illius quod priuatiue dicitur, id quod positiue dicitur est proprium illius, quod positiue dicitur. Verbi gratia, si videntis propriũ sit videre, cæci proprium est non videre. C

Quartus locus est ab affirmatiua & negatiua. Et huic loco subsunt tria loca. Primo quidem, q̃ considerentur illorum illationes secundum modum conuersionis: quando enim affirmatiua fuerit proprium alicuius rei, negatiua non est proprium illius. Verbi gratia, si hominis proprium sit esse risibile, non sit eius proprium non esse risibile. Et verisimile est hunc non esse locum. Secundus autem locus ab illatione recte. Destruens quidem consideret, si enuntiatio, quæ affirmat prædicatum, non sit proprium enuntiationis, quæ affirmat subiectum: nam quod negat prædicatum, non est proprium illius, quod negat subiectum. Et contra hoc etiam, Verbi gratia, ex quo dicere, quod id, quod est animal, non est proprium illius, quod est homo, dicere id, quod non est animal, nõ est propriũ illius, quod non est homo. Et similiter, ex quo dicere, quod id, qđ non est animal,

non sit proprium illius, ꝙ non est homo, illud, quod est animal, non est proprium D
illius, quod est homo. Tertius autem locus est. Destruens quidem consideret, si
quod affirmat prædicatum sit proprium illius, quod affirmat subiectum: nam
non sit, quod affirmat prædicatum proprium illius, quod negat subiectum, ver-
bi gratia, si animalis proprium sit transpirare, non animalis non sit proprium trã-
spirare: dicere enim transpirare, qñ est proprium illius, qd est dicere, ꝙ sit aial, nõ
sit proprium negationis, quæ est dicere, ꝙ non sit animal. Cõstruens vero consi-
deret, si affirmatiua nõ sit proprium affirmatiuæ, illud est proprium negatiuæ, verbi
gratia, si vegetabile non sit proprium mineralis, non vegetabile sit proprium mi-
neralis: hic autem locus est mendax: affirmatiua enim non est proprium negati-
uæ, immo non ineſt affirmatiua negatiuæ, nisi inquantum negatio non est abso-
lute negatio, sed significat aliquam specierum priuationis, sed negatiua aliquan-
do ineſt affirmatiuæ, sed inquantum negatio non est absolute negatio, ipsa tamẽ
non est ei proprium ex parte, qua est absolute negatio.

Quintus locus affinis est, quod numeretur in contrariis, & est sumptus ex spe
cieibus, in quas diuiditur genus, secundum simile oppositionis: quando enim di-
uiserimus genus in duas species oppositas, & diuiserimus etiam illud in duo euen
tia oppositia, aut plura fuerint euentia, & nulla partium euentorum fuerit proprii
alterius partis illarum specierum, nec alterum euentum est proprium alterius E
speciei, V. g. quia non est proprium mortalis moueri, ex quo orbes cœlestes
mouentur, & sunt immortales: quare non sit proprium animalis immortalis. Con
structio autem sit contra hoc.

Sextus locus numeratur etiam hic, & est, quando fuerint duæ res in duobus
differentibus subiectis: & de illis prædicatur vna res communis, & perinde hæc
res vniuersalis sit proprium vnius harum duarum rerum, quando adiicitur con
ditio, illam ineſſe subiecto huius rei. Sicque illa sit proprium illius alterius rei,
quando iterum adiicitur conditio, illam ineſſe illius subiecto, Verbi gratia. Ex
quo prudentia, & continentia sunt duæ partes animæ in duobus differentibus su
biectis: prudentia enim est in parte rationali, & continentia in parte concupisci-
bili, & virtus est res vniuersalis, quæ ineſt vtrique, & perinde prudentiæ pro-
prium est esse virtutem in parte rationali, ac continentiæ proprium est esse vir-
tutem in parte concupiscibili. Et Aui. ait ꝙ hic locus est scientificus. Locus
autem sumptus a casibus, & coniugatis est, quando consideramus si exemplare
primitiuum non sit proprium exemplaris primitiui, nec denominatiuum sit pro-
prium denominati. Exempli gratia, nisi iustitiæ proprium sit esse secundum
institutionem, non est iusti proprium esse instituentem. Et similiter consideretur
in casibus. Sed non inueniuntur in idiomate arabico. Et aliquando etiam consi-
derandum est a coniugatis oppositorum, verbi gratia, quia nisi iusti proprium sit, F
ꝙ ipse instituat id iustitiæ, quo denominatur, & ex eius animo est sibi coaptatũ,
non esset iniustitiæ proprium, ꝙ id iniustitiæ, quo denominatur, insit illi præter
naturam, hoc est ex institutione. Constructus autem considerare habet huius lo-
ci contrarium.

Locus autem a simili proportionaliter. Destruens quidem consideret, si vnum
duorum propriorum similium non sit proprium vnius duarum rerum similium,
nec alterum ex proprium alterius. Gratia exempli, quia proportio ædificantis
ad domificationem est, sicut proportio medici ad sanationem, & ædificantis non
est proprium ipsa domificatio, sic nec medico proprium est ipsa sanatio. Con-
struens autem consideret, si vnum duorum propriorum similium sit proprium
vnius duarum rerum similium, alterum est proprium alterius: vt, verbi gratia,
quia ex quo proportio medici ad sanationem, est sicut proportio exercitij ad cor
poris tranquillitatem, & proprium exercitij est corporis tranquillitas, sic & me
dici proprium est ipsa sanatio.

Locus autem sumptus a generatione & corruptione est, quod id, quod dicitur
iam genitum & completũ esse, non sit proprium illius, quod iam genitum, et com
pletum est, nec illud, quod est in generationis via, est proprium illius, quod est
in generationis via, verbi gratia, quia non est proprium hominis quod sit ani-

A mal, non est proprium hominis qui generatur, quod generetur animal. Et secun-
dum hoc exemplum consideretur, quid sit inter ꝙ corruptum est, & quod est in
via ad corruptionem. Et similiter iterum consideretur corruptum cum genito
hoc modo: gratia exempli, quia non est proprium hominis geniti ꝙ sit animal,
nec est proprium hominis corrupti corruptio animalitatis ab eo. Construens autẽ
consideret his locis contrarium huius. Gratia exempli. Quia ex quo proprium
hominis geniti est esse loquentem, sic & hominis corrupti proprium est, ab eo
corrumpi elocutionem: & hic locus est scientificus.

Et loca sumpta ab eo, quod est magis & minus, & æquale, primo quidem de
struens consideret, si quod magis non sit proprium illius, quod magis, hoc est, id,
quo prædicatum denominatur per excessum, non sit proprium illius, quo subie-
ctum denominatur per excessum. Sic nec quod dicitur secundum minus, est pro-
prium illius, quod dicitur secundum minus, neque quod dicitur simpliciter, est
proprium illius quod dicitur simpliciter. Exempli gratia, quia ex quo non est qd
dicimus magis generari proprium illius, quod est magis corporari: nec dicimus
quod est minus generari proprium illius, quod est minus corporari, nec quod est
genitum simpliciter proprium illius, quod est corpus simpliciter. Construẽs vero
considerat, ꝙ si quod secundum magis dicitur sit proprium illius, ꝙ dicitur secun-
B dum magis, sic quod secundum minus dicitur, est proprium illius, quod dicitur se
cundum minus, & ꝙ dicitur simpliciter, est proprium illius ꝙ dicitur simplici-
ter, verbi gratia, quia, si diceremus ꝙ id, quod est magis sensus, sit proprium il-
lius, quod est magis corpus, sic illud, quod est minus sensus, est proprium illius qd
est minus corpus, & similiter ꝙ est sensus simpliciter, est proprium illius, quod
est corpus simpliciter. Et sicut consideraumus ab eo quod dicitur secundum ma
gis, ad id, quod dicitur secundum minus, aut ad simpliciter, sic possibile esset con-
siderare ab eo, quod est simpliciter, ad id, quod est secundum magis, aut secun-
dum minus. Destruens quidem, si ꝙ dicitur simpliciter, non sit proprium illius,
quod dicitur simpliciter, nec ꝙ dicitur secundum magis, est proprium illius, quod
dicitur secundum magis, neque quod dicitur secundum minus, est proprium il-
lius, quod dicitur secundum minus. Exempli gratia, quia ex quo non est homini
proprium esse zelotipum, nec est proprium illius, ꝙ est magis homo, quod sit ma
gis zelotipus: neque illius quod est minus homo, ꝙ sit minus zelotipus. Cõstruẽs
autem considerat huius contrarium, si ꝙ simpliciter dicitur, sit proprium illius,
quod dicitur simpliciter, ꝙ dicitur secundum magis, est proprium illius, quod di-
citur secundum magis, & illud, quod dicitur secundum minus, est proprium il-
lius, quod dicitur secundum minus, vt verbi gratia, quia ignis simpliciter pro-
prium est ipsum ferri sursum simpliciter, sic proprium illius, quod est magis
igneum, est ferri magis sursum, & illius, quod est minus igneum, ferri minus sur-
C sum. Aut secundo considerat destruens, si fuerit res, quæ dicatur esse proprium
alicuius rei magis quam dicatur de alia re, quod sit proprium alius rei, & perin-
de quæ dicitur magis esse proprium non sit proprium, nec quod dicitur minus,
est proprium, verbi gratia, si sensus fuerit proprium animalis magis ꝙm sit disci-
plina proprium hominis. Destruens autem incipit a loco minoris. Si illud sit pro
prium sic, & quod dicitur magis est proprium. Et hic quidem locus proportionat
duas res duabus rebus, & est qui præhabitus est in locis accidentis.

Tertio vero destruens consideret, si aliqua res sit magis proprium, quam sit
alteri rei, & illius, cuius prius fuisset proprium, non sit proprium, nec est pro-
prium illius, cuius minus: gratia exempli, ex quo color dignior est esse pro-
prium superficiei, ꝙm corporis proprium, sic si non est proprium superficiei, nec
est proprium corpori. Construens vero non recipit inuamen de hoc loco, quia
non inuenitur vna res, quæ sit proprium duarum rerum: hic autem comparat
vnam rem duabus rebus.

Et quarto destruens considerat, si quod est dignius, esse proprium, non tñ sit
proprium, nec quod non est dignius esse proprium, est proprium, verbi gra-
tia, ex quo animal esse sensitiuum dignius est esse ipsi proprium, quam esse diuisi
bile, perinde esse sensitiuũ non est sibi propriũ, nec esse diuisibile est sibi propriũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Constituens vero considerat, si quod non est dignius esse proprium, sit propriã, D
sic quod dignus est esse illi proprium, est illi proprium. Vt, verbi gratia, ex
quo non est dignius animal esse diuisibile, esse sibi proprium, quam esse sensitiuum, & perinde est sibi proprium, Sensitiuum itaq; est illi proprium. Et hic comparat duas res vni rei. Rursus post hæc consideremus de æqualitate, hoc est de rebus, quæ vno simili modo prædicantur. Primo quidem, quando duæ res fuerint propria duarum rerum vno simili modo, & proinde illarum vna non sit proprium vni illarum, nec altera est proprium alteri, gratia exempli. Ex quo propriũ est ipsius cõcupiscibilis cõcupisci, sicut ratiocinabilis ratiocinari, & proinde non est proprium concupiscibilis concupisci, nec itaque est proprium ratiocinabilis ratiocinari. Si autem vnum esset proprium, & alterum esset proprium, hoc fieret ex comparatione duarum rerum ad duas res.

Et secundus locus fit ex comparatione duarum rerum ad vnam. Quando enim duæ res fuerint propria vnius rei vno simili modo, & proinde vna non sit illi proprium, nec aliud est proprium: vt verbi gratia, quia nostra esset ponere esse hominis proprium ipsum videre, sicut ipsum audire, & perinde ipsum videre non sit proprium, sic etiam nec ipsum audire est illi proprium. Et ita constructione, si vnum sit proprium, & alterum est proprium, gratia exempli. Quia, ex quo nostra esset ponere animæ proprium eius esse partem concupisci E
bilem, prima intentione, sicut nostra esset ponere ipsius proprium esse ipsius partem ratiocinabilem prima intentione. Et perinde, si dicamus quod ipsius esse partem concupiscibilem prima intentione sit sibi proprium, sic est dicendum, quod ipsius esse partem ratiocinabilem prima intentione sit sibi propriũ.

Tertius autem locus est, quod destruens consideret, si vna res comparetur duabus rebus vna comparatione, & non fuerit proprium vni, nec est proprium alteri, vt gratia exempli. Quia combustio est carbonis, sicut est flammæ, si non sit proprium flammæ, nec est proprium carboni. Constituens vero non suscipit iuuamen de hoc loco, ex quo non est vnum proprium duarum rerum. Differentia autem inter locum similitudinis proportionaliter, & similitudinis secundum inhærentiam accidentis est, quia in hoc loco comparatio, & similitudo, quæ inter illa ponitur, est causa, qua intulimus, quod iudicium de proportionalibus sit vnum iudicium: ille autem locus fit, quatenus illis unsit, & negetur ab illis, & non est proportio inessendi illis causa, qua de illis enuntiemus secundum comparationem: & hic expletus est sermo de propriis locis propriis, & communibus

Libri quinti Topicorum Aristotelis

Cum Auer. Finis.

IN TOPICORVM

Librum Sextum

Argumentum.

IN sexto definitionis aguntur loci. cuius negocii quinque partes. Sed hæc duo prius exquirimus: an obscura elocutio, an plus dictum quàm oporteat. In priore, an translatio adhibita, an verba insolita, an inde contrarii parum nota ratio, an non continuo cognita definitio. In posteriore, an plane omnibus, & an omnibus eiusdem generis competat. an superfluum quippiam, an quod eiusdem speciei non competat omnibus: an dictum idem sæpius, an vniuersali additum particulare. Verum autem impleta sit definitio, inde colligis, si videas an non ex prioribus, an notioribus: an certi definitio incerta, an res in genere non ponatur, an non quæ oportet definitum respiciat, an transiliatur genus, an nõ omittantur differentiæ generis: an differentia desit, quæ contra diuidatur, aut ex vero non sit genere, an genus negatione diuidatur, an genus, an etiam species vt differentia reddantur, an differentia hoc aliquid significet, an ex accidenti definitio competat: an differentia, vel species, vel quæ sub specie dicantur de genere: an rursus de differentia, vel genus, vel species, vel quæ sub specie, an non differentia specie prior, & an alterius quoque generis: an quod in aliquo est, an etiam affectio pro differentia: an illius quod est ad aliquid, ipse non sit ad aliquid differentia. an alio ipsum quàm quo debeat referatur. an non primi definitio cum de pluribus agatur: an affectio, vel dispositio, vel definitum quid aliud quod dicitur non suscipiat. an tempore aliquo dissentiat. an alio pacto magis conueniat: an res ipsa magis quàm definitio, an non ambo pariter crescant, an magis quod re, quam quod ratione: an vtrique alterum pariter competat, alterum non competat. an vtrobique definitio duobus competat: an si loco nominum sumantur orationes, alicubi dissentiant: an non finem respiciat. generatio sit, an actus, an indistincta prædicamenta, an habitus pro habente, uel contra. an eorum, quæ sunt ad aliquid, eodem referuntur & genus & species. an in reliquis oppositis ordo teneatur: an similes congruant casus: an ideæ congruant: an vna ratio æquiuocorum posita, an & implicii, an & compositi, an transumptio adhibita, an variatus intellectus variatus nominibus, an transumptio non differentiæ, sed generis: an est cuius ratio traditur, non est id, quod sub ratione: an indistinctum, quò illud referendũ, quod est ad aliquid: an definita non res, sed bene habens, aut perfecta res. an quod sui causa eligendum sit, alterius eligendum causa dicatur: an non ipsum, sed quod ex ipso definiatur. Quæ scitè singula discerner, vt totum & partes, ut magis & minus, ut melius & peius, vt uninocationem, ut præteritum compositionis modum, vt quod dicimus hoc post illud, vt quot modis alterum cum altero dicatur, ut an totum vocetur aliquorum compositio, & an altero contrarium quippiam definiatur. Declarata interdũ & definitio, interdũ et melior excogitanda.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, TOPICORVM LIBER SEXTVS.

Cum Auer. Cordub. expositione.

Summa libri.

De locis definitionis, de locis differentiarum, de locis definitionum rerũ compositarum. Item de locis definitionum, quæ omnibus prædicamentis communes sunt.

De locis definitionis, & primum generis. Cap. I.

1. locus. Declaratio. EIus autem, quod est circa terminos negotii, partes sunt quinque. Nam aut quod omnino non verum est dicere de quo nomen & orationem (oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari) aut quod, cũ sit genus, non posuit in genere, vel non in accommodato genere posuit (oportet enim eum, qui definit in genere ponentem differentias adiungere: nam maxime eorum, quæ sunt in definitione genus videtur definiti substantiam significare) aut quod non propria est definitio (oportet enim definitionem propriam esse, quemadmodum prius dictum est: aut si omnia, quæ dicta sunt, is, qui fecit, non definiuit, neque dixit quid est esse rei definitę: reliquum autem præter ea quæ dicta sunt, si definiuit quidem, at non bene definiuit. Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio, ex iis quæ dicta sunt in accidente locis, considerandum.

2. locus. Declaratio. Nam & illic vtrum verum vel non verum, omnis consideratio fit: quando enim quod inest accidens disputamus, quod verum est dicimus: quando autem quod non est, quod non verum. Si vero non in accõmodato genere posuit, aut si non propria est assignata oratio: ex iis qui sunt ad genus & proprium dictis locis, prospiciendum. Reliquum verò si non definiuit, aut si non bene definiuit, aliquo modo aggrediendum dicere.

3. locus. Declaratio. Primum igitur inspiciendum si non bene definiuit. Nam facilius est, quodlibet fecisse, quam bene fecisse: manifestum igitur quoniam peccatum circa hoc plusculum, eo quòd laboriosius. quare argumentatio facilior quæ circa hoc, quàm quæ circa illud fit.

4. locus. Declaratio. Sunt autem eius: quod non est bene, partes duæ. Vna quidem, obscura interpretatione vti. Oportet enim definientem (vt contingit) quàm clarissima interpretatione vti: eo quòd cognoscendi gratia assignatur definitio. Secunda autem, si amplius dixit in definitione, quam par sit: nam omne, quod superadiectum est in definitione, superfluum est.

6. locus. Declaratio. Rursum autem vtrunque quod dictum est, in plures partes diuidi tur: Vnus autem locus eius quod obscure est, si sit æquiuocum alicui, quod dictum est. Vt quod generatio est ductio ad substantiam, & ꝙ sanitas commensuratio calidorum & frigidorum: nam æquiuoca est ductio, & commensuratio: immanifestum igitur vtrum vult dicere eorum quæ significantur ab eo, quod multipliciter dicitur. similiter autem & si cum definitum multipliciter dicitur, diuidens non dixit: nam immanifestum vtrius definitionem assignauit, contingitque calumniari velut non conueniente oratione ad omnia, quorum definitionem assignauit. Maxime autem contingit tale quippiam facere, cum latet æquiuocatio. Contingit etiam & cum qui diuidit, quoties dicitur id quod in definitione assignatum est, syllogisimum facere. nam si secundum nullum modorum sufficienter dictum est: manifestum ꝙ non definierit illo modo.

7. locus. Declaratio. Alius si secundum metaphoram dixit. Vt scientiam indeciduam, terram autem nutricem, aut temperantiam consonantiam: nam omne obscurum, quod secundum metaphoram dicitur, contingit & etiã metaphora loquentem calumniari, tanquam non proprie dicentem: non enim congruet dicta definitio, vt in temperantia, nam omnis consonantia in sonis. Amplius, si est genus consonãtia temperantiæ in duobus generibus erit idem, non continentibus semuicem: nam neque consonantia virtutem, neque virtus continet consonantiam.

8. locus. Declaratio Amplius, si non positis nominibus vtitur. Vt Plato ciliumbrę oculum, aut araneum putrimordax, aut medullam osigenium dixit: nam omne obscurum, quod insuetum est.

9. locus. Declaratio. Quædam autem neque secundum æquiuocationem, neque secundum metaphoram, neque proprie dicuntur. Vt lex, mensuræ, vel imago eorum, ꝙ natura iusta sunt: sunt aũt huiusmodi deteriora, metaphora: nam metaphora facit quodammodo notum quod designatum est per similitudinem (omnes enim metaphora vtentes, secundum aliquam similitudinem ea vtuntur) at quod tale est non facit notum: nam neque similitudo est secundum quam mensura, vel imago lex est, neque dici solet proprie: quapropter, si proprie mensuram, vel imaginem legem dicit esse, veritatis est expers: nam imago id est, cuius generatio per imitationem est: hoc autem non inest legi: si autem non proprie, manifestum quod obscure dixit, atque deterius quolibet eorum, quæ secundum metaphoram dicuntur.

10. locus. Declaratio. Amplius, si non manifesta est contrarii oratio ex hoc quod dicitur: Nam quę bene assignantur, contrarias communifestant.

11. locus. Declaratio.

Aut si per se dicta non sit manifestum cuius est definitio: sed quę admodum ea quæ sunt antiquorum scriptorum, nisi quis superscripsisset: non cognoscebatur quid vnumquodque: si igitur non clare, ex huiusmodi est inspiciendum. D

12. locus, Declaratio.

Si igitur superfluum in termino dixit, primum quidem considerandum, si aliquo vsus est, quod omnibus tale, vel simpliciter iis quæ sunt, vel iis quæ sub eodem genere sunt definitorum. Nam superfluum dici necessarium id est: oportet enim genus ab aliis seperare: differentiam autem ab aliquo eorum, quæ sunt in eodem genere: atqui quod omnibus quidem ineſt simpliciter, a nullo separat, quod autem omnibus, quæ sub eodem sunt genere, ineſt, non separat ab iis, quæ sunt in eodem genere: quare superuacaneum huiusmodi appositum.

13. locus. Declaratio.

Aut si est quidem proprium quod appositum est, ablato autem illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientiæ susceptiuum appositum, superfluum: nam et eo ablato, reliqua oratio propria est, & indicat substantiam: simpliciter autem dicendo, omne superfluum, quo ablato, reliquum manifestum facit id, quod definitur. Talis autem est & animæ terminus, si est numerus ipse seipsum mouens: nam qd seipsum mouet est anima, ceu Plato definiuit, an proprium quidem quod dicitur, non indicat autem substantiam interempto numero. Vtrouis igitur modo se habeat, difficile est vt explicet. Vtendum ergo in omnibus talibus ad id quod expedit: vt est phlegmatis terminus, humidum primũ à cibo, indigestum: vnum enim primum non mulea: quare superfluum, indigestum appositum: nam hoc ablato, reliqua erit propria definitio: non enim contingit à cibo & aliud quiddam primum esse. An non simpliciter à cibo phlegma, sed indigestorum primũ? quare addendum est indigestum: nam illo quidem modo dicta non vera erit definitio: siquidem non omnium primum est. E

14. locus. Declaratio.

Amplius, si quippiam eorum, quæ sunt in oratione, non omnibus ineſt, quæ sunt sub eadem specie. Nam talis pedis definiuit, quam qui vsi sunt eo quod ineſt omnibus quæ sunt: nam illic, si reliqua propria definitio, & tota propria erit: simpliciter enim ad proprium quolibet addito uero, tota oratio propria fit: at vero si aliquid eorum, quæ sunt in oratione, non omnibus insit quæ sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propria esse: non enim conuersim prædicabitur de re, vt animal gressibile bipes quadricubitale: nam huiusmodi oratio non conuersim prædicabitur de re, eo q̃ non omnibus ineſt (quæ sub eadem specie sunt) quadricubitale.

15. locus. Declaratio.

Rursum si idem frequenter dixit. Vt qui concupiscentiam appetitum delectationis dixit: nam omnis concupiscentia, delectationis est, quare & eidem concupiscentiæ delectationis erit: sit igitur terminus concupiscentiæ appetitus delectationis (nihil enim differt concupiscentiam dicere, aut appetitum delectationis) quare vtrunque eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum? nam & homo bipes est. Quare & idem homini, bipes erit. est autem idem homini, animal gressibile bipes: quare animal gressibile bipes, bipes est: sed non propter hoc absurdum aliquid accipit. non enim de animali, solum gressibile bis bipes prædicatur, sic enim de eodem bis bipes prædicatur, si de animali bipede, gressibile bipes dicitur, quæ te semel tantum bipes prædicatur. Similiter autem & in concupiscentia: non enim de appetitu id, quod est delectationis esse, prædicatur, sed de toto: quare semel & hic prędicatio fit. Non est autem bis dicere idem nomen, aliquid absurdum: sed frequenter de aliquo idẽ prædicati, sicut Xenocrates prudentiam definitiuam, & contemplatiuam eorum, quæ sunt dicit esse: nam definitiua, contemplatiua quædam est, quare bis idem dicit, addens rursum & contemplatiuam. Similiter autem & quicunq; refrigerationem, priuationem eius quidẽ caloris, qui secundum naturam est, dicunt esse: nam omnis priuatio eius est, quod secundum naturam est: quare superfluum est addere secundum naturam: sed sufficit fortasse dicere priuationem caloris, eo quòd ipsa priuatio notum facit quòd eius sit, quod secundum naturam dicitur. F G

16. locus. Declaratio.

Rursum si vniuersali dicto addidit & particulare. Vt si clementiam imminutionem, expedientiam & iustorum: nam iustum expediens quippiam est, quare continetur in expediente. superfluum igitur iustum: nam qui dixit vniuersale, addidit & particulare, et si medicinã disciplinam sanatiuorum animali & homini: aut legem imaginem eorum, quæ natura sunt bona & iusta: nam iustum bonum quippiam, quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene an non bene definiuit, per hæc & huiusmodi perspiciendum.

17. locus. Declaratio.

Vero definiuit, & dixit quid est esse, an non ex his. Primum ergo si non, per priora & notiora confecit definitionem. Nam terminus assignatur eius cognoscendi gratia quod dicitur. cognoscimus autem non ex quibuslibet, sed ex prioribus, notioribusque, quemadmodum in demonstrationibus: sic enim omnis doctrina, & omnis disciplina se habet: manifestum igitur quòd qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit: si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones. Nam manifestum quod & qui per priora, ac notiora, iterum melius definiuit: quare utraque erunt definitiones eiusdem: tale autem non videtur: nam vnicuique eorum, quæ sunt, vnum est esse idipsum quod est quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definitio, esse quod quidem secundum vtranque definitionem significatur. hæc autem non eadem sunt, eo quòd definitiones diuersæ: manifestum igitur quoniam non definiuit, qui non per priora, atque notiora definiuit. C

Igitur per non notiora quidem terminum dici, dupliciter est acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

25. locus. Declaratio.

pere. Aut enim, si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus, contingit enim utroque modo: simpliciter igitur notius quod prius est, posteriore: vt punctum linea, & linea superficie, & superficies solido, quemadmodum & vnitas numero: prius enim & principium omnis numeri: similiter autem & elementum syllaba. Nobis autem econuerso quandoq; accidit: nam maxime solidum, magis sub sensu cadit, quam superficies. superficies autem magis quam linea, linea autem signo magis: quare multitudo magis huiusmodi cognoscit, nam illa quidem quomodolibet, hæc autem subtili, & fœcundo intellectu comprehendere oportet: simpliciter igitur melius per priora, posteriora tentare cognoscere, nam magis scientificum tale est. Verum ad eos, qui impotentes sunt cognoscere per talia, necessariũ forte per ea quæ illis cognita sunt facere orationem: sunt autem talium definitiones quæ & puncti, & lineæ, & superficiei. omnes enim per posteriora, priora indicant: nam illud quidem lineæ, istam aũt superficiei, hanc vero solidi fines dicunt esse. Non oportet autem latere quoniam sic definientes non contingit quod quid est esse definitio, indicare: nisi contingat idem nobis notius esse, & simpliciter nõtius: siquidem oportet per genus & differentias definire eum, qui bene definit, hæc autem simpliciter notiora, & priora sunt species: interimit enim genus & differentia speciem, quare priora hæc species. Sunt autem notiora, nam specie quidem nota necesse est genus & differentias cognosci: qui hominem enim cognoscit, & animal gressibile cognoscit: ac genere & differentia notis, non necesse est & speciem cognosci: quare ignotior species. Amplius, illis (qui secundũ veritatem huiusmodi definitiones dicunt esse quæ sunt ex iis quæ vnicuiq; sunt nota) plures: eiusdem accidit dicere definitiones esse, nam alia aliis, & non omnibus eadem contingit notiora esse: quare ad vnumquenque erit definitio assignanda, si quidem ex iis quæ singulis quibusq; sunt notiora, definitionem oportet facere. Amplius, eisdem alia interdum alia magis nota: nam a principio quidem sensibilia, instructioribus autem factis, contra: quare neq; ad eundẽ semper ad eadem definitio assignanda, iis qui per ea, quæ singulis quibusq; sunt notiora, definitionem fatentur assignandam esse: manifestum igitur quòd non definiendum per ea, quæ huiusmodi sunt, sed per simpliciter notiora: nam solo modo sic vna & eadem definitio semper fiet. Fortasse autem & quod simpliciter notum, non est id quod omnibus notum, sed quod bene dispositis intellectu: quemadmodum & simpliciter salubre iis qui bene affectum habent corpus: oportet vnumquodque talium diligenter peruestigare: vti autem disputantes ad id quod expedit. Maxime autem sine dissensione interimere contingit definitionem: si neque ex simpliciter notioribus, neque ex iis quæ nobis, contingit definitionem fieri. Vnus igitur locus est eius quod non per notiora, quod per posterio-

ra, priora indicat: quemadmodum prius diximus.

Alius autem, si eius quod est in quiete, & definitione, per indefinitum, & quod in motu est assignata, est oratio nobis. Prius enim est & notius quod manens est, & definitum, eo quod indefinitum & in motu est. Eius autem quod est non ex prioribus, tres sunt loci. 19. locus. Declaratio.

Primus quidem, si per oppositum, oppositum definiuit. Vt si per malum, bonum. simul enim natura opposita, & nonnullis etiam eadem disciplina vtrorumque videtur esse: quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortasse aliter definiri non posse, vt duplum sine dimidio, & quæcunque per se ad aliquid dicuntur: nam omnibus huiusmodi, est idem esse ei qđ est ad aliquid quodammodo se habere: quare non est possibile sine altero alterum cognoscere, eo quòd necessarium est in alterius oratione coassumi & alterum. Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia: vti autem eis in his vt videbitur expedire. 20. locus. Declaratio.

Alius, si eodem vsus est ei quod definitur. Latet autem, cum non eodem definiti nomine vtitur: vt si solem stellam in die apparentem definiuit: nam qui die vetitur, sole vtitur: & par est ad deprehendenda talia sumere pro nomine orationem: vt quòd dies est, solis latio super terram: nam tunc manifestum quòd qui solis lationem super terram dixit, solem dixit, quare vtitur sole, qui die vtitur. 21. locus. Declaratio.

Rursum, si eo quod ediuerso diuiditur, id quod ediuerso diuiditur definiuit. Vt impar est, qui vnitate maior est pare: simul enim natura, quæ ex eodem genere ediuerso diuiduntur: impar autem & par ediuerso diuiduntur: nam ambo, numeri differentiæ. 22. locus. Declaratio.

Similiter autem & si per inferiora, superiora definiuit. Vt parem numerum, qui bipartite secatur: aut bonum, habitum virtutis: nam & bipartite sumptum est a duobus, quæ paria sunt: & virtus, bonũ quoddam est: quare inferiora hæc quam illa sunt: est autem necesse eum, qui inferioribus vtitur, & illis vti: nam & qui virtute vtitur, bono vtitur, eo quòd bonum quoddam virtus: similiter autem & qui bipartite vtitur, & pare vtitur, eo quòd in duo secari significat bipartite secari: duo autem paria sunt. Vniuersaliter igitur dicendo, vnus est locus non per priora & notiora fecisse orationem: partes autem eius, ea quæ dicta sunt. 23. locus. Declaratio.

Secundus autem, si res cum sit non ponitur in genere. Nam in omnibus huiusmodi peccatum est, in quibus non prius ponitur in oratione, quid est: vt corporis definitio, quod habet tres dimensiones: aut si quis hominem definiuit, quod est sciens numerare: non enim dictum est quid est, habere tres dimensiones: vel quid est, scit numerare: genus autem vult quid est significare: & primum apponitur eorum, quæ in definitione dicuntur. 24. locus. Declaratio. 25. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amplius, si ad plura cum dicatur id quod definitur: non ad omnia D
assignauit. Vt si grammaticem, scientiam scribendi quod profertur,
nam indiget, & quod legendi: nihilo enim magis scribendi, quam le-
gendi assignat qui definit: quare non alius, sed qui vtraque hæc di-
cit, eo quòd plures non contingit eiusdem definitiones esse. In qui-
busdam profecto secundum veritatem se habet, vt dictum est, in qui-
busdam autem non, vt in quibuscunque non per se dicitur ad vtrun-
que: vt medicinam, scientiam sanitatem, & ægritudinem efficiendi:
nam de illa quidem per se dicitur, de hac autem per accidens: simpli-
citer enim alicnum a medicina ægritudinem efficere. Quare nihil ma
gis definiuit, qui ad vtrunque assignauit, quam qui ad alterum, ve-
rum fortasse & deterius, eo quòd & reliquorum quilibet potest ægri-
tudinem efficere.

26. locus. Declaratio. Amplius, si non ad melius, sed ad peius assignauit, cum sint plura
ad quæ dicitur quod definitur. Nam omnis disciplina & potestas, E
optimi videtur esse. Rursum si non positum est in proprio genere
quod dictum est, considerandum ex iis (quæ ad genera sunt) elemen
tis: quemadmodum est dictum prius.

27. locus. Declaratio. Rursum, si transiliens dicit genera. Vt qui iustitiam æqualitatis
habitum effectiuum, vel distributiuum æqui: nam transilit, qui sic de-
finit, virtutem: relinquens igitur iustitiæ genus, non dicit quid est es-
se (nam substantiam vnicuique est in genere) est autem hoc idem ei
quod est non in proximo genere ponere. Nam qui in proximo po-
suit, omnia superiora dixit, eo quod omnia superiora genera de in-
ferioribus prædicantur. Quare aut in proximo genere ponendum,
aut oēs differentias superiori generi addendū, per quas definitur pro
ximum genus: sic enim erit nihil prætermissum, sed pro nomine, in
oratione dictū erit inferius genus: qui vero ipsum superius genus di-
cit, nō dicit & inferius genus: nā qui plantā dicit, non dicit arborem.

Sermo de locis definitionum narratis in sexto libro, F

DIcimus qđ conditionū, quę considerandę sunt in constitutione definitionum,
vna est, quod definitio insit definito, hoc est, qd sit vera de toto, alioqui
non esset definitio, prout est definitio illius, qui definiuit hominem, quod
esset animal immortale æternum. Secunda autem, quod sumatur in definitio-
ne genus connexum differentiæ, quando enim non poneretur in definitione ip-
sum genus, non definiretur, prout fecit, qui hominem definiuit, quod sit, qui va-
let serere & metere. Tertia autem est, quod definitio sit æqualis definito: quan-
do enim definitio non est æqualis, non est definitio: hoc autem est, aut quod sit cō
munior illo, prout fecit, qui definiuit hominem, quod sit animal bipes, aut sit par-
ticularior, prout fecit, qui illum definiuit, qꝓ sit qui sal vendit. Quarta autem
est, quod proferat secundum has tres res ipsam definitionem, sed cum hoc illa
non dicit, neque profert de re quid res sit. Quinta, quod proferat, definitio-
nem, sed eam non proferat apte & perfecte, sed quod profert, deficit ab ipsa per-
fectione.

Loca vero, quibus prima conditio construit aut destruit, sunt loca essendi
simpliciter, hoc est, loca accidentis: loca autem, quibus construit aut destruit
secunda conditio, sunt loca ipsius simpliciter, hoc est, loca ipsius generis se-
cundum se. Tertiæ autem conditionis loca sunt loca ipsius proprij. Ea au-

A tem, de quibus habetur sermo in hoc libro, sunt loca duarum reliquarum,
scilicet an bene posuerit, vel non bene fecerit, & an quod profert sit definitio,
aut non sit definitio. Incipiamus itaque primo loca, ex quibus constet, an con-
uenienter bene fecerit definitionem, nec ne? facilius enim est constituere hæc
quam illa. Expedit autem scire, quod non bene constituere definitionem sit
duobus modis, aut ex parte nostrum, & hoc quando oratio de illa fuerit obscu-
ra, non patens: aut ob ipsam definitionem secundum se, & hoc sit ob superaddi-
tionem in definitione, in qua sit superfluum, & repetitum, & æstimatur, qꝓ hoc
etiam contingat ei ob imminutionem, sed Aristo. primo diuidit hæc loca his
duabus partitionibus, dispositio autem definitionis, quo ad hoc, est sicut dispo-
sitio rerum sensatarum: sicut enim rerum sensatarum turpitudo videtur, aut ob
nostri visus debilitatem, aut quia secundum se ipsæ sunt turpes, sic est dispo-
sitio hic.

Initium autem locorum, quæ sumuntur ex orationis obscuritate est, qꝓ de-
finitionum partes, aut vna illarum sumatur significare nomine æquiuoco: vt
qui definiuit sanitatem, quod sit æqualitas caloris & frigoris, æqualitas enim
dicitur secundum multa significata, sicque quando profertur in definitione hoc
modo, possibile est, quod non denominet rem, quam definire intendit. Et possi
B bile esset, quod denominaretur per illud, audiens autem putaret, quod non ve-
rificetur nomen de illo, de quo verificatur definitio. Si autem explicuisset quod
definit ipsam rem, & illam exponeret, iam bene fecisset.

Secundus locus est, quod definitio, aut aliqua eius pars significetur nomine
accommodato, sicut qui definiret ipsum nutricem, & poneret genus consonan-
tiam, & concinentiam. Nutrix enim est mulier educans, & consonantiæ ori-
go est in soni melodia: & similiter est, quando vice nominis simplicis fit oratio
composita ex rei accidentibus non vsitatis, vt qui vtitur vice oculi vmbricli-
or: quod enim inusitatum est, non est manifestum. Nomina autem accommo-
data, quædam sunt sumpta ex rebus similibus rebus, quibus accommodata
sunt: & quædam sunt sumpta ex rebus non similibus, nisi remota similitudine,
& hæc sunt obscuriotis significationis. Et definitiones, quibus incidunt hæc no-
mina, sunt definitiones malæ, & latentes, sicut qui posuit genus legis esse me-
trum & mensuram.

Tertius locus est, quod si definitio fuerit contrarium, expedit sui contrarii
definitionem explicare per eius definitionem. Sin autem, iam posita est defini-
tio obscura positione, exempli gratia, qui definiebat scientiam, quod sit habi-
tus extrahens res vtiles, & noxias. Inscitiæ enim definitio iam intelligitur, &
concipitur ex hac definitione, & vt vniuersalius inquam, quando ex definitio-
C ne non explicatur res, quæ definiri intenditur, non fit bona definitio. Actio
enim illius, quod profertur in definitione obscurum, quod non significet patente
significatione rem, quæ definiri intenditur, est actio illius, qui formar imagi-
nes malarum formarum, & lineationum, adeo quod nesciantur per illas ima-
gines, & descriptiones res, quas repræsentant, nisi scribatur super qualibet illa
rum imaginum nomen rei, super qua est descripta, & sicut hoc est turpe operi
pictoris, sic res se habet in illo, qui poneret huiusmodi definitiones, & has, & si-
bi consimiles, quarum oratio sit obscura.

Quæ vero sumuntur ex superadditione in definitione, ipsæ etiam partiuntur
in quatuor loca. Quorum vnus est, qꝓ superaddatur definitioni, quod est com-
munius definito, quod fit duobus modis: quorum vnus est qꝓ superaddatur, quod
sit omnibus entibus commune, vt qui definiuit hominem, quod sit animal ratio-
nale habens tres dimensiones: dicere enim tres dimensiones est omnium corpo-
rum. Secundus autem est, quod superaddatur, quod est commune omnibus spe-
ciebus sibi contenientibus in genere, vt ille, qui definiuit hominem, quod sit
animal rationale mortale: ratio autem huius loci est, per se nota, genus enim
profertur in definitione, vt distinguat definitum ab eo, quod est vniuersalius ge
nere: differentia autem profertur in definitione, vt distinguat definitum a ge-
nere, quando autem definiens superadderet aliquod horum superfluorum per

primum ipſorum deſtrueret adiumentum generis, & per ſecundum adiumentum differentiæ. D

Secundus locus eſt, ꝙ in definitione ſupperaddatur, quod ſit æquale definito, ſed ſit ſuperfluum, quia non indigeatur illo, vt qui definierit hominem, quod ſit animal rationale ſcientiæ ſuſceptiuum: dicere enim ſcientiæ ſuſceptiuum, eſt ſuperfluum, quo non indigemus, & eo magis hoc appareret, quia ſuperadditum non verificatur cum ipſa differentia accepta, quando genus denominatur per illud, vt denominatur genus per differentiam, hoc eſt, ſecundum modum vnionis, ſed quãdo ſumerentur proprium per ſe, eſſet ſufficiens, vt qui definiuit pituitam, quod ſit humor indigeſtus primus, qui ex cibo gignitur: quando enim denominatur indigeſtus non verificatur de illo, quod ſit primus, quia non eſt in corpore indigeſtus, niſi vnus, & eſt ipſa pituitaſi vero excideretur ex hac definitione indigeſtus, poſſibile eſſet quod primus eſſet illius differentiarin corpore namq; ſunt multi humores, qui geniti ſunt ex ipſo cibo, quorum initium eſt ipſa pituita. Et ſi cecidiſſet primus, proferendo indigeſtũ, ſufficiens eſſet in hac definitione.

Tertius autem locus, & quia ſuperadditum poneret definitum magis proprijs, vt qui definierit hominem, quod ſit animal rationale album.

Quartus locus eſt, ꝙ in definitione repetatur res & hoc eſt dupliciter. Aut ꝙ illa reperatur per dictionem notam, quia ipſius repetitio per vnam eandem dictionem non inducit ei errorem, ſi poneretur, verbi gratia, qui definiret appetitum, ꝙ ſit deſiderium ad voluptatem. Aut ꝙ res ſit incluſa in re communi, & referatur in particulari. Hoc enim continet de corruptione duas res, quarum vna eſt, quod repetatur vna res bis, & altera, ꝙ ponat definitionem propriorem ipſo definito: cuius exemplum eſt, qui definierit politiam, quod ſit habitus ponens rem naturaliter honeſtas & iuſtas, honeſte enim continet iuſtas & alias: hæ itaq; ſunt res quas dinumerauit Ariſt. in conſtitutione ſuperadditionis definitionũ. Et notã eſt, ꝙ res tia ſe habeat in ipſis: ſimilis enim eſt ſuperadditio in definitione ſexto digito in manu, & ſicut per illum ſit manus turpis, ſic & definitio. Et iam poſſibile eſt dinumerare ſuper additionem, quæ definitionem, poneret terminatorẽ, & communiorem in locis, ex quibus conſtituitur, quod non ſit bene facta. Themiſtius autem numerat ipſum in locis malę definitionis, & poſſet ferre ambas res ſimul. Et hic locus eſt, ꝙ expediat, ꝙ fiat definitio ex rebus, quæ ſunt notiores ſimpliciter: illæ autem ſunt res priores definito, quæ ſunt notiores apud naturã, & notiores apud nos: notius enim dicitur dupliciter, aut notius ſimpliciter, aut notius apud nos: notius autem ſimpliciter pro maiori parte, eſt ignotum apud nos, prout res geritur de elementis, & compoſitis, quæ ex ipſis componuntur, compoſita enim notiora ſunt vulgo, quam ſimplicia, ex quibus compoſita ſunt: apud naturam autem res eſt contraria huic. Et ideo ait Ariſt. ꝙ notius ſimpliciter veriſimile eſt, ꝙ ſit hominum, qui ſunt homines ſimpliciter, & illi ſunt eximij, vt ſanus ſimpliciter ineſt bonæ conſtructioni ſimpliciter. Oportet autem definitiones fieri ex rebus, quæ ſunt notiores ſimpliciter, & illæ ſunt res, quæ continent ambas res ſimul, quarum vna eſt, ꝙ ſint res priores definito in eſſendo, & altera ꝙ ſint notiores apud nos: per definitiones enim intenditur notio rei in eo ꝙ quid ſit, & non per quãuis rem, quæ contigerit, ſed per res, quibus eſt illius conſtitutio, & quidditas, ſicut eſt diſpoſitio demonſtrationum ſimpliciter: demonſtrationes enim ſimpliciter ſunt definitiones in potentia, prout in libro poſteriorum analyticorum dictum eſt. Componuntur autem definitiones ex generibus & differentijs, quia differentia & genus ſunt duæ res priores ſpecie definita, & illis eſt ipſius conſtitutio: res autem, quibus eſt rei conſtitutio ſunt vnæ ſecundum ſe, ex quo illis eſt eſſentia rei vna. Si autem definitiones cõponerentur ex rebus notioribus apud nos tantum, quæ ſunt res poſteriores, poſſibile eſſet, quod rei eſſent multæ definitiones, ac etiam poſſibile eſſet, quod definitio rei apud aliquos viros eſſet alia, quam ſit illius definitio apud alios: res enim, quæ ſunt apud nos notiores, non ſunt notiores apud alios, immo poſſibile eſſet quod definitio vnius eiuſdem rei apud vnum eundem virum, quibuſdam animis ſit alia a ſeipſa animis aliis: res enim notæ ætate iuuentutis ſunt aliæ a notis ætate ſeneſtutis, exempli gra-

A tia, quia ſenſata ſunt notiora apud pueros, ſenſata autem communiora ſunt notiora apud ſenes. Nec debet nos latere hic, quod dictum eſt in libro poſteriorum analyticorum, quod hæc ſpecies definitionum quæratur de rebus compoſitis, de ſimplicibus vero, quæ ſunt cauſæ rerum compoſitarum, hoc eſt impoſſibile. Sic ergo hæc depravatio definitionum contingit definitionibus rerum compoſitarum. Et hic quidem locus partitur in tria loca, ſicut partiuntur res, quæ non ſunt priores re. Quorum vnus eſt, quod ſumantur in definitione rerum res poſteriores illis, vt qui definierit hominem, quod ſit qui adipiſcitur facultates & artes, connectendo ſecundum ipſius artes adinuicem. Secundus autem eſt, quod definiat rem per res, quæ & ipſæ & ipſa ſunt ſimul natura, vt qui definierit oppoſitum per oppoſitum ipſius, vt qui definiret malum, quod ſit res, quæ non eſt bona: & expedit, quod in hoc loco excipiantur ab oppoſitis ipſa relatiua, quoniam inter oppoſita impoſſibile eſt quod ipſa definiantur, niſi capiantur alterutra in alterutris. Et de hoc loco eſt, quod ſumamus in diuiunctione ſpeciei partem diuidentem ipſam, vt qui definiret parem per ipſum ſuperaddere vltra imparem vnitatem, & de hoc etiam eſt, quod in illa deſſ nitione ſumamus ſeipſam, qui notus eſt in petitione principij: & hic quidem ſit, quando vtimur rebus: quarum vis eſt vna, vti enim vna eadem re reperita per vnam eandem dictionem, non præſumeret ſophiſta, hęc autem nomina, quę- B dam continent ſignificata quorundam ipſorum. Aut ſicut res continet ſuas cauſas, & totum ſuas partes, aut eo modo, quo pars continet ipſius totum. Exemplum itaque vtendi rebus, quarum vis eſt vna, ex parte, qua vna res continet ſuas cauſas, eſt oratio illius qui definierat ſolem, ꝙ ſit aſtrum lucens de die: qui enim neſciret ſolem, neſciret diem, eſt enim dies ortus ſolis ſupra terram. Sicque dici nomen iucludit ſolem, qui eſt ipſius cauſa notior ipſo, qui itaque ſciret ſolem per diem, eſt, ac ſi ſciret rem per ſe ipſam, quatenus dies ſcitur per ſolem. Exemplum autem continendi totum in nomine partis eſt, vt qui definierat parem per eſſe numerum, qui partitur in duo, quia duo ſunt quædam ſpecies paris, & includit ſignificata paritatis, & eſt ac ſi definiret paritatem per eſſe numerum, qui partitur per parem. Et ſimiliter qui definiuit vnum per eſſe principium numeri: numerus enim non eſt aliqua res, niſi vnitatum congregatio, & eſt ac ſi dixiſſet, quod vnum ſit principium multitudinis congregatæ ex vnitatibus. Et hæc quidem loca contingunt, quando id, quod non eſt prius in eſſendo, eſt prius ſecundum cognitionem: & hæc tria loca ſunt ſumpta, ex quo definitio non fiat ex rebus, quæ ſunt notiores & priores: & iam diximus, ꝙ aliquo modo ſubintrent prauitatem definitionum, & ſubintrent ꝙ definitum non definiatur, & non protulit per quid res ſit: qui enim definiuit ex rebus poſterioribus, protulit per proprium: quando autem res predicatur ſecun- C dum ꝙ ſit proprium, non eſt definitio.

Et expedit ſcire, ꝙ loca, quæ capiuntur qua definitio non ſit definitio, quędam ſunt loca ſumpta ex quo genus non ſit genus, non ex parte qua ſit genus ſimpliciter, quia loca generis iam præpoſita ſunt, ſed ex parte, qua ſit genus ſumptum in definitione. Et quædam ſunt loca ſumpta ex differentijs, & quædam ſunt loca ſumpta ex definitionibus ſecundum ſe totas, & hæc quidem ſunt loca ſumpta in definitionibus alicuius decem prædicamentorum. Et quædam ſunt loca ſumpta in ſingulis decem prædicamentis: & quædam ſunt loca ſumpta in priuationis definitione. Et quædam ſunt loca ſumpta ſecundum circunſtantiam definitionis rerum compoſitarum; & quædam ſunt loca communia ſecundum circunſtantiam omnium prædicamentorum: & quædam ſunt loca ſumpta ſecundum circunſtantiam definitionum rerum, quæ ſignificantur nominibus compoſitis. Et nos dinumerabimus hæc loca ſecundum hunc ordinem, & hanc partitionem: hoc enim fecit Themiſtius, & ante ipſum fecerat Theophraſtus, & ſi ſecundum hoc differat doctrina Ariſtotelis iuxta eius ſeriem: hæc enim putatur artificialior & magis conſtans commemoratione & adeptione, & incipiemus a locis ſumptis ex genere. Primus locus eſt, ꝙ non enunciemus ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus in definitione, & non ponamus ipsum primo, vt qui definiret corpus, quod sit, culus sunt tres dimensiones, aut hominem, qui bene ratiocinatur: in virtus: enim definitionibus deest primo genus, & hoc est, quod sumitur in definitione corporis subiectum trium dimensionum, sicut in hominis definitione, qui denominatur quod sit qui bene ratiocinatur. patet autem, quod fallacia, quæ fit secundum circumstantiã ordinis generis, sit alia a fallacia, quæ fit secundum circumstantiam generis in se. Secundus autem locus est, ꝙ non proferat proximum genus in definitione, sed genus rei remotum, vt qui definiuit iustitiam, ꝙ sit habitus faciens coæquationem, aut largiens veritatem: in hac enim definitione, completur genus remotum, quod est ipse habitus, qui est quædã spẽs de speciebus qualitatis, non genus proximum, quod est ipsa virtus: notum aũt est, quod definitio, quæ est huiusmodi, sit imperfecta: quando enim non profertur proximum genus, non dirigitur ad quidditatem rei, quæ est ipsum genus proximum, sed quando proferretur genus proximum, iam prolatum est genus remotum, immo & omnia genera, quæ sunt super illo, sicq; expedit illi, qui definiturus, est primo proferre genus proximum, aut ferat differentiam remoti generis, seu differentias remotorum generũ, si inter genus remotum, quod protulerit in definitione, & genus proximum, fuerint plura quam vnum genus: exempli gratia, qui sumit in hominis definitione ipsum corpus, oportet eum dicere corpus nutribile sensitiuum: nam istæ duę differẽtiæ starent vice ipsius animalis, quod est genus proximum: notum autem, quod fallacia, quæ fit ob generis remotionem, aut ipsius propinquitatem, aut ordinem, est alia a fallacia, quæ fit ob genus simpliciter: & ideo hæc fallacia non subintrat loca generis simpliciter, vt ait Theophrastus, & contradicit Aristo. de repetitione locorum hic. Tertius locus est, ꝙ non proferatur in definitione genus rei proportionalis essentialis: & de hac re scrutatur hic, quo ad generis dispositionem in locis, quorum scruttinium præmissum est de ipso genere: hæc vero perscrutatio est, ac si sit propria huic loco: fallacia enim, quod illud sit non proportionale, est alia a fallacia, quod non sit genus.

De locis, quæ sumuntur à differentiis definitionem constituentibus. Cap. II.

28. locus. Declaratio.

RVrsum, in differentiis similiter considerandum, si & differentias dixit generis. Nam, si rei non specialibus definiuit differentiis, aut si etiam omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullius contingit differentiam esse (vt animal, aut substantiam) manifestum, quod non definiuit: nullius enim differentiæ, quæ dicta sunt.

29. locus. Declaratio.

Videndum autem, & si est aliquid quod ediuerso diuiditur dictæ differentiæ. Nam, si non est, perspicuum quod non erit quæ dicta est generis differentia: nam omne genus iis, quę ediuerso diuiduntur, differentiis diuiditur: vt animal gressibili, & volatili, & aquatili, & bipedi.

30. locus. Declaratio.

Aut si est quidem ediuerso diuisa differentia, non verificatur autem de genere. Nam si non, manifestum quoniam neutra erit generis differentia: omnes enim, quæ ediuerso diuiduntur differentiæ, verificantur de proprio genere.

31. Locus. Declaratio.

Similiter autem, & si verificatur quidem, at non facit apposita generi,

neri, speciem. Nam manifestum, quòd non erit hæc specifica differentia generis, nam ois specifica differẽtia cum genere spẽm facit: si aũt hæc nõ est differẽtia, nec q̃ dicta est: quia hæc ediuerso diuiditur.

32. locus. Declaratio.

Amplius, si negatione diuidat genus. Vt qui lineam definiunt longitudinem sine latitudine esse: nam nihil aliud significat, sine latitudine, quàm quòd non habet latitudinem: accidet igitur genus participare speciem, nam omnis longitudo sine latitudine, aut latitudinem habens est: quia de omni affirmatio vel negatio vera sit: quare genus lineæ cum longitudo sit, sine latitudine, aut latitudinem habens erit: at longitudo sine latitudine speciei est ratio: similiter autem & longitudo latitudinem habens: nam sine latitudine, & latitudinem habens, differentiæ sunt: ex differentia autem & genere, est speciei oratio: quare genus suscipiet speciei orationem, similiter autem & differentiæ, eo quòd altera dictarum differentiarum ex necessitate prædicatur de genere. Est autem dictus locus vtilis ad eos, qui ponunt ideas esse: nam si non est ipsa longitudo, quodam modo prædicabitur de genere quod latitudinem habet, aut sine latitudine est: oportet enim de omni longitudine alterum eorum verificari, si quidem de genere verificari debeat, hoc autem non accidit: sunt autem & sine latitudine, & latitudinem habentes longitudines, quare ad illos solos vtilis hic locus, quicunque genus vnum numero dicunt esse: hoc autem faciunt qui ideas ponunt. Nam ipsam longitudinẽ, & ipsum animal, genus dicunt esse. Fortasse autem in quibusdam ẽt necessarium est negatione vti definientem, vt in priuationibus: nam cæcum est, quod non habet visum, quando natum est habere. Differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiusmodi affirmatione, quam negationem necesse est ediuerso diuidi: vt si longitudinem, habens latitudinem definiuit, eam habente latitudinem ediuerso diuiditur, non habens latitudinem, neq; aliud quicquam: quare negatione rursum diuiditur genus.

33. locus. Declaratio.

Rursum, si speciem vt differentiam assignauit. Vt qui conuicium, iniuriam cum irrisione definiuit: nam irrisio iniuria quædam est, quare non differentia, sed species est irrisio.

34. locus. Declaratio.

Amplius, si genus vt differentiam dixit. Vt virtutem habitum bonum, vel studiosum: nam bonum est genus virtutis. An non genus est bonum, sed differentia? siquidem verum est quòd non contingat idem in duobus generibus esse non continentibus seinuicem (nã neqne bonum continet habitum, neque habitus bonum: non enim omnis habitus bonum, neque omne bonum habitus) non erunt profecto genera ambo. si igitur habitus genus est virtutis, perspicuum bonum non genus, sed magis differentiam esse. Amplius, habitus quidem quid est virtus significat: bonum autem nõ quid est, sed quale quid est: videtur autem differentia quale quid significare.

35. locus. Declaratio.

Videndum autem, & si non quale quid, sed ipsum quid significat

Universidad de Deusto
Biblioteca

assignata differentia. Nam videtur quale quid omnis differentia significare.

36. locus. Declaratio. Considerandum autem, & si secundum accidens inest definitio differentia. Nam nulla differentia est eorum, quæ secundum accidens insunt, sicut neque genus: non enim contingit differentiam inesse alicui, & non inesse.

37. locus. Declaratio. Amplius, si prædicatur de genere differentia, vel species, aut inferiorum aliquid speciei, non erit definiens. Nam nullum eorum, quæ dicta sunt, contingit de genere prædicari, eo quòd genus de quàm plurimis omnium dicitur.

38. locus. Declaratio. Rursum, si prędicatur genus de differentia. Nam non de differẽtia, sed de quibus differentia, genus videtur prædicari: vt animal de homine, & boue, & de aliis gressibilibus animalibus, non autem de ea differentia, quæ de specie dr: nam si de vnaquaq; differentiarum animal prædicabit, multa animalia de specie prædicabuntur: nam differẽ tiæ de specie prædicantur Amplius, differentiæ omnes, aut species, aut individua erunt, siquidem sunt animalia: nam vnumquodq; animalium, aut species, aut individuum est.

39. locus. Declaratio. Similiter aũt inspiciendum, & si species, aut inferiorum speciei aliquod, de differentia prædicatur. Impossibile enim, eo q; de pluribus differentia, quàm species dicitur. Itẽ accidet differẽtiam spẽm esse, siquidem prædicabitur de ea aliqua specierum: nam, si de differentia prædicatur homo, manifestum quoniam differentia est homo.

40. locus. Declaratio. Rursum, si non prior est differentia specie. Nam genere quidẽ potestior est: specie aũt priorem differentiam esse oportet.

41. locus. Declaratio. Considerandum autem, & si alterius generis est dicta differentia, neque contenti, neque continentis. Nam non videtur eadem differentia duorum generum esse non continentium seinuicem: si autem non, accidet & speciem eandem in duobus generibus esse non continentibus seinuicem: infert enim vnaquæq; differẽtiarum proprium genus, vt gressibile, & bipes animal conferunt: quare si de quo differentia & generum vtrunque, manifestum vtique quoniam species in duobus erat generibus non continentibus seinuicem. An non impossibile eandem differentiam duorum generum esse non continentium seinuicem, sed addendum neque vtroque sub eodem existente: nam gressibile animal, & volatile animal, genera sunt non continentia seinuicem, & vtriusque eorum est bipes differentia: quare addendum est, neque sub eodem, vtroque existente: nam hæc ambo sub animali sunt. manifestum etiam quoniam non necesse est differentiam omnem proprium genus inferre, eo quòd contingit eandem duorum generum esse nõ continentium seinuicem: sed alterũ tantum necesse est inferre, & superiora omnia: vt bipes, gressibile, vel volatile infert animal.

42. locus. Declaratio. Videndum autem, & si in aliquo differentiam assignauit substantiæ. Nam videtur differre substantia a substantia in eo quod alicubi est, quare & eos, qui gressibili, & aquatili diuidunt animal, increpãt, tanquam gressibile & aquatile alicubi significet. An in iis quidem non recte increpant? non enim in aliquo, neque alicubi significat aquatile, & terrestre, sed quale quid: nam & si in sicco sit, similiter aquatile: similiter autem & terrestre, & si in humido sit, similiter terrestre, sed non aquatile erit: attamen si quandoq; significat in aliquo differentia, manifestum quoniam peccabit.

Dubitatio.

Rursum, si affectũ, differentiam assignauit. Nã omnis affectus cum magis ht, detrahit a substantia: differentia aũt, non hmõi est: nam magis vt saluare differentia id, cuius est differentia: & simpliciter impossibile est singulum quodq; esse sine propria differentia: nam cũ nõ est gressibile, non erit homo: & (vt simpliciter dicamus) secundum quæcunq; alteratur habens, nihil eorum differentia illius est. nam omnia huiusmodi cum magis fiunt, detrahunt a substantia: quare si aliquam huiusmodi differentiam quispiam assignauit, peccauit: simpliciter. n. non alteramur secundum differentias.

43. locus. Declaratio.

Et si alicuius eorum, quæ sunt ad aliquid, non aliud quid differentiam assignauit. Nã eorum, quæ sunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid: vt & in disciplina, cõtemplatiua enim, & actiua, & effectiua dicitur: vnumquodq; aũt horum, ad aliquid significat: contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuius.

44. locus. Declaratio.

Considerandum aũt & si ad quod natum est vnumquodq; eorum quæ sunt ad aliquid, assignauit definiens. Nam in quibusdam quidẽ ad quod, natum est singulum quodq; eorum, quæ sunt ad aliquid, solum est vti, ad aliud autem nihil, vt visu ad videndum solum: quibusdam autem & ad aliquid aliud, vt dolio sane hauriat aliquis, attamẽ si quis definiuit dolium, instrumentum ad hauriendum, peccauit, nõ enim ad hoc natum est: terminus autem est, ad quod natum est, ad quod sane vtitur prudens qua prudens: & quę circa singulum quodq; propria est disciplina.

45. locus. Declaratio.

Amplius, si non primum assignauit, quando contingit ad plura dictum esse. Vt prudentiam virtutem hominis, aut animæ: & non rationalis: primum enim rationalis virtus, prudentia: nam secundum hoc & anima & homo dicitur prudens.

46. locus. Declaratio.

Amplius, si nõ susceptiuũ est eius cuius dẽ affectus, vel dispositio, vel quoduis aliud, peccauit. Nã ois dispositio, vel affectus in illo natus est fieri, cuius est dispositio, vel affectus: vt & scientia in anima, dispositio existens animæ. Aliqn aũt peccant in talibus, vt quicunq; dicunt quòd somnus est impotentia sensus, & dubitatio æqualitas contrariorum ratiocinationum, & dolor separatio naturalium partium cum violentia: nam neque somnus inest sensui, oporteret autem inesse, si impotentia sensus est. Similiter autem neque dubitatio contrariis ratiocinationibus inest, neque dolor naturalibus parti-

47. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus: dolebunt enim inanimata, si dolor eis ineſt. Talis autem & ſanitatis definitio. ſiquidem commenſuratio calidorum, & frigidorũ eſt, neceſſe eſt enim ſana eſſe, calida & frigida: nam cuiuſque commenſuratio, illis ineſt, quorum eſt commenſuratio: quare ſanitas inerit vtique ipſis. Item id quod fit, in effectiuum, aut econuerſo, accidit ponere, ſit definientibus: non enim eſt dolor ſeparatio naturalium partium, ſed effectiuum doloris: nec ſomnus, impotentia ſenſus, ſed effectiuum alterum alterius: aut enim propter impotentiam dormimus, aut propter ſomnum impotentes ſumus. Similiter autem & dubitationis videbitur effectiuum eſſe, contrariarum æqualitas ratiocinationum: quandocunque enim ad vtraque ratiocinantibus nobis ſimiliter videntur omnia ſecundum vtrunque fieri, dubitabimus vtrum agamus.

48. locus. Amplius, ſecundum tempora omnia, conſiderandum ſicubi diſſonet: vt ſi immortale definiuit, animal nunc incorruptibile eſſe. Nam g
nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit.

49. locus. Declaratio. Dubitatio. An in hoc quidem non accidit? nam anceps ſecundum amphibo
liam eſt nunc incorruptibile eſſe: aut enim quoniam non corrumpi
tur nunc, ſignificat, aut quoniam non poſsibile corrumpi nunc: aut
quoniam huiuſmodi eſt nunc, vt nunquam poſsit corrumpi: quando
igitur dicimus quòd incorruptibile nunc eſt animal, non hoc dici-
mus, quòd nunc tale eſt animal, ſed vt nunquam poſsit corrumpi:
hoc autem immortali idem erat, quare non accidit, nunc idem im-
mortale eſſe. Sed tamen ſicubi accidit quod ſecundum definitionem
quidem aſsignatum eſt ineſſe nunc vel prius, quòd vero ſecundum
nomen non ineſt, non erit idem: vtendum ergo hoc loco, quemad-
modum dictum eſt.

50. locus. Declaratio. Inſpiciendum autem & ſi ſecundum aliud quippiam magis dici-
tur quod definitur, quàm ſecundum aſsignatam orationem. Vt ſi iu-
ſtitia poteſtas æqui diſtributiua eſt: iuſtus enim magis eſt, qui eligit g
æquũ diſtribuere, eo qui poteſt: quare non erit iuſtitia poteſtas æqui
diſtributiua: nam & iuſtus eſſet maxime, qui poſſet æquum diſtri-
buere. Amplius, ſi res quidem ſuſcipit magis, quod autem ſecundum
orationem aſsignatur non ſuſcipit. aut contra, quod ſecundum ora
tionem ei aſsignatur ſuſcipit, res autem non. Oportet enim aut vtra-
que ſuſcipere, aut neutrum: ſiquidem eſt rei quod ſecundum oratio-
nem aſsignatur.

51. locus. Declaratio. Amplius, ſi ſuſcipiunt vtraque quidem magis, non ſimul autem
vtraq; augmentum ſumunt. Vt ſi amor concupiſcentia conuentio-
nis eſt: nam magis concupiſcit conuentionẽ: quare non ſimul vtraq;
ſuſcipiunt magis: at oporteret, ſi idem eſſent.

52. locus. Declaratio. Amplius, ſi duobus quibuſdam propoſitis, de quo res magis dici-
tur, id quod eſt ſecundum orationem minus dicitur. Vt ſi ignis eſt
corpus ſubtiliſsimum, ignis enim magis flamma quàm lux, corpus

A autem ſubtiliſsimum minus flamma quàm lux: oportet aũt vtraque
magis ineſſe eidem, ſiquidem eadem ſint.

51. locus. Declaratio. Rurſum, ſi hoc quidem ſimiliter vtriſq; ineſt propoſitis, aliud autẽ
non ſimiliter vtriſq;, ſed alteri magis.

54. locus. Declaratio. Amplius, ſi ad duo definitionem aſsignauerit ſecundum vtrunq;.
Vt bonũ, quod per viſum, aut per auditum delectabile, & ens quod
poſsibile eſt pati, aut facere: ſimul enim idem & bonũ, & non bonum
eſt: ſimiliter aũt & ens, & non ens: nam per auditum delectabile, idem
bono erit: quare quod non delectabile eſt per auditum, nõ bono idẽ:
nam eiſdem & oppoſita eadem erunt: opponitur autem bono quidem
non bonum, per auditum autem delectabili, per auditum non dele-
ctabile: manifeſtum igitur quoniam idem non delectabile per audi-
tum, non bono: ſi igitur aliquid eſt per viſum quidem delectabile,
per auditum autem non, & bonum, & non bonum erit: ſimiliter autẽ
oſtendemus quoniam idem ens, & non ens eſt.

B 55. locus. Declaratio. Amplius, & generibus, & differentiis, aliis omnibus, quæ in defini
tionibus ſunt aſsignatis, eis, qui orationes pro nominibus faciunt, cõ
ſiderandum, ſi quicquam diſſonet.

56. locus. Declaratio. Si aũt ſit ad aliquid quod definitur, aut per ſe, aut ſecundũ genus:
conſiderandum ſi non dictũ eſt in definitione quod dr̃, aut ſcdm ip-
ſum, aut ſcdm genus. Vt ſi ſcientiam definiunt opinionẽ indiſſuaſibi-
lem, aut ẽt voluntatem, appetitum ſine triſtitia: omnis.n. eius quod eſt
ad aliquid, ſubſtantia ad alterum, eo q̃ idem ſit vnicuiq; eorum quæ
ſunt ad aliquid eſſe, idipſum quod eſt ad aliquid quodãmodo ſe ha-
bere: oportebat igit ſcientiam dicere opinionem ſcibilis, & voluntа-
tem appetitum boni. Similiter aũt & ſi grammaticen definiuit ſcien-
tiam literarum: oportebat enim aut ad quod ipſum dicitur, aut ad qd̃
forte genus dicitur, in definitione aſsignari.

57. locus. Declaratio. Aut ſi cum quippiam ad aliquid dicitur, non aſsignauit ad finem.
C Finis autem in vnoquoq; eſt quod optimum eſt, aut cuius gratia alia
ſunt: dicendum igitur, aut optimum, aut vltimum, vt concupiſcẽtiam
non delectabilis, ſed delectationis: nam propter hanc, & delectabi-
le eligimus.

58. locus. Declaratio. Conſiderandum & ſi generatio eſt ad quod aſsignauit, vel actus.
Nihil enim talium finis: nam magis quod eſt egiſſe, & generaſſe fi-
nis, q̃ fieri & agere. An nõ in omnibus verum huiuſmodi? pene enim Dubitatio.
plurimi delectari magis volunt, quàm deſtitiſſe delectari: quare age-
re magis finem qui ſtatuat, quàm egiſſe.

59. locus. Declaratio. Rurſum, in quibuſdam ſi non determinauit quanti, vel qualis, vel
vbi, vel ſcdm alias differentias. Vt ambitioſus, & qualis, & quãti ap-
petens eſt honoris: nam oẽs appetunt honorẽ: quare non ſufficit am-
bitioſum dicere, qui appetit honorẽ, ſed addere oportet dictas diffe-
rentias; ſimiliter aũt & auarus, quantas appetit pecunias: aut intẽpe-
rans, circa quales voluptates: nõ enim qui a qualibet voluptate tenet,

intemperans dr, sed qui ab aliqua. Aut rursum qui definiuit noctem, D
vmbram terræ, aut succusionem, motum terræ: aut nubem, densitatem aeris: aut ventum, motum aeris: addendum enim quanti, & qualis, vbi, & a quo. Similiter aût & in cæteris huiusmodi unam omittens differentiam quamlibet, non dicit quid est esse: oportet aût semper ad id, quo indiget, argumentari: non enim quolibet modo terra mota: neq; quantacunq; succusio erit: similiter autem neq; aere quolibet modo, neq; quantocunq; modo, ventus erit.

60. locus. Declaratio. Amplius, in appetitibus, si non apponitur quod apparet, & in quibuslibet aliis congruit. Vt qm̃ voluntas appetitus boni, concupiscentia aût appetitus delectationis, sed non apparentis boni, vel delectationis: plerunq; enim latet appetentes: quoniam bonum aut delectabile est: quare non necessarium bonum vel delectabile esse, sed apparens solum oportebat ergo sic & assignationem facere.

61 locus. Declaratio. Si aût & assignauit quod dictũ est, in ipsas species ducendum eum E
qui ponit ideas esse. Non enim est idea illius apparentis: ipsa autem species ad ipsam speciem videtur dici: vt ipsa concupiscentia, ipsius delectationis: & ipsa voluntas, ipsius boni. apparentis igitur boni nõ erit ipsa voluntas, neque apparentis delectationis ipsa cõcupiscentia: absurdũ enim est esse, ipsum apparens bonũ, vel delectabile.

62. locus. Declaratio. Amplius, si sit quidem habitus definitio, considerandum in habente, si quidem habentis, in habitu: similiter aût & in cęteris talibus. Vt si delectatio est iuuantia, & delectabile iuuabile.

63. locus. Declaratio. Vniuersaliter autem dicendo in hmõi definitionibus, quodammodo, vno plura accidit eum, qui definit, definire. Nam qui sciẽtiam definiuit, quodammodo & ignorantiam definiuit: similiter aût & scium, & inscium, & scire, & ignorare: nam primo dilucido facto, & reliqua quodammodo dilucida fiunt. Inspiciendum igit̃ in oĩbus talibus, ne quicquam dissoneat: vtendo elementis ex contrariis, & coniugatis.

64. locus. Declaratio. Amplius, in his, quæ ad aliquid sunt, considerandum si ad quod genus assignatur, & species ad illud quoddam assignatur. Vt si opinio ad opinatum, & quædã opinio ad quoddam opinatũ: & si multiplex ad submultiplex, & quoddam multiplex ad quoddã submultiplex: si autem non sic assignatur, manifestum quoniam peccatur. F

65. locus. Declaratio. Videndum autem, & si oppositio opposita definitio. Vt si dimidii ea sit, quæ opposita est ei, quæ est duplicis: nam, si duplex est quod in æquali superat dimidium: & dimidium quod in æquali superatur, in contrariis autem similiter.

66. locus. Declaratio. Nam contraria contrarii oratio erit, secundum vnam quandam cõplexionem cõtrariorum: vt si adiutiuum quidem effectiuũ boni est, nociuum effectiuum mali, aut corruptiuum boni: alterum enim horũ, necessarium est contrarium esse ei, quod ex principio dictum est: si igitur neutrum contrarium est ei quod ex principio dictum est: manifestum quoniam neutra erit earum (quæ posterius assignatę) contra-

A rii oratio: quare neque quæ ex principio assignata est definitio, recte assignata est. Quoniam autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur, vt inæqualitas priuatio æqualitatis videtur esse. inæqualia enim, quæ non æqualia sunt, dicuntur: perspicuum quoniam quod secundum priuationem quidem dicitur contrarium, necessarium est definire per alterum: reliquum vero non iam oportet, per id quod secundum priuationem dicitur. Non enim accidit alterutrum per alterutrum cognosci. considerandum igitur in contrariis huiusmodi peccatum. Vt si quis definiuit æqualitatem, contrarium inæqualitati: nam per hoc, quod secundum priuationem dicitur, definiuit.

67. locus. Declaratio. Amplius, sic definientem necesse est eo, quod definitur, vti. Patet autem hoc, si accipiatur pro nomine oratio: nam quia nil refert dicere inæqualitatem priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis, quare eodem erit vsus.

B 68. locus. Declaratio. Si autem neutrum contrariorum secundum priuationem dicatur, assignetur autem oratio similiter. Vt bonum contrarium malo: manifestum quoniam malum contrarium bono erit. nam sic contrariorum similiter oratio assignanda: quare rursum eo quod definitur accidit vti: ineſt enim in mali oratione bonum: quocirca quoniam bonum est malo contrarium: malum autem nihil differt, vel quod est bono contrarium, erit bonum contrarium, boni contrario: perspicuum igitur quoniam eodem vsus est.

69. locus. Declaratio. Amplius, si quod secundum priuationem dicitur assignans, non assignauit cuius est priuatio. Vt habitus, aut contrarii, aut cuiuscunque est priuatio.

70. locus. Declaratio. Et si non in quo natum est fieri addidit, vel simpliciter, vel in quo primum natum est fieri. Vt si ignorantiam dicens priuationem, non scientiæ priuationem dixit: aut si non addidit in quo natũ est C fieri, aut addens non in quo primo assignauit: vt quod non in rationali, aut addens non in quo primo assignauit: vt quod non in rationali, sed in homine, vel in anima: nam si quodlibet horum omittat, peccauit. Similiter aût, & si excitatem non visus priuationem in oculo dixit: oportet autem bene assignantem, quid est, & cuius est priuatio assignare, & quidnam est quod priuatum est.

71. locus. Declaratio. Videndum aût, & si non secundum priuationem dictum: priuatione definiuit. Vt & in ignorantia videbitur esse huiusmodi peccatum, iis qui non scẽm negationem ignorantiam dicunt: nam qđ nõ habet scientiam non videtur ignorare: sed magis quod deceptum est: propter quod neq; inanimata, neq; pueros dicimus ignorare: quare non secundum priuationem scientiæ ignorantia dicitur.

72. locus. Declaratio. Amplius, si similibus nominis casibus similes orationis casus apptantur. Vt si adiutiuum est effectiuum sanitatis, adiutiua est sanitatis effectiua, & adiuuans efficiens sanitatem. Considerandum & in idea, si aptabitur dictus terminus. Nam in quibusdam non ac-

cidit: vt quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus. idea enim non erit mortalis, vt ipse homo: quare non aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut passiuum, necesse est dissonare in idea terminū: nam impassibiles, & immobiles videntur esse ideæ iis, qui dicunt ideas esse: aduersum hos autem, & tales orationes vtiles sunt.

71. locus. Declaratio.

Amplius, si eorum, quæ secundum æquiuocationem dicuntur, vnā definitionem omnium communem assignauit: Vniuoca enim, quorum vna est, secundum nomen oratio: quare nullius eorum quæ sub nomine sunt, assignatus est terminus, eo quòd similiter ad omne æquiuocum adaptatur. Passus autem hoc est & Dionysii vitæ terminus: siquidem ea motus est generi nutriendi naturaliter inseruiens: nihil enim hoc magis animalibus, quàm plantis ineſt: vita autem nō secundum vnam speciem videtur dici, sed altera quidem animalibus, altera plantis ineſt: contingit igitur & secundum electionem sic assignare terminum, ac si vniuoca, & secundum vnam speciem omnis vita diceretur. Nihil autem prohibet & eum, qui conspicit æquiuocationem, & alterius vult definitionem assignare: latere non propriam, sed communem vtriſque orationem assignare: sed nihil minus si vtrouis modo fecerit, peccauit.

74. locus. Declaratio.

Postquàm autem quædam latent æquiuocorum, interroganti quidem vt vniuocis vtendum. Nam non adaptabitur alterius terminus ad alterum: quare videbitur non distinguendum hoc pacto, oportet enim in omne, Vniuocum adaptari: eidem autem respōdenti, distinguendum est.

75. locus. Declaratio.

Quoniam autem quidam respondentium vniuocum quidem dicunt esse æquiuocum, quando non accommodatur ad omne assignata oratio: æquiuocum autem vniuocum, etiam si ad vtrunq; accommodetur: præ confessione vtendum pro talibus, aut præcolligendum q̄ æquiuocum, vel vniuocum, aut vtrunq; fuerit. Magis enim concedunt non præuidentes, quod futurum est vt accidat.

76. locus. Declaratio.

Si autem non facta confessione dixerit aliquis vniuocum æquiuocum esse, eo quòd non accommodatur, & in hoc assignata oratio: considerandum si huius oratio accommodatur & ad reliqua. Nam manifestum, quoniam vniuocum erit reliquis: si autem non, plures erunt definitiones reliquis: nam quæ secundum nomen orationes accommodabuntur ad eandem, quæ prior assignata est, & quæ posterior.

77. locus. Declaratio.

Rursum, si quis definiens aliquid eorum, quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodatur ad omnia, & quia æquiuocum esse non concedat, nomen etiam dicat nō ad omnia accommodari, quoniam nec oratio, dicendum ad eiusmodi, quòd nominatione quidem oportet vti quæ tradita est, & quæ sequitur, & non dimouere quæ talia sunt, tametsi nonnulla dicenda nō sint similiter multitudini.

De locis sūptis ex differentijs.

LOCORVM vero sumptorum ex differentijs habent quatuor bases. Quarum vna est, quod differentia prædicetur in eo quod qualis res sit. secunda, q̄ differentiæ sit vnum aut plusquam vnum oppositum, quibus genus diuidatur prima diuisione, prout diuiditur animal in progressiuum, volatile, & natans, & vnumquodque illorum, quando connectitur generi, constituit speciem: de conditionibus autem oppositi ipsius differentiæ est, q̄ non sit oppositum negatiuæ sensibiliter, quando enim negatio connectitur generi, non constituit speciem, nisi negatio sit virtutis priuationis: tertia autem est, q̄ differentia non sit his, quæ sunt per accidens, prout est qui definiret equum, q̄ sit animal currens: quando itaque considerantur significata horum trium locorum, competiuntur reliqua loca differentię, quæ retulit, reducibilia ad hęc illa.

Quorum primus locus est, q̄ sumantur species pro differentia, vt qui definiret contentum, q̄ sit maledictio cum spretu: spretus. n. est quædam species maledictionis.

Et secundus ipsorum locus est, quod sumatur genus pro differentia, vt qui definiret sonum, q̄ sit aer cum percussione: percussio enim est soni genus: sophisma autem huius loci, & præcedentis est, quia in illis differentia non prædicaretur in eo q̄ qualis res sit.

Et ipsorum est tertius locus. s. quod differentia prædicetur vt genus. Et huius loci sophisma est, quia genus prædicatur de pluribus q̄ prædicetur differentia: differentia itaq; iterum nō prędicaretur in eo, q̄ qualis res sit.

Et ipsorum est quartus locus, quod consideremus q̄ si genus prædicetur de differentia, non est differentia: genus enim prædicatur, de quibus prædicantur differentiæ, & non est differentia: quare ipsum & differentia sunt ipsa species. Verbi gratia quia animal prædicatur de homine, & boue, & reliquis animalibus, & non prædicatur de illorum differentijs, ex quo illas significaret nomine nō denominatiuo: non. n. est verum dicere q̄ rationalitas sit animal, quia, si animal prædicaretur de singulis differentijs, ipsæ eædem species prædicarentur de ipsiſmet speciebus, aut essent alia animalia q̄ illa animalia, in quæ diuiditur ipsum animal, quæ prædicarentur de speciebus animalis, ex quo genus prædicatur de ipsis speciebus.

Et de illis est quintus locus. s. q̄ species, aut aliqua res, quæ subest speciei prædicetur de differentia: differentia enim aut prędicatur de pluribus, q̄ prædicetur species, aut illi æqualis. Si autem sit vniuersalior, non prædicatur de illa, & si sit æqualis, oportet, q̄ differentia sit species. Et huius loci corruptela est, quia differentia sumeretur ab eo, q̄ est accidentaliter.

Et de illis est sextus locus, q̄ differentia non sit exiens a genere. Et huius quidem significatum est, q̄ sit vna generis differentia nota in communitate generis, cuius sumpta est differentia: hoc autem fit, quando duo genera, in quibus inuenitur ipsa differentia, non ascendunt in vnum idem prædicamentum, quoniam non esset impossibile esse vnam differentiam duorum generum, quorum vnum ambiat alterum, sed ascendunt in vnum genus, vt bipes, quæ est differentia progressiui, & volatilis, quæ sunt duo genera, quorum vnū non continet alterū, sed ambo sunt sub vno genere, quod est ipsum animal.

Et de illis est septimus locus scilicet q̄ complementum differentiæ substantiæ sit de illis, quæ dicuntur in subiecto, quod est ipsum accidens, vt qui sumeret differentias specierum animalis, & speciem temporis & loci: & si verū sit de quibusdam speciebus substantiarum, q̄ in sua definitione sumantur differentiæ accidentales: hoc autem fit, quando fuerint nimis propinquæ suis veris differentiis, & significent illas & fiant vice illarum, quando veræ differentiæ non patent de illis vt qui in diuisione animalis vtitur q̄ quoddā sit terrestre & quoddam aquaticū: talia enim accidentia constituuntur per suas veras differentias: de hoc aūt iam dictum est in libro posteriorū analeticorum.

Et de illis est octauus locus, scilicet q̄ passio sumatur pro differentia, vt qui definiret hominem, q̄ sit animal erubescens: affectus enim, quando intenditur, educit rem ab eius essentia: differentiæ autem conditionis est conseruare spe-

ciem,non quod per ipſam reddatur varia,& tranſferatur eius natura, prout accidit de ipſo ſenſu. D

Nonus locus eſt,ꝙ differentia non ſit prior ſpecie: expedit enim differentiã eſſe poſteriorem genere,& priorem ſpecie.

Decimus locus eſt,ꝙ differentia relationis non eſſet relationis:expedit enim relationis differentiã eſſe relationis,vt qui diuidit ſcientiam, quoniã quædã ſit theorica,& quædã practica.Et omnia hęc tria loca ſcilicet octauus, nonus, & decimus reducuntur ad ſextũ locum, ſcilicet ꝙ in ipſis differentia ſit poſita extra ipſum genus. Et ideo videtur ꝙ hic locus ſit quartus locus baſium trium, quas retulimus:hæc itaque eſt ſumma locorum,quæ ſunt de ipſis differentijs. & omnia ſunt demonſtratiua.

Poſt hęc autem expedit nobis loqui de errore cadente in definitiones, ſecundum ſe totas:& omnes ſpecies huius erroris,vt Themiſtius ait, aſcendunt aut ad ſuperadditionem,aut ad ipſum defectũ : & hinc inciplamus de locis erroris cadentis in definitiones,quę ſunt ſingulorum prædicamentorum.

Loca itaque propria prædicamento ſubſtantiæ ſunt duo loca: quorum vnus eſt,qui prępoſitus eſt in locis differentiarũ.ſ.ꝙ differentię cõplementũ eſſet de his,quę dicuntur in ſubiecto:ſubſtantiæ.n.differentia eſt ſubſtantia. Secundus locus eſt,ſi fuerit dña definiti,quoduis duorũ contrariorum,quę recipiat ipſum genus eſſentialiter vno ſimili modo,illa nõ eſt conuenienter definitio:nentrum enim duorũ contrariorum prius eſt ineſſe ſubiecto,ꝙm alterum contrarium.V.g. qui definiret aĩam,qđ ſit ſubſtantia recipiens ſcientiam,non eſt prior illo. qui eam definiret per receptionẽ inſcitię:& ſecundũ hoc rei eſſent plures definitiones,quam vna:perfecta autem definitio eſt definitio vna. B

Et relationis ſunt tria loca.Quorum vnus eſt,ꝙ ſumatur in relatiuę rei definitione id,ad quod hęc res dicitur comparatiue eſſentialiter,non accidentaliter: non eſt enim modus complementi definitionis relatiui, niſi in ea continentur res,in comparatione quarũ ipſa res dr:vt,verbi gratia,qui definierit ſcientiam qđ ſit opinio inuariabilis aſſertionis de rebus,quę ſunt ſemper vno ſimili modo,iam cõpleuit ſcitię definitionẽ.ſi aũt defeciſſet inde id, qđ dixit de rebus, quę ſunt ſemper vno ſimili modo,eſſet imperfecta:qũ itaque non ſit in relatini definitione id,cui refertur,nõ cõplet illius definitio,& ſimiliter qui faceret id, quod illi refertur accidentaliter:exẽpli gratia,qui definierit medicinã, quod ſit ſcientia illius,quod eſt in corpore:nã in corpore ſunt multę res, quas medicus cõſideraret accidentaliter,ſicut eſt nigredo & albedo,& cęteræ:ſi aũt definiuiſſet,quod ſit ſcientia ſanitatis & ęgritudinis,iã cõpleuiſſet definitionẽ,prout expediẽs erat.Secũdus aũt locus eſt,qđ protuliſſet in definitione, quod refertur ſecundo,non primo:expedit.n.in relatiui definitione contineri, qđ ei refertur per ſe primo.Exemplũ illius eſt,qui definierit per relationẽ illius,qđ illi,qđ refertur ſecũdo,nõ primo, vt qui definierit appetitũ, qđ ſit deſideriũ voluptatis: eſt.n. voluptatis deſiderium,quia eſt deſideriũ ſuauitatis,& eſt ſuauitatis deſiderium, qa ſit deſideriũ ipſius ſuauis ſecũdo,& ipſum eſſe deſideriũ ſuauitatis eſt primo. F

1 Tertius aũt locus eſt,quod expediat cõſiderare, quod ſi genus relatiuũ oporteat,qđ ſua definitione perficiat genus ſibi oppoſitum,ſpecies, quę huic generi relatiuo ſubeſt,dicat in cõparatione ſpeciei,quę ſubeſt generi correlatiuo, V.g. ſi opinionis definitio compleatur per rẽ opinabilẽ, oportet ſcitię definitionem cõpleri per rẽ ſcibilẽ:ſimiliter,non eſſet definitio:vt gratia exẽpli, qui definierit ſenſum,quod ſit vis,qua cõprehendantur corpora,nõ cõpleuit ſenſus definitionem:nam ſecundũ hoc,oporteret auditũ comprehendere aliquod corpus.

Loca vero,quę ſunt ſecundum qualitatis circumſtantiã, quędam ſunt ſecundum circunſtantiã habituũ & virtutũ: omnis.n.habitus & vis,quę non cuadit, quin ſit habitus plurium,ꝙm vnius actus. Et qui eſt plurium,quã vnius actus,nõ cuadit,quin ſit aptus verſus illos actus equaliter, aut quorundam ſit per ſe, & quorundam per accidens,vel quorundam prima intentione ex parte preſtantioris,& quorundã ſecunda intentione. At ille ſit,qui eſt aptus verſus vnũ actum non cuadit,quin poſſit fieri ſine hoc actu,aut impoſsibile ſit:ꝙſi autẽ quis com-

A pleuerit definitionẽ alicuius habitus,aut artis, quod ſit aptã verſus actus plures ꝙm vnũ ęqualiter,& occulauerit vnum illorum actuum,illa itaq; non eſt definitio:vt verbi gratia,qui definierit,quod grãmatica ſit ſcientia ſcribendi tantum,abiecit ab illius definitione quandam dictionem, ſcilicet ipſum dicere : eſt enim ita ſcientia dicendi, ſicut eſt ſcientia ſcribendi. Illi vero,qui ſunt apti verſus plures,ꝙm vnum,quidam ſunt per ſe, & quidam per accidens:ſicq;. ſi quis compleuerit definitiones per id,quod eſt per accidens,loco illius, quod eſt per ſe,aut protulerit quod eſt per accidens,cũ illo,quod eſt per ſe: illa itaque,quam protulit.non eſt definitio:vt verbi gratia,qui definierit medicinam,quod ſit ars faciens morbum,& ſalutem:facit enim ſalutem per ſe, & facit morbum per accidens : licet enim ars medica ſit,cui contingit facere accidentia, non eſt aptã verſus hunc actum. Sicque eſt ille,qui dinumeratur verſus plures actus quam vnum,niſi quod quidam ſit aliquibus aliis prætantior,qũ qui cõpleturus eſt, compleuerit definitionem per actũ viliorem præter nobiliorem, aut eos protulerit non ſimili modo,non ſit definitio : hoc autem eſt,ſicut eſt diſpoſitio virtutum naturalium animæ,quia decet ipſarum definitiones fieri ex nobiliori, & non ex viliori actu,vt quod illas capiat a virtutibus,non a vitijs,illi vero, quę dinumerantur verſus vnum actum,& poteſt eſſe quod fiant per alium, ſunt quã ſumitur vice huius actus,qui eſt per ſe,alter actus qui eo poteſt fieri per accidens. Sicque non ſit definitio:hoc autem notum eſt de inſtrumentis ſenſatis,vt qui definierit cultellum,ꝙ ſit inſtrumentum,quo fiat actus carpẽtarij: ars enim carpentaria fit aſcia,non cultello. Si autem vis dinumeraretur verſus vnũ actũ, ſine quo ſit illi impoſsibile eſſe, & protulerit hunc actum in definitione, iam illam protuliſſet,vt expedit,vt qui viſum definiret, quod ſit vis, qua colores comprehendantur. Secundus autem locus eſt, quod ſcrutemur etiam de complemento virtutis an ſit actus, aut factum aliquod actuatum. Vt verbi gratia, artis ſaltandi complementum eſt actus quidam,& complementum artis carpentarij eſt factum quoddam per artem. Si autem quis compleuerit definitionem rei,cuius cõplementum eſt res facta per artem agentem:vt qui definiret carpẽtariam quod ſit habitus,ſecundã quod fiat per carpentariã, non ſecundũ quod per eam ſint res factæ per carpentariã,nõ faceret definitionẽ.In definitione vero rerũ,quarũ perfectio eſt ipſe actus,expedit quod ponat actus in ipſarũ definitione:multarũ aũt rerũ perfectio non eſt, qua ipſæ iam ſint, ſed in ipſarum generatione:delectationis.n.perfectio eſt tẽpore factionis,nõ tempore complementi,& magis illam eligimus tẽpore factionis:& ſimiliter eligimus ſpeculationem tempore factionis,nõ tẽpore complementi,& magis ipſam eligimus tẽpore factionis,quã ipſam eligamus,poſtquã expleuerimus ſpeculationem. E

C Loca aũt ſumpta a caſibus, & coniugatis, & oppoſitis nimis iuuant acceptionem definitionum habituum & potentiarum & affectuum, qui ſunt prædicamenti qualitatis:quoniam, ſi fuerit definitio ipſius habitus,expedit, quod ſit per id,cuius eſt habitus, & ſi fuerit illius,cuius eſt habitus,expedit, quod ſit per ipſum habitum, ſinautem, non fieret definitio. Exempli gratia ſi ſuaue ſit, quod eſt vtile, ſuauitas eſt id,quod eſt vtilitas. Et ſimiliter de oppoſitis. Hoc autem ita ſit,quia qui aliquo modo definit rem , iam definit multas res in hoc exempio, & ſimili.

Tertius aũt locus eſt ob circunſtantiam habituum, & potentiarum & affectuum;nam quia ſecundum ſe toros inſunt ſubiectis, & quæ inſunt ſubiectis , quædam inſunt primo,& quædam inſunt ſecundo, quando non apparet in definitione ſubiectũ, cui ineſt habitus,aut potentia,aut electio primo, non definiretur: & ſimiliter quando illum non poneret in ſuo ſubiecto, verbi gratia,quia prudentia ineſt parti ratiocinatiuæ primo, & animæ ſecundo quia ineſt parti ratiocinatiuę & homini,qa ineſt alę,ꝙ vero apparẽt in definitione rei abſq; ſubiecto,ſunt,,aut qđ definiret ſomnũ ꝙ ſit ſenſus ibecillitas.Et dubiũ,ꝙ ſit cogquatio ſyllogiſmorũ oppoſitorũ,& ſalutẽ.ꝙ ſit cogquatio caloris et frigoris,et doloꝛe,qđ ſit ſolutio partiũ vnitariũqũ neq: ſomnus eſt ſenſus ibecillitas ,ſed eſt ob ſenſus ibecillitatẽ,nec ſalus eſt cogquatio,ſed ob cogquationẽ,nec dolor eſt cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul solutio, sed est ob continui solutionem. Et vt vniuersalius inquam, qui D
hoc modo definitret, accideret ei quod ponat factum in faciente, aut facientem
in facto, scilicet quod aut causa somni debilitetur, vel causa imbecillitatis dor
miat. Et vniuersaliter hæc definiuntur per subiecta, & actus, & secundum hoc
sunt tripartita, aut sunt res naturales, aut sunt virtutes animales, aut sunt res
artificiales. Rerum autem naturalium actus sunt nobis noti, & subiecta latẽt,
verbi gratia, quia actus somni patet, qui est vacatio sensuum, & ipsius subiectũ
est dubium, quod indiget demonstratione, quod Aristo. gratia exempli opi-
natur, ꝙ sit ipsum cor, & Galenus opinatur quod sit cerebrum. In artibus ve-
ro subiecta sunt nobis nota, quæ sunt ipsa anima: quæ quæruntur autem sunt
perfectiones, & actus. Virtutũ vero quæsita sunt ambæ res simul, hoc est, no-
tio actuũ, & notio subiectorum: vt, verbi gratia fortitudo non est nobis nota cui
parti animæ insit, neque quis sit eius actus, qui virtus dicitur. Expediens autẽ
hoc fuit de illa, quia ipsa non est ob ipsam naturã perfecte, neq: ob voluntariã
arbitriã perfecte, sed est ac si esset mista ex vtrisque rebus.

Quartus autem locus est, quia definitiones quarundam rerum, & præcipue
virtutum, oportet ꝙ perficiantur per quantitatem, & qualitatẽ, & quando, &
vbi, & per causas agentes, aut finales, aut conseruatiuas, & quando deiecta
fuerit ex talium rerum definitione aliqua harum differentiarum, non fieret de- B
finitio, Verbi gratia, si quis fortitudinem definierit, ꝙ sit prior timore, qui
contigerit quadam quantitate, non quantuis contigerit, & quodam tempore
non quouis tempore contigerit: causa autem definiendi per has differentias est
finis, quo est ipsa prioritas, & secundum hoc res se habet de iustitia, & gloria,
& reliquis virtutibus, & oportet quod tales res perficiantur per res naturales,
verbi gratia, quia non satis est noctis definitioni, quod sit terræ vmbra, donec
dicatur totius, aut partis vmbra ob solis occultationem, non ob aliam rem: &
similiter non sufficit pluuiæ definitioni, quod sit aqua descendens, donec dica-
tur quomodo descendat, & vnde, & quæ sit causa ipsius descensus, & qua quãti
tate fiat, & propter quid, & quando descendat. Hæc itaque loca sunt ob circun
stantiam trium specierum qualitatum, hoc est ex habitibus, & potentiis, id est
quæ dicuntur secundum naturalem potentiam, aut naturalem impotentiam, &
ex affectibus, hoc est passionibus & passibilibus qualitatibus. Prędicamenti
vero vbi, & quando, non est locus proprius. Prædicamento autem actionis &
passionis sufficiunt hæc loca, quę sunt secundũ qualitatis circunstantiam,

Loca autem priuationis quædam sunt, ꝙ non sumamus in habitus definitio
ne ipsam priuationem: vt si quis sumeret in definitione visus quod sit cęcitatis
contrarius: hic enim definiret prius per posterius: & cum hoc etiam vtitur ip- F
somet definito in ipsa definitione: ex quo enim cęcitas est priuatio visus, est
ac si diceret quod visus sit contrarium priuationis visus.

Secundus autem locus est, si quis proferret priuationis definitionem, & in
ipsius definitione non proferret ipsum habitum, qui sit priuationis contrariũ,
ille non definiret: exempli gratia. Si definitio ignorantiæ esset, quod sit priua-
tio, & non diceretur cuius rei priuatio sit.

Tertius locus est, si esset priuationis definitio, & in eius definitione profe-
retur habitus illi oppositus, & non proferretur subiectum proprium priuatio-
ni: prout si quis definiret cęcitatem, ꝙ sit priuatio visus, & non diceretur ocu-
li videntis, quia visus priuatio in talpa non est cæcitas, in definitione itaque
huius speciei priuationis perfectę oportet connecti has duas conditiones: quą-
rum vna est, quod in ea explicetur habitus oppositus. Et altera ꝙ sit in su-
biecto proprio.

Quartus autem locus est. Si priuatio fuerit de speciebus illius, quam esse est
secundum modum habitus imperfecti, & est illa, in cuius definitione dictum est,
quod sit illa, quæ non est in subiecto illo, cuius moris est esse in illo modo quo
consueuit esse in illo, vt inęquale dicitur de maiori & minori. Et similiter igno
rantia, ex quo est duarum specierum, quarum vna est ignorantia secundum mo-
dum priuationis. Et altera est ignorantia secundum modum erroris: expedit

A itaque definienti, quando perficeret definitiones harum priuationũ, quod ex-
plicet de priuatione id, quod est secundum modum habitus imperfecti: prout
diceretur quod ignorantia sit opinio de re aliter quam res sit extra animam, nõ
quod dicatur quod ignorantia sit priuatio scientiæ illius, cuius moris est quod
ei insit scientia.

De locis definitionum ipsorum compositorum. Cap. III.

SI autem alicuius complexorum assignetur terminus, considerandum est auferendo alterius eorum quo com plectuntur orationem, si est & reliqua reliqui. Nam si non, manifestum quoniam neque tota totius: vt si quis piam definiuit lineam finalem rectam, finem plani ha bentis fines, cuius mediũ superadditur finibus: si finalis lineæ oratio est, finis plani habentis fines, recte oportet esse reliquum, cuius me- dium superadditur finibus: sed infinita neque medium, neque fines B habet, recta autem est, quare non est reliqua reliqui oratio. 78. Locus. Declaratio.

Amplius, si cum sit compositum quod definitur, æquimembris ora tio assignetur definitio. Equimembris autem dicitur oratio esse, quã- do quot fuerint composita, tot & in oratione nomina, & verba fue- rint: necesse est enim in talibus ipsorum nominum commutationem fieri aut omniũ, aut aliquorum, eo quod nihil plura nunc, quã prius nomina dicta sunt: verum oportet eum, qui definit, oratione pro no- minibus assignare, maxime quidem omnibus: quod si non, at saltẽ in plurimis: sic enim & in simplicibus qui nomen commutat, non defini turus est, Vt pro tunica, Vestem. 79. Locus. Declaratio.

Amplius autem maius peccatum, si & per ignotiora nomina com- mutationem fecerit. Vt pro homine albo, terrigenam candentem: neque enim definiuit, cũ minus sit clarum quod sic dicitur. 80. Locus. Declaratio.

Considerandum autem & si per commutationẽ nominum, nõ idẽ iam significat. Vt qui contemplatiuam scientiam, opinionem con- C templatiuã dixit: nã opinio, scientiæ non idem (at oportet, si debet, & totum idem esse) nam contemplatiuum quidẽ cõmune in vtriusq; orationibus est, reliquum vero differens. 81. Locus. Declaratio.

Amplius, si alterius nominum commutationem faciens, non diffe rentiæ, sed generis commutationem fecit. Vt in eo quod nuper di- ctum est: ignotius enim contemplatiua quam scientia: nam hoc qui- dem genus, illud autem differentia, omnibus autem notius genus, nã communis: quare non generis, sed differentiæ oportebat commuta- tionem fieri, eo quod ignotior est. An hæc quidem ridicula reprehẽ- sio? nihil enim prohibet differentiam quidem notissimo nomine di- ci, genus autem non: sic autem rebus se habentibus manifestum quo- niam generis, & non differentiæ secundum nomen commutatio fa- ciendа: si autem non nomen pro nomine, sed orationem pro nomine commutat, manifestum quoniam differentiæ magis quam generis 82. Locus. Declaratio. Dubitatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

definitio assignanda est, eo quod cognoscendi gratia definitio assignatur: nam minus differentia quam genus nota: Si autem differētiæ terminum assignauit, considerādum si & alicuius alius communis est assignatus terminus. Vt cum imparem numerum, numerū medium habentem dixerit, determinandū est quo pacto medium habentem: nam numerus quidem communis in vtrisque orationibus est. Imparis autem consumpta est oratio: habent autem, & linea, & corpus medium, cum non sint imparia: quare non vtique erit definitio hæc imparis: si autē multipliciter dicitur medium habens, determinandū quomodo medium habens, alioqui reprehensio erit, aut sylogismus: quod non definiuit. D

81. Locus. Declaratio. Rursum, si id cuius quidē orationem assignauit est eorum quæ sunt, quod autem sub oratione, non eorum quæ sunt. Vt si album, quispiam definiuit colorem igni permixtum. impossibile enim incorporeum corpori permisceri, quare non erit color igni permixtus, attamen album est. E

84. Locus. Declaratio. Amplius, quicunque non diuidunt in iis, quæ sunt ad aliquid, ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendentes dicunt: aut omnino, aut in aliquo falsum dicunt. Vt si quis medicinam disciplinam entis dixit: nam si nullius entium medicina est disciplina: manifestum quoniam tota oratio mendax est: si autem alicuius quidem, alicuius autē non, in aliquo mendax: nam oportet de omni, siquidem per se, & nō secundum accidens entis esse dicitur, quemadmodum in aliis se habent ea quæ ad aliquid sunt: nam omne disciplinatum ad disciplinam dicitur. Similiter autem & in aliis, eo quod conuertuntur omnia ad aliquid: omne enim disciplinatum, ad aliquid. Cæterum si is (qui nō per se, sed secundum accidens assignationem fecit) recte assignauit, non ad vnum, sed ad plura vnumquodque eorum quæ ad aliquid dicūtur, assignauit: nihil enim prohibet idem, & ens, & album, & bonū esse: quare qui ad quodlibet horum assignauit, recte assignauit, siquidem is qui secūdum accidens assignauit, recte assignauit. Præterea autem impossibile est huiusmodi orationem propriam assignari esse: nam nō solum medicina, sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicuntur, quare vnaquæque entis disciplina erit: manifestum igitur quoniam talis nullius est disciplinæ definitio, propriam enim & non communē oportet definitionem esse. F

85. Locus. Declaratio. Quandoque autē definiunt nō rem, sed rem bene se habētem, aut perfectam. Talis autē & rhetoris & furis terminus, si sit rhetor quidē, qui potest quod in vnoquoq; est verisimile considerare, & nihil prætermittere: fur autem, qui clam sumit: perspicuum enim quoniā cum talis vterque, hic quidem bonus rhetor, ille autem bonus fur erit nō enim qui clam sumit, sed qui vult clam sumere, fur est.

86. Locus. Declaratio. Rursum, si quod propter se eligendum est, vt actiuum vel effectiuum, vel quolibet modo propter aliud eligendum assignauit.

A Vt qui iustitiam, legum conseruatiuam dicit: aut sapientiam, effectiuam felicitatis: nam conseruatiuum & effectiuum eorum sunt quę propter aliud eliguntur. An nihil quidem prohibet quod propter se eligendum est, & propter aliud esse eligendum? attamen nihil minus peccauit, qui sic definiuit quod propter se est eligendum: nam vnicuique optimum, in substantia maxime: melius autem quod propter se eligendum, quam quod propter aliud: quare id & definitionem oportebit magis significare.

87. Locus. Declaratio. Cōsiderandū aūt est & si is q alicuius definitionē assignauit, aut hęc aut qđ est ex his, aut hoc cū illo definiuit. Nam si hæc quidē, accidet vtrisque & neutri inesse: vt si iustitiā, temperantiā, & fortitudinem definierit: nam si sint duo, vterque autem alterum habeat, vtrique iusti erunt, & neuter, eo quòd vtrique quidem habent iustitiam, vterque autem non habet. Si autem nondum quod dictum est admodum absurdum videtur, eo quòd & in aliis accidat huiusmodi B (nihil enim prohibet vtrosque habere vnam, cum neuter habeat) attamen contraria inesse eidem, omnino absurdum videbitur esse: accidet autem hoc, si hic quidem ipsorum temperantiam & timiditatem habet, ille autem fortitudinem, & prodigalitatem: nam vtrique iustitiam, & iniustitiam habent: nam si iustitia, temperantia & fortitudo est, & iniustitia timiditas & prodigalitas erit: & omnino quæcunque ad argumentandum idonea quòd non idem sunt & partes & totum, omnia vtilia ad id quod dictum est. videtur autem qui sic definit partes, toti eadem dicere esse. Maxime autem accommodatæ fiunt orationes, in quibuscunque manifesta partium est compositio, quemadmodum in domo, & in cæteris talibus: manifestum enim quoniam cum sint partes, nihil prohibet totum non esse. quare non idem partes toti.

88. Locus. Declaratio. Si autem non hæc, sed quod ex his est dixit id esse quod definitur, C primum quidem considerandum, si non natum est quippiam vnum fieri, ex iis quæ dicta sunt.

89. Locus. Declaratio. Quædam enim sic se habēt adinuicem: vt nihil ex eis vnum quippiam fiat: vt linea & numerus.

90. Locus. Declaratio. Amplius, si definitum quidem in vno aliquo natum est primo fieri, ex quibus autem dixit ipsum esse, non in vno primo nata sunt fieri, sed vtrunque in vtroque. Nam manifestum quoniam non erit ex iis illud, in quibus enim partes, & totum necesse est inesse, quare nō in vno totum primo esse, sed in pluribus.

91. Locus. Declaratio. Si autē & partes, & totum in vno aliquo primo, considerandum si nō in eodem, sed in altero totum, & in altero partes. Nam in quo totum, in illo & partes esse videntur.

92. Locus. Declaratio. Rursum, si cum toto corrumpuntur partes. Econuerso enim oportet accidere, partibus corruptis totum corrūpi. toto vero corrupto, non necesse est & partes corrumpi.

91. Locus. Declarano. Aut si totum quidem bonum, vel malum, partes autē neutræ, aut econuerso, partes quidem bonæ, vel malæ, totum autem neutrum. Nam neque ex neutris posibile bonum quippiam, vel malum fieri: neque ex bonis vel malis neutrum. Aut si magis quidem alterū bonum quam alterum malum: quod autem ex his, non magis bonum quam malum. Vt si imprudentia ex fortitudine & falsa opinione, magis enim bonum fortitudo, quam malum falsa opinio: oportet ergo & quod ex his est, sequi illud, quod magis est, & esse vel simpliciter bonum, vel magis bonum quam malum. An hoc quidem necessariū: nisi vtrunque sit per se bonum vel malum? multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona, mixta autem quibusdam, sunt bona: aut econuerso vtrunque quidem bonum, mixta autem, malum vel neutrum. maxime autem manifestum quod nunc dictum est in salubribus & morbificis: nam quædam medicamentorum sic se habent, vt vtrunque quidem sit bonum: si autem vtraque dentur mixta, malum.

Dubitatio.

92. Locus. Declaratio. Rursum, si quod ex meliore & peiore est, non est totum peiore quidem melius, meliore autem pejus. An neque hoc necessariū, nisi per se sint ex quibus componitur, bona? nam in iis, quæ non per se sunt bona, nihil prohibet totum non fieri bonum: vt in iis quæ modo dicta sunt.

93. Locus. Declaratio. Amplius, si cognomine est totum alteri. Non oportet enim, vt neque in syllabis: nulli enim elementorum ex quibus componitur, syllaba cognominis est.

94. Locus. Declaratio. Amplius, si non dixit modum compositionis. Non enim sufficiens est ad cognoscendum, quod dicat, ex his: nam non quod ex his, sed quod sic ex his, est cuiusque compositorum substantia, vt in domo, nō enim sic quolibet modo componantur hæc, domus est. Si autem hoc cum illo assignauit, primum quidem dicendum quod hoc cum illo, aut hoc & illud dicitur, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cū aqua, vel mel & aquam dicit, vel quod ex melle & aqua: quare si cuilibet eorum, quæ dicta sunt, idē confitebitur esse hoc cum illo, eadem conueniet dicere, quæ quidem ad vtrunque horum prius dicta sunt.

97. Locus. Declaratio. Amplius, diuidenti quoties dicitur alterum cum altero, considerandum si nullo modo hoc cum illo. Vt si dicitur alterum cum altero, aut vt in aliquo eodem susceptiuo, vt iustitia & fortitudo in anima, aut in loco eodem, aut in tempore eodem: nullo autem modo verū sit quod dictum est in his: manifestum est quoniam nullius erit assignata definitio, eo quod nullo modo, hoc cum illo est.

98. Locus. Declaratio. Si autem diuisio quoties dicitur alterum cum altero, verum erit in eodem tempore vtrunque esse, considerandum si contingit non ad eundem vtrunque dici finem. Vt si fortitudinem definiuit audaciam cum recta intelligentia: contingit enim audaciam quidem habere spoliandi, rectam autem intelligentiam circa salubria, sed nondum

nondum fortis, qui in eodem tempore cum illo hoc habet.

100. Locus. Declaratio. Amplius, si & ad idem ambo dicuntur: vt ad medicatiua. Nihil enim prohibet & audaciam quandam, & rectam intelligentiam habere ad medicatiua, attamen nec si fortis, qui hoc cum illo habet: neque enim ad alterum, eorum vtrunque oportet dici, neque ad idem quodcunque sit, sed ad fortitudinis finem, vt ad præliorum periculā: aut si quid magis est illius finis.

101. Locus. Declaratio. Quædam autem sic assignatorum, nullo modo sub dictam cadunt diuisionem: vt si ira tristitia est cum opinione paruipendendi: nam quod propter huiusmodi opinionem tristitia fit, hoc vult indicare: propter hoc autem fieri aliquid, nō est idem ei quod est hoc quidem cum illo esse secundum, vllum dictorum modorum.

102. Locus. Declaratio. Rursum, si horum compositionem, dixit totum. Vt animæ & corporis compositionem animal. Primum quidem considerandum si nō dixit qualis compositio: vt si carnem definiens, aut os, ignis, & acris, & terræ dixit compositionem: non enim sufficit compositionem dicere, sed quæ & qualis determinandum: non enim quolibet modo compositis his caro fit, sed sic quidem compositis, caro, sic vero os. Videtur autem neque esse omnino compositioni idem neutrum eorum quæ dicta sunt: nam compositioni omni dissolutio contraria, dictorum autem neutri, nihil.

103. Locus. Declaratio. Amplius, si similiter est verisimile omne compositum compositionem esse, vel nullum: animalium autem vnumquodque cum sit compositum, non est compositio, neque profecto aliorum compositorum vllum compositio erit. Rursum, si similiter in aliquo nata sunt esse contraria, definiuit autem per alterum: manifestum quoniam non definiuit. Si autem non ita est, plures accidet eiusdem definitiones esse: quid enim magis qui per hoc, quam qui per alterum definiens dixit? eo quòd similiter vtraque nata sunt fieri in eodem. Talis autem animæ est definitio, siquidem est substantia disciplinæ susceptiua: nam similiter & ignorantiæ est susceptiua.

104. Locus. Declaratio. Oportet autem si non ad totam habeat aliquis argumentari definitionem, eo quòd non nota sit tota, ad aliquam partium argumentari sit nota, & non bene assignata appareat: nam parte interempta, & tota definitio interimitur.

105. Locus. Declaratio. Quæcunque autem obscuræ sunt definitionum emendanti, & confirmanti ad manifestandum aliquid & habendum argumentum, sic considerandum. Necesse est enim respondentem aut suscipere quod sumptum est ab interrogante, aut eundem declarare, quid temere est ostensum à definitione.

106. Locus. Declaratio. Amplius, quemadmodum in congregationibus solent legem inducere, & si sit melior quæ inducitur, interimit anteriorem: sic & in definitionibus faciendū, & definitio alta ferenda. Nam si apparet melior, & magis manifestū qđ definitur: perspicuum qm̄ interempta

207. locus. Declaratio.

erit quæ posita est, eo quòd non sunt eiusdem plures definitiones.

Ad omnes aũt definitiones non minimũ elemẽtũ ad seipsum, soler ter definire propositũ, aut apte dictũ terminũ assumere. Necesse est, n. veluti ad exẽplar considerantẽ, & qđ minus est iis, quæ oportet habe re definitionem, & quod appositum est superflue, inspicere, ut magis argumentis abundemus: q̃ igitur circa definitiones, intãtũ dicta sint.

De locis definitionũ ipsorum compositorum.

IN definitionibus autem rerum compositarum ex partibus accidit error, quan do complete ponuntur suæ partes in ipsarum definitionibus aliquo modo.

Aut quando definiretur totum, quod sit tale & tale, hoc est, suæ partes absq; additione alicuius rei vltra hoc. Aut quod definitur totum, q̃ sit ex tali & tale hoc est ex parte tali & tali, aut q̃ sit pars talis cum parte tali. Exemplum primi est, vt qui definiret domum, q̃ sit lateres & lapides. Et q̃ nauis sit lignum & cla ui & rabulæ & corda: ille enim, qui domus definitionem compleret, hoc modo, omitteret reliquum dignum rerum, quæ debent ferri in definitione, scilicet ipsam compositionem, qua domus est domus, & nauis est nauis. Et quicquid posset dici de errore illius, qui ponit q̃ partes ipsæ eædem sint, sicut est ipsum totum sibi absque additione alicuius rei vltra illas, conferret ad destructionem talium definitionum. Et similiter fit, quando non sit conditionis totius, q̃ fiat ex compositione partium, sed ex congregatione ipsarum: quando enim quis in illius definitio ne omitteret explicare dictionem congregationis, hinc eueniret q̃ duo contraria inessent vni subiecto, verbi gratia qui diceret quod septem sint tria & quatuor, quia nisi dicat agregatum ex tribus & quatuor, posset putari q̃ ipsemet idem septenarius esset par & impar, Veruntamen non est vis huius loci in his rebus, sicut est eius vis in rebus compositis: quando enim intelligeretur sensus illius qui definiret septenarium, q̃ sit trinarius, & quaternarius, iam definiret.

Qui vero definiret totum, q̃ sit tale & tale, contingeret illi error multifariam: primo, quia illæ partes essent ex illis, quæ componuntur, aut quæ complicantur, adeo q̃ ex illis fiat ipsum totum: prout fieret, si quis definiret superficiem, q̃ sit ex linea & numero: nam ex linea & numero non componitur superficies: aut si cut qui definiret corpus, q̃ sit compositum ex partibus indiuisibilibus, & ex indiuisibilibus nequeat componi diuisibile. Secundus autem modus est q̃ illę partes insint vni subiecto, & si hæ partibus similes sint, tamen non sunt partes: exempli gratia, vt qui definiret ſram, q̃ sit composita ex cogitatu & desiderio vindicæ, subiectum enim cogitatus non est subiectum ſræ in ipsa anima. Et tertius modus q̃ illæ partes corrumpantur ad totius corruptionem, res enim, qua expedit esse partes, est contra hoc, hoc est, q̃ totum corrumpatur ad ipsarum corruptionem, non q̃ ipsæ corrumpantur ad ipsius totius corruptionem: quando enim corrumpitur domus, non corrumpuntur lapides, neque lateres, quando autem corrumpuntur lapides & lateres, corrumpitur ipsa domus necessario. Quartus autem modus est, q̃ totum sit bonum aut malum, & partes non sint ita, aut res sit econtra: hoc est, quod partes sint bonæ aut malæ, & totum non sit huic connexum: impossibile est enim q̃ totum sit bonum aut malum, & partes nonlint ita, aut q̃ partes sint bonæ aut malæ, & totum non sit ita. Et iterum si vna partium fuerit altera melior, & altera minus bona, totum compositum ex illis est melius minus bona, & minus bonum meliori. Et ait Aristo. q̃ hic locus verax est, quãdo bonum & malum sumitur de toto & partibus per se, quando vero sumerentur per accidens, nihil prohiberet totum esse bonum, & partes esse malas, prout est dispositio compositorum in medicina, aut dispositio est contra hoc, q̃ simplicia iuuent, & aggregatum sit noxium: & similiter est dispositio ciborum, vt fertur, de congregatione piscis & lactis. Et similiter non est re motum q̃ totum sit compositum ex quadam re meliori altera, & reliqua re minus bona, & totum sit melius meliori, & minus malum malo. Quintus autem locus est, quod nomen totius non conueniat nomini partis & hic quidem proprius est toti ætherogeneo, prout est domus, cuius nomen non absoluitur de eius parti-

bus, totius vero, qđ est homogeneũ nomẽ ipsius conuenit parti: nomẽ. n. partium aquę est aqua, & nomẽ partium carnis est caro, & partium sanguinis est sanguis.

Tertia vero acceptio, qua totũ definiretur, est, qđ totũ sit tale cũ tali, vt dicere, qđ ensis sit chalybs cũ lãpade, aut q̃ diceret, qđ oximel sit mel cũ aceto: huic. n. acceptioni cõtingeret error ex modis, quos narrauimus in prima & secũ da acceptione, & huic superaddit qđ nũc dicemus: dicere. n. q̃ ipsum sit tale cũ tali est verax in rebus, quarũ subiectũ est vnũ, prout sunt diuitiæ, & iustitia, & fortitudo q̃ iunt in vno loco: aut q̃ eueniũt ex vno: qñ itaq; dicimus, q̃ hoc sit cũ hoc, autnõ sit vllo horum trium modorũ, non fit hic vera definitio. v. g. qui definiret iram, qđ sit contristatio cum cogitatu, quia contristatio & cogitatus nõ sunt in vno susceptiuo de partibus ipsius animæ, neque similiter vno tempore: ex quo cogitatus præcedit contristationem.

Si autem acceptio fuerit vno horum trium modorum, aut omnibus, expedit quod consideremus, an duæ partes non dicantur in comparatione ad aliam rem & si res ita sit quod ex hoc positum non sit verum, verbi gratia, qui definiret fortitudinem, quod sit solertia cum cogitatu. Si nos concederemus, quod fortitudo & cogitatus sint in vno susceptiuo, & vno tempore, & vno loco, contingit huic controuersia & fallacia, quantam dicemur in comparatione ad vnam eandem rem: posset enim aliquis vir, cui esset solertia ad luxuriam, & verus cogitatus circa res agentes luxuriem, non sufficere ei etiam hoc, q̃ concedamus ex controuersia quod scilicet sumantur duæ partes in comparatione vnius eiusdem rei, nisi hæc res sit finis ipsius definiti, verbi gratia, qui definiret fortitudinem, quod sit solertia, cum cogitatu vero circa vnam eandem rem, prout sunt res medicinales, non definiret fortitudinem, sed diceret, quod sit solertia cum cogitatu circa bellum, quod est finis fortitudinis. Et aliquando erratur circa orationem, quæ profertur in definitione, q̃ sit tale cum tali, & intelligitur per id, q̃ dicitur cum tali, ipsa causa, expediret autem dicere in illius definitione quod sit tale propter tale: gratia exempli, qui definiret ſram, quod sit contristatio cum imaginatione, quia imaginatio est causa contristationis, non quod sit cum contristatio ne. In his itaque occurrit error ex duabus partibus, aut quod non proferantur partes prout conuenit, aut quod omittatur modus compositionis illarum. Et aliquando errat qui profert compositionem, quando non sumeret in definitione quæ compositio est propria huic rei definitæ: vt qui dixerit, quod animal sit compositum ex corpore & anima, & quod caro & ossa sint composita ex aqua & aere & igne & terra, & non dixit, quæ compositio sit compositio animæ & corporis in animali, neque dixit, quę compositio sit compositio quatuor elementorum in carne & ossibus: compositio enim vnius istorum non est compositio alterius: aliud autem est vnum secundum se, quando componitur differentibus compositionibus, & fiant differentia entia, vt quãdo lapides componuntur vna specie cõpositionis, fit domus, & quando componuntur alia specie compositionis, fit acervus. Sit vniuersaliter hic compleuimus definitionem rerum, quæ est compositio talis aut talis, secundum quod dicere compositionem ponatur vice generis & perfecte aut corrupte, quia compositio non verificatur quod sit genus vllius compositionis: compositioni enim est contrarium illius, quæ est dissolutio. Hæc autem cõposita, quæ descripsimus, non habent contrarium: hæc itaque est summa locorum, quæ referuntur in definitionibus compositorum, & tam expedit nobis qđ hinc procedamus ad tractatum locorum definitionum communium omnibus prædicamentis.

De locis definitionũ cõmunibus omnibus decem prædicamentis.

Initium autem horum locorum est consideratio ex parte temporis, quando tempus in definitione & definitio non significaret vnam rem: notum enim est, quod qui compleret definitionem hoc modo, non faceret conuenire illi ipsum definitum: & hoc quidem primo fit duobus modis, quorum vnus est, quod definitum sit æternum, & definitio significet quoddam tempus. Vt qui definiret animal immortale, quod esset animal, quod non corrumpitur nunc, non est illius indicium pro eo, quod erit in futurum, neque pro eo, quod fuit in præterito. Aut quod definitum significet aliquod tempus; & definitio significet aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

tps,vt qui definiret timorē qđ' sit cogitatus de bono & malo : timor.n.significat D
de tempore futuro,& cogitatus boni & mali aliquando sit de eo, quod est tribus
temporibus,scilicet præsenti, præterito,& futuro, & similiter qui definire pos-
sibile, quod sit quod potest esse,& potest non esse, possibile enim significat fu-
turum,& dicere quod potest esse,& potest non esse,verificatur quod prædicetur
pro tempore præsenti.

Secundus autem locus est,quod sit aliqua res in qua magis sit dispositio, quæ
definiri intenditur,quam sit in definitione:vt qui definiret iustitiam, quod sit pote
stas, qua vir queat æqualiter distribuere, aut eligat distribuere æqualiter: hic
enim est maioris iustitiæ, ejs ille, cuius est potestas absque electione: excessus
enim sunt secundum voluntatem & electionem.

Tertius autem locus est,quod definitum suscipiat magis & minus,& definitio
non suscipiat illa,& contra hoc,scilicet quod definitum non suscipiat magis &
& minus, & definitio illius suscipiat, verbi gratia, qui definiret fruitionem,
quod sit dispositio maxime laudabilis: fruitio enim suscipit magis & minus, &
dispositio maxime laudabilis non suscipit hoc. Et iterum, si vtraque ideſt defi-
nitio & definitum suscipiant magis & minus,sed non simul, illa non est defini-
tio,verbi gratia, qui definiret amorem quod sit desiderium coitus ex eo, quod
amor & desiderium coitus suscipiant magis & minus, sed non suscipiunt hoc si-
mul: cuius enim amor intenditur, remittitur eius desiderium coitus, & contra, B
cuius desiderium coitus intenditur,illius amor remittitur, sicque non suscipiunt
magis & minus simul.

Quartus autem locus est, quando quis poneret duas res,quæ conuenirent in
una dispositione,& differrent secundum magis & minus, & definitio complens
hanc dispositionem conueniret rei, cui secundum minus est hæc dispositio
illa non perficit; prout qui definret ignem,ꝙ sit subtilissima pars omnium cor-
porum,illa non compleret illius definitionem, quia flamma dignior est nomi-
nis ignis,ejs lampa, & ignitas est magis in illa:dicere autem subtilissima pars
corporis,econtra magis propriē est definitioni lampadis,quā definitioni flammę.

Et quintus locus est,si fuerint duæ res, quæ conueniant in aliqua dispositio-
ne secundum vnam proportionem, & definitio huius dispositionis non ineſt illis
vno simili modo : prout qui definiret colorem, quod sit primum sensibile vi-
sus,non proferret definitionem vt conueniret: color enim prædicatur de albo,
sicut prædicatur de nigro, & illa sunt duarum specierum: definitio autem, quę
illam compleuit,est magis propria albo quam quæ nigro ipsam compleuerit.

Sextus autem locus est, quod proferat in definitione duas res oppositas, aut
quarum vis sit vis contrariorum, & in illa vtatur dictione, aut verbi gratia, F
qui definiret bonum, quod suaue est apud visum, aut apud auditum, & ens,
quod sit. cuius consuetudinis sit agere, aut pati: id enim, quod intelligitur per
dictionem, aut sequitur error & corruptio in definitione : nam, si illius intel-
lectus esset separari vnam rem ab altera,non coincidentia, cui imposita est hæc
dictio in arabico idiomate,contingeret huic, quod vna res esset bona & non bo-
na, & ens & non ens, quoniam bonum apud auditum est non bonum apud vi-
sum : & si fuerit vna eadem res, quod bonum est apud auditum, est non bo-
num apud visum:& ex quo vtroque vtitur in definitione, contingeret hinc,
quod res sit bona & non bona, ꝙd ꝙd maiori parte commonstratur hæc res in re-
bus oppositis;prout qui definiret præmissam,quod sit significatum affirmatum
aut negatum : si autem intelligeret ex dictione, aut ipsum copulationem,& ille
est intellectus voci copulationis in idiomate arabico,euenit huic, quod non ve-
rificetur definitio de rebus, quibus ineſt altera duarum dispositionum, prout di-
cimus quod sit,quod agit aut patitur,quoniam hæc definitio non verificatur de
materia prima:illa enim patitur,& non agit : & similiter non est verax de cor-
poribus cœlestibus,quia agunt,& non patiuntur.

Septimus autem locus est,quod in definitione prolatæ sint res æquiuocæ, &
putetur,quod hoc nomen sit vniuocum,& quod id,quod significat nomen & de
finitio,sit vnum idem;res autem non est sic, & hic error aggreditur definitionē

A altero duorum modorum,quorum vnus est,quod duabus rebus nomine æquino-
cis parum de sit,ne inueniatur quoddam accidens commune, verbi gratia, quia
nomen canis absoluitur de animali noto, & de quadam secta arabum nominis
æquiuocatione, & si illi posita sit hæc definitio, quod sit corpus nutribile sensi-
tiuum,iam prolatum esset quid commune cani, quod est animal, & cani, quod
est secta arabum, sed non est prolata definitio canis veri, neque definitio speciei
hominum,qui canes vocantur. Secundus autem modus est,quod partes definitio
nis sint nomine æquiuocæ,sicut est dispositio nominis ipsius definiti, & putetur
propterea ꝙ protulerit de illo veram definitionem, & quod id,quod significat
nomen & definitio sit vnum,verbi gratia, qui definiuit rem sanitatis, quod sit
dispositio ad sanitatem,sicut dispositio iustiː dicere enim dispositionem iusti, est
nomen æquiuocum, prout dicere sanitatem etiam est nomen æquiuocum,& si-
militer qui definiret lucem,quod sit res,quo inuenitur rei veritas.

Octauus locus est,quod definitio posuerit ipsum definitum vnum notum, &
ipsa definitio sit dubia, an sit aut non sit ens, verbi gratia, vt qui definierit quod
albedo sit color igni mistus : albedo enim est nota esse. Definitio autem, quæ
est color igni mistus, aut est dubia,aut impossibilis, quoniam non permiscetur ac
cidens substantiæ. Et similiter qui definierit locum quod sit vacuum pleni : lo-
cus enim est notus esse, vacuum autem est dubium, aut impossibile. Et simili-
B ter qui definiret yle, ꝙ sit corpus non habens qualitatem : corpus enim huiusː
modi est impossibile esse.

Nonus autem locus est, quod definitio conueniat rebus maximæ æstimatio-
nis huius rei, & non omnibus rebus,quæ sunt in illa, vt qui definierit hominem,
quod esset animal philosophicum : hoc enim est verax de optima specie homi-
num. Et similiter qui definiret rem publicam,quod sit, quæ sua statuta facit,ma
xime commendanda, Definiuit quidem optimam rem publicam, non omnem
rem publicam. Et similiter est, qui definiret medicum,quod sit quem non lateat
de medicamine,quo ipsum medetur aliqua res, quam decernit ars medica : hæc
enim definitio quasi non est verax de Hippocrate & Galeno, tanto fortius de
alijs : hæc itaque sunt loca communia omnibus prædicamentis.

Primus autem horum locorum est,quod consideremus partes definitionis sum-
ptas in compositi definitione, & si abstulerimus vnam partem ab altera duarum
partium definitionis, ipsius compositi, non remanet residua oratio definitio con
ueniens alteri rei, & illa non esset definitio, verbi gratia, qui definierit lineam
rectam, quod sit vltimum superficiei, cuius medium non occulit duo extrema :
quando namque auferres ab hac oratione vltimum superficiei, quæ erat pars de-
finitionis lineæ rectæ,& dicis cuius medium non occulit duo extrema, non est
C definitio omnium linearum rectarum,ex quo lineæ infinitæ non est medium, ne-
que extrema.

Secundus locus est, quod proferatur oratio composita vice nominis simpli-
cis illi æqualis : qui enim sic ageret, non definiret, sed commutaret nomen pro
nomine, vt qui proferret nomen simplex pro nomine simplici, non definiret,ver
bi gratia, vt qui definiret in lingua arabica leonem furientem, quod sit leo pra-
uus, siue latine tunicam nigram,quod sit colobium atrum, & eo magis, quando
non proferret nomen notius, quam sit oratio illa, vt qui definiret lapidem al-
bum, ꝙ sit lapis niueus : album enim notius est quam niueum.

Tertius locus est, quod cum commutatione orationis cum oratione non serua-
ret vnam eandem rationem, vt qui diceret vice scientiæ speculatiuæ,quod sit opi
nio scientifica : opinio enim non significat id, quod significat ipsa scientia, nec
ipsarum significatio est vna, & cum hoc significat differentiam, quæ est, dum
dicimus in genere, speculatiuum,& ille dicebat scientificum.

Quartus locus est,quod relinquantur quædam nomina, quæ sunt vt dictiones
in definitione, & aliqua alia permutentur & quod omittitur sit notus, quæ est
dictio significans genus, & quod commutatur sit ignotius, quæ est dictio signifi-
cans differentiam, quia ille non proferret orationem illius vice, quæ largiatur
naturam differentiæ,nisi dictionem simplicem, vt qui definiret numerum parem

De locis definitionū rerum, quas significāt per orationē cōpositā vice nominis simplicis,hoc ē, si non esset illis nomen simplex, .p. vt dicim' animal gressibile planū, & lineam rectā, & corpus quintū.

quod sit habens medium : dicere enim medium veraæ est de quantitate continua , & discreta . Si autem adderet in definitione medium numerate , esset definitio perfecta, & vice dictionis simplicis proferret orationem : & huic simile facit Euclides in definitione anguli plani , quando dixit , quod sit agonus , qui fit ex concursu duarum linearum non recte se incidentium in æqua superficie . Et hoc fortior est quod obseruetur dictio significans differentiam , & permutetur dictio significans genus : sicque obseruaretur latentius , & commutaretur manifestius . Hæc sunt loca definitionum , quæ inseruimus ordine , quo ea inseruerunt Theophrastus , & Themistius : ex quo hic magis subintret ordine artificioſum, & sit facilioris commemorationis .

Libri sexti Topicorum Aristotelis
Cum Auer. Finis.

IN TOPICORVM
Librum Septimum,

Argumentum.

HAbes in septimo de eodem & altero . Casus hic, & series, & contradictio, & efficientia, & destruentia perpenduntur . An cui alterum, idem & alterum : sed & accidentia eorum, & quibus accidunt : an idem prædicationis genus, an genus alterutrius non idem : an non eædem alterutrius differentiæ : an alterum magis admittatur, alterum respuatur . Sed & acceſsio & deceſsio : & an ex suppositione aliquid competat : an subiectum alicui a prædicato discordet : an iisdem dicendis alius modus : an esse alterum sine altero nequeat . Obiicit affirmans, raro a disputantibus definitionem ratiocinando colligi . nam tradere exactam , disciplinæ esse alterius . Sunt enim affirmantium , & negantium non idem loque : difficilius defenditur, quam oppugnatur, definitio .

ARISTOTELIS
STAGIRITAE, TOPICORVM
LIBER SEPTIMVS.

Cum Auer. Cordub. expositione.

Summa libri.

De locis eiusdem, & diuersi, deque locis constructionis , & destructionis prædicatorum .

De eodem , & diuerso loci .
Cap. I.

VTRVM autem idem, an diuersum secundum propriissimum eorum (qui dicti sunt de eodem) modorum , dicendum : dicebatur autem propriissime idem quod numero vnum . considerandum autem ex casibus, & conjugatis , & oppositis . Nam si iustitia idem est fortitudini, & iustus forti, & iuste fortiter . Similiter autem & in oppositis Nam si hæc eadem, & opposita his, eadem secundum quamliber dictarum oppositionum . Nihil enim differt hoc vel hoc modo oppositum sumere. eo quòd idem est. Rursum, ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus , & omnino ex iis, quæ similiter se habent alterum ad alterum . Nam quæcunque simpliciter eadem, etiam generationes eorum & corruptiones eædem , & effectiua , & corruptiua . Considerandum autem & quorum alterum, maxime dicitur quoduis esse, si & alterum ipsorum secundum idem maxime dicitur . Sicut Xenocrates beatam vitam , & studiosam assignauit eandem , eo quòd omnium vitarum, maxime eligenda studiosa , & beata : vnum enim maxime eligendum, & maximum . Similiter & in aliis huiusmodi . Oportet autem vtrunque vnum numero esse : quod dicitur, maximum, & maxime eligendum : si autem non, non erit ostensum quod idem . Non necessarium enim si fortissimi Græcorum sunt Peloponnesii , & Lacedæmonii , eosdem esse Peloponnesios Lacedæmoniis , eo quòd non vnus numero Peloponnesius , & Lacedæmonius , sed contineri quidem alterum ab altero necessarium, vt Lacedæmonii a Peloponnesiis : si autem non, accidet seipsis inuicem esse meliores , si non continentur alteri ab alteris : necesse est enim Peloponnesios meliores esse quam Lacedæmonios, si non

1. locus . Declaratio.

2. locus. Declaratio.

3. locus. Declaratio.

4. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

continentur alteri ab alteris, nam omnibus reliquis sunt meliores. D
Similiter autem & Lacedæmonios necesse est meliores esse Peloponnesiis, nam & isti omnibus cæteris sunt meliores, quare seinuicem meliores fiunt. Manifestum ergo, quoniam vnum numero esse oportet, quod optimum & maximum dicitur, si debeat quòd idem sint ostendi: propter quod Xenocrates non idem assignauit non enim vna numero beata, & studiosa vita: quapropter non necessarium eandem esse
5. Locus. Declaratio. eo quòd ambæ maxime eligendæ, sed altera sub altera. Rursum, con-
6. locus. Declaratio. siderandum si cui alterum idem, & alterum. Nam si non sunt ambo eidem eadem, manifestum quoniam nec sibiinuicem. Amplius autem ex iis, quæ his accidunt, & quibus hæc accidunt, considerandum. Nam quæcunque alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum accidit, & alterum eorum oportet accidere: si autem aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam non eadem. Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti vtraque, sed hoc quidē E
7. locus. Declaratio. quale, illud autem quantum, vel ad aliquid indicet. Rursum, si genus
8. locus. Declaratio. vtrisque non idem, sed hoc quidem bonum, illud autem malum: aut hoc quidem virtus, illud autem scientia. Aut si genus quidem idem, differentiæ autem non eædem de vtroque prædicantur: sed de hac quidem quoniam contemplatiua scientia, de illo autem quoniam
9. locus. Declaratio. actiua: similiter autem & in aliis. Amplius autem ex magis, si hoc quidem susçipit magis, illud autem non: aut si ambo susçipiunt quidem, non simul autem. Vt qui magis amat, non magis concupiscit
10. locus. Declaratio. venerem: quare non idem amor, & concupiscentia veneris. Amplius,
11. locus. Declaratio. ex appositione: si idem vtrunque appositum, non facit idem totum. Aut si eodem ab vtroque sublato, quod relinquitur est alterum. Vt si duplum dimidii, & multiplū dimidii idem dixerit esse: sublato enim ab vtroque dimidio, reliqua idem oportet indicare: non indicant autem, nam duplum & multiplum non eadem significant. Consideran-
12. locus. Declaratio. dum autem non solum si iam aliquid accidit impossibile per positionem, sed & si possibile sit ex suppositione existere. Quemadmodum F
iis, qui vacuum, & plenum aere, idem dicunt esse: nam manifestum quoniam si exeat aer, vacuum quidem non minus, sed magis erit, plenum autem aere non amplius erit: quare supposito aliquo siue vero, siue falso (nihil enim refert) si alterum interimitur, alterum autem
13. locus. Declaratio. non, profecto non idem sunt. Vniuersaliter autem dicendo ex iis quæ quouis modo de vtroque prædicantur, & de quibus hæc prædicantur, considerandum si alicubi dissonent. Nam quæcunque de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet, & de quibus
14. locus. Declaratio. alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet. Amplius, quia multipliciter idem dicitur, considerandum si secundum alium aliquem modum eadem sunt. Nam specie, vel genere eadem, non
15. locus. Declaratio. necesse est numero eadem esse, consideramus autē vtrum sic eadem, an non sic. Amplius, si poteit alterum sine altero esse. Non erit

enim idem ad idem: igitur loci tot dicuntur. Palam autem ex iis 16. locus. Declaratio.
quæ dicta sunt, quoniam omnes qui ad idem sunt destructiui loci, & ad terminum utiles sunt: quemadmodum prius dictum est. Nam si non idem indicet & nomen, & oratio, manifestum quoniam non erit definitio assignata oratio. Constructiuorum autem locorum 17. locus. Declaratio.
nullus vtilis ad terminum. Non enim sufficit ostendere idem quod sub oratione, & nomine est ad construendum quoniam definitio, sed & alia oportet omnia habere (quæ præcepta sunt) definitionem: interimere igitur definitionem sic: & per hęc semper tentandum. Si autem construere volumus, primum quidem scire oportet, quo- 18. locus. Declaratio.
niam nullus, vel pauci disputantium, terminum syllogismo colligūt sed omnes principium, quod tale est, accipiunt. Vt qui circa geometriam, & numeros, & alias huiusmodi disciplinas. Deinde quo- 19. locus. Declaratio.
niam exacte quidem alterius est negotii assignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet: nunc autem quantum sufficit ad B
præsentem vtilitatem, tantum solum dicendum, quoniam possibile heri definitionis & eius, quod quid est, esse syllogismum. Nam si terminus est oratio quæ quid est esse rei indicat: & oportet ea, quæ in termino ponuntur, in eo quod quid est de re sola prædicari: prædicantur autem sola in eo quod quid est, genera, & differentiæ: manifestum quoniam si quis sumat ea quæ solum de re in eo quod quid est prædicari oportet, quòd hęc habens oratio, terminus ex necessitate erit: nō enim contingit aliud esse terminum, eo quòd nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur, quod igitur possibile est ex termino syllogismum fieri, manifestum. Ex quibus autem oportet 20. locus. Declaratio.
construere, determinatum est quidem in aliis diligentius: ad propositam autem methodum iidem loci vtiles. Inspiciendum enim in contrariis, & in aliis oppositis, & totas orationes, & secundum partem considerāti. Nam si opposita oppositæ, & eam (quæ dicta
C est) propositi necesse est esse. Quoniam autem contrariorum plu- 21. Locus. Declaratio.
res complexiones, sumendum est ex contrariis qualiscunque maximè apparebit contraria definitio: totas igitur definitiones, quemadmodum dictum est, considerandum. Secundum partem autem hoc pacto: primum quidem quoniam assignatum genus recte assignatum est. Nam si contrarium in contrario, propositum autem 22. Locus. Declaratio.
non est in eodem, manifestum quoniam in contrario erit, eo quòd necesse est contraria in eodem genere, vel in contrariis generibus esse. Et differentias quidem contrarias de contrariis arbitramur 23. Locus. Declaratio.
prædicari. Vt de albo & nigro: nam ille quidem disgregatiuum hoc autem congregatiuum visus: quare si de contrario contrariæ prædicantur, de proposito quæ assignatæ sunt prædicabuntur: quapropter quia & genus & differentiæ recte assignatæ sunt, manifestum quoniam definitio erit, quæ assignata est. An non necessa- Dubitatio.
rium est de contrariis differentias prædicari, nisi in eodem genere

sint contraria? quorum autem genera sunt contraria, nihil prohibet D
eandem differentiam de vtrisque dici vt de iustitia & iniustitia: nam
illa quidem virtus, hæc autem vitium animæ, quare id, quod est ani
mæ, differentia de vtrisque dicitur, eo quòd & corporis est virtus &
vitium: sed hoc verum quòd contrariorum, aut contrariæ, aut ex-
dem differentiæ sunt: si ergo de contrario contraria prædicantur, de
14. locus. hoc autem non, manifestum quoniam, quæ dicta est, de hoc prædica
Declaratio. tur. Vniuersaliter autem dicendo, si definitio est ex genere & dif-
ferentiis, si sit contrarii definitio manifesta, & quæ propositi definitio
manifesta erit. Nam quoniam contrarium in eodem genere, vel in
contrario, similiter autem & differentiæ, aut contrariæ de contrariis,
aut eædem prædicantur: dilucidum quoniam de proposito, aut idem
genus prædicabitur quod de contrario, differentiæ autem contra-
riæ, vel omnes, vel aliquæ, reliquæ autem eædem: aut contra, diffe
rentiæ quidem eædem, genera uero contraria, aut ambo contraria & E
genera & differentia, nam eadem esse ambo non contingit, si autem
21. locus. secus, definitio eadem contrariorum erit. Amplius, ex casibus, &
Declaratio. coniugatis. Necesse est enim consequi genera generibus, & termi-
nos terminis: vt si obliuio est scientiæ amissio: & obliuisci, amittere
scientiam erit, & oblitum esse, amisisse scientiam: vno igitur quoli
bet eorum, quę dicta sunt confesso, necesse est & reliqua confiteri.
Similiter autem & si corruptio, dissolutio substantiæ, & corrumpe-
re, dissoluere substantiam, & corruptiue, dissolutiue: si corruptiu-
um, dissolutiuum substantiæ, & corruptio, substantię dissolutio.
26. locus. Similiter autem & in aliis. Quare uno quouis sumpto, & reliqua o-
Declaratio. mnia confiteatur oportet. Et ex similiter se habentibus adinuicem.
Nam si salubre est effectiuum sanitatis, & habile effectiuum bonæ ha
bitudinis erit, & adiutiuum effectiuum boni: nam similiter vnum-
quodq; eorum, quæ dicta sunt, ad suum finem se habet: quare si vnius
eorum definitio est effectiuum esse finis: & reliquorum cuiusq;, sic erit
27. locus. definitio. Amplius, ex eo quod est magis & similiter, quod est simi- F
Declaratio. liter, quoties contingit construere duas ad duo comparantem. Vt
se magis hæc huius quàm ista istius definitio, ista autem, quæ minus,
definitio est, & hæc quæ magis: & similiter hæc huius, & ista istius:
si altera alterius, & reliqua reliquæ. Vna autem definitio ad duo
comparata, aut duabus definitionibus ad unum, neutiquam vtilis
28. locus. ea, quæ ex magis est consideratio. Nam neque vnam duorum, ne-
Declaratio. que duas eiusdem definitiones possibile est esse. Sunt autem oportu-
nissimi locorum, & qui nunc dicti sunt, & qui ex casibus, & qui
29. locus. ex coniugatis, quoetrca & oportet maxime detinere & promptos ha
Declaratio. bere hos. Vtilissimi enim ad plurima. Aliorum autem ii, qui ma-
xime sunt communes. Nam illi maxime reliquorum efficacissimi: vt
inspicere in singularibus, & in speciebus considerare, si conueniat
definitio, eo quòd uniuoca species est: est autem utilis hic locus ad

A eos, qui ponunt ideas esse, quemadmodum prius dictum est. Am- 30. locus.
plius, si per metaphoram dixit nomen, vel idem de eodem prædica Declaratio.
uit vt diuersum: & si quis alius communis & efficax locorum, illo
utendum.

Oratio de locis eiusdem, & aliis, quę referuntur in septimo.

HEc quidem loca, vt diximus, vtilia sunt definitionibus: constituentes enim
construunt aliquam conditionem: expedit namq; ip definitio, & id, quod
nomen significat, sint vnum. Destruens autem sufficit ei, quod destruat
definitionem.

Vnum autem dicitur modis prædictis in præcedentibus: quorum primus est
vnius nomine secundum se, loca autem vtilia ad hoc quæsitum sunt fortiora lo-
corum communium omnibus quæsitis, prout sunt loca coniugatorum, & ca-
suum, & oppositorum, & generationis, & corruptionis, & causarum gignentiū,
& corrūpentium, & prioris, & dignioris verbi gratia in coniugatis, si iustitia &
fortitudo sint vnæ secundum se, iustus & fortis est vnus secundum se: opposito-
rum autem exemplum est, si iustitia & virtus sint vnum secundum se, iniustitia
& vitium sint vnum secundum se. Et exemplum in generatione & corruptio
ne est, si paries & palatium sunt vna res secundum se, ædificans parietem, & pa- B
latium est vnus secundum se. Et exemplum prioris & dignioris est, si nomi-
natio sit dignior quod sit nomen quam quod nominatur, & nominatio non sit no
men: dignius itaq; est quod nominatum non sit nomen. Et horum locus est pro
prius, si fuerint duæ res, quarum vtraq; sit maior, & magis diligenda, quam
vna eadem res, illę sunt vna eadem res. Cuius exemplum est, quod explicue
runt quidam vetustiores, quod vita studiosi sit eligibilior omni vita. Et in hunc
locum est paralogismus, quia homo & animal sunt præstantissima generabilium
& corruptibilium, & non sunt vnum secundum se, sed oportet quod illarum vna
non ambiat alteram: sibi autem, vna esset præstantior altera: hic autem locus,
quem Aristo. dicit veracem in eo quod dicitur maius & præstantius, sit quan-
do fuerint vnum numero.

Secundus autem locus est, si fuerint duæ res, quarum vtraq; vni rei sunt vnū
secundum se, audæ illæ sunt vna secundum se, verbi gratia, si vinum & merū
scdm se vna res essent cū ceruisia, & vtraque essent vna res scdm se, & ceruisia
& vinum sunt vnum scdm se, sicq; merum & ceruisia sunt vnum secundū se.

Tertius locus est, si duæ res inferant vnam rem secundum se, aut inferan-
tur ex vna re secundum se, illę sunt vna. Si autem non inferant, non sunt vnæ
gratia exempli, si ob merum & vinum sit vna res secundum se: vtpote ipsa e-
brietas, illæ sunt vna. Et exemplum illorum, quę inferuntur ex vna re, est
C vt si ex succo vuarum, quod mustum dicitur, sint merum & vinum: merum
itaque & vinum sunt vna res.

Quartus autem locus est, si vtraque non sint in vno genere prædicamentorū,
non sunt vnum. Et si genus sit vnum, & illorum non sint vnæ differentiæ se-
cundum se, illa non sunt vnum, vt differentiæ nominum non sunt nominatorū.

Quintus locus est, si vnum suscipiat magis & minus, & alterum non suscī-
piat, illa non sunt vnum. Et si ambo suscipiant magis & minus, sed non suscī-
piunt ipsum simul, vt amor & appetitus eorum, illa non sunt vnum.

Sextus locus est ex appositione, quod consideretur: quia si fuerint duæ res,
quarum quando vtraq; apponitur vni rei, non fit collectum vna res, illæ non
sunt vna res: & si similiter si imminuatur ab vtra illarum vna res secundum se, &
residua differant, illæ non sunt vna: exempli gratia, qui dixerit, quod medij du
plum & medij dupla sint vna res secundum se, si ita esset, sequeretur, quando ab
vtrisque imminueretur medium, quod residua essent vnum.

Septimus locus est, quod consideremus duas res, quas posueramus esse vnam.
Et si possit vna auferri, & altera remaneat, non sunt vna, verbi gratia, qui po-
suit aerem & vacuū esse vnam rem scdm se, quia si nos imaginemur ablationē
aeris, posset esse vacuū, immo fortiū dignius esset ipsum esse cū actis ablatione

De constructione, & destructione prædicatorum loci. Cap. II.

31. Locus. Declaratio.

QVoniam autem difficilius est construere, quam destruere terminum, ex iis, quæ postea dicentur, manifestum. Nam nosse ipsum, & sumere ab interrogantibus huismodi propositiones non facile, vt quod eorum, quæ sunt in assignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia, & quod in eo quod quid est, genus & differentiæ prædicantur. Sine his vero impossibile est definitionis syllogismum fieri: nã si quædam, & alia in eo quod quid est de re prædicantur: incertum vtrumne quæ dicta est, an alia eius definitio est, eo quod definitio, est oratio quod est indicans. Manifestum autem & etiam ex his, nam facilius vnum concludere, quam multa. interimenti quidem sufficit ad vnum disserere. Vnum enim quocunq; sit, destruentes, interempturi sumus terminum: at construenti omnia necesse est construere quòd insint, quæ in termino sunt. Amplius, construenti quidem vniuersaliter statuendum syllogismum, (nam oportet de omni, de quo nomẽ prædicari, & terminum, & etiam adhuc conuerti de quo orationem, & nomen, si debeat proprius esse assignatus terminus) destruẽti uerò non necesse ostendere uniuersaliter: sufficit enim ostendere quòd de quopiam eorum, quæ sub nomine sunt oratio non verificatur: & tametsi vniuersale oporteat destruere, non tamen conuerti necessarium & in destruendo. nam sufficit destruenti vniuersale ostendere, quòd de aliquo eorum, de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicatur: at econuerso non necessarium ut ostendatur, quod de quibus oratio non prædicatur, neque nomen prædicetur. Amplius etiam, si omni ei inest, quod sub nomine est, at non soli, interempta est definitio. Similiter autem & circa proprium, & genus se habet. In vtrisque enim destruere quàm construere facilius est: de proprio quidem manifestum, ex iis quæ dicta sunt: nam vt plurimum in cõplexione proprium assignatur: quare destruere quidem est, vnum interimenti: construenti autem, omnia ratiocinatione colligere necesse est: pene autem & reliqua omnia, quæcunque ad definitionem & ad proprium conueniet dici: nam & omni oportet quod sub nomine est, construenti monstrare, quoniam inest: destruenti autem sufficit ostẽdere vni non inesse: si vero & omni inest, at non soli, etiam si destructum fit, perinde ac & in definitione dicebatur. De genere autem, quoniam construere quidem necesse est vno modo, qui omni ostendit inesse, destruenti autem dupliciter: nam siue nulli, siue alicui ostensum sit non inesse, interemptum est quod in principio. Item construenti quidem non sufficit quoniam inest ostendere, sed & quoniam vt genus inest ostendendum: destruenti autem sufficit ostendere non inesse, vel alicui, vel nulli: videtur autem, quemadmodum in aliis, corrumpere quàm facere facilius: sic & in his, destruere quàm construere. In accidente uerò vniuersale quidem facilius destruere, quàm construere. Nam construenti quidem ostendendum quoniam omni, destruenti autem sufficit ostendere vni non inesse. Particulare uero econuerso: nam facilius construere quàm destruere. Construenti enim sat est ostendere alicui inesse: destruenti autem ostendendum quoniam nulli inest. Manifestum autem qua de causa omnium facillimum est terminum destruere. Plura enim sunt in ipso data multorum dictorum: ex pluribus autem citius fit syllogismus: nam verisimile in multis, magis quàm in paucis peccatum fieri. Amplius, ad terminum quidem contingit & per alia argumentari: siue enim non propria sit definitio, siue non genus qd assignatur, siue non in est aliquod eorum quæ sunt in definitione, interempta sit definitio: ad alia autem neque ea quę ex terminis, neque alia contingit omnia argumentari. sola enim ea quæ ad accidens, communia sunt omnibus prædictis: inesse enim oportet vnũquodque eorum quæ dicta sunt: si autem non vt proprium inest genus, nondum interemptum est genus: similiter autem & proprium non necessarium vt genus inesse, neque accidens vt genus, aut proprium, sed inesse tantum: quare non possibile ex aliis ad alia argumentari, nisi in definitione solum: manifestum igitur quoniam facillimum omnium est, terminum interimere, construere autem difficillimum: nam & illa oportet omnia ratiocinatione colligere, & quod insunt quæ dicta sunt, & quod genus quod assignatum est, quodque propria definitio: & adhuc præter hæc quod indicat quid est esse oratio: & hæc probe oportet fecisse. Aliorum autem proprium maxime huiusmodi. Nam interimere quidem facilius, eo quòd ex pluribus plerunque sit. Construere autem difficillimum, quoniam multa oportet astruere, ad huc quoniam soli inest, & quoniam conuersim prædicatur de re. Facilimum autem omnium construere accidens. Nam in aliis quidem non solum inesse, sed & quoniam sic inest ostendendum: in accidente vero quoniam inest duntaxat, sufficit ostendere. Destruere autem difficillimum est accidens. Quia quam paucissima in eo data sunt: non enim consignificat in accidente quo modo inest. Quare in aliis quidem dupliciter interimere contingit, vel ostendendo quòd non inest, vel quòd non sic inest: in accidente vero nõ contingit interimere nisi ostendendo quòd non inest. Loci, per quos copiosi erimus ad singula quæque problematum argumentari, fere sufficienter annumerati sunt.

32. locus. Declaratio.

33. locus. Declaratio.

34. locus. Declaratio.

35. locus. Declaratio.

36. locus. Declaratio.

37. locus. Declaratio.

38. locus. Declaratio.

De locis pdicatorũ vnius, & alterius.

ET vniuersaliter, vt ait Aristo. expedit destruere loca eiusdem, & alius ex rebus prædicatis de vno quoq; illorum quouis modo fuerit prædicatio, & res, quæ de illis prædicantur, si fuerint differentes secundum aliquem locorum, non sunt vnum: rerum enim, quæ sunt vna, quicquid prædicatur de vna illarum, oportet ꝙ prædicetur de altera, & de rebus, de quibus prædicatur vna illarum, expedit, quod prædicetur altera: hoc autem sic existente, vtilia sunt huic loca

prædicta de quæsitis absolutis, quæ sunt quæsita accidentis, pront est locus partitionis, & locus compositionis, & locus definitionis, & locus illationum. Et ex quo vnum dicitur variis modis, si commonstraretur de re, q̃ sit vna numero, commonstratum est quod sit vna specie, & genere, & si commonstraretur, quod esset vna specie, aut genere, non esset commonstratum ipsam esse vna numero. Hęc itaque est summa locorum, quæ retulit Aristi. in hac partitione. Et dicit Aristo. quod non sibi constent prædecessores dialectici in eo, quod definitio commonstretur syllogistice, sed illam supponebant subiectione quadam, prout geometrę faciunt de multis definitionibus. Nos aut videmur ostendisse ex nostra oratione, quod definitionis sit syllogismus, & cum hoc apparent regulæ, quibus hęc commonstretur. Præstantissima autem loca, ex quibus sumuntur definitiones in hac arte, sunt loca coniugatorum, & casuum, & vt vniuersalius inquam, loca communia, sicut sunt loca oppositorum, & cętera. Et hæc sunt, quæ expedit nobis prompta esse circa hanc operationem pro maiori parte. Deinde expedit dinumerare loca particularia, sicut est locus, vbi dictum est, q̃ quando definitio in suo complemento decernit definitio superadditionem, aut defectum, non est definitio, prout definitio rerum sensatarum, nõ conuenit definitioni idearum intelligibilium, quas ponit Plato: motus enim, qui videtur in illarum definitionibus, est impossibilis abs tactis, & alia loca particularia. Scire vero perfectæ species definitionum, & scire res, ex quibus componuntur: iam dictum est in libro posteriorum analyticorum. Sicque, quando connecterentur hæc loca demonstratiuis prædictis hic in inueniendo syllogismum de definitione, iam completa esset nobis scientia artis definiendi simpliciter; & hic expliciit secunda pars huius libri.

IN TOPICORVM

Librum Octauum

Argumentum.

OCTAVO, qui vltimus est, artes ipsæ disceptantium traduntur, vel interrogantium, vel respondentium. Locos inuenti, temet rogita, cum altero congredere. locorum inuentio philosophi, duo reliqua dialectici. Propositiones extra necessarias, quatuor. Aut enim sunt inductionis gratiæ, vt vniuersale cõtectatur: aut ad pompam sermonis, aut ad conclusionis latebras, aut ad explicandum quod obscurum. Necessaria non statim proponenda, sed recedendum procul, nisi cum sunt manifestissima. Inducenda ex particularibus vniuersalia, ex notis ignota. Latebit secundæ ratiocinationis ope, & si posterius conclusiones interrogabis, & congeres: nec perpetuo, sed interpellatim rogabis. Atque aliorsum tendes, quam quò sis enaturus, aut similitudinibus aget. At tute tibi aliquid obiectabis. Nec magnifacere videberis, cui plurimum fidas. propones aliquid, vt exemplum: nec autem quòd obtinere uis, sed vnde id sequatur: & si posterius interrogabis, quod obtinere vis prius. sed mutanda tamen ratio, si contumax homo sit, aut acer, cum quo disputas: dilatan-

dus interdum sermo, & quæ nihil ad rem faciant inserenda. Magnificam præstabit disputantis orationem, vel inductio, vel diuisio, perspicuam vero exempla, & imagines. Ratiocinandum contra dialecticos, sed inducere vniuersalia non semper licet aliter obiiciendum, si vnum proponas: aliter, si duo. Ex impossibili non magnopere argumentandum. Cauendum & illud, ne parum dialecticas propositiones asseramus: nec idem rogandum sæpius. Tenenda prorsus, quæ difficile oppugnentur, quæ facile defendantur: vt prima: vt primis proxima: vt quæ sunt aut incertæ definitionis, aut impropriæ. Respondenti officium est, ne cubi labascat. Sed alia ratio, si congruat opinioni propositio: alia, si abhorreat alia, si mediis teneat alia, si simpliciter alia, si vel sibi, vel ei, quem tueatur, congruat. Videndum illud, an ad rem faciat, quod quæritur. Siquid obscure queratur, postulandum audacter vt explanetur, si equiuocum, tum ex commodo, aut dandum, aut distinguendum. Ac si quid ex concessis deducatur quod nolis, dicendum illud alio spectantem concessisse. Si manifestum sit quod quæritur, respondeto, est, non est. Aliter tamen particularibus, aliter vniuersalibus occurrendum. Nunquam absurda positio tuenda. Interpellanda conclusio, quod procedet, si illud sustuleris, vnde deducitur si interroganti obieceris, si ad interroganda dixeris, si idem (quod est notissimum) dicendo exemeris: nec autem uera modo, sed & falsa nec ex veris modo, sed & ex falsis colligendum. Dialectice potius agendum, quam litigatorie nam & sermo increpatur, & disceptatur. Sermo igitur quinque modis, vbi nihil colligitur, vbi nihil ad rem, vbi frustra quippia adiicitur, vnde rursus auferatur: vbi ex inopinabilibus, aut minus credendis deducitur. In vniuersum cauenda ratiocinationis nitia. principii contrariorumq; petitio. meditandum sæpe quid interroganti, quid respondenti prosit, opus tamen ingenio maxime, noscendæ rationes primarum maxime quæstionum: definitiones, & plurimæ, & nobilissimæ, & primæ tenendæ memoriæ. pernoscenda illa potissimum, de quibus frequentius disputatur. Consuescendum, vt ex una ratione plures efficiamus: Propositiones à ratiocinantibus accipiendæ potius ab indoctis exempla proponendi obiiciendiq, capienda exercitatio, cum hominibus indoctis non magnopere disputandum: habenda quasi arma semper in promptu, aduersus problemata quælibet rationum illarum, quæ non facile de improuiso excogitantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS

STAGIRITAE, TOPICORVM

LIBER OCTAVVS.

Cum Auer. Cordub. expositione.

Summa libri.

De locis aptis ad instruendum interrogantem, & de locis pro respondente, & de locis vtrisq; communibus,

Loci ad instruendum interrogantem. Cap. 1.

1. locus. Interrogantis.

POst hæc autem de ordine, et quonam pacto oportet interrogare, dicendum. Oportet autem primum quidē, eum, qui interrogare debet, locum inuenire, vnde sit argumentandum: secundum autem interrogare, & ordinare singula apud seipsum: reliquum vero, & tertium dicere iam eadem ad alterum. Quòd autem inueniat locum, simi

2. locus. Declaratio.

liter philosophi, & dialectici consideratio: subinde vero illa ordina

Differentia dialectici, & philosophi.

re, & interrogare, proprium dialectici: ad alterum enim omne quod tale est: philosopho autem, & quærenti per seipsum, nihil curæ est si vera quidem sint, & nota per quæ syllogismus, & non ponat ea qui respondet, eo quòd propinqua sint illis quæ sunt ex principio, & præuideat quod subsecutum est: sed fortasse & studiose aget, quoniam maxime notæ, & propinquæ sunt dignitates: ex illis enim scié

F

rifici syllogismi: loci igitur vnde oporteat sumere, dicti sunt prius. de ordine autem, & interrogatione dicendum. diuidendę propositiones quæcunque sumendæ sunt ad necessarias, necessariæ autem

3. locus. Declaratio.

dicuntur, per quas syllogismus fit. Quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt. Aut enim gratia inductionis, vt detur vniuersale: aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut ut dilucidior sit oratio: præter has autem nulla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tentandum. Sunt autem

4. locus. Declaratio.

quæ ad occultationem, certaminis gratia, sed quia omne (quod huiusmodi est) negotium ad alterum est, necesse est & illis vti. Necessarias igitur, per quas fit syllogismus, non statim præordinandum, sed abeundum ad suprema. Vt non postulet quis contrariorum eandem disciplinam, si hoc voluerit sumere, sed oppositorum: positorum: posito enim hoc, & quoniam contrariorum eadem disci-

plina

A plina syllogismo colliget, eo quòd ex oppositis, sunt contraria. Si vero illam non ponat, per inductionem, sumendū proponenti in particularibus contrariis. Nam aut per syllogismum aut per inductionē necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autem syllo-

5. locus. Declaratio.

gismo. Quæcunque autem valde manifestæ sunt, illas quoq; oportet præponere: nam immanifestius est semper in abscessu, & inductione quod secuturum est, & simul ipsas necessarias proponere: & qui non potest illo modo, sumere esse paratum: quæ vero ad has sumptæ sunt, accipiendæ quidem illarum gratia. Vnaquæque autem earum hoc modo vtendum inducentem quidem a singularibus ad vniuersalia, & a notis ad ignota: nota autem magis quæ secundum sensum, vel simpliciter, vel multipliciter, vel multitudini. Occultan-

6. locus. Declaratio.

tem vero, ratiocinatione præcolligere oportet ea, per quæ syllogismus eius, quod ex principio est, debet fieri: & hæc vt plurimum. Erit

B

7. locus. Declaratio.

autem hoc, si quis nō solum necessarias, sed & earū (quæ ad illas sunt vtiles) aliquam syllogizauerit. Amplius, conclusiones non dicere, sed postea ratiocinatione colligere, subitarias. Sic enim longissime abscedet ab ea (quæ ex principio) positione: vniuersaliter autem dicendo, sic oportet enim interrogare, qui occulte interrogat, vt interrogata omni oratione, & eo dicente conclusionem, quæratur propter quid: id autem erit maxime per antedictum modum: nam sola vltima dicta conclusione, immanifestum quomodo accidit, eo quòd non præuidit respondens, ex quibus accidit, non per membra digestis prioribus syllogismis: minime autem per membra digeritur syllogismus conclusione, cum non eius sumptiones ponuntur, sed cum illa sumuntur, a quibus syllogismus fit. Vtile autem & nō

8. locus. Declaratio.

continua postulata sumere, ex quibus syllogismi, sed vicissim ad aliam & ad aliam conclusionem. Nam positis conuenientibus iuxta

9. locus. Declaratio.

seinuicem, magis quod accidit ex ipsis manifestum. Oportet au-

C

10. locus. Declaratio.

tem & definitione sumere (in quibus possibile est) vniuersalem propositionem: non in ipsis, sed in coniugatis. Nam decipiunt falsa ratiocinatione seipsos (quando in coniugato sumitur definitio) si non vniuersale concedunt: vt si oportet sumere quòd qui irascitur appetit pœnam: sumatur autem, ira appetitus esse pœnæ propter apparentem paruipensionem: manifestum autem, quoniam hoc sumpto, habebimus vniuersale quod prælegimus: at eis qui in ipsis proponunt, sæpe accidit vt abnuat respondens, eo quòd magis se habeat in ea re instantia: vt quòd non omnis, qui irascitur, appetit pœnam: nam parentibus irascimur quidem, non autem pœnam appetimus. Fortasse autem non vera instantia est: nam a quibusdam sufficiens pœna est, tristari solum, & facere pœnitere: veruntamen habet aliquid verisimile, vt non videatur irrationabiliter negare pr opositum: in ira autem definitione, non similiter facile est instantiam inueni-

11. locus. Declaratio.

re. Præterea proponere par est, non vt propter idipsum, sed alte-

rius gratia eum, qui proponit. Nam deuitant ea, quæ ad positionem D
13. locus. Declaratio. sunt vtilia. Simpliciter autem dicendo, quàm maxime facere dubium, verum quod proponitur, an oppositum sumere vult. Nam dubio existente quidnam ad positionem est vtile, magis quod sibi videtur ponunt. Amplius, per similitudinem interrogare. Nam &
15. locus. Declaratio. verisimile, & latet magis vniuersale: vt quemadmodum scientia & ignorantia contrariorum eadem: sic & sensus contrariorum idem: aut econuerso. postquàm sensus idem contrariorum, & scientia: hoc autem est simile inductioni, non tamen idem. nam ille quidem a singularibus vniuersale sumitur, in similibus autem non est quod sumitur
14. locus. Declaratio. vniuersale, sub quo omnia similia sunt. Oportet autem & ipsum sibimet quandoque instantiam ferre. Nam insuspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argumentari. Vtile autem
17. locus. Declaratio. dicere quod consuetum, & quod dicitur tale. Nam pigrescunt quod solitum est dimouere, instantiam nõ habentes: simul autem & quia E
16. locus. Declaratio. vtuntur & ipsi talibus, cauent ea dimouere. Amplius, non sedule agere, & si omnino vtile sit. Nam aduersus sedule agentes, magis
17. locus. Declaratio. remittuntur. Et vt in similitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, & non propter seipsum, vtile ponent magis.

Amplius, non id proponere quod oportet sumere, sed cui consequens, id est ex necessitate. Nam & magis concedunt, eo quòd non similiter ex hoc manifestum sit, quod consecuturum est, & sumpto
18. locus. Declaratio. hoc, sumptum est & illud. Et id vltimo interrogare, quod maxime vult sumere. Nam maxime prima renuunt, eo quòd plurimi interro
19. locus. Declaratio. gantium prima interrogant, circa quæ vel maxime student. Ad quosdam autem prima quæ vtilia sunt proponere. Nam proretui maxime prima admittunt, nisi omnino manifestum sit quod secuturum est, in fine autem proretuiunt: similiter autem & quicunque arbitrantur acuti esse in respondendo, ponentes enim prima, in fine recantant, tanquam nihil acciderit ex iis quæ posita sunt: ponunt autem g
20. locus. Declaratio. prompte, confidẽtes habitu, & arbitrantes nihil se esse passuros.

Amplius, prolongare, & interponere quæ nihil sunt vsui ad orationem, quemadmodum pseudographia vtentes. Nam cum sint plura, immanifestum in quo falsum sit, quare & occultant quandoq; interrogãtes, in absconso proponentes ea, quæ per se propolita, non ponerentur: ad occultationem igitur, dictis est vtendum.

Oratio circa tertiã partẽ, pur exor si sumus, & est id, quod continet octauus liber voluminis Arist̃o,

De quatuor intentionibus topicis.

DECET post hæc loqui de ordine interrogationis & responsionis: & hinc exordiemur ordinem interrogationis, & quomodo conueniat illam facere. Primum quidem quod expedit interroganti est, quod quærat locum topicum, vnde faciendus sit syllogismus. Et secundo, quod coaptet interrogationem, & ordine ponat omnem rem, prout interest. Tertio, quod de hoc loquatur cum alio, & philosophus & dialecticus conueniunt in hoc: Ordo vero & interrogatio sunt propria dialectico: huius autem causa est, quia syllogismus dialecticus fit inter interrogantem, & respondentem. Syllogismus autem demonstratiuus fit infra seipsum: & ideo demonstrator, quando eius præmissæ fuerint veraces, non curat an admittat eas alius, necne. Iam autem in præcedentibus descripsimus loca dialectica, ex quibus fiunt syllogismi, quibus vtitur hæc ars, & ante hoc descripsimus syllogismos dialecticos, & suas species, & suas partes, & illorum coaptationem, nunc autem exordiamur hinc, & dicamus, quod præmissæ, quæ fiunt in hac arte, primo sunt duarum specierum, aut sunt præmissæ necessariæ, & sunt ex quibus fit syllogismus primo, & infertur inde conclusio illatione necessaria, aut præmissæ, quæ dum connectuntur his præmissis necessarijs in hac arte, fiunt magis amplificantes intentionem, quæ intenditur per illas & vehementioris actionis, scilicet destructionis positionis, quam respondens procurat obseruare. Et hæ quidem fiunt ob quatuor intentiones. Quarum vna est certioratio de respondente in admissione præmissarum necessariarum, quarum priuatio admittendi a respondente non creditur, quando non fuerint maximæ diuulgationis. Secunda intentio est occultatio conclusionis inferibilis ex præmissis necessarijs ipsi respondenti, vt interroganti facilius sit admittere, quod admitti ab illo procurat. Tertia intentio est rei ornamentum, & decoratio, & amplificatio. Et quarta intentio est illius declaratio, & manifestatio. Hæc itaque sunt, quæ pollicentur. Duæ autem priE & intentiones sunt huic arti proprię. In tertia vero, & quarta conuenit, qui habet hanc artem, cum illo, qui habet artem demonstratiuam, & præcipue orationis declaratio & manifestatio est, quod proprium est huic arti de vtendo præmissis extraneis, quę præmissę sunt speciei propriatum arti oratoriq, & arti sophisticę, & ostenduntur in singulis artibus. Præmissę vero, quę fiunt ad certiorandum de respondente circa id, de quo non conndit interrogans de illo, vt ei admittat ipsum, sunt duarum specierum. Quarum vna est præmissarum vniuersalium ambientium necessarias. Et hoc quidem fit, quando interrogans non interrogaret ipsãmet præmissas necessarias, sed interrogaret vniuersales illas ambientes, & procuraret hoc quantum ei possibile fuerit, quòd sumat vniuersalissimum, quod inuenerit illis præmissis, quas admittendas procurat: quando enim respondens admiserit præmissam vniuersalem, impossibile est ei negare particularem, quę illi subest: vt, Verbi gratia, quando vellemus admitti, quod contrariorum scientia sit vna, expedit quod non quæramus, an contrariorum scientia sit vna, sed quæramus, an oppositorum scientia sit vna. Differentia autem inter has præmissas, quæ proferuntur ad certiorationem, & vniuersales, quæ proferuntur, vt eis commonstrentur particulares, quæ ei subsunt, est hæc, nam fiunt secundum modum patefaciendi quærendo locum, vbi sint particulares, quas procurat admitti per se notas in hac arte, scilicet C quod sint vulgares. Et ideo numerabantur inter necessarias, hæ autem fiunt per id, quod deforis est, quæ solum differunt ex parte vsus tantum. Secundæ autem speciei sunt præmissæ inquisitiuę, quæ sumuntur ad certiorandum, de præmissis vniuersalibus, per loca, quibus inquisitio non est de necessitate commonstrandi præmissam vniuersalem: quando enim essent de necessitate, numerarentur inter necessarias, prout est, quod ab illo admittatur vice illius, quod oppositorum sit vna scientia, & quod contrariorum sit vna scientia, & relatiuorum sit vna scientia, & habitus, & priuationis sit vna scientia.

Hæ itaq; sunt duæ species præmissarum, quæ fiunt ad certiorationem. Modi vero, qbus euenit conclusionis occultatio, prout Arist. hic numerat, sunt tresdecim modi, quorum quidam est præmissarum extranearum, & quidam est illarũ, quæ fiunt per præmissas necessarias. Sicq; vnus eorum est, quod non interroget de præmissis necessarijs, quæ concluderent quæsitum interroganti, sed interroget de præmissis, quæ concluderent præmissas necessarias, & attendat in hoc remouere, quantum distantius possibile sit ab interrogando præmissas necessarias, quando interrogat de præmissis syllogismi inferentibus præmissas necessarias, & hoc quidem quantum sibi possibile est in remouendo in ipsa interrogatione de singulis quę sitis a præmissis necessarijs: hoc enim opus

includit duos modos, quorum vnus est occultatio illationis ab ipso respondente ob distantiam, quæ est inter primum quæsitum & præmissas, de quibus interrogatur. Horum enim est, quod, quando distantia fuerit maior, illatio est latentior. Et secundus modus est obliuio, quæ accidit ob multas præmissas, quia respondens obliuisceretur quarundam illarum, & non cerneret meminisse in hoc loci illationis ipsius conclusionis ex illis, & admitteret illas, verbi gratia, quæ esset primum quæsitum, an voluptas sit bona, & præmissæ necessariæ, quæ inferrent hoc quæsitum, sunt dicere, voluptas est iucunda. & omne iucundum est bonum, omnis itaq; voluptas est bona. Et præmissæ, quæ concluderent minorem huius syllogismi, quæ est, quod voluptas sit iucunda, sunt, voluptatem omnia animalia cupiunt: & quicquid cupiunt omnia animalia, est iucundum. Quæ autem concluderent ipsam maiorem, scilicet dicere omne iucundum est bonū, est dicere, omne iucundum est naturale, & omne naturale est bonum: hæ itaque quatuor præmissæ concludunt duas præmissas necessarias, & aliquando possibile est, quod sumamus vice harum quatuor, ipsas octo præmissas, quæ eas cōcludant, aut vice harum octo sexdecim præmissas, quæ ipsas concludant, & euenire in hoc occultatio, quam narrauimus. Et inuenitur etiam alius modus, qui occultat inferre tales præmissas ipsismet præmissas necessarias. Et vice illarū præmissarum, quæ sunt necessariæ, interrogetur de duabus præmissis syllogismi, quæ illas inferunt, & hoc etiam, quod interrogetur de vna illarum secundū se, & vice secundæ interrogetur de duabus syllogismi præmissis, quæ illam cōcluderent, et hoc prout possibile fuerit, distantius remouere. Et interrogabimus respondentem de alio syllogismo, qui est magis distans a conclusione, aut de duabus præmissis illius simul, aut de reliquis syllogismis, & de vna præmissa solum, & vice conclusionis sumemus de omni syllogismo tres præmissas, vnā præmissam syllogismi, qui infert, & duas præmissas syllogismi, quæ concludit alteram præmissam huius syllogismi, & hoc in singulis syllogismis excepto vltimo: vt verbi gratia, est quæsitum, an sanitas non sit coæquatio. Et syllogismus necessarius, qui illud concludit, sunt duæ præmissæ, quarum vna est quod sanitas non sit ad aliquid. Et secunda est quod coæquatio sit ad aliquid, & hoc quidem in secunda figura, & interrogetur ad ipsum qđ dicimus, quod coæquatio sit ad aliquid & vice illius, quod dicimus, quod sanitas non sit ad aliquid, interrogemus de duabus præmissis necessarijs, quæ illam inferrent, quę sunt dicere, quod sanitas sit qualitas, & qualitas nō sit ad aliquid. Et interrogabimus de altera harum præmissarum secundum se, scilicet de ea, qua dicimus, quod sanitas sit qualitas, & vice alterius, quæ est, quod qualitas non sit ad aliquid, interrogabimus de duabus præmissis, quæ hanc concluderēt, quæ sunt, quod qualitas dicitur secundum se, & quod dicitur secundum se, non est ad aliquid, & de vna præmissarum, quę est, quod dicimus, qualitas dicitur secundum se, interrogabimus secundum se, & vice alterius. s. quæ dicit, quod id, quod dicitur secundum se, non sit ad aliquid, interrogabimus de duabus præmissis, quæ illam concludunt, videlicet, dicere ad aliquid dicitur respectu alterius rei, & quod est secundum se, non dicitur respectu alterius rei. Et hic est vltimus syllogismus, de cuius ambabus præmissis interrogabimus simul: sicque interrogaremus in hoc exemplo de quinq; præmissis solum, videlicet, de duabus præmissis vltimi syllogismi cum vna præmissarum syllogismorum reliquorum, donec finiat ad syllogismum, qui concludat ipsum quæsitum, verbi gratia, quod dicamus, an ad aliquid dicatur respectu alterius rei, & quod est secundum se non dicatur respectu alterius rei. Deinde his duabus præmissis componemus secundam præmissam huius syllogismi, quæ est, ꝙ qualitas dicitur secundum se, & connectemus huic aliā præmissam tertij syllogismi, quæ est dicere, quod sanitas sit qualitas. Deinde his connectemus primam præmissam, quæ concludit ipsum quæsitum, quæ est, quod coæquatio sit ad aliquid. Et ex his quinque præmissis cōcluditur nobis quæsitum, quod est, ꝙ sanitas non est coæquatio. & sit semper numerus præmissarum, de quibus interrogatur superaddendo vnum numero

A syllogismorum; nos enim sumimus de singulis syllogismis vnam præmissam, & ex vltimo duas præmissas eius simul. Sed huic modo non contingit ipsa occultatio, quæ fit ob multitudinem præmissarum. Et ideo oportet interrogātem procurare vtiliorem duorum modorum pro singulis quæsitis, & notū est, quod in tali opere, quando fit interrogatio, non exprimitur aliqua res de conclusionibus. Si vero exprimitur & in conclusionibus quæstio subiecti, oportet, vt ait Arist. quod simul post interrogationem de suis præmissis interroget, & nō interroget de singulis conclusionibus post interrogationem de præmissis, quæ illas concludunt, in hoc enim fit quædam species occultationis ob occultationem ordinis inter conclusiones & præmissas

Secundus autem modus occultationis conclusionis est, quia, quando non intendimus destructionem alicuius positionis, quæ profertur secundum aliquem casum, expedit ponere interrogationem de præmissis vtilibus ad illius destructionem secundum casum alium a casu ipsius positi, immo illud capiemus alio casu, & proprij iuuaminis est hoc preceptum in politis, pro quorum destructio nibus primum locis definitionis, & sunt posita, quorum destructio intenditur per præmissas vniuersales: destructio enim in hac arte fit secundum totum, & secundum partem. Veruntamen hoc præceptum fuit magis proprium in defini

B tionibus, ex quo impossibile est præmissis, quæ sunt in via definitionis, quod in ipsis remoueatur distantia a quæsito, sicut fit in alijs præmissis: definitiones enim sunt prima principia, vt qui proponeret commonstrare, quod deus nō denominetur per iram definitiue, & proferatur interrogatio de definitione irascentis, & dicatur, nunquid irascens sit, qui appetit vindictam, & interrogetur de definitione iræ, & diceret nunquid ira sit appetitus vindictæ, ponens enim interrogationem hoc modo lucratur duo iuuamina, quorum vnum est, quia respondens putaret, quod sit differentia inter definitionem iræ, & definitionem irascentis, & quod non quod admittitur in definitione iræ, oporteat esse in definitione irascentis, & hoc est occultatio quædam. Secundum autem iuuamē est, quod quando definitio sumitur denudata a materia, fit difficilioris destructionis, verbi gratia, quia quando nos dicimus, quando irascens sit qui appetit vindictam, contradicitur nobis de ira patris in filium, & de ira in amicos, quando autem sumeremus definitionem denudatam a materia, non esset facilis hæc cōtradictio. Huius autem causa est, quia, quando prædicatum prædicatur de subiecto, quod est in materia, in ipsa materia eueniunt illi accidentia, quibus dubitatur ipsum inesse subiecto, sed hoc iuuamen non est huius capituli, quod est constitutionis occultatio, sed per illud facilior fit admissio ꝓmissæ ab ipso rhidente.

C Tertius autem modus occultationis est, quod interrogetur de similibus præmissis, quas intendit admitti a respondente vice ipsarum præmissarum secundum se, aut interrogetur de præmissis, quæ concludant quid simile conclusioni quæsitæ, non de his, quæ concludant conclusionem quæsitam, hic enim colligit cum occultatione persuasionem, & bonam distinctionem ab ipsa re, verbi gratia, quia, quando nos proponimus concludere, quod vna sit contrariorum disciplina, non caperemus præmissas, quæ concluderent hoc quæsitum, sed caperemus præmissas, quæ concluderent conclusionem similem huic conclusioni. s. præmissas, quæ concluderent quod contrariorum sensus sit vnus. Et similiter, quando proponimus interrogare, nunquid contrariorum sit vna scientia, interrogaremus a simili, & diceremus, nunquid contrariorum sit vnum iudicium, & euidens est, quod, quādo respondens admiserit rem inesse simili alicui rei, quod iam illam admiserit illimo rei: diuulgat um enim est in hac arte, quod similiū idem est iudicium, ex parte hu similitudinis.

Quartus autem modus occultationis conclusionis est, quod non interrogetur de ipsa præmissa vtili in se, sed interrogetur de consequente ipsam, verbi gratia, quia, quando nos proponimus interrogare, an nox non sit, vice eius interrogamus, an dies non sit.

Quintus modus occultationis est, quod in oratione proponamus causas, &

ues, quarum non est quid vtile ad quæsitum omnino, quod superfluum est. Cau- D
sas quidem, quod eloquatur de vna re per dictiones synonymas, & quod vice
dictionis simplicis eloquatur de illa per orationem, aut orationes compositas,
adeo quod vna præmissa sit secundum formam multarum premissarum. Super-
fluum vero est, quod introducat in repetitione premissarum vtilium conclusio-
ni præmissas inutiles. Iuuamen quidem causarum est, quia occultat a respon-
dente intentio interrogantis, quid proponat admitti ab illo, cum eo quod illius
est persuasio quædam. Superflui vero iuuamen est, quia respondens putabit, qđ
de quocunq; ipse interrogetur, sit superfluum, & permiscetur illi vtile cũ inu-
tili: & in orationis progressu connectemus omnia illa, scilicet causas & super-
fluum, & hoc est de his, quæ accidere faciunt respondenti passionem, & iuuat
interrogantem ex obliuione respondentis, ex qua nesciet quid, & euanescet, &
non seruabit aliquid.

Sextus modus est, quod argumentetur ad præmissas apud interrogationem
de illis præponendo affectus, quod dicatur quod hæ sint de rebus, quas intelle
ctus admittit, & quas intelligens non negaret, & quæ his similes orationes mo
rales. & afficientes, sunt narratæ in libro rhetoricorum: hoc enim occuleret ab
ipso respondente locum ambiguitatis, & apparentiæ dubij de præmissa, quo-
niam difficile est dubitare & repellere, quod consueuit admitti: & hic quidem β
locus facit adipisci respondenti persuasionem, & cum hoc sit occultatio loci
dubij, affectus enim impressio, quæ sit respondenti, ex hoc excęcat ipsum a cõ
prehendendo causas dubij in premissam.

Septimus modus est, quod non interrogetur solum de premissa vtili, sed secũ
vtatur aliquid, quod ipsum occulat, & vt vniuersalius inquam, sit ipsius inter-
rogatio de illa secundũ formam dubiam, per hoc enim latet respondentẽ mens
interrogantis, & condonaret illi id, quo vinceret secundum eius opinionem &
asseuerationem. Et aliquando fit hic modus occultationis et non vtendo pre-
missis extraneis, sed quando interrogatur de premissis vtilibus interrogatio-
ne ambigua. Et totius huius causa est, quia putaret respõdens, quod qui inter-
rogat attente, procuret omnes illas species, & quod non dubitet, licet lateat
eum, quam partem contradictionis intendat admitti.

Octauus modus est, qꝝ ponat interrogationem de premissis, quę putant ad-
mitti ob diuersum ab ipso quęsito, non de premissis, de quarũ re apparet quod
capiantur ob quęsitum, verbi gratia, qꝝ quęsitum sit, quod diuitię sint bonę,
quia si hutę concesserimus, quod diuitię sint eligibiles, mox respondens conie-
ciaretur, qꝝ de illa interrogetur ab ipsum quęsitum. Si autem vice illius cõces-
serimus, qꝝ id, quo fiunt opera virtutum, sit bonum, prout est indigum nutrire,
putarent, qꝝ huius propositum esset hinc concludere, qꝝ indigum nutrire sit bo- γ
num, & admitteretur hęc premissa, qua admissa non remaneret nisi qꝝ interro-
getur de premissa, quam impossibile esset negare, scilicet quod diuitijs nutria-
tur indigus.

Nonus modus est, quod proferantur premissę, de quibus interrogatur scĩm
exemplum, & narrationem, dico narrationem, qꝝ illas ponat, prout est eius elo
catio, & ipsas intelligat secundum hanc dispositionem: per exemplum autem
intelligo qꝝ illas proferat, ac si essent metaphora, & exemplum alterius rei. Hi
itaq; sunt omnes modi, quibus fit occultatio per premissas, quę sunt de foris, re
liqui aũt, quorum hic fit mentio, sunt, quę fiunt per necessarias premissas. Quo-
rum est, qꝝ non interrogetur de premissis secundum ordinem concludentem, sed
interrogetur secundum aliam dispositionem, & aliqũ inserantur ordine simili
alicui conclusioni, quę non sit conclusio quęsita, verbi gratia, qꝝ primum quęsi-
tum sit, an voluptas sit bona, qñ inseretemus premissas ordine, quę conclude-
rent nobis hoc quęsitum conclusione prima, diceremus an voluptas nõ sit per-
fectio, & an perfectio non sit appetitus, & an appetitus non sit naturalis, & an
naturalis non sit bonus, & hinc concluderetur, quod voluptas sit bonum. Et
hanc ob causam in tali quęsito non inseretetur talis ordo, sed insereretur ordi-

A ne hoc, quo putetur, qꝝ intendat concludere aliam conclusionem, prętet ipsum
quęsitum, verbi gratia in his premissis qꝝ dicatur, an voluptas nõ sit perfectio,
& appetitus sit perfectio, & naturale sit perfectio appetitus, & naturale sit bo-
num, cum hoc qꝝ respicit conclusionem, quam concluserat primus ordo, respi-
cit etiam alias conclusiones. Et puto qꝝ hoc deceat, qñ affirmatiuę fuerint con
uertibiles, & maiores premissę singularium horum syllogismorum fuerint nega
tiuę. Et ipsorum est, qꝝ ponat interrogationem secundum modum, quę nesciat
respondens, an proposuerit sumere ipsam rem, aut eius contradictorium, & hoc
fit interrogatione ambigua, non interrogatione indicante, prout esset quęsitũ,
an voluptas non sit bona, & vellemus admitti premissam vtilem, ad hoc. s. qꝝ
bonum sit, quo homo est bonus, & nõ interrogaretur de premissa interrogatio-
ne indicante, vt. s. sit propositum & dicito nũquid, sed interrogaretur de illa in-
terrogatione ambigua, cuius destructio sit per dictionem an, vt dicatur, an bo-
num sit, quo homo est bonus, aut bonum non sit, quo homo sit bonus. Et quidã
illorum est, qꝝ capiatur interrogatio de premissis vtilibus quęsito, respondẽtis
enim consuetudinis est festinare ad colluctandum ad primũ, quod ipsum inter-
rogaret querens: quoniam notum est, qꝝ precedens in interrogatione est ma-
gis estimatum apud ipsum, nisi sint duę species interlocutorum, quarũ vna est
species illorum, cui contingit hebetudo, & mala complexio frigida ob priuatio
B nem exercitij, & omissionem sui ipsius. Secunda autem species est illorũ, qui
reputant se ob ipsos esse prędarę cogitationis, & intellectus: Cum illis quidẽ,
qui sunt primę speciei, vtilius est interroganti, qꝝ festinet per vtilius, qñ enim
prolongatur illius disceptatio, calefit & inflammatur eius appetitus, & conie-
ctatur, quę non fuerat premeditatus. Illius vero, qui est bonę estimationis de
se, potestatis esse repellere contradictionem, qua facilis est in rei initio, & ad-
mittit id, quod interrogatur, quando aũt facta fuerit consideratio, & cõiectabi-
tur quid sequatur, negat contra id, quod accidit illi, qui dubius est de se non cõ
fidẽs constituere eius controuersiam. Et de illis est, qꝝ non ostendat diligẽtiam
solertem de premissis, quam proponit admitti, interroget enim de duabus parti-
bus contradictionis simul, & interroget de oppesito premissę, quam proponit
admitti; hic enim colligit duas species occultationis, quarum vna est, quod re
spondens putet, qꝝ id, quod explicuisset, sit ex intentione: & secũda est, quia hic
putat qꝝ forsan hic admittet alterã premissam facilius, & hinc fit, quod, qñ illã
transfert ad primam, habetur propositum: hęc itaq; est summa omnium rerum,
quas Aristoteles narrauit de absconsione conclusionis.

Pro inductione respondenti, loci alii. *Cap. II.*

C ADornatum vero, inductione, & cõclusione eorum quæ 21. locus.
affinia sunt. Inductio igitur quale quid est, manifestũ: Declaratio.
diuidere autem huiusmodi, vt sciẽtiam scientia esse me
liorem, aut eo qꝝ exactior est, aut qꝝ meliorum: & quod
scientiarum aliæ quidem sunt contemplatiuæ, aliæ aũt
actiuæ, aliæ porro effectiuæ: nam vnumquodq; talium coornat qui-
dem orationem, at non necessarium est, vt dicatur ad conclusionem.

Ad dilucidiratem aũt exempla, & similitudines afferendum. Exem 22. locus.
pla autem accommodata, & ex quibus scimus qualia Homerus, non Declaratio.
qualia Cherilus: sic enim clarius erit quod proponitur. Vtendũ au 23. locus.
tem in differendo, syllogismo quidem ad dialecticos magis, quam Declaratio.
ad multitudinem: inductione vero contra, ad multitudinem magis.
Dictum est autem & de his & prius. Est autem in aliquibus quidẽ 24. locus.
inducenti impossibile interrogare vniuersale, in aliquibus vero non Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facile,eo quòd non positum sit similitudinibus nomen,omnibus cõ- D
mune:sed quando oportet vniuersale sumere, sic in omnibus talibus
esse dicunt. Id autem determinare difficillimum est, qualia sunt ea
quæ proferuntur huiusmodi,& qualia non:& propter hoc sæpenume
ro dissident in disputationibus:alii quidem dicẽtes,similia esse, quæ
non sunt similia: alii vero dubitantes,quæ sunt similia,non esse simi-
lia. Quare tentandum in omnibus talibus,ipsa nomina effingere: vt
neque respondenti liceat dubitare ꝙ non similiter quod infertur, di-
25.locus. citur:neq; interroganti calumniari,& similiter dicto,eo ꝙ plura eo-
Declaratio. rum quæ non similiter dicuntur, similiter videntur dici. Quando
aũt inducenti in pluribus non dederit vniuersale,tunc iustum est ef-
flagitare instantiam: non dicente autem ipso in aliquibus sic,non iu-
26.locus. stum est efflagitare,in aliquibus non sic. Oportet enim inducentem
Declaratio. prius sic instantiam efflagitare. Efflagitandum aũt instantias non
in eo quod proponitur ferre,nisi vnum tantum sit huiusmodi:vt dua- B
litas partium numerorum solus primus. Nam oportet & enim qui
instat in altero instantiam ferre,aut dicere quod hoc solum tale est.
27.locus. Ad eos autem qui instant vniuersali,non in eodem autem instan-
Declaratio. tiam ferunt,sed in æquiuoco(vt quod habeat aliquis non suum co-
lorem,vel pedem, vel manum,habebit enim pictor non suum colo-
rem,& cocus pedem non suum)diuidendo reuera in talibus interro
28.locus. gandum est. Nam latente æquiuocatione, bene viderentur instare
Declaratio. propositioni. Si autem non in æquiuoco,sed in eodem instans præpe
diat interrogationem,oportet auferentẽ id in quo instantia est, pro-
ponere reliquum,vniuersale faciendo,donec sumat quod vtile est. Vt
in obliuione,& in oblitum esse: non enim concedunt eum qui ami-
sit disciplinam,oblitum esse,eo quòd transeũte re amisit quidem di-
sciplinam, oblitus autem non est. dicendum autem auferenti id in
quo instantia est,reliquum: vt si permanente re amisit disciplinam,
iccirco oblitum esse. Similiter autem & contra instantes, quoniam F
maiori bono,maius opponitur malum: proferunt enim quoniam sa-
nitati minori bono quam bona habitudo,maius malum opponitur:
nam ægritudinem maius esse malum mala habitudine: auferendum
igitur & in hoc in quo instantia est: nam ablato,magis ponet: vt quo
niam maiori bono maius malum opponitur, nisi conferat alterum
29.locus. ad alterum: quemadmodum bona habitudo ad sanitatem. Non
Declaratio. solum autem eo instante hoc faciendum,sed & si sine instantia negat,
eo quòd præuideat aliquid talium. Nam ablato eo, in quo instantia
est,compelletur ponere,eo quòd non præuideat in reliquo,in aliquo
non sic esse. Si autem non ponat, efflagitatus instantiam,non habebit
assignare. Sunt autem huiusmodi propositionum,quæ in aliquo falsæ
sunt,in aliquo aũt veræ:in his enim par est auferre, reliquum autem
30.locus. verum relinquere. Si autem in multis proponenti non ferat instã-
Declaratio. tiam,postulandum est ponere. Nam dialectica est propositio, ad quã

A sic in pluribus se habentem,non est instantia. Quando autem con- 31. Locus.
tingit idem & sine imposibili:& per impossibile syllogizare,demon Declaratio.
stranti quidem & non differenti,nihil refert vel sic,vel illo modo syl-
logismo colligere:differenti autem non est vtendum per impossibile
syllogismo. nam si sine imposibili quidem syllogismo colligat, mi-
nime fiet vt dubitentat quando per impossibile syllogizant (nisi val
de manifestum sit falsum esse)non impossibile dicunt esse:quare non
sit interrogantibus quod volunt. Oportet autem proponere quæ- 32.Locus.
cunque in pluribus quidem sic se habent. Instantia autem aut om- Declaratio.
nino non est, aut non in superficie est conspicere: nam qui non pos-
sunt conspicere in quibus non sic:tanquam verum quidem sit, po-
nunt. Non oportet autem conclusionem, interrogationem facere. 33.Locus.
Alioquin autem,eo renuente non videtur fieri syllogismus: nam & Declaratio.
sæpe cum non interrogat, sed vt sequens infert, negant:& hoc facien
tes non videntur redargui iis qui non conspiciunt quod accidit ex
B iis quæ posita sunt:quando igitur non dicens quidem accidere,inter-
rogabit,ille autem negabit,omnino non videtur fieri syllogismus.
Non videtur autem omne vniuersale dialectica propositio esse, vt 34. Locus.
quid est homo? aut quot modis dicitur bonum? est enim dialectica Declaratio.
propositio,ad quam est respondere,sic,vel non: ad dictas autem non
est,quare non sunt dialecticæ huiusmodi interrogationes, nisi ipse
determinans,vel diuidens dicat:vt putasne bonum sic vel non sic di-
citur? nam ad talia facilis responsio, vel affirmando ,vel negando:
quapropter tentandum sic proponere huiusmodi propositiones.
Simul autem & iustum fortasse ab illo interrogare, quot modis dici- 35.Locus.
tur bonum, quando hoc diuidente & proponente, nullo modo con- Declaratio.
cesserit. Quisquis autẽ vnam orationem multo tempore interro-
gat,male interrogat. Nam si respõdeat quidem ei interrogatus quod 36. Locus.
interrogatur,manifestum quòd multas interrogationes interrogat, Declaratio.
C aut frequenter easdem:quare aut nugatur,aut non hãbet syllogismũ,
nam ex paucis omnis syllogismus:si vero non respondeat quid, aut
non increpat,aut discedit? Est autem argumentari difficile, & susti- 37. Locus.
nere facile ipsas suppositiones. Sunt autem talia,& quæ natura sunt Declaratio.
prima,& quæ postrema. Nam prima quidem termino egent,postre
ma vero per multa terminantur volenti cõtinuum sumere a primis,
aut sophisticæ videntur argumentationes:impossibile enim demon-
strare quippiam est eum,qui non incipit a propriis principiis, & con-
nectit vsque ad vltima:definire autem nihil ducunt respondentes,ne-
que si interrogans definierit, aduertunt: atqui non facto manifesto
quidnam est quod propositum est, non facile est argumentari: ma-
xime autem quod tale est, circa principia accidit, nam alia quidem
per hęc monstrãtur,ipsa vero non contingit per alia, sed necesse est
definitione talium, vnumquodque cognoscere. Sunt autem difu- 38.Locus
sile argumentabilia, & quæ valde propinqua sunt principio. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim contingit plures ad hæc rationes inuenire, cum sint pauca media, horumque & principiorum, per quæ necesse est monstrare ea, quæ post illa sunt. Terminorum autem difficile argumentabiles u omnium maxime sunt, quicunque vtũtur talibus nominibus, quæ primum quid em immanifesta sunt, simpliciterne dicantur, an multipliciter: adhuc autem quæ neque nota vtrum proprie, an secundum metaphoram de definito dicantur. Nam, quia obscura sunt, non habent argumenta, quia vero ignorantur si absque metaphora dicitur quod tale est, non habet quod increpet. Omnino autem omne problema quando difficile argumentabile, vel termino indigere arbitrandum est, vel est eorum quæ multipliciter, vel eorum quæ secundum metaphoram de definito esse dicantur, vel non longe a principiis, vel quia non manifestum est primum nobis hoc idem, secundum quem dictorum modorum est, quod dubitationem præstat. Nam cum est manifestus modus, manifestum quoniam aut definire oportebit, aut diuidere, aut medias propositiones inuenire. Nam per hæc monstrantur vltima. In multis autem positionibus (non bene assignata definitione) non facile disputare, ac argumentari. Vt vtrum vni contrarium, an plura: definitis autem contrariis aliquo modo, facile est ostendere vtrum contingit plura eidem esse contraria, an non, eodem autem modo & in aliis definitione indigentibus: videntur autem & in disciplinis quædam ob definitionis defectum, non facile describi: vt & quoniam quæ ad latus secat planum linea, similiter diuidit & lineam, & locum: definitione autem dicta, statim manifestum est quod dicitur. Nam eandem ablationem habent loca, & lineæ: est autem definitio eius orationis hæc. Simpliciter autem prima elementorum, positis quidem definitionibus (vt quid linea, vel quid circulus) facillimum ostendere: verum non multis ad vnumquodque eorum est argumentari, eo quòd non sunt multa media: si autem non ponantur principiorum definitiones, difficile: fortasse autem omnino impossibile. Similiter autem his, & in iis, quæ sunt circa orationes, se habet, non igitur latere oportet, quando difficile argumentabilis est positio, quòd passa est aliquid eorum quæ dicta sunt: quando autem erit ad dignitatem, & propositionem, maior labor disputare quam ad positionem. Dubitare autem possit quispiam vtrum ponenda sint talia, an non: nam si non ponat, sed poscat, & ad illa disputare, maius præcipiet quam quod in principio positum est. Si vero ponat, credet ex minus credibilibus: si igitur oportet non difficilius problema facere ponendum, si autem per notiora syllogizare, non ponendum. An discenti quidem non ponendum, nisi notius sit: exercitato vero ponendum, si verum solum videatur: quare manifestum quoniam non similiter & interroganti & docenti existimandũ

39. Locus, Declaratio.

40. Locus, Declaratio.

41. Locus, Declaratio.

42. Locus.

43. Locus.

Dubitatio.

esse ponendum. Quo pacto igitur interrogare & ordinare oportet, pene sufficiunt quę dicta sunt.

De oratio-nis decoratione, & de aliis præceptis interro gantis.

Tertia autem intentio est orationis decoratio, & exornatio. & amplificatio: hoc itaque fit duabus rebus, quarum vna est ipsa inquisitio. Et altera est partitio in res proportionales. Inquisitio quidem, quæ fit ad hanc intentionem, fit duabus dispositionibus: quarum vna est, quando nobis esset præmissa vniuersalis per se patens non indigens inquisitione, & proponimus interrogare de illa, vt vice eius fiant præmisse particulares, quas hæc præmissa ambit, verbi gratia, quando proponimus interrogare, an peritus in omni arte sit præstantior, & proponimus exornare orationem, & ipsam exemplificare, an miles peritus in sua militia sit præstantior. Et similiter nauta peritus in suo nauigio: sicque etiam medicus peritus in sua medicina, & vtendum est singulis, quæ subsunt præmisse vniuersali. Secunda dispositio est, quod præmissa sit per se nota, & proponimus interrogare de ipsa, & huius præmissæ sit præmissa ambiens ipsam, & alias præmissas, quæ secum subintrant ipsam præmissam vniuersalem, nos enim interrogaremus præmissam cum præmissis particularibus, quę secum subintrant præmissam vniuersalem, gratia exẽpli, q̃ proponamus interrogare, an medicus peritus sit præstantior, prout est miles peritus, & nauta peritus. Hæ nanque omnes subintrant vnã præmissam, q̃ scilicet peritus in omni arte est præstantior. Partitionis autem vsus in his sit duobus modis, quorum vnus est, quando sit in prædicato præmissæ, quam volumus admitti. Et alter quando sit in subiecto. Exemplum vsus illius in partitione prædicati est, q̃ interrogemus nunquid scientia de anima sit honorabilior, quam scientia elevationis ponderis? & subdimus huic, quia scientiarum honorabilior dicitur aut ex parte nobilitatis subiecti, aut ex parte firmitatis demonstrationum. Si autem tractaremus hanc partitionem, esset præmissa patens per se. Et huius exemplum in partitione subiecti est, q̃ interrogemus vice dicendi, an oppositorum sit vna scientia, an opposita quædam sint contraria, & quædam relativa, & quædam priuatio & habitus. & quædam affirmatio & negatio, & omnia horum est vna scientia: est autem hoc vtile, quia naturaliter homo est admissurus orationem, quę exprimitur hac expressione, quia hoc opere contingeret ostentatio, & decorum, & mentis satisfactio cum auditore. Et vt vniuersaliter inquam, proportio huius operis ad præmissas necessarias est proportio pulchrũ colorũ, & picturarum ad res necessarias illis ex accommodatis, & vestibus, & cæteris, & sicut homo gaudet his, & delectatur eis, sic est res in oratione. & inquisitio, quę hic fit, est alia ab inquisitione, quę fit ad certificationem, aut ad commonstrandum præmissam necessariam in se. Hęc autem exornatio, sicut fit in præmissis necessarijs, prout sunt præmissę occultationis & certificationis, quę præ narratę sunt.

Quarta autem intentio, quę est orationis manifestatio & explicatio, fit duobus modis. Quorum vnius sunt exempla, alterius autem sunt confictio & assimulatio. Exempla quidem sunt particulares res ipsius vniuersalis, quę sumuntur ad ipsius intellectionem, & explicationem. Exemplo autem vtitur ars oratoria ad occurrendum in assertionem. Hęc vero ars vtitur solum ad intellectionem, prout est dispositio inquisitionis, qua vtitur hęc ars ad assertionem, & commonstrationem, & exemplificationem. Confictio vero & assimulatio, quę fiunt ad rei intelligentiã, non sunt res particulares, neque vniuersales rei, quę sumantur ad ipsius intelligentiam, sed sunt res, quę ipsam fingunt, & assimulant, prout est id, quod dicit Aristote. q̃ error in principio, & si sit paruus, qui non percipiatur, tamen conducit ad plures errores, sicut qui deviat itineris initium, & ab erat ab eo trigona figura, non cessat distare ab itinere, donec quasi deuiet infinita distantia ab eo. Et assimilationes, quibus vtitur hęc ars, sunt proxime proportionales, quibus, vt ait Aristo. vsus est Homerus. Et his eisdẽ modis fiunt in arte demonstrationis. Vsus autem ipsarum in his

Universidad de Deusto
Biblioteca

duabus artibus est diuersus ab vsu ipsarum in arte poetica, sunt enim in illa arte ad occurendum in assertionem poeticam, in his autem duabus artibus ad solam intelligentiam. Hæc itaque est summa eorum, quæ dixerat de præmissis, quæ sunt deforis. D

Deinde transfert se Arist. ad alia præcepta interrogantis, & dicit. Quia orationes dialecticę sunt duarum specierum syllogismus, & inquisitio. Conuenit interroganti vti inquisitione cum plebe dialecticorum, & syllogismo, cum ipsorum peritia: plebs enim inquisitione magis comprehendit, quia ipsius particularia sunt sensata. Sensatum autem est notius apud plebem. Sed apud illos, qui exercitati sunt in dialectica, syllogismi sunt magis diuulgati, adeo ꝙ illi repellunt sensatum, prout comperimus multos antiquos repulisse motum, & multitudinem. Illorum autem error circa hæc fuit ob syllogismos, qui apud eos cõstituti erant super præmissis diuulgatis, quæ sunt apud hanc speciem notiores sensatis, sensus enim subordinatur apud eos huic speciei præmissarum, putant enim quod præmissæ sint intelligibiles.

Ex quo autem inquisitio profertur ad commonstrationem præmissæ vniuersalis, notum est, ꝙ quando fuerit nomen, quod includit omnes res consimiles, quæ subsunt huic vniuersali, in quo sunt similes. facilis sit translatio ab admissione illarum ad admissionem vniuersalis cum respondente. Si vero huic vniuersali, quo sunt similes, non fuerit nomen, difficilis sit illi: respondens enim concederet interroganti præmissam vniuersalem, cui subest subiectum quæsiti, quando commonstratum ei fuerit, quod quæsiti subiectum sit simile rebus, quę sunt inquisitæ, & subintrat similitudinem vniuersalem rebus, quæ inquisitæ sunt, & quod illis euenerit prædicatum ratione huius assimilationis. & quando huic assimilationi vniuersali non fuerit nomen, difficilis sit illius ablatio apud interrogantem separando illud ab illis, immo forte esse priuatio nominis erit causa, qua respondens non imaginetur illud admittere, & difficilis sit illius intelligentia, & graue sit ei illud admittere, cui non sit nomen, quod includat rem intentam ab ipso respondente admitti, & vt vniuersalius inquam, priuatio nominationis vniuersaliter est, quæ per inquisitionem apponit errorem duabus sectis, & aliquando interrogans quærit a respondente, ꝙ ei admittat, quod non est simile, vt ꝙ esset simile. & interdum respondens cauet admittere, quod est simile, & aliquando cadit dubium de rebus similibus. Et ideo Arist. præcipit interroganti in hoc loco, ꝙ instituat nomen vniuersali, quod includit particularia, quæ educta sunt inquisitione, aut illud significet per orationẽ, vt facilius & tutius respondens admittat id, quod interrogans proposuerit, & remotius fuerit aduenire repugnans illi, de quo interrogauit. Et confidat etiam interrogator, ꝙ putabit de eo, quod non est simile, ꝙ sit simile. Quãdo autẽ interrogans fecerit hoc vniuersaliter, ideſt ꝙ instituerit illi nomen, vt esset in primo posito illi nomen, & respondens admitteret ei particularia inquisitionis & non admitteret ipsum vniuersale. Expedit aut illi, ꝙ proponat argumentati destructionem huius vniuersalis, & si eum interrogaret, ꝙ commonstret de qua rerum non se habeat, prout inquisitum est. Quando vero respondens non admitteret ei inquisitionem, non expedit ei interrogare eum destructionẽ præmissæ vniuersalis. Et quando respondens protulerit destructionem vniuersalis, cuius particulares præmissas admiserat in inquisitione, non euadit, quin destruat alias particulares de particularibus, quæ non sunt expressæ in ipsa inquisitione, quoniã ad destructionem particularis, quam concludere intendit, nõ expedit interroganti admittere ipsius destructionem, quia est ipsa eadem res, quam interrogans proponit commonstrare, nisi quæsito quod interrogãs proposuerat concludere, soli proprium sit inter reliqua particularia, quæ subsunt illi vniuersali, quod illi non insit illa res, quam quærens procurat commonstrare ineſſe per inquisitionem: admitteretur enim ei hoc, quia illi præmissæ non esset instantia, nisi in illo particulari solum, & est ac si illa inueniretur esse necessaria respondenti: vt gratia exempli, si quærens proponeret concludere, ꝙ binarius sit numerus par, qui non sit primus, inquirendo de reliquis speciebus B F

A numeri paribus, qui non sunt primi, prout sunt octonarius, & senarius, & cæteri: & quando itaque illos inquisiuerimus, & interrogans proponeret, quod respondens admitetat ei ipsam vniuersalem, qua hinc concludat, ꝙ binarius sit numerus par, non primus, hic esset respondentis instare ei per ipsummet quæsitum. Quando vero instantia respondentis fuerit per particularem huius particularis quæsiti, interrogantis est apponere conditionem in præmissa vniuersali, qua ab illa excipiat hoc particulare, quod destruxerat ipse respondens, & remanebit sub hoc quæsito. Et si interrogans apponeret hanc conditionem primo in præmissa, priusquã interrogaret de illa, præstantius esset, quia ipse respondens non inueniret aditum ad instandum, verbi gratia, ꝙ interrogans poneret ꝙ ille, a quo separatur scientia de re, obliuiscitur illius. Et respondens instabit, ꝙ scientia aliquando separatur a scientię in corruptione ipsius scíti, hęc autẽ non vocatur obliuio. Quando interrogans apposuisset conditionem, quod ille, a quo separatur scientia de re ipsa re permanente obliuiscatur, non inuenisset respondens aditum ad negandum hanc præmissam, & oportuisset eum admittere illam: desinens enim præmissam dialecticam, quę inquisitione construitur in hac arte, est, ꝙ inueniatur prędicatum in maiori parte sui subiecti, & ꝙ non sit ipsius aliqua instantia, aut quia non sit aliqua instantia in ipsam, aut quod sit illius aliqua instantia sed illam non estimemus in hac arte. Quando vero instaret respondens, ꝙ sit æquiuocum nomine prędicati, aut subiecti præmisse vniuersalis, expediret interrogantem vti diuisione nominis æquiuoci secundum omnia ipsius significata, quę significaret. Deinde explicare illi significatum, quod intendebat commonstrare in ipsa inquisitione, verbi gratia, quãdo interrogans proposuisset concludere, ꝙ non sit homini aliquod membrum, quin sit ei proprium, ve in poematibus fertur de centauro, & minotauro, ꝙ suis superioribus membris sit homini similis, & inferioribus membris similis sit alij animali. Respondens autem instaret dicens ꝙ picto non est caput. & ipsius est caput imaginis, quam formauerat. huius autem erroris causa est æquiuocatio illius dictionis ipsius, aliquando enim sit pro eo, ꝙ res non sit pars speciei, cui attribuitur per hanc dictionem. Et similiter dicitur, ꝙ ipsius hominis sint membra organica, & membra similaria. Et aliquando sit secundum modum attributionis ipsius, scilicet, aut attributionis affectus, aut attributionis habitus. aut alius attributionis: & hoc modo dicitur, ꝙ hęc vestis sit ipsius talis, siue fuerit ipsius acquisitio, siue ꝙ arte illam fecerit: hęc itaque est summa eorum, quę expedit interrogantem facere tempore inquisitionis singularum rerum. Quando vero vteretur syllogismo sine inquisitione, expedit, ꝙ de duabus syllogismi speciebus vtatur syllogismo recto, nõ syllogismo impossibilis: rectus enim expedientior est ad hoc, & vtilior, quando possibilis fuerit: huius autem causa B

C est, quoniam dispositio huius artis quo ad hanc rem differt a dispositione artis demonstrationis: quicquid enim commonstratum fuerit secundum artem demõstrationis vtrisque syllogismis, ipsius est demonstrationis firmitas vna, veruntamen secundum hanc artem res non ita est. Impossibilis enim syllogismus cõcludit ducendo ad falsum, quod est contradictorium illius, quod concludere ꝓposuerat. Id autem, quod in hac arte gerit vicem falsi, est absonum fictum. Et aliquando contingit, quod inueniantur ambo contradictoria diuulgata, & non concludant absonum fictum, & interdum concludant absonum fictum, sed non est maxime fictum absonum. Ficta autem absona, quę in hac arte gerunt vicẽ falsi in demonstratione, sunt illa ficta absona, quę respondens renuere nequit, & hoc est fictum absonum, quod est notę nefandum. Quo vero modo vnum, idem quęsitum commonstretur per impossibile, & recte, iam commonstratum est in libro priorum analyticorum. Iam itaque elocuti sumus, cum quo fiat syllogismus, & cum quo fiat inquisitio, & cum hoc ediximus quid expediat interroganti facere in dispositione inquisitionis, & ordine inferete instantiam respondentis ei, & narrauimus etiam quę species syllogismi sit ei vtilior in hac arte.

Nefandas vero præmissas in hac arte expedit cauere illas, quę fuerint maxi-

mę diuulgatę,& hęc quidem sunt suę species, quędam species est illarum, quarum instantia est nęcessa, prout est illa, deus omnia potest. Et aliqua species est, cuius instantia est difficilis ob modicam inuentionē suę instantię, aut quia illius non sit instantia aliqua. Et hę quidem sunt pręmissę, quę pro maiori parte suorum subiectorum sunt sub sensu, prętęr quod constet nobis aliqua res illis repugnans. Et quando respondens interrogaretur de talibus pręmissis, & eas negaret, interrogantis esset ipsum capere & castigare, & hę sunt pręmissę, quę sunt maxime diuulgatę in hac arte. Conclusio vero non profertur secundum modum interrogationis, sed quatenus est consequens ex admissione pręmissarum. Quando enim protulisset eam, secundum quod sit cōsequens, posset respondens renuere ipsam, ex quo eius est hoc secundum hanc artem, tanto fortius quando eam protulerit secundum modum interrogationis, quia putandum est, quod respondens non admitteret eam, & non obijceret illi in hoc, & inde lucraretur.

Expedit autem scire, quod non quęlibet interrogatio est topica, prout est interrogatio quid sit homo, aut interrogatio quot modis res dicat: sed topica interrogatio est, ad quā respondentis est respondere sic, aut non: prout dicimus numquid mundus sit nouiter factus, aut non, ad quod respondenti non est nisi vna responsio, prout est responsio ad quid sit homo, ꝙ sit animal rationale, aut B quot modis dicatur bonum, quia dicitur de honesto vtili, & pulchro. Fit autem hic modus interrogationis topicus, quando illum protulerit interrogans modo quo respondens possit ad illam respondere per alterum duorum contradictoriorum, vt dicat, an homo sit animal rationale, nec nec? Et an bonum dicatur de tali & tali, nec nec? & quādo respondēs, nō admitteret ei hoc illud, dimitteretur et ꝙ eum interroget quot modis dicatur bonum apud illum, aut quę sit hominis diffinitio apud illum. Quod autem interrogatio protrahit moram pluſquā decerneretur ex pręmissis faciendis pro quęsito, hoc est, dicere necessarias, & eas, quę deforis sunt, est itaque vilis actus in interrogatione: quando enim hoc fieret, putaretur fieri ob alteram duarum rerum, aut quia nimium amplificet oratiōnem, et multiplicentur interrogationes de vna eadem re, aut quia interroget, quod inutile sit ad conclusionem, & confidet obijcere ei, & lucrari, aut videbitur ei quod recedet. Et expedit interrogantem scire, quod inueniantur quędā positiones, quas difficile est destruere ob difficultatem argumentationum, quæ illis instent, & modicam illarum instantiā. Et ideo harum earundem obseruatio facilis sit respondenti. Et positiones quidem, quarum destructio difficilis sit ob difficultatem argumentationum, quę illis repugnent, sunt quatuor specierum. Quarum vnius sunt principia nota prima artium, prout est constructio vnitatis in aritmetica, & puncti in geometria, & sicut dicere, quod de quauis re verax C sit affirmatio, aut negatio. Secundę autem sunt res positręmę remotę a principijs, prout est dicere, an anima sit immortalis, nec nec? Et tertię sunt res proximę principio. Et quartę, res quarum elocutio sit nomine equiuoco, aut nomine accommodato. Causę vero difficultatis inueniendi syllogismos de principijs sunt, quia, quando interrogans procuraret commonstrare aliquam rem, quę fiat de illis, prius indigeret admitti illorum diffinitio: prout fit, quando nos proponimus commonstrare ꝙ de qualibet re verax sit affirmatio, aut negatio, prius indigemus explicare affirmationem & negationem. Et hoc idem euenit de omni, cuius diffinitionem sumere indigemus primo, quando scrutatur de illo, prout dicimus an deus sit, & an natura sit? & an vacuum sit, nec nec? & magis accidunt obscuritates in talibus, quando contemnuntur, & quęritur de illis esse aliquam rem, aut impossibilem esse, prętęr ꝙ definierint. Vt qui quęreret, an vacuum sit, prętęr ꝙ sciat quid vacuum nomen significet. Causa autem difficultatis admittendi diffinitionē est multitudo illorum, quorum interrogans indiget, quod ei admittat respondens de essendo cōditiones requisitas ad illā, vt ꝙ insit diffinitio, & ꝙ sit prędicatū de illo in eo ꝙ quid sit, & reliquę conditiones prępositę de diffinitione. Et hęc erit causa, qua ex illis respondens offendat plures instantias. Et ideo illius destructio sit facilior contra ipsius constructionē.

A Et hęc eadem est causa difficultatis inueniendi argumentationes de rebus positremis, quoniam commonstrantur pluribus pręmissis, quas interroganti non facile est capere, & respondenti non deest id, quo facile feratur instantia. Causa vero difficultatis syllogizandi ad res proximas principio est paucitas pręmissarum, quę sunt ad illas, & in his decet interroganti vti occultatione, vt decet ei in rebus, quę sunt a principijs distantes. Verumtamen causa difficultatis syllogizandi ad illud, de quo elocutio fuerit equiuoca, aut accommodata, est quia quando dictio æquiuoca non traderet vnum idem significatum, fieret forma, cuius rei, quę contingeret de modis constructionis, & destructionis. Si autem interrogans caperet de illis significatum vtile, non est respondentis dicere, nolo hoc significatum, ꝙ intelligebas: vt si interrogetur, an orbis sit ęternus, nec nec? quia nomen orbis est æquiuocum, ꝙ dicitur de toto, & dicitur de aliqua suarum partium. Et exemplum huius in accommodatis est oratio illius, qui dicit, quod mare sit terrę fudor, qui in ipsius fundo collectus est, quia, si destruxerit significatum accommodatum, diceret, nolo nisi significatum verum, & si destruxerit verum, diceret, nolo, nisi ipsum significatum accommodatum, & non est illius propositum, & lucraretur. Et hanc quidem ob causam diffinitiones, quę æquiuocę, aut accommodatę dicuntur, difficile est ipsas destruere, licet illarum destructio secundum precedentia sit facilis: quando autem hoc ita est, ꝙ hę sunt causę difficultatis destructionis positionum, prętęr ꝙ coniectetur, vnde sit difficultas illarum, quas interrogans intendit destruere. Expedit itaq;, quādo difficilis ei fuerit destructio alicuius positi, prętęr ꝙ consideret, vnde sit illius difficultas, ꝙ inuitatur his modis, quia non curaret vnum eorum, aut plures q̄ vnum. Et si illius causa fuerit, quia indigeat diffinitione, exordiemur prius diffinitionem. Si autem illius causa fuerit nominis æquiuocatio, prout est dicere, an orbis sit ęternus, nec nec? incipiemus a diuisione illius, quod significat ipsum nomen. Si autem illius difficultatis causa fuerit multitudo pręmissarum, quę in medio sunt, prout est dicere, an cœlum sit graue, aut nec graue, neque leue, expedit illis proferre, adeo ꝙ nullam rem illarū omittamus. Contingit aūt aliquando dubitare quid expediat interrogantem facere, quando non inueniret per quod procuret illud commonstrare nisi per pręmissas modicę diuulgationis, & si interrogaret de illis non confidit, quin illas neget ipse respondens, si non interroget de illis primo, & proponat interrogare de pręmissis, quarum conclusio sit difficilis ad quęsitum ob multitudinem illarū cōclusionū, quæ intercidunt ei & primis principijs. Doctrina vero est quod primo proferat prænissas quę sunt notiores, donec per illas commonstret pręmissas, quę fuerint quęsito proximę: hęc itaque est summa eorum, quę dicta sunt pro interrogante, & quo modo debeat esse interrogatio, & ordinis series.

B

C

Loci pro respondente. *Cap. III.*

DE responsione autem primum quidem determinandum, quodnam est opus bene respōdentis, quemadmodum bene interrogantis. Est autem interrogantis quidem sic deducere orationem, vt faciat respondentem dicere inopinabiliora quam ea, quæ propter positione sunt necessaria: respondētis vero nō propter se apparere, accidere impossibile, aut quod prætęr opinionem est, sed propter positionem: nam alterum fortasse peccatum, ponere primum quod nō oportet: & positum non seruare aliquo modo. Quia autem sunt indeterminata iis qui propter exercitationem & experientiam orationes faciunt (nam non eadem considerationes & discentibus, & docentibus, & concertantibus, neque his, & iis qui exercēt,

44. Locus.

45. Locus.

se inuicem inspectionis gratia · nam discenti quidem ponenda sunt D
semper ea quæ videntur.neque enim conatur falsum vllus docere :
concertantium vero interrogantem quidē videri aliquid facere opor
tet omnino,respōdentem autem nihil videri pati)& in dialecticis cō
gressionibus quæ non concertationis gratia,sed experimenti & inspe
ctionis orationes faciūt,nondum enucleatum est quo pacto oporteat
coniectare respondentem, & qualia dare,& qualia non, ad bene aut
nō,seruandam positionem:quoniam(inquam)nihil habemus tradi-
46. Locus. tum ab aliis,ipsi aliquid dicere tentemus. Necesse est autem respon-
Declaratio. dentem sustinere orationem,ponēdo aut probabilem, aut improba-
bilem positionem,aut neutrā:& aut simpliciter probabilem, aut im-
probabilem,aut indeterminate,vt huic alicui,vel alii. Nihil autē re-
fert quomodocunq; dum ea probabilis,aut improbabilis sit: nam idē
modus erit bene respondendi,vel dandi,vel non dandi quod interro
gatum est.nam cum improbabilis est positio, necesse est & conclu- g
sionem probabilem fieri: cum vero probabilis, improbabilem , nam
oppositum semper positionis interrogans concludet: si autem neque
probabile neque improbabile quod positum est,& conclusio erit ta-
47. Locus, lis. Quoniam autem bene syllogizans,ex probabilioribus & notio-
Declaratio. ribus propositum demonstrat,manifestum est quōd quando simpli-
citer est improbabile quod proponitur,non dandum est respondenti,nec quod non videtur simpliciter, nec quod videtur quidem , mi-
nus autem conclusione videtur. Nam cum improbabilis est positio,
probabilis est conclusio:quare oportet quæ sumuntur,probabilia es-
se omnia,& magis probabilia quā quod proponitur, si debet per no-
48. Locus, tiora quod minus notum est concludi:quare si neque tale est quippiā
eorum,quæ interrogantur,non ponendum est respondenti. Simpli-
citer autem si est probabilis positio: dilucidum est quoniam conclu-
sio simpliciter improbabilis:ponendum igitur & quæ videntur, om-
49. Locus, nia,& eorum quæ non videntur,quæcunque minus sunt improbabi- g
Declaratio. lia conclusione. Nam sufficienter sic videbitur disceptatum esse.
Similiter autem erit,& si neque improbabilis , neque probabilis est
positio. Nam sic & quæ videntur omnia dandum,& eorum,quæ non
50. Locus, videntur,quæcunque minus sunt improbabilia conclusione: sic enim
probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur simpliciter quidem pro
babile,vel improbabile quod ponitur:ad ea quæ videntur simplici-
ter,comparatio facienda. Si autem nō simpliciter probabile, vel im-
probabile sit,quod ponitur,sed respondenti,ad seipsum, quod vide
tur , & quod nō videtur iudicando , ponendum , vel nō ponendum .
51. Locus, Si vero alterius opinionem tutetur respondēs , manifestum quoniā
ad illius intelligentiam aspiciēdo, ponere singula debet , & negare:
quare & qui curant extraneas opiniones (vt bonum & malum esse
idem,quemadmodum Heraclitus inquit)non dant non adesse simul
contraria eidem,non quia non videntur eis hæc, sed quia secundum
Heraclitum

A Heraclitum sic dicendum. Faciunt hoc autem & qui suscipiūt abinui
cem positiones,coniectant enim ac si is dicat, qui ponit , manifestum
igitur quæ coniectandum respondenti,siue simpliciter probabile,siue
52. locus. alicui positum est.Quoniam autem est necesse omne quod interro-
Declaratio. gatur aut probabile,aut improbabile esse,aut neutrum, & ad oratio-
nem,aut non ad orationē,attinere qđ interrogatur,si sit quidē quod
53. locus. videtur,& non ad orationem,dandum est dicendo quod videtur.Non
Declaratio. enim interimitur(posito eo)quod in principio . Si vero non vide-
tur , & non ad orationem , dandum quidem , & consignificandum
54. locus. quōd non videtur , ad deuitationem absurditatis . Si vero sit ad ora
Declaratio . tionem , & videatur , dicendum quoniam videtur quidem, sed val-
de propinquum ei quod in principio est , & interimitur(eo posito)
55. locus. quo propositum est. Si autem ad orationem quidem , valde autem
Declaratio. probabile postulatum,dicendum,quod accidit hoc posito,at valde ab
surdum esse quod proponitur. Si vero neq; probabile,neq; improba
56. locus. B abile,si nihil quidem ad rationem dandum nihil determinando . Si
Declaratio autem ad orationem , consignificandum quod interimitur (posito
eo)quōd in principio est.Nam sic & qui respōdet nihil videbitur pro
57. locus. pter hoc pati:si quidem præuidens singula posuerit , & qui interro-
Declaratio. gat,assequetur syllogismum positis ab eo omnibus probabilioribus
conclusione . Quicunque vero non ex probabilioribus conclusio-
58. locus. ne conantur syllogizare,perspicuum quoniam non bene syllogizant
Declaratio. quare cum sic interrogant,non ponendum. Similiter autem & in iis
59. locus. quæ obscure, & multipliciter dicuntur, occurrendum est . Nam
Declaratio. quia datum est respondenti non discenti,dicere non disco , & multi
pliciter dictum non ex necessitate confiteri,vel negare, manifestum
quoniam primum quidem nisi planum sit quod dicitur,non cunctan
dum vt dicat haud intelligo:nā sæpe ex eo quod non clare interrogā
tibus dant,occurrit aliquid difficile . Si autem notum quidem sit ,
60. locus. multipliciter autem dictum , si in omnibus quidem verum vel fal-
Declaratio C sum sit quod dicitur:dādum simpliciter quod dicitur,vel negādum:
si vero in aliquo quidem sit verum,in aliquo autem falsum,significā
dum est quod multipliciter dicitur,& quia hoc quidem falsum,illud
autem verum. Nam cum posterius distinguitur , immanifestum si &
61. locus. in principio ambiguum animaduerterit. Si autem non præuiderit du
Declaratio. bium,sed in alterum aspiciens posuerit, dicendum ad eum qui in al-
terum ducit,quoniam non ad id aspiciens dedi , sed ad alterum eo-
rum.Nam pluribus existentibus quæ sub eodem nomine, uel eadem
oratione sunt,facilis est ambiguitas . Si vero & dilucidum sit, & sim
plex quōd interrogatur , aut sic , aut non , respondendum . Quo-
62. Locus. niam autem omnis propositio syllogistica , aut earum aliqua est, ex
Declaratio . quibus syllogismus,aut propter aliquam illarum , manifestum quōd
quandoque alterius gratia sumetur, ex eo quōd plura similia inter-
rogant.Nam aut per inductionem,aut per similitudinē,plerūq; uni-

63. Iocus. Declaratio. uersale sumuntur singularia igitur omnia ponendum, si sint vera, & probabilia. Ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. Nam sine instantia vel quę sit, vel quæ videatur, prohibere orationem, proteruire est: si igitur multis apparentibus, non dederit vniuersale

64. Iocus. Declaratio. qui non habet instantiam, manifestum est quoniam proteruit. Amplius, si neque contra argumentari habeat quòd non verum, multo magis videbitur proteruire, quamuis nec hoc sufficiat: nam complures orationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile est soluere, velut Zenonis, quod non contingit moueri, neque stadium pertransire: sed non propter id, quæ sunt opposita his, non ponendum. si igitur qui neque contra argumentari habet, neque instare, non ponit, dilucidum quoniam proteruit: est enim in disputationibus proteruia, responsio præter dictos modos, syllogismi destructiua.

65. Iocus. Declaratio. Sustinere autem & positionem, & definitionem, ipsum sibi ipsi oportet prærgumentando. Nam ex quibus interimunt interrogantes quod proponitur, manifestum quoniam iis aduersandum. Inopinabilem uero suppositionem cauendum sustinere. Erit autem inopinabilis multipliciter: nam & ea, ex qua absona contingit dicere: vt si omnia dicat aliquis moueri, aut nihil, & quæcunqne peioris moris esse eligenda, & quæ contraria consiliis, vt quòd voluptas bonum & iniuriam facere melius quam iniuriam pati: nam non vt orationis gratia subsimentem, sed vt ea, quæ videantur, dicentem oderunt.

67. Iocus. Declaratio. Quæcunque vero orationum falsum syllogizant, soluendum interimendo id propter quod fit falsum. Nam non is, qui quoduis interimit soluit, ne quidem si falsum est quod interimitur: habere enim potest plura falsa oratio, vt si quis sumat sedentem scribere, Socratem vero sedere: accidit enim ex his, Socratem scribere: interrempto igitur Socratem sedere, nihil magis soluta est oratio: quamuis falsum sit postulatum, sed non propter id oratio falsa: nam si quis sit sedens, non scribens autem, non amplius in tali, apte accõmodabitur eadem solutio, quare non id interimendum, sed sedentem scribere: non enim omnis qui sedet, scribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id, propter quod sit falsum. nouit autem solutionem, qui scit quod propter id falsa oratio: quemadmodum in iis quæ falso describuntur. non enim sufficit instare, ne quidem si falsum sit quod interimitur, sed & id, propter quod falsum assignandum: sic enim erit manifestum utrum prænidens aliquid, an non, facit instantiam.

De præceptis respondentis.

QVomodo autem fiat responsio, expedit q̃ eloquamur, postquam sciuerimus, quod vltra conditiones interrogationum & responsionum sint illę, quę sunt quęrentium & respondentium, bene interrogantium & bene respondentiũ. & sunt illi, quorũ propositũ est exerceri in hac arte, & ponere q̃tũ de quo eloquũtur secdm modũ scientiæ demonstratiuæ, non illis, quorũ intentio est agonistice vincere. Bene interrogantis enim est cogere respondentem, vt ei admittat,

A qđ illi concludit, aut neget diuulgata, q̃ admiserat. Et bene respondentis est, qui cauerit positionem, quam obseruare est impossibile, præponat interloqui interrogando diuulgata, quæ illam destruerent, & quæ ille destructurus est, priusquam ea admittat: error enim positionis nequit esse sine errore ponendi aliquam rem, præter q̃ caueat, quod decet. Illius vero, cuius intentio est vociferare, & agonistice vincere, interrogantis quidem intentio est destruere positum. Si autem visum fuerit de eius negocio, q̃ tam illud destruxerit, quomodocunque contigerit, & respondens proposuerit huius contrarium, ob hoc itaque sit his, q̃ interlocutores aliquando respondens negabit diuulgata, & difficile sit ei admittere, quod expediret ei admittere. Et interrogans etiam aliquando interrogationes, quæ non essent secundum modum beneficandi interrogationem, sicut respondens aliquando responderet aliquam responsionem, quæ non esset secundum modum beneficandi responsionem. Illorum vero, quorum intentio est scientia & disciplina, docens quidem proponit producere scientiam in ipsum discipulum, & hæc eadem est intentio addiscentis. Hoc autem fit per res veraces, propterea non ponerent, quod non sit verax, ex quo neuter illorum, vt ait Aristi, intendit discipulum falli. Hoc autem constito, dicamus q̃ positiones, quas respondens procurat sustinere, non euadunt tres species, aut quod positum sit diuulgatũ, aut sit non diuulgatũ, aut neq; sit diuulgatũ, neq; non diuulgatum: & est illud, de quo non est vulgo aliqua opinio de illo, vt an latro moueatur, aut non moueatur. Diuulgatum autem, aut est diuulgatum simpliciter, vt q̃ deus sit, aut diuulgatum apud alĩ quam sectam, prout apud Peripateticos est, q̃ cœlum non sit leue, neque graue. Et similiter nefandum partitur his duabus partibus: quoddam itaque est nefandum apud omnes, vt quod deus non sit, aut sit impotens. Et quoddam est nefandum relatione cuiusdam gentis, prout est ideas esse apud Peripateticos. Quando autem positum fuerit non diuulgatum, necessario expedit esse id, quod interrogans procurat concludere diuulgatum. Et quando fuerit ipsum positum diuulgatum, illius intentio est ipsum concludere non diuulgatum, interrogantis enim intentio est concludere positi oppositum. Et similiter, quando positum non fuerit diuulgatum, neque non diuulgatum, expedit conclusionem esse secundum hanc positionem. Ex quo autem qui interrogationem beneficat, construit syllogismum ex præmissis notioribus, & magis diuulgatis quam sit ipsa conclusio, notum est, q̃ quando positum fuerit simpliciter nefandum, expedit respondenti, q̃ non admittat, q̃ est simpliciter diuulgatum, quia illud concluderet contrarium illius, quod posuerat. Et similiter non expedit ei admittere, quod est improbabile: quando enim admitteret ex aliqua præmissa, q̃ nõ est simpliciter improbabile, fit ibi ali quod probabile, & diuulgatum, & illa concluderent, quæ essent aliqualiter pro-

C babilia: quæ autem aliqualiter probabilia sunt, opponuntur simpliciter improbabili, vt si parentum interfectio sit simpliciter improbabilis, abstinentia ab ipsorum interfectione non est maxime laudanda probabilis. Sed expedit respondenti inspicere tales præmissas, & si fuerint minus improbabiles conclusione, non debet eas admittere, quia essent laudabiliores, & probabiliores conclusione: & hæc est condicio laudandi syllogismi, quod interroganti non eueniat de eo increpatio a respondente: si autem fuerint magis improbabiles conclusione, est ibi minus laus, & non est eius aliquid, quo id admittat, quoniam si ex illis interrogans concluderet conclusionem, esset ibi laus quædam, quæ opponere tur eius positioni, & non quod ipsum increpet ob esse conclusionem magis diuulgatam præmissis. Illæ vero, pro quarum admissione non est eius aliquid, sunt præmissæ simpliciter improbabiles: quoniam, quando proferret syllogismum, non concluderet nisi improbabile, & si concluderet aliud ab hoc, esset eius increpare interrogantem: hoc enim non est impossibile, sed hoc est per accidens, prout ex p̃missis falsis cõcludit conclusio vera. Si aũt positio fuerit simpliciter diuulgata, manifestum est, quod id, quod interrogans inuidit cõcludere, est destructio diuulgati improbabilis. Sicq; expedit, qđ admittat præmissas diuulgatas, qa diuulgatũ nõ concludit improbabile p̃ se, sed cõcluderet ipsum

per accidens, & esset respondentis ipsum increpare, & non admittere improbabile, quod non est maxime, nisi quando illæ fuerint minus improbabiles, quam conclusio, quia si concluderet ex eis improbabile quoddam oppositum alteri posito, quod sit simpliciter diuulgatum, cui tam opponuntur, quod non fuerat simpliciter improbabile, illius est ipsum increpare, ex quo id, quod concludit improbabile, oporteat esse notius in improbabilitate. Si vero positio fuerit diuulgata apud aliquam sectam præter alias sectas, aut apud aliquem vnum eundem hominem, expedit respondenti, quod non recipiat, quod non est laudabile apud hanc illam sectam, aut apud illum hominem, siue fuerit laudandum apud omnes, aut non, quoniam expedit, quod sit ipsius positio, aut ipsius ablatio cuilibet, qui illud ponat, se eundum hanc opinionem: exempli gratia, quia Heraclitus opinabatur quod bonum & malum essent vnum & idem, & homines qui asseuerabant eius opinionem esse laudandam, apud eos est hæc positio, quod non admittatur contraria non concurrere in vno subiecto, hoc enim licet sit diuulgatum apud omnes, est tamen improbabile apud illum, qui est huius opinionis. Si autem positio non fuerit laudabilis, neque non laudabilis, manifestum est, ꝙ conclusio, quam interrogans procurat concludere, est huiusmodi, & expedit ei admittere, quod est laudabile, aut improbabile, & non admittunt id, quod non sit laudabile, neque id, quod est laudabile, quia si id ei concluserit, quod nec sit laudandum, neque improbabile, ex eo, quod est laudandum, aut improbabile, respondentis esset ipsum increpare. Sicque iam videtur, quas res expediat respondentem intendere in omnibus speciebus positionum, & quæ sint res, quas fugere ei expediat. Ex quo omne, quod ab eo interrogatur, aut est probabile, aut improbabile, aut nec probabile, nec improbabile. Et vnaquæque harum trium specierum, aut sit ex rebus, quibus indigemus ad conclusionem, aut ex his, quibus non indigemus ad conclusionem. Sicque expedit respondenti, si velit bene respondere de singulis his sex speciebus, & quod non sequatur ei redargutio in oratione, cuius putetur ipse fuisse causa, aut quando interrogatur de eo, quod est probabile, sed est inutile conclusioni, eius esset qd daretur, & ostendat se nosse illud. Si aũt fuerit improbabile, & inutile, iterum eius est dare illud, sed consignificandum est illi, quod sit improbabile: per hoc enim euaderet, quod de eo putetur, quod admiserit quod latuerit ei esse verum & diuulgatum. Aut fuerit probabile, & de rebus vtilibus conclusioni, & hoc expedit, quod non negetur: negare enim diuulgata non est operis bene respondentis, sed ipsum admittit postquam edixerit, quod ex illius admissione sequatur destructio positi, & per hoc euaderet ꝙ non putetur de eo, ꝙ defectus prouenerit eius causa, non occasione quæsiti, prout facit medicus in praua ęgritudine, quam præfert, & prædixit, ꝙ non sanetur, & ꝙ defectus non sit occasione eius medicinæ. Si autem id, de quo interrogatur, sit de rebus, quarum indigemus ad conclusionem, sed est improbabile, expedit ꝙ non admittat illud ob syllogismi defectum, qui ex illo sequitur, edicendo, ꝙ si illud admitteret, ex inde sequeretur conclusio. Si vero fuerit nec probabile, neque improbabile, nec vtile conclusioni, expedit ipsum non admittere, nec de eo aliquam rem dicere. Si vero huiusmodi fuerit, & eo indigemus ad conclusionem, expedit itaque consignificare, ꝙ indigeamus eo ad conclusionem, excepto ꝙ non admittat, & neget ipsum: hoc itaque opere respondens bene respondisset, & euaderet ꝙ non putetur de eo, ꝙ defectus interlocutionis euenerit eius causa.

De præceptis interrogationis.

Interrogans aũt bene interrogaret, qñ syllõ componeret ex præmissis, q̃ fuerint magis diuulgatę quã sit diuulgata conclusio, qñ vero non fuerint magis diuulgatæ quã sint diuulgata ipsa conclusio, nõ conuenit interrogare de illis, vt ex eis fiat syllõ, neq; respondenti cõuenit illas admittere. Quando aũt interrogans interrogaret respondentem, non euaderet, quin dictiones, quibus interrogaret, sint notę significationis apud respondentem, aut sint extraneæ ignotæ conclusionis. Et vtroque modo non euaderet, quin sint de his, quæ dicuntur vniuocæ, aut æquiuocæ. Quando vero fuerint ignotæ conclusionis, respondentis est ipsum interrogare de illarum significatione, & hoc non est ei vitium in hac arte. Si enim admisisset ei, qd interrogasset, præter ꝙ sciuerit illius significationẽ, & perinde

A conclusisset ei contradictorium ipsius positionis, & voluerit obstare, ꝙ nõ intellexisset illas dictiones, quas admiserat, suspicaretur de eo, quod hoc esset eius crimen cauillationis, & non iustificaretur de eo, quod ratio inanis esset: postea de hoc, ex quo putaretur, ꝙ ideo esset excusatus, quia esset destructa eius positio. Si vero dictiones fuerint notæ significationis, sed sint de his, quæ multipliciter dicuntur, expedit inspicere an omnes res, de quibus dicitur prædicatum, sint veræ de subiecto. Si autem subiectum dicatur secundum vnum significatum, aut de omnibus significatis, quibus dicitur subiectum, si vtraque dicantur multipliciter, non euaderet enuntiatio reliquam harum trium partitionum, & quando res in illis esset vno horum modorum, responderet de illis sic, aut non. Si autem fuerit in illis aliquod significatum mendax, quando alterum esset verax, expedit distinguere nomen æquiuocum secundum omnia eius significata, & explicare verax ipsorum a mendaci, prius quam interrogans concludat conclusionem, hoc est ei melius: quoniam, si postponeret partitionem cognitioni conclusionis ipsam conclusionem, putaretur de eo, ꝙ non intellexisset, ꝙ nomen sit æquiuocum, ꝙ defectus huius, aut ignorantia, ꝙ nomen sit æquiuocum, euenisset ab eo, quoniam non videtur Aristoteli, ꝙ respondentis sit notificare interroganti, postquam, concluserit conclusionem, ꝙ non posset esse significatum, pro quo in

B terrogans intellexisset ipsam conclusionem, & non esset interrogantis suspectum ipsum habere hic diuersimode a dispositione nominis ignotæ significationis: non enim suspicaretur de eo hic, sicut suspicaretur ibi. Quando enim dictiones significarent vnum significatum, & admiserit eas, deinde post hæc excusatus esset, quod eas non intellexisset, non admitteretur eius dictum de hoc, & haberetur suspectus. De dictionibus vero notis significatione, quæ vniuocæ dicuntur, expedit responsionem fieri per sic, aut per non. Ex quo autem præmissæ ex quibus componuntur orationes topicę, aut sunt diuulgatæ, quas non oportet commonstrari per alias, aut præmissæ quæ inquisitione sunt commonstratæ. Et hoc præfatum præceptum sit in præmissis, quarum esse diuulgarum non indiget inquisitione. Expedit itaque, quod dicatur etiam de benificatione responsionis huius speciei præmissarum, & hoc quidem sit, quod admittat ei has præmissas, quas inquisitione caperet, & non fugiat eas renuere enim eas est renuere sensatum, & procuret destruere vniuersale, quod interrogans procurat commõstrare, & hoc vt non neget ipsum, & abstineat ipsum admittere solum sine oratione, qua illud destruat, sed quod ostendat ipsum per orationem, quæ illud destrueret: quando enim se abstineret ipsum admittere, præter quod proferat orationem, quæ illi contradicat, hoc esset maxima fraus, & actus exiens ab hac arte. Si autem impossibile ei sit destruere præmissam, quam inciperet interrogans inquisitione eõmonstrare, saltem proferret orationem, qua destruat conclusionem. Quando

C vero respondens non proferret alterum horum duorum, scilicet destructionem præmissa vniuersalis, aut destructionem conclusionis, quam interrogans procuraret concludere ei, neque admitteret quod eum interrogaret de præmissis, esset maxime mirandum, & maxime proteruire. Et expedit qñ proferret orationẽ destruentem præmissam vniuersalem constituram inquisitione, quod non proferat orationem, quæ illam vniuersaliter destruat, quę est destructio per contrarium, sed proferat orationem, quæ illam destruat particulari destructione, quæ est destructio per contradictorium: quoniam destructio præmissarum talium vniuersaliter est remota, ex quo ipsam sequeretur renuere sensatum: vt, verbi gratia, quando vellemus inquisitione commonstrare, quod omne animal sit mobile, inquirentes animalia, de quorum dispositione videatur, quod sint mobilia, talem respondentẽ oporteret sic habere, vt ad argumentum Zenonis vnde sequitur ꝙ nulla res moueatur, & est illud, quo dixit, omne mobile prius tranlit medium spatium, quam totum, & medij medium prius quam medium, & prius medij medium quam medium medij medij, & sic in infinitum: & transit totum spatium tẽpore finito, sicque tempore finito transiret spatium infinitum, hoc autem est falsum: sic igitur nulla res mouetur: tales enim syllogismi redarguunt sensata, & ideo cum hoc difficile est destruere tales syllogismos, & nisi, hoc fiat, im-

possibile esset illis contradicere sensatis, sed artifici huius artis expedit cauere illos, & illi primo sunt sophistici: hoc itaque est præceptum, quod expedit respondenti constituere in talibus præmissis. Et expedit procurare, ꝙ subsistentes positiones, quibus diu exercitatus fuerit, & nouerit omnes præmissas destruemes & construentes ipsas: quoniam, quando huiusmodi fuerit, sciet quam illarum præmissarum admittat, & quam earum non admittat, & si opus sit et ipsas destruere, sciet quo illas destruat. Et expedit ꝙ caueat suscipere sibi sustentare aliquod positum non diuulgatum, & hoc in rebus speculatiuis, prout est oratio dicentis, ens est vnum, & ꝙ non moueatur. In rebus vero factibilibus, prout sunt positiones, quas eligit coelestis confuetudo, vt quod opinetur ꝙ iniustitia sit præeligenda, & ꝙ voluptas sit bona, quoniam sustentatio harum positionum redditur noxia duabus rebus simul: rebus quidem speculatiuis, quia facit acquirere illum, qui illis vtitur, habitum deceptorium, qui eum remouerit ab electione veritatis, & amore iustitiæ, & rebus factibilibus faceret ipsarum vilipensionem, & modicam inclinationem ad illas, cum eo quod qui his positionibus vtitur, non existimatur, ꝙ eas sustentet secundum modum exercitii, sed quia illas opinetur, & eis credat. Et expedit, ꝙ scias ꝙ huius artis interrogatio sit duobus modis, aut interrogatio de singulis præmissis, & quando darę fuerint a respondente, a qualibet illarum concluderetur conclusio proposita. Aut est interrogatio de præmissis simul, & de conclusione. Et opera respondentis, quibus obuiet interroganti, quædam sunt opera, postquam conclusionem concluserit, & quædam sunt res, quibus respondens obuiat illi, priusquam concludatur conclusio. Et hæc quidem sunt præcepta præmissarum, quoniam præmissæ, ex quibus syllogismi componuntur in hac arte, aut sunt præmissæ admissæ ab earum diuulgationem, aut præmissæ quæ inquisitione sint communitatę. Et præmissæ diuulgatę sunt duarum specierum, præmissæ, quas respondens non potest penitus negare in controuersia, neque sine controuersia, & hoc propter illarum diuulgationem. Et præmissę, quas potest negare, quando proferet syllogismum ad illas destruendum, ex quo sunt mediocris diuulgationis: tam autem prehabitus est sermo quid faciendum sit in duabus speciebus orationis in talibus præmissis, priusquam conclusionem concludat, hoc est, in mediocribus diuulgatione. Deinde posit hęc redibimus ad id, quod expediat facere, postquam concluserit ipsam conclusionem. Et per hoc ex plebitur, quid expediat facere respondentem in duabus interrogationibus simul.

D

E

F

Loci communes pro interrogante, & respondente. Cap. IIII.

68. locus. Declaratio.

ESt autem orationem prohibere concludi, quadrupliciter. Nam, aut interimendo id, propter quod fit falsum, aut ad interrogantem, instantiam dicendo: sæpe enim non soluit quidem: qui tamen interrogat, non potest longius producere. Tertium autem ad interrogata: accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod volumus, eo quòd non bene interrogata sint, addito autem aliquo, fieri conclusionem. Si igitur non amplius potest producere interrogans, ad interrogantem erit instantia, si autem potest, ad interrogata. Quarcum autem, pessima est instantiarum, quæ est ad tempus: nam quidam talibus instans ad quæ disputare pluris est temporis, quam præsentis exercitationis: instantiæ igitur, vt dictum est prius, quatuor

A modis fiunt. Solutio autem est earum, quæ dictæ sunt, prima tantum: reliquæ autem prohibitiones quædam & impedimenta conclusionum. Inculpatio vero orationis, & secundum ipsam orationem, & quando interrogatur non eadem. Plerunque enim quòd non bene disputatur oratio, is, qui interrogatur, est causa eo quòd non concedat ex quibus probe erat disputare ad positionem: nam non est in altero solo, bene absoluere commune opus. Necessarium igitur quandoque ad dicentem, & non ad positionem argumentari, quando is qui respondet, & contraria interroganti obseruat corroborans: proteruientes igitur, altercatorias, & non dialecticas faciunt exercitationes. Amplius autem, quia exercitationis & experimenti gratia, & non doctrinæ huiusmodi sunt orationes, perspicuum quoniam non solum verum syllogizandum, verum etiam falsum, nec per vera semper, sed quandoque & per falsa: sæpe enim vero posito, interimere necesse est disputantem, quare

B proponenda falsa: quandoque autem & falso posito, interimendum per falsa: nihil enim prohibet, alicui videri quæ non sunt, magis quàm vera: quapropter ex iis, quæ illi videntur, oratione facta magis erit suasus quàm adiutus. Oportet autem eum, qui bene transfert, dialectice, & non contentiosè transferre. Vt geometram geometrice, siue falsum, siue verum sit, quod concludendum est: quales autem dialectici syllogismi, dictum est prius. Quoniam autem malus particeps, qui impedit commune opus, patet quòd & in orationibus: nam commune quippiã quod proponitur & in illis est, præterquàm in concertantibus: his autem non est eundem vtriusq; finem assequi: nam plures uno impossibile est vincere. Differt autem nihil siue in respondendo, siue id interrogando fiat: nam & qui contentiosè interrogat, praue disputat: & qui in respondendo non dat quod videtur, neque suscipit quicquam quod vult interrogans interregare. Manifestum igitur ex iis, quæ dicta, quod non simi-

C liter inculpandum & secundum seipsam orationem, & interrogantem. Nam nihil prohibet orationem quidem prauam esse, interrogantem vero vt possibile est optime contra respondentem disceptare: nam contra proteruos non possibile fortasse statim sumere quales quis vult, sed quales fieri possibile, faciendi syllogismi. Quoniam autem est indeterminatum quando contraria, & quando ea, quę sunt in principio, sumunt homines (nã plerunq; per seipsos dicentes cõtraria dicunt: & abnuentes prius, dant posterius, eo quòd interroganti & cõtraria, & quæ in principio, plerunq; obediunt) necesse est prauas fieri disputationes: causa autem est qui respondet hæc quidem nõ dans, illa aũt talia dans: manifestum igitur quoniam nõ similiter inculpandum & interrogantes, & orationes. Orationis autem secundum seipsas quinque sunt inculpationes. Prima quidem quando ex interrogatis non concluditur, neque quod propositum est, neq; om-

69. locus. Declaratio.

70. locus. Declaratio.

71. locus. Declaratio.

72. locus. Declaratio.

73. locus. Declaratio.

Inculpationes orationis quinque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nino quicquam, cum sint vel falsa, vel inopinabilia, aut omnia, aut D
plurima, in quibus consistere debet conclusio: & neque ablatis quibus
dam, neque additis, neque his quidē ablatis, illis verò additis, fit cō
clusio. Secundo autem, si ad positionē non fiat syllogismus, & ex tali-
bus, & eo modo, quo dictū est prius. Tertia verò si additis quibusdam
fiat syllogismus: hæc aūt sint deteriora iis, quę interrogātur, & minus
probabilia conclusione, etiā si ablatis quibusdam, nam quandoq; su-
munt plura necessariis: quare nō eo quōd hæc sunt, fit syllogismus.
Amplius, si ex inopinabilioribus, & minus credibilibus conclusione,
aut si ex veris. sed maiore opera indigentibus demonstrari, quam pro
blema: non oportet autem ex omnibus problematis syllogismos exi
stimare similiter probabiles esse, & suasibiles: natura enim statim sunt
aliqua quidem faciliora, alia vero difficiliora eorum, quę interro-
gantur: quare si ex aliquibus vt fieri potest maxime probabilius,
coniecturam fecerit, disputatum bene est. Manifestum igitur quo
74. Locus. Declaratio, niam orationis non eadem inculpatio, & ad problema, & secun- E
dum se. Nam nihil secundum se quidem orationem prohibet esse vi
tuperabilem, ad problema autem laudabilem: & rursum ediuerso se-
cundum se quidem laudabilem, ad problema autem vituperabilem:
quādo ex pluribus est facile cum probabilibus, tum veris concludere:
75. Locus. Declaratio. Erit autem quandoque oratio etiam concludens quām non conclu-
dens deterior, quando illa quidem ex absurdis concludit, cum nō sit
tale problema: hæc autem indigeat talibus, quæ sunt probabilia &
76. locus. Declaratio. vera, & nondum ex assumptis sit oratio. Eos autem, qui per falsa
verum concludunt, non iustum est inculpare. Nam falsum quidem
semper necesse est per falsa syllogizare: verum autem est quandoque
per falsa syllogizare, manifestum autē id ex analyticis. Cum autem
demonstratio sit alicuius dicta oratio: si aliquid est aliud quod ad con
clusionem nullo modo se habet, non erit ex illo syllogismus: si au-
tem appareat, sophisma erit, nō demonstratio. Est autem philoso phe-
ma quidem, syllogismus demonstrativus: epichirema autem, syllo- F
gismus dialecticus: sophisma vero, syllogismus contētiosus: aporema
autem syllogismus dialecticus cōtradictionis. Si vero ex vtrisq; quæ
videantur, aliquid ostēdatur, nō aūt similiter videārur: nihil prohibet
77. locus. Declaratio. quod ostēditur magis altero videri. Sed si hoc quidē videatur, illud
aūt neutra parte: aut si hoc quidē videatur, illud aūt nō videatur: si-
militer quidē similiter vtiq; erit, & nō: si aūt magis alterum, sequetur
78. locus, Declaratio quod est magis. Est autem quoddā & idem ad syllogismos peccatum
quando ostenditur per longiora quod contingit per breuiora, & quæ
orationi adsunt. Vt quod est opinio magis altera, quām altera: si
quis petat ipsum quodque maxime esse: esse autem opinabile, ipsum
quod uere est: quare quorūdā magis esse ipsum: ad quod autē magis,
magis dicitur esse, esse autē & ipsam opinionē verā: an erit accuratius
quam par sit exigens quædā petitū est aūt et ipsam opinionem ve-

A ram esse, & ipsum quodque maxime esse, ac si ipsa opinio uera cer-
tior sit: sed quæ nequitia maior, quam quę facit circa id cuius est ora
tio, latere causam? oratio autem est manifesta vno quidem modo, &
publicissimo, si sit concludens sic, vt nihil oporteat interrogare: vno
autem & qui maxime dicitur: cum sumpta quidem sint ex quibus ne-
cessarium est conclusionem esse, quæ quidem sint per conclusiones cō
clusa, etiam si id omittitur quod ualde probabile est. Falsa autem ora 79. locus. Declaratio,
tio uocatur quadrupliciter. Vno quidem modo quando apparet con
cludere quæ non concludit: vocatur autem apparens, litigiosus syl-
logismus. Alio modo, quando concludit quidem, non tamen ad
propositum: quod accidit maxime in iis, quæ ad impossibile ducunt.
Aut ad propositum quidem concludit, non tamen secundum propriā
disciplinam: hoc autem est, si ea, quæ nō est medicinalis, videatur esse
medicinalis, aut geometrica quæ non est geometrica, aut dialectica
quæ non est dialectica, siue verum, siue falsum sit quod accidit. Alio
B autem modo, si per falsa non concludit: huius autem erit quandoq;
quidem conclusio falsa, quandoq; autem vera: nam falsum quidem
semper per falsa cōcludit, verum autem possibile est & non per uera,
vt dictum est prius. Quod autem falsa sit oratio, dicentis peccatum
potius est, quam orationis: at ne quidem dicentis semper, sed cum
lateat ipsum quod falsam orationem dixit aliquam: eo quod ab ipso
suscipimus cum pluribus veris quippiam amplius: si ex iis, quæ maxi
me uidentur interimit aliquid uerorum (talis enim existens, verorū
demonstratio est) oportet sane positorum aliquid non esse omnino,
quare erit huius demonstratio. Si autem verum concludat per falsa
& valde absurda, compluribus deterior erit quæ falsum syllogizat:
erit autem talis, & quæ falsum concludit. Quare manifestum quōd
prima quidem consideratio orationis secundum seipsam est, si con-
C clusio prima quidem consideratio orationis secundum seipsam est, si con-
cludit: secunda autem, vtrum verum an falsum: tertia vero, ex qua
libus quibusdam. Nam si ex falsis quidem, opinabilibus autem, ratio-
nabilis: si autem existentibus quidem, sed inopinabilibus, praua: si
vero & falsa & valde inopinabilia sint: dilucidum quod praua, aut
simpliciter, aut ad rem. Id autem quod in principio & contraria quo-
nam pacto peteret interrogans, secundum veritatem quidem in ana-
lyticis dictum est, secundum opinionem verò nunc dicendum est.

ET dicamus, & prohibere interogantem a conclusione, & destructio talium præmissarum prouenit quatuor modis. Quorum vnus est, & respondens attendat ad præmissam, ex qua sequatur conclusio, & aggrediatur, & illam de struat, & hoc quidem fit, aut quando ambæ præmissæ syllogismi fuerint falsæ, & de illis attendat in destructione ad præmissam, in qua est res dicendi de omni. In prima quidem figura illa est maior, in aliis autem est illa, quę in potentia est maior, ex quo subordinantur primæ figuræ. Si enim fuerit destructio syllo gismi, qui compositus est ex duabus præmissis falsis in destructione minoris nō est causa illationis falsi, quę est conclusio ipsa minor: qui autem scit instantiam ferre, non est, vt ait Arist. qui destruit rem, ex qua sequitur ipsum falsum, vt cunq; contigerit, sed est, qui destruit rem, ob quam est falsum, & est illius causa,

Notum autem est, quod hæc destructio est possibilis in duobus locis, quorũ vnus D
est, quando ipsum interrogasset interrogans de præmissis & conclusionibus simul, aut quando præmissæ, quas ille interrogat, fuerint de illis, quibus eius est in hac arte contradicere. & sunt quæ non sunt maximę diuulgationis. Secundus autem modus est, quod destruat præmissas, de quibus interrogatur non secundũ ipsum rem in se, sed secundum interrogantem, & nequeat remouere locum destructionis: gratia exempli, quod quis interrogaret, an fortitudo sit vtilis, & diceret respondens non, quia fortitudo est causa perditionis ipsius fortis, quando autem interrogans non distingueret, quod est per se ab eo, quod est per accidens, nequiret soluere hanc instantiam: fortitudo enim est causa perditionis ipsius fortis per accidens, non per se. Tertius autem modus est, quod iam interrogasset interrogans de præmissa vtili ad conclusionem, sed ꝙ ille eam accepisset mutatam varietate, qua, quando eo modo sumpta fuerit, non sequeretur ab ea ipsa conclusio proposita, & respondens instaret ei hoc modo, & interrogans nequiret illam mutare in formam, qua ex ea sequeretur ipsa conclusio, ipsa autem, quando de ea interrogauerat, erat in potentia secundum illam formam, prout quæreret interrogans, ꝙ id, quod non est substantia, non destruatur substantia ipsius destructione, & partes substantiæ fixarum partium destructione, prout hinc concluderet, ꝙ partes substantiæ sint substantiæ. Et respondenti esset hic locus dubij, quoniam non sequitur hæc conclusio, ex eo quod diximus, ꝙ non substantia non destruat B
substantiam ipsius destructione. Si autem intellexisset hoc perfecte, sciret ꝙ hæc conclusio sequatur, & hoc, quando permutasset quod dicit, ꝙ non est substantia, non destruit substantiam ipsius destructione in præmissum, quæ sit hęc in potentia, & est quod dicit secundum conuersionem contradictorij, quod destruit substantiam ipsius destructione, est substantia, & perinde concluſit propositum, scilicet ꝙ partes substantiæ sint substantiæ. Quartus autem modus substantię, quę cogit interrogantem, & est minimus & infimus horum modorum, est instantia, quę cogit interrogantem cum respondente ad prolongationem orationis, & reducere ipsum per id, quo ei instat, adeo ꝙ protrahatur temporis mora, & eueniat lassitudo, & cesset disputatio, & recedant ab sq; aliqua re, hoc autem non esset opus bene respondentis: hoc autem fit, quando in syllogismi præmissas fuerint multa dubia, pro quibus dubiis opus esset multarum præmissarum. Cum respondente quidem in verificando illas res, quibus obstaret, cum interrogante vero in illarum destructione. Et similiter, quando interrogans vellet commonstraret, ꝙ præeligenda sit virtus bonæ fortunæ, & bono casui, & diceret, nunquid bona fortuna sit interminata opulentia & instabilis, sed sit per accidens & sine arbitrio, & multa quæ indebite currunt. Et diceret respondens, res non est ita, imo bona fortuna est creatoris decretum, atq; iudicium, & nulla res est, quæ ordinate & magis conuenienter currat q̃ ipsa, quæ est dei iudicii meritum atq; decretum, & F
tales præmissæ sunt, ad quarum verificationem opus esset multi temporis, & longioris, q̃ opus esset ad verificationem ipsius quæsiti. Hæc itaque sunt præcepta, quæ præcepit respondenti vti cum interrogante, priusquam conclusionem concludat. Expedit autem ꝙ dicatur quid secum faciat, postquam concluserit ipsam conclusionem de redargutione, & increpatione, & traditione debilitatis & vitii syllogismo, quem construxerat ex præmissis, quas ei admiserat, sit autem quando orationis vitium & corruptio euenerit ob interrogantem, non propter respondentem. Commune namque opus non inuenitur maximæ perfectionis, nisi sociorum occasione, sit autem illis res communis, quando ipsorum propositum fuerit eligere verum, & ipsum adipisci, & solum attingere exercitium: & expedit respondenti ꝙ bonificet responsionem, quando eius propositum fuerit hæc intentio. Sociorum enim debitum est coadiuuare se mutuo communi opere. Quando vero illorum propositum fuerit gymnasticæ & agonisticæ victoriæ, non est ibi aliqua res communis, & vterque offendit alterum omni eo, quod ei possibile sit illum vincere de speciebus orationum sophisticarum, & cæteris, aut propter litem, quæ ipsum cogat ad hoc, aut ob victoriam, quæ ipsum ad hoc conducat. Non est autem his mos disputationis, & aliquando eue-

A nit syllogismo defectus ob conclusionem, quam commonstrare intendit, vt quod non inueniat interrogans diuulgatas, ex quibus procuret commonstrare hoc quę situm, nisi diuulgatas falsas: exempli gratia, quando proponimus commonstrare, quod voluptas non sit bona, & dicimus, voluptas non ponit communicantes in ea bonos, omne autem bonum ponit acquirentem ipsum bonum. Hinc concludunt, quod voluptas non sit bona: dum autem dicimus, omne bonum ponit acquirentem ipsum bonum, est falsum, sed est diuulgatum, conclusio vero est falsa, quando positio, quam respondens procurat sustentare, fuerit vera, & cogitur admittere præmissas falsas, falsum enim non concluditur nisi ex falso. Quando autem hoc ita fuerit, syllogismi corruptio euenit tribus modis. Quorum vnus est ex parte interroganris, & alter ex parte respondentis, & tertius ex parte quæsiti: & ideo interrogans eloquitur probabilius, quod ei adminitur, oratio autem in hoc fit vitis. Et syllogismo euenit corruptio, aut ob eius formam, aut ob eius materiam. Corruptio quidem eueniens ob ipsam formam, partitur tribus partibus. Quarum vna est, quod eius forma non sit penitus, sed fiat ex duabus negatiuis. Et secunda quod sit sine quæsito, prout minor sit vniuersalis negatiua in prima figura. Et tertia quod concludat per accidens, prout concluderet conclusionem veram ex præmissis falsis, aut diuulgatas ex improbabili. Corruptio vero eueniens propter materiam, quatenus componatur ex
B præmissis, quibus desit vna conditio, aut plures de conditionibus datis præmissis syllogismi in illa arte. Quando autem hoc ita fuerit, corruptio hinc ei euenit ex parte veritatis, aut quando eius præmissæ fuerint nefandę, & forte cum hoc erunt falsæ: & essent corruptæ dupliciter. Aut quod conclusio sit magis diuulgata quam ipsæ. Aut quod premisse magis indigeant commonstratione quam indigeat conclusio. Aut quod quęsitum sit de illis, quarum commoditatio possibile sit fieri ex paucis premissis, & hic fiat ex multis premissis. Exempli gratia, quod commonitremus, quod aliqua opinio sit prestantior aliqua opinione, & illius commonstratio contingat fieri ex premissis paucis, & premissis multis. Ex præmissis quidem paucis, vt ꝙ dicatur quędam opinio est vera, & est opinio de possibili frequenti, & quędam est falsa, & est opinio de possibili raro, verum autem est prestantius falso. Sic ergo aliqua opinio est prestantior aliqua alia opinione. Illius autem commonstratio per plures premissas est, vt quod dicatur quędam entia dicuntur prestantiora quibusdam in essendo, ex quo ipsorum quędam sunt sempiterna esse & necessaria esse, & quædam quæ non sunt sempiterna. Et prestantia quedam sunt sempiterna esse, & quędam non sunt sempiterna esse, & quę sunt sempiterna esse, sunt prestantiora illis, quę non sunt penitus, opinio autem de eo quod est sempiternum esse, sit vera: &
C de eo quod non est sempiternum esse sit falsa, sicque sit opinio vera & opinio falsa. Vera autem est firmioris veritatis & permanentioris: & quod est vehementioris & permanentioris veritatis est prestantius, sicque ergo tam sit quędam opinio prestantior aliqua opinione. Et rursum aliquando euenit corruptio ipsi syllogysmo, quatenus sumuntur eius premisse secundum ꝙ sit causa conclusionis, & non sunt causa. Et hoc euenit in syllogismo imposibilis, & recti, qui distinctus est in libro elenchorum. Et similiter accidit illis corruptio, quę dicitur petitio. Et aliquando accidit corruptio ex parte varietatis interrogationis a premissis, quas admitterent, vt quod superaddat illis, aut imminuat ab illis, aut eis vtatur secundum alium casum ab eo casu, quo eas admiserat. Hi itaque sunt modi corruptionis, qui eueniunt syllogismo secundum modum vniuersalitatis ipsorum & secundum quantitatem. Et Aristoteli videtur quod increpatio eueniat interroganti quinque modis. Quorum vnus est, quod oratio non concludat penitus, aut eius præmisse sint remotę, vel falsę & remotę simul: exempli gratia, oratio Melissi, si ens gignatur, eius est principium, ens gignitur, sicque nec est eius aliquod principium, ergo ens est vnum, totum enim hoc cum formę corruptione, eius premisse sunt falsæ. Secundus est, quod oratio non concludat quęsitum, sed concludat aliud, & ipsius

præmissæ sint remotæ, aut falsæ & remotæ, sicut est oratio, quicquid est præter D
ens est non ens, & quicquid est non ens, nulla res est: ergo ens est vnum, hæc enim concludit, quod quicquid est præter ens, nulla res sit, non quod ens sit vnū. Tertius aũt est, quod syllogismi constructio compleatur per præmissas, quas ex seipso addiderit, aut imminuerit, & cum hoc sint nefandæ aut falsæ & nefandæ. Quartus est, quod præmissæ sint minus diuulgatæ quã conclusio, & cum hoc sint nefandæ. Et quintus est, ꝙ præmissæ, ex quibus construitur syllogismus, sint veræ, & parum probabiles, immo indigeant longiori tempore pro ipsarum commostratione, ꝙm sit tempus commostrationis ipsius quæsiti, hoc autem est, quando huius syllogismi sint præmissæ notiores eo. Hi autem quinq; modi repulsus cueniunt interroganti, quando ipse fuerit illorum causa. Verax autem oratio in hac arte, prout dicit, est trium specierum: quarum prima & præstantissima est, quod sit composita ex præmissis maxime diuulgatis, quas respondens iam admiserit, & eius figura sit, quæ per se primo concludat propositum concludendum. Secundus autem est, quod sit composita ex præmissis mediis secundum diuulgationem & probabilitatem, quas respondens admittat, & concludat quæsitum primum per se. Et tertius est, quod sit composita ex præmissis, quarum quasdam receperit ab ipso respondente, & aliquas protulerit ex seipso, sed illæ, quas ex seipso proferi, sint maxime laudandæ. Falsas autem orationes in hac arte dico nefandas, et eas dicimus esse quatuor specierum. Quarum prima E
est, quod oratio concludat secundum opinionẽ, non quod ita vere sit, prout esset ex duabus affirmatiuis in secunda figura: prout dicebat Plato, sapiens est robustus & fortis est robustus, sapiens itaq; est fortis. Secunda est, quod concludat, sed non ipsum quæsitum. Et discrimen harum duarum specierum, & illarũ, quę dinumeratę sunt, in increpatione est, quia in illis adiecta est conditio cum hoc quod sint nefandę & falsę simul. Tertia est, quod concludat ipsum quæsitum p se primo, sed ipsius præmissæ non sint secundum conditionem, quam exposcit illa ars, prout esse commonstratio de re agraria per præmissas, quę non sint agrariç, sed alterius artis: vt qui commonstraret quod vulnera circularia sint difficilis sanationis, quia circulus est latissima omnium figurarum rectilinearũ æqualis ambitus et. Quarta est, quod concludat quæsitum per se primo, sed eius præmissæ sint falsę, scilicet omnes aut quædam ipsarum. Et hæc quidem species nõ est de syllogismis, qui sint corrupti semper & omnimode secundum hanc artẽ, quia aliquando res cogeret hic vti præmissis falsis, quando contigisset, quod ad hanc rem quæsitam non essent præmissæ diuulgatæ nisi falsæ. Et aliquando in ipsa demonstratione sit syllogismus, cuius vna præmissarum sit falsa, & hoc quidem fit in syllogismo impossibilis, prout commonstratum est. Si autem in hoc ita fuerit, considerationes, quibus considerantur syllogismi in topica, & in scientiis sunt trium specierum. Prima quidem consideratio est an concludat, aut nõ F
concludat, & hæc consideratio differt ab alia diuisione, an concludat vel non concludat: illa enim est an concludat vel non concludat quæsitum per se aut per accidens, hæc autem an primo, aut secundo. Et notum est quod in singulis his speciebus verax est aliquo modo dicere, quod non concludat, sed non concludens quæsitum hic est concludere perfecte concludendo. In qua considerandæ sunt tres conditiones, scilicet quod concludat quæsitum, & ꝙ ipsum concludat primo, & quod concludat ipsum per se, & iam dictum est de hoc in libro priorũ analyticorum. Hoc itaque scrutinium includit tres species ipsorum corruptorũ. secunda consideratio est, quod consideretur conclusio, & inspiciamus eam, si fuerit falsa, quia tunc scimus quod in syllogismi præmissis necessario est mendacium. Si autem fuerit vera, iam possibile est syllogismi præmissas esse falsas, aut veras: verum enim aliquando concluditur ex falso, prout in libro priorum analyticorum est commonstratum, & tunc expedit nobis inspicere syllogismi præmissas, quæ si fuerint falsę, destruetur syllogismus, si autem fuerint verę vtẽdum est illo. Tertia consideratio est, an factæ sint secundum artis conditiones, adeo quod sint in topica topicę, & per ipsum repellantur, quæ repellenda sunt: & similiter de reliquis quorum conditionis est, quod addiciantur conditiones

A præmissarum illius artis. Et notum est, quod hæc consideratio includit omnes species corruptionis, quas narrauimus. Et interdum euenit hic quædam species vitii syllogismorum, quæ reputatur corruptio, cum non sit corruptio, & forsitan respondens per illam repelleret, interrogantem: hæc autem aut est error, aut sophisma, & illa est corruptio, quæ petitio principii vocatur, hæc autem dupliciter fit, aut vere, aut diuulgate, & ambæ species petitionis fugiuntur in hac arte. In arte vero demonstrationis solum est species vera. Et iam eloquium est de petitione vera ipsiusmet quæsiti, & eius oppositi in libro priorum analyticorum, hic autem dicetur de petitione, quæ sit secundum opinionem laudandam.

De petitione secundum opinionem. Cap. V.

PEtere autem uidentur id, quod est in principio, quinque modis. Manifestissimo quidem & primo, si quis idipsum quod monstrari oporteat, petat: hoc autem in eo ipso quidem non facile latere potest, in synonymis autem, & in quibuscunq; nomen & oratio idem significat, 5o. locus. Declaratio.
B
magis. Secundo autem, quando quod particulariter oporteat demonstrare vniuersaliter quis petat: vt qui argumentatur quod contrariorum vna disciplina, omnium oppositorum postulauerit vnam esse: nam videtur id qđ oportebat secundum se ostendere, cum aliis petere pluribus. Tertiò, si quis quid vniuersaliter est ostendere propositum, particulariter petat: vt si de omnibus contrariis propositũ est, de aliquibus postulet, videtur enim hic quod cum pluribus oportebat ostendere se, extra petere. Rursus, si quis diuidens, petat problema: vt si oportet ostendere medicinam sani & ægri, extra vtrunq; postulet: aut si quis eorum, quæ sequuntur seinuicem ex necessitate, alterum petat: vt latus in commensurabile esse diametro: si oporteat ostendere quòd diameter lateri. Aequaliter autem & contraria petunt ei quòd ex principio est. Nam primo quidem si quis opposita petat secundum affirmationem & negationem. Secundo autẽ
C
contraria secundum oppositionem: vt bonum & malum idem. Tertio verò si quis vniuersaliter postulans, particulariter petierit contra dictionem. Vt si quis sumens contrariorum vnam disciplinam, sani & ægri alteram esse petat: aut si hoc petens, in vniuersali oppositionem tenet sumere. Rursum, si quis petat contrarium ei quod ex necessitate accidit per ea quæ posita sunt: & si quis ea quidem nõ sumat quæ opposita, at alia petat duo, ex quibus erit opposita contradictio. Differt autem contraria sumere tantillum ab eo, quod in principio: quoniam huius quidem est peccatum ad conclusionem (nam ad illam aspicientes, quod in principio est dicimus petere) contraria autem sunt in propositionibus, eo quòd ipsæ aliquo modo se habent adinuicem. Ad gymnasiam autem & exercitationem talium orationum primum quidem conuertere assuescere oportet orationes. Sic enim & ad id, quod dicitur, copiosius nos habebimus, & in paucis, plures sciemus orationes: nam conuertere est transumentem conclu- 51. locus. Declaratio. 52. locus. Declaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem cum reliquis interrogationibus interimere vnum quippiam D
eorum, quæ dicta sunt : necesse est enim si conclusio non est, vnam ali
quam interimere propositionum : siquidem omnibus positis necesse
erat conclusionem esse.

PEtitio vniuersaliter sit de ipsomet quæsito secundum quinq; modos. Prima
species, & manifestior est, quando vice subiecti, aut prædicati quæsiti ponitur nomen additum toti, aut vice nominis ponitur oratio gerens vicem nominis, neminem enim possibile est errare in hac specie, neque decipi, quando ponitur ipsummet quæsitum sine permutatione. Secunda autem est, quando vice rei particularis ponitur vniuersale ambiens ipsam, vt quod velit commonstrare, qđ contrariorum scientia sit vna, & ponat quod oppositorum scientia sit vna. Tertia autem est, quod vice rei, quę commonstrari intenditur, ponat illius partium cõmonstrationem. Et quarta, quod vice totius ponat ipsius partes, vt quod velit qđ medicinę scientia sit scientia sanitatis & ægritudinis, & de per se commonstret, quod sit scientia ægritudinis, & de per se quod sit scientia sanitatis. Quinta autem est, quod commonstret rem per ipsam consequens, vt quod velit commõstrare, quod diameter sit incommensurabilis costæ, & commonstret conuersam scilicet quod costa sit incommensurabilis diametro. Et modi petitionis de opposito E
quæsiti sunt hi idem. ex quo opposita sunt tria, affirmatiua, & negatiua, &
contraria, & priuatio, & habitus, & hi sunt quinque modi, qui inueniuntur singulis his tribus. Species itaq; petitionis de quęsiti opposito sunt quindecim. Differentia autem inter petere de oppositio ipsius quæsiti, & petere de ipsomet quęsito, est, quia quando petitur de ipsomet quæsito, apparet nobis error, quando in ipsicima ipsammet conclusionem, quoniam inuenitur ipsamet in altera duarum præmissarum ipsius syllogismi. Quando vero petimus de oppositio ipsius quæsiti, error nobis apparet in altera duarum præmissarum, ex quibus inferebatur, & est illa, quę connexa est contradictorio ipsius quæsiti. Prima autem species est vere petitio de quæsito, quando oratio, quæ commutata est vice nominis, non fuit definitio, reliquæ autem quatuor sunt petitio secundum opinionem, & non vere. Et tertia est inquisitio, reliquis autem tribus vtuntur scientiæ, immo non cõstituuntur scientiarũ syllogismi sine illis. Hec quidem sunt præcepta, quæ proprie concernunt respondentem, & tam eloquium est de illis, quæ proprie concernãt interrogantem.

De præceptis communibus interroganti & respondenti. Cap. VI. F

81. locus. Declaratio.

AD omnem autem positionem & quod sic, & quod nõ sic argumentum considerandum, & cum inueneris, solutionem statim quærendum. Sic enim simul accidet & ad interrogandum, & ad respondeudum exerceri: & si ad nullum alium habemus, apud nosipsos sensim comparãda sunt quæ attinent ad ipsam positionem argumenta : nam id ad cogendum multam copiam præbet : & ad redarguendum magnum habet adiumentum, quando quispiam promptus est argumentari, & qđ sic & quòd non sic: nam ad contraria accidit facere. obseruationem, & ad cognitionem, & ea (quæ secundum philosophiam est) peritiam posse conspicere, & conspexisse quæ ab vtraque accidunt suppositione, non paruum instrumentum; reliquum enim horum, recte

A eligere alterum : oportet autem ad id, quod tale est, esse bono ingenio: & hoc est secundum veritatem bonum ingenium, posse bene eligere verum, & diffugere falsum : quod qui nati sunt bene, possunt probe facere: nam qui amant, & qui odiunt, quod profertur facile discernunt optimum. Et ad ea, quæ sepissime incidunt problemata, sci
84. locus. Declaratio. re oportet orationes, & id maxime de primis positionibus. Nam in
85. locus. Declaratio. his fastidiunt sæpe qui respondent. Amplius, terminorum copiosos esse oportet, & probabilium, & primorum, se habere promptos.
86. locus. Declaratio. Nam per hæc fiunt syllogismi. Tentandum autem & ea (in quæ sępissimæ incidunt disputationes) tenere. Nam quemadmodum in geometria ante opus est circa elementa exercitatum esse, & in numeris circa capitales prompte se habere, & multum refert ad hoc, & altũ numerum cognoscere multiplicatum. similiter quoque & in orationibus promptum esse ad principia, & propositiones memoria scire
g oportet : nam perinde ac in memoriæ sensorio solum loci positi statim faciunt ipsas res memorare: & hæc faciunt ad ratiocinandũ prõptiorem, eo quod ad determinatas illas inspiciat secundum numerũ. Propositionemque communem magis quam positionem in memoria
87. locus. Declaratio. ponendum. Nam principiorum & suppositionum copiosum esse mediocriter, difficile. Amplius, orationem vnam plures facere assuescendum, velut ii qui occultissime abscondunt. Tale autem erit si
88. locus. Declaratio. quis quàm plurimum abscedat ab affinitate eorum, de quibus est oratio: erunt autem potiores orationũ vniuersales maxime, quæ id pati possint, vt quoniam non est vna plurium disciplina : sic enim & in iis quæ sunt ad aliquid, & in contrariis, & in coniugatis est. Oportet
89. locus. Declaratio. autem & reminisci vniuersales facere orationes: tametsi fuerit disputans particulariter. Sic enim & plures licebit vnam facere: similiter autem & apud rhetores in enthymematibus. Eundem autem quàm
90. locus. Declaratio. maxime fugere, contra vniuersale ferre syllogismos. Et semper oportet considerare orationes, si in pluribus communibus disputantur.
91. locus. Declaratio. C Nam omnes particulares in vniuersali disputatæ sunt, & inest in particularibus eius, quod est vniuersale, demonstratio: eo quod nõ est syllogizare quicquam sine vniuersali. Exercitatio autem facienda, in-
92. locus. Declaratio ductiuarum quidem ad rudem, syllogisticarum autem ad expertum.
93. locus. Declaratio. Et tentandum accipere ab iis quidem qui in syllogismis triti sunt propositiones, ab iis vero, quj inductionibus, similitudines: in hoc enim
94. locus. Declaratio. vtrique exercitati sunt. Omnino autem exercitationis gratia discipientibus tentandum afferre aut syllogismum de aliquo, aut propositionem, aut solutionem, aut instantiam, siue recte quis dicat, siue perperam, uel ipse, vel alter : & ad quippiam vterque. Ex his enim facultas, exercitatio autem facultatis gratia. Et maxime circa propositiones, & instantias : est enim (vt simpliciter dicam) dialecticus, propositiuus, & instantiuus : est autem proponere quidem, vnum facere quæ sunt plura. Oportet enim vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino sumere ad quod est oratio: instare autem quod vnum est, facere plura: nam aut diuidit, aut interimit: hoc quidem dans, illud autem non dans, eorum quæ proposita sunt. Non est autem cũ omni disputandum, neque contra quemlibet exercitandum. Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim qui omnino tentat apparere, disfugiendum: iustum autem omnino tentare syllogismo concludere, veruntamen non pulchrum, eo quod non oportet ad uersus quoslibet facile consistere: quandoquidem necesse est paruilo quium inde emergeremam qui exercitati sunt, non possunt abstinere a disputatione, sine altercatione. Oportet autem & factas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cum paucissimorũ copia eas ad quam plurima uiles habeamus: illæ vero sunt vniuersales, & ad quas in promptu quippiam ad venire difficile est.

9. locus. Declaratio.

96. locus.

De præceptis cõibus interrogati, & respondenti.

RElinquum nobis est orationem ferre de illis, quę ambos .s. & interrogantem. & respondentem includunt. Et hęc quidem præcepta utilia sunt vni trium rerum. Quarum vna est, ne remittatur vis faciendi vehementiorem orationem de vna eadem positione, aliquando secundum modum interrogationis. & aliquado secundum modum responsionis. Secunda autem est, vt acquiratur vis festinandi circa syllogismi artem, aut cum interrogatione, aut cum obuiatione. Et tertia est vis, cuius conditionis est agere has duas operationes, & hæc quidem vis est viri habentis artem dialecticam. Et de illis est, vt vir assuescat reductionem syllogismorum, de qua elocutum est in secundo priorum analyticorum. .s. cp sumamus oppositum conclusionis, & connectamus ei alteram duarum præmissarum syllogismi, & concludatur per hoc contradictorium alterius præmissę. Et hoc quidem vtile sit respondenti, quia per ipsum constitueret syllogismi præmissas, quas interrogauerat ipse interrogans: hoc autem contingit, quando cœperit in interrogatione præmissas, & conclusionem simul. Et aliquando hoc opus vtile sit interroganti, quando destrueret positionem secundum modum impossibilis, & per hoc opus quis posset proferre de vna eadem re plures syllogismos: aliquando enim caperemus contradictorium conclusionis, & aliquando ipsius contrarium, & vtrum q; ipsum connectemus ipsi minori, & aliquando maiori, & constituemus ex hoc quatuor syllogismos. Oportet autem, quando sumimes oppositum conclusionis, & ei connectimus alteram duarum præmissarum, cp conficetur nobis altera premissa: quia, quando sunt præmissæ, est conclusio, & quando aufertur conclusio, auferuntur ambæ præmissæ, aut altera earum, & hoc est notum per id quod dicitur de antecedente, & consequente in syllogismo conditionali. Et de illis est, quia per hoc præuenit quinis omni positioni cum syllogismo, qui illam destruat, & dum id inuenerit, destrueret suarum premissarum destructionem: quando enim quis præuenerit singulis quæsitis, & ea considerauerit, aut ipsam secundum se, aut cum alio, fit ei vis discernendi elocutionẽ de illis secundum modum interrogationis, aut secundum modum responsionis. Interrogando quidem cognitione syllogismi, & respondendo cognitione obuiationis suarum præmissarum. Et de illis est, cp in vna eadem positione quęrat syllogismum, qui eam construat, & syllogismum, qui eam destruat. Deinde ratiocinabitur de premissis duorum syllogismorum, quæ illarum sit falsa, & quę illarum sit vera, & quæ illarum sit satis vulgata, & quæ sit parum vulgata. Et si fuerit interrogans, iam nouisset syllogismum, qui destrueret hoc positum, & forrasse illum permisceret premissis, quę ipsum construerent, aut quæ ipsum destruerent cum ipsa interrogatione, & abscondet per hanc rem ab ipso respondente. Si aũt fuerit respondens, sciret præmissas, quæ illud destruerẽt, & cauere eas, Ait Aris. Et hæc quidem vis non est minima, facit enim dialecticũ adi

pisci

A pisci potestatem ad interrogationem, & ad responsionem. Et viro demonstrati uo vtilis est multis modis. Quorum vnus est, quia quando apud illum fuerint duo syllogismi de aliqua posito, quorum vnus illud construeret, & alter ipsum destrueret, non euadit quin illorum duorum syllogismorum alter sit verus, & alter falsus, aut ambo sint simul veri, aut simul falsi, sed duobus diuersis modis. Si vnus fuerit mendax, & alter veràx, inniteretẽ veraci, si aũt fuerint ambo simul veraces, aut simul mẽdaces duobus modis, facile erit ei intelligere modũ, quo vterq; illorum sit verax, & modũ, quo sit mendax. Et hic modus procedẽdi est viri boni ingenij, & præstitium potentiarũ. Et hi sunt, quorum moris est diligere præstantiorem rem alterius duorum oppositorum. Homines aũt circa hoc sunt trium specierum. Quidam eorum sunt, qui semper præeligunt præstantius duorum oppositorum, & hi quidẽ sunt sapientes. Et quidam sunt, apud quos æquales sunt res bonæ & malæ, & hi sunt naturaliter dialectici. Et ipsorum quidam sunt, qui diligunt duorum oppositorum deterius, & hi sunt naturaliter sophistæ. Et quidam ipsorum sunt, qui amant eis esse secundum hanc artem syllogismos idoneos interrogationibus vulgaribus, de quibus difficile est eloqui in constructione, aut destructione, & hæc sunt trium specierum. Quarum vna est, quod fiat de his, de quibus vulgus gloriatur cõsiderare, & difficile fiat
B mutuo de illis interloqui, præter quod maiori parti ipsius vulgi sit maior inclinatio ad alterum duorum oppositorum: prout est dicere, an speculatio cum tolerantia sit præstantior diuitijs cum voluptate. Secunda autem species est, quod sit maiori parti ipsius vulgi maior inclinatio ad alterum duorum onpositorum, prout est dicere, an diuitiæ cum virtutis priuatione præligende sint paupertate cum virtute. Tertia species est rerum, quibus adipiscetetur vir quispiam nefas apud vulgus de vtrouis duorum oppolitorum respõdeat, prout dicimus, cui viro dignius sit credere, magistro, an patrì? Præcepit autem de talibus interrogationibus, quod ad illas sint dialectico syllogismi idonei ob difficultatẽ syllogismi ad illas. Difficile nanq; est ostendere mentem de re, de qua vulgus nullam habeat opinionem, & similiter ad cuius oppositum magis inclinat vulgus, & hoc magis est id, de quo euenit controuersia per virtuis duorum oppositorum respondens responderit, prout dicimus, deceat ne, parentibus an legi credere? Et de illis est, quod reminiscantur definitionum rerum, quarum habitudo ad artes est habitudo principiorũ & subiectionum, prout est definitio materiæ & formæ in scientia naturali, & definitio boni & mali in scientia morali, & puncti & lineæ & superficiei & corporis in geometria. Et quę expedit ei quod sint apud illum de definitionibus harum rerum, sunt definitiones diuulgatæ. Et de illis est, quod sint apud eum prompta loca prædicta in prædictis orationibus, & præcipue loca, quæ rem construunt, aut destruunt simpliciter, &
C vt vniuersalius inquam, res, quę in artibus sunt vt subiectiones & elementa, & principia ad reliqua, ex quibus singulæ artes adipiscuntur. Sicut enim arithmeticus adipiscitur potestatem mutuo ducendi numeros, quando præposuerit, & sciuerit ducere primos numeros, quod notificatur in capitulo ductus, sic res est in dialectico: euenit enim ei interlocutio de quocunq; voluerit, quando fuerint apud eum præmissæ & regulæ, quarum consuetudinis est fieri in singulis positis, quod positum fuerit idoneum curare res vniuersales, quibus vtatur in acquirendo res vniuersales proximas rebus intentis particularibus: vniuersalibus nanque maximæ vniuersalitatis non opinaretur aliquam rem, neque ex illis adipisceretur aliquam rem festinanter, immo, si ex illis opinio procederet ad ipsum particulare, esset secundum quandam speciem accidentis, & quasi ad illud procederet, non artificialiter, sed quouis modo contigerit. Exempli gratia, quia non debet sustinere hanc positionem, .s. omnium duarum rerum diuersarum, vna ipsarum inest rei differentia prima, sed sustenaret vice illius hanc: qñ autem fuerit vni duorum oppositorum aliqua dispositio, alteri opposito inest oppositum primæ dispositionis, per oppolita enim conuinceret contraria, & suas species, & potest ex illis cõstituere quæsita particularia, quę illis sustineat facile & cito. Et de illis est, quia consuescere faciunt ponere multas orationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnam orationem, ascendendo ad vniuersale, quod illa includeret, & ponere D
vnam orationem plures orationes illam partiendo ad particulares, quę ei subsunt. Quando enim interrogaremus, iuuaremur ponendo multas res vnam orationem, & recepissemus per hoc, quod vellemus admitti ab illo. Quando autē respondissemus, iuuaremur quando interrogaremur vnam orationē multas orationes, & si inuenitemus continere destructionem illius, quod possumus fustes eandem, non admitteremus illud, imautem illud admitteremus. Et expedit hic, quod consideremus vniuersalissimum, quod possumus, hoc est, quando multas orationes ponimus vnam orationem, hoc enim opere, fit res vehementis occultationis ab ipso respondente. Et hoc est contra dispositionem vniuersalium, quæ sunt apud eum prompte ad faciendum syllogismos. Sunt enim quædā vniuersales orationes, de quibus difficile sit respondenti intelligere quę conclusio ex illis sequatur. Exempli gratia, admittere quod scientia rerum, quæ sunt maximæ multitudinis non sit vna, quando enim hoc admisisset, iam admisisset illud in relatiuis, & contrarijs, & in multis rebus. Et ideo expedit respondenti agere contra id, quod ageret interrogans, & fugeret admittere res vniuersales, quantum ei possibile fuerit. Et de illis est, quod vtatur cum eo, qui sit modicum exercitatus in hac re, aut qui passus fuerit defectum ingenij, ipsa inquisitione, & cum nimium exercitatis orationibus vniuersalibus. Exercitatus B
enim vehementius auscultat has orationes, adeo ꝙ forsan deducant illum ad repellendum fantasiam, prout fit de oratione Zenonis, quæ contradicit motui, & oratione Melissi, quæ contradicit multitudini, sicut species priuata exercitio magis auscultat inquisitioni. Expedit itaq; dialectico sumere præmissas inquisitiuas a dignis inquisitione, & præmissas vniuersales a viris huius speciei.

Harum autem rerum exercitium est, quod idoneum sit nobis operari omnes actus huius artis perfectissime: actus enim huius artis sunt syllogismus, aut sophistica litigatio, aut argumentum, aut contradictio, aut ficta inuentio interrogationis, an sit recta, aut non recta? & si fuerit alterius harum duarum dispositionum, quæ sit huius causa? & iam elocuti sumus de conditionibus, quibus fiant hi actus perfectissime. Syllogismus enim est operatio interrogantis ad destruendum positionem. Et sophistica est operatio respondentis, & syllogismi repulsus: contradictio vero est actus respondentis, quando procurat constituere positionem, quia alicubi respondens procurat hoc. Aristoteli vero videt, quod illius operatio prima intentione sit sustentare positionem solum, non ipsam cōstituere. Sicut, quando respondens argumentum profertur ad constitutionē positionis, interrogantis actus esset contradictio per syllogismum, & contradictio fit de actibus interrogantis, sit autem & argumentum de actibus respondentis.

Interrogationem autem, & responsionem beneficare, iam dictum est quo hoc fiat, assistere autem intenditur ob has operationes, & per has operationes euenit constretudo, videlicet syllogismum, & argumentum, quæ inueniuntur per potestatem tradendi multas res vnam. Et contradictio, & litigatio inueniuntur in ponendo vnam rem multa: syllogismi enim, & argumenti operatio contingit ei in inueniendo præmissam vniuersalem ambientem ipsum quæsitum, hoc autem non fit idoneum nisi secundum modum compositionis, & per particulares tradendo vnam. Exempli gratia, quando proponimus commonstrare quod quorumlibet duorum contrariorum scientia sit vna in potentia secundum modum compositionis est in oppositorum scientiam esse vnam, operatio vero litis, & contradictionis sit in cognoscendo præmissam, quæ veritati repugnat ob eius particularitatem, adeo quod constituat illius destructionem, & hoc est manifestum, & quo est repugnans operationi constituit per syllogismum. Ait Aristo. Non expedit per omnem rem vincere: & iam præmissum est, cur hoc non oporteat, & largitus est huius causam, & dixit: & non est disputandum cum quouis homine contigerit, necessitas enim conduceret volentem contradicere, cuiuis homini contigerit, vt orationes, quibus cum illo vteretur, sint viles, & earum compositione adueniret malus habitus, & mala dispositio ipsi dialectico. Si autem contingeret, ꝙ eius controuersia fuerit cum illo, qui inuiteret præ

A ualere, & extorquere, vt sunt sophistæ, iustum est in illum vti quibusuis speciebus orationum, quæ contigerint. Potius enim est hoc parefaciendo imbecillitatem suarum orationum, & illorum versutias, nisi quia vir dialecticus est, cuius intentio est confusescere exercitium, & debet fugere hanc speciem, quantū ei possibile fuerit. Et debet esse parata apud eum, quādo cogeretur interloqui hac specie præmissarum, quæ sunt maximæ vniuersalitatis: talibus enim locis superare hanc speciem ob modicam ipsius sensibilitatem in illis, quę ei subsunt hoc modo, præstantius est quam superare nominis æquiuocationem, per hanc illam vel aliam regulam sophisticam. Hæc itaque est oratio de omnibus rebus, quas continet hic tractatus breuiori, & manifestiori modo, qui possibilis fuit, & est vltimus tractatuum huius libri, ad Dei gloriam sempiternam. Amen.

Librorum octo Topicorum, cum Auerrois media expositione,

D FINIS.

IN ELENCHORVM LIBROS ARGVMENTVM.

C NVNC leuissime elenchos attingamus. Hi non tam præstant ut simus, quam ut docti videamur. aspiciendi tamen nonnihil, ne facile à Sophistis confutemur quarum hi sunt in disputando fines, ut refellant, ut mentiri cogant, ut absurda loqui et barbara, & nugatoria. Loci eorum in uerbis, aut extra uerba: In uerbis æquiuocatio, ambiguitas, compositio, diuisio, accentus, dictionis figuram nam subiectas generibus species omitto, extra uerba autem, quod ex accidenti, quod pro re, & aliquatenus: tum confutationis inscitia, & quod ex consequenti, necnon principii acceptio, & positio non causæ tanquam causæ, & multarum interrogationum in unam collisio (quos explicare longissimum, & foriasse (quoniam plerumque ad Topica referuntur) supruacuum. Habetur Aristotelis ars omnis uel ratiocinandi, uel peculiariter demonstrandi, uel differendi, uel postremo cauillandi, quam qui panitus inspexerit, & secum quod opus est, argumentando colliget, ac demonstrabit, & cum alio disputans facile quod uolet, aut impugnabit, aut uetabitur.

ARISTOTELIS

STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

ELENCHORVM DVO LIBRI.

Cum Auerr. Cordubensis Media expositione
Abramo de Balmes interprete.

SVMMA PRIMI LIBRI.

De disputationum generibus, de locis Sophisticarum orationum in dictione, & extra, de deceptionum causis, de veris, falsisve redargutionibus, de interrogatione tentatiua, quid interest inter sophistam & contentiosum, de captionibus nugationis, solecismi, & occultationis sophisticę.

Quid intendit, & aliquem syllogismum sophisticum esse. Cap. I.

Ἔλεγχος. Latinis redargutio.

DE Sophisticis autē redargutionibus, & de iis, quæ videntur redargutiones (sunt autem captiosæ ratiocinationes, at nō redargutiones) dicamus oportet, incipientes secundum naturam a primis. ꝙ igitur hi quidem syllogismi, illi autem (cum nō sint) videntur, manifestum est. Nam quemadmodum & in aliis id fit per quandam similitudinem, sic & in orationibus se habet: etenim hi quidem habitum probe habent, illi vero videntur, ex tribu tumentes, & componentes seipsos, & pulchri: hi quidem ob pulchritudinem, illi autem vidētur, seipsos fucantes. Et in inanimātis quoque similiter: nam & illorum hæc quidem argentum, ista vero aurum reuera sunt: illa nō sunt quidem, apparent autem secundum sensum: vt lithargyrina, & stannea, argentea, & felle tincta, aurea: eo dem autem modo & syllogismus, & redargutio: hæc quidem est, illa vero non est, apparet autem propter imperitiam: nam imperiti velut distantes, a longe speculantur.

Causa vna sophisticarū redargutionum.

Nam syllogismus quidem ex quibusdam est positis, vt colligamus aliquid aliud ex necessitate ab iis, quæ posita sunt per ea quæ posita sunt: redargutio autem syllogismus est, cum contradictione conclusionis: illi vero id quidem non faciunt. Videntur autem ob multas causas, quarum vnus locus aptissimus, & publicissimus per nomina. Nam quia fieri non potest vt res ipsas ferentes disputemus, sed nominibus pro rebus, vtimur signis: & quod accidit in nominibus, in

A rebus quoque arbitramur accidere: quemadmodum iis, qui calculis supputant, id autem nō est simile: nam nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo, res vero numero infinitæ sunt: necesse est igitur plura eandem orationem, & nomen vnum significare: quemadmodum igitur & illi, qui non sunt prompti calculos sustinere, a scientibus decipiuntur: eodem quoque modo & in orationibus, qui nominum virtutis sunt ignari, perfacile captionibus hallucinantur, & ipsi disputantes, & alios audientes: ob hanc igitur causam, & eas quæ dicendæ sunt, & syllogismus, & redargutio apparens, atque non existens.

Sermo de intentione libri.

B INtentio huius libri est loqui de sophisticis elenchis, qui putantur esse elenchi veri, sed sunt paralogismi: Nos autem incipiemus speculationem huius ex principijs notis secundum naturam in hoc genere. Et dictmus, quod per se notum est, quod syllogismorum, quidam est vere syllogismus, quidam vero paralogismus, & putatur de eo quod sit syllogismus absque hoc, quod sit ita secundum veritatem. Id autem, quod accidit syllogismo ex hoc, simile est ei, quod accidit reliquis rebus animatis & inanimatis: & hoc, quia sicut hominum quidam est vere religiosus, & eorum quidam est, qui putatur esse religiosus, ipse autem est hypocrita: & eorum quidam est vere pulcher, & eorum quidam est qui putatur esse pulcher propter fucum & ornatum indumenti, vere autem nō est pulcher. Ac etiam sicut ex argento, & auro quoddam est argentum aut aurum vere, & ex eis quoddam est, quod putatur esse aurum aut argentum, sic res se habet in syllogismis. Latet vero ista species syllogismi, hoc est, qui putatur esse syllogismus, & non est syllogismus, eum, qui imperitus est sermonum, & assimilatur ei, qui speculatur res a remotis. Iam autem verificauerunt syllogismum simpliciter, ꝙ sit oratio, in qua quibusdam rebus pluribus ꝑ vna positis, necesse sit vt ducatur quid diuersum ab his, quæ posita sunt. Elenchus autem est syllogismus, ex quo sequitur conclusio, quæ est contradictoria conclusionis, quam posuerat aduersarius, & hoc est, quia quando sequitur ex præmissis, quas concederet aduersarius, sequeretur ex hoc ꝙ eadem res sit ita, & non
C sit ita. Sophisticus autem elenchus est syllogismus, qui putatur esse talis denominationis absque hoc ꝙ ita sit. Iam accidit autem talis syllogismus propter causas, quarum postea meminerimus. Famosissima autem istarum causarum est, quæ accidit rebus propter dictiones, & hoc, quia ex quo non est disceptatio nisi per dictiones, constituerunt dictiones loco rerum, & simillimum est, quod accidit dictionibus ei, quod accidit rebus, sicut quod accidit composito ex errore secundum numerum, quando constituerint articulum, qui est in digito, loco numeri, & putant quod id, quod accidit articulo digiti, si res, quæ acciderent numero. Accidit autem istud rebus cum dictionibus, quia impossibile est, quod dictiones attribuantur æquales rebus, & numerētur ad earum numerationem, ex quo res sunt quasi infinitæ, dictiones autem sunt finitæ. Si autem impositæ essent dictiones significantes, res difficilis esset, locutio autem de eis, aut remissentia eorum, vel impossibilis: & ideo coactus fuit impositor, vt imponeret vnam dictionem significantem multas res: & sicut computatori, apud quem nō est industria, quæ vocatur proiectio numerorum, impossibile est quod consistet ei conuenienter error interrogationum numeralium, sic ille, apud quem non est notitia naturarum dictionum, dignus est errare, si loqueretur de aliqua re, aut audiret eam etiam, & propter hanc causam, & propter alias causas etiam accidit, ꝙ syllogismus, & sophisticus elenchus sit res inuenta naturaliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De generibus disputationum. Cap. II. D

QVONIAM autem quibusdam magis operæpretium est videri esse sapientes, quàm esse & non videri (est enim sophistice, apparens sapientia, non existens autē: & sophista pecuniarum aucupator ab apparente sapientia, & non existente) manifestum profecto est, quoniā necessarium est illis & sapientis opus videri facere magis, quàm facere, & non videri. Est autem (vt vnum ad vnum dicamus) in vno quoque opus sapientis, non mentiri quidem ipsum de quibus nouit mentientem autem manifestare posse. Hæc autem sunt, hoc quidem in eo quòd potest dare orationem, illud autem in eo quòd sumere. Necesse est igitur illos qui volunt sophistice agere, dictarum orationum genus quærere. Operæ enim pretium est eis, nam huiusmodi potestas, faciet videri sapientes, cuius sunt desiderium habentes. Quod autem tale orationum genus est, & quod talem appetunt potestatem, illi quos vocamus sophistas, manifestum est. Quot autem sunt species sophisticarum orationum, & ex quot numero potestas ea cōstat, & quot partes contingit esse negotii, & de aliis quæ suffragantur ad hanc artem, nunc dicamus.

Sapiētis officia duo.

Genera disputationū.

Sunt igitur ad disputandum, orationum genera quatuor: doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, contentiosæ. Et doctrinales quidem sunt quæ ex propriis principiis cuiusque disciplinæ, & non ex iis, quæ videntur respondenti, colligunt: nam oportet credere eum qui dicit. Dialecticæ autem, quæ ex probabilibus collectiuæ sunt contradictionum. Tentatiuæ vero, quæ ex iis colligunt quæ videntur respondenti, & quæ necessarium est eum scire, qui simulat se habere scientiam, quomodo determinandum est in aliis. Porro contentiosæ, quæ sunt ex iis, quæ apparent probabilia, apparentes syllogistice. De demonstratiuis aūt in analyticis dictum est: de dialecticis vero, & tentatiuis, & in aliis: de altercatoriis autem & contentiosis nunc dicendum. E

Sermo de generibus disputationum.

ET ex quo quam plures homines etiam volunt denominari per scientiam, & exaltari, & gloriari gloria magna sine labore & fastidio, aut absque hoc quòd sint digni, ideo, quando fuerint ex his, quibus possibile est addiscere scientiam, fuit hoc causa, quòd constitueretur hoc genus sermonis multis hominibus, & ostentent se eo, & putentur esse sapientes absque quod ita sint in veritate, & ideo nuncupantur nomine scientiæ corruptæ: & id est, quod intendimus nomine fallaciæ, & sophistariæ secundum idioma græcorum. Manifestum autem est, quod solertia istorum est, quòd putetur de eis quòd ipsi faciant opus sapientum, absque quod faciant, sicut sunt opera eorum. Veri sapientis autem opus est, quod quando loquitur, dicat verum, & quando audiuerit verbum ab alio, ab eo discernatur falsum a vero, & concedat ipsum, & illæ quæ conditiones sunt, quæ inueniuntur sapienti: quarum vna est inquantum loquitur, & altera inquantum audit necessarium. Et procurauerunt sophistæ inquisitionem istius generis locutionis, quia per istā scientiam possunt videri, quòd sint sapientes absque quod ita sint, nisi secundum suum appetitum. Quod autem hoc genus verborum sit res, quæ inuenitur, est per se notum. Id autem, de quo perscrutatur de eo, est, quotuplex sit iste sermo sophisticus, & quot rebus proueniat hic habitus, & vniuersaliter quot sint partes istius artis, & de illis rebus, quibus est ita ars, & hoc est, quod intenderat perscrutari hic. Dictmus autem, quòd generā orationum artificialium, quæ possint sermone doceri, sint quatuor genera. Quarum vna est oratio demonstratiua, secunda est oratio topica, tertia est oratio rhetorica, quarta est oratio sophistica. Ista autem oratio, quando vtens ea assimilatur sapientibus, appropriatur hoc nomine, quando autem assimilatur topicis, vocatur litigiosa. Oratio autem demonstratiua est illa, quæ fit ex principijs primis propriis cuique doctrinæ, quæ fiunt inter doctorem & discipulum, cuius semitæ est quòd recipiat, quod largitur ei doctor, nisi cogitet id, quo destruatur sermo doctoris, sicut faciunt sophistæ. Topica autem oratio est, quæ congeritur ex principijs famosis probabilibus apud omnes aut plures collectiue contradictionum. Oratio autem rhetorica est, quæ fit ex principijs cogitatis, quæ sunt secundum initium cogitationis. Oratio autem litigiosa est, quæ putatur quòd sit Topica ex principijs probabilibus absque quòd sint huiusmodi secundum veritatem. De oratione vero demonstratiua iam dictum est in libro Posteriorum. Itaque de Topica dictum est in libro Topicorum, & de rhetorica in libro Rhetoricorum. Illa autem, de qua fit sermo, quæ oratio litigiosa est, vocatur Sophistica: loquemur autem primo de intentionibus istius orationis. A B

Fines sophistæ, & loci sophistici in diction. Cap. III.

PRIMVM igitur sumendum est quot coniectant, quā in orationibus decertant, & coaltercantur: sunt autem hæc quinque numero: redargutio, falsum, inopinabile, solœcismus, & quintum, quod est facere nugari eum, qui condisputat: hoc autem est frequenter cogere idem dicere, aut quod non est, sed quod apparet quodque esse horum. Nam maxime volunt apparere redarguere: secundum autem, falsum aliquid monstrare: tertium vero, ad hoc quod est inopinabile ducere: quartum, solœcismo vti facere: hoc autem est facere secundum locutionem barbarisare ex oratione respondentem. Vltimum autem, idem frequenter dicere. Modi autem redarguendi sunt duo: nam alii quidem sunt propter dictionem: alii vero extra dictionem. Sunt autem ea quidem, quæ propter dictionem faciunt phantasiam, sex numero: hæc quidem sunt, æquiuocatio, amphibolia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. Huius autem fides, & ea quæ est per inductionem, & syllogismus: & si qua sumatur alia, & quòd totidem modis, si eisdem nominibus, & eisdem orationibus, non idem significamus. C

Hoc est, faciunt apparentiam.

Sunt autem propter æquiuocationem huiusmodi orationes, vt quod discunt scientes: nam ea, quæ memoria prodita sunt, discunt grammatici. Discere enim æquiuocū est ad intelligere esi, qui vtitur

Æquiuocatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

disciplina: & ad accipere disciplinam. Ea rursus, quod mala bona D
sunt: nam quæ expediunt, bona sunt: mala autem expediunt: duplex
enim expediens est, & necessarium, quod accidit plerunque in ma-
lis (est enim quoddam malum, necessarium) & bona quoque expe-
dientia dicimus esse. Amplius autem, eundem sedere, & stare, &
ægrotare, & sanum esse: nam qui surgebat stat: & qui sanabatur, sa-
nus est: surgebat autem sedens, & sanabatur ægrotans: ægrotantem
enim quodlibet facere, aut pati non vnum significat, sed quandoq;
quidem qui nunc ægrotat, aut sedet, quandoque autem qui ægrota-
bat prius: veruntamen, sanabatur quidem ægrotans, cum ægrotans:
Amphibolia. sanus est aût non cum ægrotans, sed ægrotans nõ nunc, sed prius.

Propter autem amphiboliam sunt orationes tales: velle capere me
pugnantes. Et putasne quòd quis cognoscit, id cognoscit? nam & co
gnoscentem & cognitum contingit vt cognoscentem significare hac
oratione. Et putas quod quis videt, id videt? videt autem colum- B
nam: quare columna videt. Et putas quod tu dicis esse, id tu dicis
esse? dicis aût lapidem esse: quare tu lapis, dicis esse. Et putas est si-
lentia dicere? duplex enim est & id, silentia dicere: hoc quidem eos
qui dicunt silere, illud autem, ea quæ dicuntur. Sunt autem tres mo-
di secundum æquiuocationem, & amphiboliam: vnus quidem quan
do nomen, vel oratio plura significat principaliter: vt aquila, vel ca
nis. Alius autem quando soliti sumus sic dicere. Tertius vero, quan-
do compositum plura significat, separatum vero simpliciter, vt scire
literas: nam vtrunque fortasse vnum quidem significat, & scire, & li-
teræ: ambo autem plura, aut literas ipsas scientiam habere, aut litera-
rum, alium. Amphibolia igitur, & æquiuocatio pp hos modos sunt.

Propter cõpositionẽ vero hmõi sunt vt possibile est, sedẽtẽ ambu
lare, & nõ scribentẽ, scribere: non.n. idẽ significat si diuidens quis di
cat, & cõponens, qđ possibile est sedẽtem ambulare, & non scribentẽ
scribere: & hoc identidẽ, si quis cõponat nõ scribentẽ scribere, signi- F
ficabit profecto qđ habet potestatẽ, vt nõ scribens scribat: si quis aût
non componat, quoniam habet potestatem quando non scribit, vt
scribat. Et discit nunc literas, si quis didicit quas scit. Amplius, quòd
vnum solum potest ferre, plura potest ferre. Propter vero diuisionem
quod quinque sunt duo, & tria, paria, & imparia. Et quod maius,
æquale: tantundem enim est maius & adhuc amplius: nam eadem
oratio diuisa, & composita non idem semper videbitur significare.
Vt ego posui te seruum, existentem liberum. Et hoc, quinquaginta
virum, centum heros liquit Achilles. Propter accentum autem, in
iis, quæ sunt sine scriptura, non facile dialecticis facere orationem:
Cum poeta dicit, Homerum intelligit, cuius hic Aristot. in scripturis autem & poematibus magis. Vt & poetam defendunt
nonnulli aduersus redarguentes quasi hic absurde locutum. Nec
gemere aeria cessabit turtur ab vlmo: quòd pentemimeri vsus sit,
& turture fœminino, soluunt enim id accentu: dicentes quòd aeria

A accentum finalem lõgum habet, & non ad turtur, sed ad vlmo, vt epi
thetum, debet referri: & id de Niso, & Eurialo cũ Rutulos vino, som
noque sepultos intellexissent.

Cæteræ per terras, omneis anima lia sõmno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.

carmina cl. tat: verũ, q̃ ea nostris ad centibus nõ accõmodari queũt, inter pres. p illis Vergilij. q latinorũ est Homerus, carmina po sunt.

Talia igitur propter accentum sunt. Quæ autem propter figuram di
ctionis sunt, accidunt quando non idem vt idem interpretatur, vt
masculinum, fœmininum: vel fœmininum, masculinum: vel quod in-
ter hæc est, alterum horum. vel rursus quale, quãtum: vel quãtum, qua
le: vel faciens, patiens: vel dispositum, facere: & alia, ceu diuisum est
prius. Nã est aliquid, quod non est eorum, quæ sunt facere, vt eorum
quæ sunt facere, aliquid dictione significare, vt valere. Similiter figu
ra dictionis dẽ ei, quod est secare, vel ædificare, quãuis illud quidem
quale quid, & affectum quodammodo significet, hæc vero facere ali-
quid: eodem autem modo & in cæteris. propter igitur dictionem re-
B dargutiones ex his existunt.

Sermo de quatuor gñ bus oratio. nũ, & de q̃ que inſtĩtio nibus sophi sticarũ ora tionũ, & de fallacijs eue nientibus pp dictiones.

DIcamus itaque q̃ intentum huius generis locutionis est vna quinque in-
tentionum, Aut ad redarguendũ loquentem, aut ad inferendum falsum, &
rẽ, quæ est falsa secundum famosum: Aut ad largiendum ei dubium, quod
inopina bile dicunt. Aut ad ponendum ipsum secundum modum, quo ferat in
locutionem falsum intellectum ab eo, quem solœcismum appellant. Aut ad po
nendum ipsum nugam, & excessum ex rebus, ex quibus sequitur falsitas intel-
lecti ab eo secundum imaginationem: sicque istæ sunt quinque intentiones,
quas intendunt sophistę. Famosissima autem istarum quinque intentionum, &
maxime intenta apud eos est redargutio. Rursus sequitur ei falsum in loquen-
tem. Præterea largitio dubij. seu inopinabile. Deinde est occultatio sermonis,
& ferre ipsum ad falsum. i. ipse solœcismus, vlterius est illatio ad nugam, & lo-
cutio secundum excessum. Redargutionum autem, & fallaciarum quædam est
propter dictiones ab extra, & quædam est propter res. Illa autem, quæ est pro
pter dictiones, est sex specierum. Quarum vna est æquiuocatio dictionis sepa-
ratæ. Secunda autem est æquiuocatio compositionis, seu amphibologia. Ter-
tia autem est, quæ est secundum compositionem. Quarta, quæ est propter diui-
C sionem. Quinta autem est æquiuocatio figuræ dictionum. Sexta autem pro-
pter accentum. Ista autem diuisio notificatur per syllogismum, & inductionẽ.
Exemplum itaque æquiuocationis nominis separati est sermo dicentis. Addi-
scens est sciens, quia addiscens scit, qui autem scit est sciens, sicque addiscens est
sciens. Modus autem fallaciæ huius est, quia dictio scit, dicitur q̃ tempore fu-
turo, & pro tempore præsenti, verificatur autem de sciente pro præsenti, de addi
scenti autem pro futuro. Sicque etiam est sermo dicentis, aliquod malum expe-
dit, expediens autem est bonum, sicque quoddam malum est bonum. Fallacia
autem huius est, quia nomen expedientis, quando dicimus aliquod malũ ex-
pedit, significat id, quod significat nomen necessarij, quando autem dicimus,
& expediens est bonum, significat id, quod significat eligendum, & res conue-
nientes. Exemplum autem æquiuocationis compositionis est quarundam spe-
cierũ, & hoc, quia iam fit per prius & posterius: sicut qui dicit, nobilis est scis,
quando intendit per hoc, q̃ sciens sit nobilis, & putatur prioritas nobilis, & po
steriorias scientis, quia prædicatum istius sermonis est sciens, & nobilis est
subiectum, tam autem fit æquiuocatio compositionis seu amphibologiæ pro-
pter reditum signi inter res plures quam vna, sicut est dictum dicentis, quod
scit homo, est homo, homo autem scit lapidem, lapis itaque scit. Accidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem ista fallacia, quia dictio scit, accidit de sciente & de scito, & sicut est ser- D
mo dicentis, quod dicit homo q̃ sit, ita est, si autem homo dixerit silicem, est
igitur homo silex. Causa autem huius est, quia dictio, est, aliquando redit ad
hominem, & aliquando redit ad sermonem. Iam autem fit æquiuocatio pro-
pter habitudinem, ac si diceres gaudeo verberatione Socrati, quia ferrur q̃ So-
crates sit verberans, aut verberatus. Et aliquando fit per ablationem & defe-
ctum: exempli gratia, vt sermo dicentis, qui non ambulabit, poterit ambula-
re, & qui non scribet, poterit scribere, & hoc est verum: quando autem aufe-
tur dictio, poterit, & dicitur, qui non ambulabit ambulabit, & qui non scri-
bet scribet, putaretur q̃ qui non ambulat, sit ambulans, & ignarus scripturæ
sit scribens: putatur autem q̃ hoc sit in capitulo diuisionis & compositionis,
& hoc, quia defectus est positio compositi diuisi. Exemplum vero locorum,
quibus fit æquiuocatio propter diuisionem dictionis compositæ est, sicut quã-
do diceres, Socrates est sciens medicinam. Socrates itaque est sciens: & hoc,
quia iam verificatur de Socrate q̃ sit sciens medicinam, & non verificatur de
eo q̃ sit sciens simpliciter, hoc autem ita fuit, quia non sequitur, q̃ quando ve
rificatur sermo compositus de aliqua re, q̃ eius partes verificentur diuisæ de
ista re. Exemplum vero loci, qui est ex diuisione, est, quando res, quæ prædicantur diuisæ de partibus rei, verificantur, & de tota re secundum sui tota- E
liratem verificantur, quando autem componuntur sibijnuicem, falsificantur.
Putaret autem sophista, q̃ quando verificantur diuisæ, sequatur, q̃ verificen-
tur compositæ. Illud autem est contrarium primi loci. Exemplum autem eo-
rum, quæ verificantur de partibus rei diuisæ, & non verificantur de toto con-
iuncto, est sermo dicentis, ipsorum quinque est par, & ipsorum quinque est
impar, quinque itaque sunt par & impar simul: hoc autem est falsum, quia pa-
ritas & imparitas vtraque earum verificatur de parte ipsorum quinque sine
parte, de qua verificatur altera, quando autem prædicatur de toto, esset falsum.
Exemplum autem prædicatorum, quæ verificantur diuisa de tota re, & non ve-
rificantur de ea coniuncta, est, sicut sermo dicentis, tu es seruus, & tu es meus:
ergo tu es seruus meus: hoc autem est eorum, quæ iam falsificantur. Locus aũt,
qui est propter accentum, est, sicut si variaretur substantia dictionis, & variare-
tur sensus illius, aut variaretur ex productione ad correptionem, aut ex gra-
uitate in tenuitatem, aut ex continuatione in pausam, aut lateret eius substan-
tia, vel permutaretur eius dictio: hoc autem possibile est in scriptura sine pro
latione. Exempla autem istorum sunt, quæ dicuntur in idiomate arabico. Lo-
cus vero, qui est ex figura dictionum, est, sicut si fiat modus dictionis mascu-
linus modus dictionis fœminimus, aut modus dictionis passiuus modus dictio- F
nis actiuus, & putaretur q̃ masculinum sit fœmininum, & fœmininum mascu-
linum, & passiuum actiuum. Sicut est dictum arabum passiuum, calumniatum
loco calumniantis, & pulsatum loco pulsantis: hi autem sunt elenchi, qui fiunt
propter dictiones. Iam autem apparet q̃ sint sex per viam diuisionis, & hoc,
quia dictio fallit, quando non cœquatur rei, quando autem non cœquatur
rei, manifestum est q̃ significat rem plusquam vnam, quia non est impossibi-
le q̃ significat hanc rem, & rem additam ei vltra hanc rem, & rem subtractam
ab ea: quando autem hoc ita fuerit, tam significat rem plusquam vnam, aut per
eius additionem ad eam vltra rem, aut per subtractam ab ea, quando autem
hoc ita fuerit, non euadit eius significatio rei plusquam vnius: Aut q̃ accipia-
tur diuisi, aut q̃ accipiatur coniuncta alij. Rursus, quando fuerit ex parte,
qua est diuisa, non euadit ex reliqua trium diuisionum, Aut q̃ sit ei propter
eius primum modum impositum, & hoc est nomen æquiuocum. Aut sit hoc
propter additionem, aut subtractionem eius literarum, aut variationem ordi-
nis earum, & illa est fallacia, quæ accidit propter substantiam dictionum, &
grauitatem & tenuitatem, & cæteras res, de quibus protrahitur vsus idioma-
tum: quando autem hoc accidit ei, est, quia ipsa annectatur alteri, non quia hoc
accidat ipsimet compositioni, licet accidat ei ex varietate illarum a diuisione
in compositionem, qui est locus diuisionis, aut ex compositione in diuisionẽ,

A qui est locus compositionis: quando autem per se notum fuerit, q̃ non sit hic
diuisio consequens dictionem, qua significat plusquam rem vnam, ex parte qua
est fallens per se, non ex parte, qua est fallens per accidens, sicut est fallacia,
quæ accidit ex ea cum permutatione, hoc est, permutatione dictionis loco dic-
tionis, est manifestum, q̃ loca fallentia ex dictionibus sint ista sex.

De locis redargutionum sophisticarum extra dictionem.
CAP. IIII.

IAR VM vero, quæ extra dictionem sunt captionum, species sunt septem. Vna quidem propter accidens: secunda autem propter id quod simpliciter, vel non simpliciter, sed aliquo modo, aut vbi, aut quando, aut aliquid dicitur: tertia autẽ propter redargutionis ignorantiam: quarta vero propter consequens: quinta autem propter id quod est in principio sumere: sexta propter id quod non est causa, B vt causam ponere: septima vero propter plures interrogationes vnam facere. Propter igitur accidens captiones sunt, quando similiter quodcunque existimabitur rei & accidenti inesse: nam quia multa eidem accidunt, non est necesse omnibus prædicatis & ei de quo prædicantur, illa omnia inesse: nam omnia sic erunt eadem, quẽ admodum sophistæ dicunt: vt si Coriscus est alter ab homine, ipse est alter a se, est enim homo: aut si a Socrate alter, Socrates autem homo, ab homine alterum dicunt esse confessum, eo quòd accidit (a quo dixit alterum esse) hunc esse hominem. Propter id autem quòd hoc quidem simpliciter, illud autem aliquo modo, & nõ præcipue, quando quod in parte dicitur, vt simpliciter dictum sumitur: vt si non ens est opinabile, quod non ens est: non enim est idem esse quiduis, & esse simpliciter. Aut rursum, quoniam quod est non est, si eorum quæ sunt quippiam non est, vt si non est homo: nam non idem est non esse quiduis, & non esse simpliciter: apparet autem, eo C quòd per quam propinquum est dictione, & parum differat esse quiduis, ab eo quod est esse, & non esse quiduis ab eo quod est non esse. Similiter autem propter id, quod est aliquo modo, & simpliciter: vt si Indus cum sit totus niger, albus est dentibus, albus igitur & non albus est. Aut si ambo aliquo modo, quod simul contraria inerunt: tale autem in quibusdam quidem, cuilibet facile est considerare. Vt si sumens Aethiopem nigrum esse, dentibus dicat quòd albus: si ergo ibi albus, quòd niger, & non niger, putabit disputasse syllogistice, cum perfecerit interrogationem. In quibusdam vero latet frequẽter, in quibuscunque cum aliquo modo dicatur, simpliciter videtur sequi: & in quibuscunque non facile est considerare vtrum eorum præcipue sit assignandum. Fit autem tale, in quibuscunque similiter sunt opposita: nã videntur vt ambo, aut neutrum dandum esse simpliciter prædicari: vt si dimidium quidem album, dimidiũ vero nigrũ, vtrum album, an nigrum?

Universidad de Deusto Biblioteca

Redargutio quid.

Quæ autem sunt propter id, quod non determinatur quid est syllogismus, aut quid redargutio, fiunt propter omissionem orationis: nam redargutio est contradictio vnius & eiusdem, non nominis, sed rei, & nominis non synonymi, sed eiusdem ex iis, quæ data sunt ex necessitate, nõ connumerato eo quod erat in principio, secundũ idẽ, & ad idem, & similiter, & in eodem tẽpore. Hoc autem modo fieri potest, vt quis falsum dicat de aliquo: quidam autem omittentes aliquid eorum, quæ dicta sunt, apparent redarguere: vt quod idem duplum & non duplum: nam duo vnius quidem dupla, tria autem non dupla. Aut si eiusdem idem duplum, & non duplum, sed non secundum idem: nam secundum longitudinem duplum, secundum latitudinem non duplum. Aut si eiusdem, & secundum idem, & similiter, sed non simul: quare est apparens redargutio. Trahat autem aliquis hanc & in eas, quę sunt propter dictionem. Quę aũt propter id, quod in principio erat, sumuntur, fiunt quidem sic & tot modis, quot modis contingit quod in principio est petere: videntur autem redarguere, eo quod non possit quis inspicere idem, & diuersum. Quæ vero propter consequens est redargutio, ideo est quòd putent conuerti cõsequentiam: nam si cum hoc est ex necessitate, illud sit: & cum illud est, putant & alterum esse ex necessitate: vnde & (quæ ob opinionem ex sensu sunt) deceptiones fiunt: nam sæpe esse mel, fel suspicati sunt, eo quòd sequitur flauus color mel. Et quia accidit terram, pluuia madidam fieri, etiam si sit madida, opinantur pluisse: id autem non necessarium est. In rhetoricis quidem quæ secundum signum fiunt demonstrationes, ex consequentibus sunt: nam volentes ostendere q̃ adulter, quod consequens est, accipiunt, quod comptus, aut quod videtur noctu errabundus: pluribus autem hæc quidem insunt, prædicatum tamen non inest. Similiter autem & in ratiocinatiuis: vt est Melissi oratio, quod infinitum est vniuersum: sumens autem vniuersum ingenitum (nam ex nihilo nihil fieri) quod autem factum est ex principio fieri: si igitur non factum est, principium non habet vniuersum. quare infinitum: non necesse est autem hoc accidere, non enim si omne, quod factum est, principium habet, etiam quicquid principiũ habet, factum est: quemadmodum neque si febriens calidus: etiam calidum necesse est febrire. Quæ vero propter non causam, vt causam: cum assumitur quod non causa est, tanquam propter illud fiat redargutio: accidit autẽ tale, ad impossibile syllogismus: necessariũ enim est in his aliquid interimere ex iis, quæ posita sint: si ergo enumeretur in necessariis interrogationibus ad id, ad quod accidit impossibile, videbitur propter id sæpe fieri redargutio, vt quod non est anima, & vita idem: nam si generatio corruptioni est contrarium, & alicui corruptioni erit quædam generatio contrarium: mors autem corruptio quædam, & contrarium vitæ, quare vita generatio, & viuere generari: hoc autem impossibile: non ergo idem anima & vita. Nequaquam

collectum est, nam accidit (tametsi quispiam non idem dicat vitam & animam) impossibile: sed solum, contrarium vitam quidem morti, cum sit corruptio, corruptioni autem generationem. Incollectiles igitur simpliciter non sunt huiusmodi orationes, sed ad propositum in collectiles: & latet plerunque non minus ipsos interrogantes quod tale est. Propter igitur consequens, & propter non causam orationes huiusmodi sunt.

Quæ autem propter id, quod est duas interrogationes vnam facere, quando latet plures esse, & perinde ac vna sit, assignatur responsio vna. In aliquibus autem facile est videre quòd plures, & quòd non danda vna responsio: vt verum terra mare est, an cœlum? in aliquibus vero minus, & quasi vna sit, aut confitetur (eo quod nequeũt respondere ad interrogatum) aut redargui videntur: vt putas hic & hic, est homo? quare cum aliquis percusserit hunc & hunc, percutiet hominem & non homines. Aut rursum quorum hæc sunt quidem bona, illa autem non bona: omnia hæc bona, an non bona? nam vtrũuis dixerit, est quidem vt aut redargutionem, aut falsum apparens videatur facere: nam dicere eorum, quæ non sunt bona, aliquid esse bonum, aut eorum, quæ bona sunt, non bonum, falsum. Quandoque autem assumptis quibusdam, redargutio etiam fiet vera: vt si quis cõcedat similiter & vnum & plura dici alba, & nuda, & cæca: nam si cæcum est quod non habet visum, natum tamen habere, & cæca erunt quæ non habent visum, nata autem habere: quando igitur hoc quidem habet visum, illud autem non habet, ambo erunt vel videntia, vel cæca: quod est impossibile.

Sermodecies lacijs ex rebus.

Loca autem fallentia sunt septem loca, quorum vnus est, quod currat id, quod est accidens cursu eius, quod est per se. Secundus autem est acceptio connexi, vt absoluti, seu secundum quid, vt simpliciter quando acciperetur id, cuius semitæ est quod accipiatur connexum solum, ac si esset verum simpliciter, hoc est id, quod est connexum attributo, id est alicui attributo, aut quo ad tempus, aut quo ad locum, aut quo ad aliam speciem connexionum. Tertius autem est, qui accidit ex pauca notitia conditionum elenchi, & illatione oppositi eius, de cuius notitia & esse gloriatur aduersarius. Quartus autem est locus consequentis. Quintus est prologus ad quæsitum, seu petitio principij. Sextus est acceptio non causæ, vt causæ. Septimus est acceptio interrogationum plurium, ac si esset interrogatio vna. Elenchi itaque, qui fiunt ex eo quod est per accidens, sunt, quando contigerit quod prædicetur aliqua res de re aliqua per se, & contigerit alteri illarum duarum rerum, aliqua dispositio per accidens, quia putaretur quod id quod est per accidens, inueniatur alteri illarum duarum rerum per se: exempli gratia, sermo dicentis, Socrates demonstratus est non homo, & Socrates demonstratus est homo, sicque homo non est homo: & hoc, quia prædicatio humanitatis de Socrate est per se: accidit autem huic ex parte, qua est singularis, quod fuerit non homo, quod est species & vniuersale: & putatur propter hoc, quod sequatur ex illo, quod homo sit non homo: exemplum huius etiam est. Socrates est non Plato: Plato autem est homo: ergo Socrates est non homo. Fallacia autem, quæ accidit ex acceptione connexi absolute, ideſt secundum

quid, simpliciter est, sicut si diceret quispiam, si quod est non ens, esset opinabile, opinabile autem est ens, id itaque, quod est non ens, est ens. Aut diceremus, si quod est ens, est opinabile, opinabile autem est non ens, id itaque, quod est ens, est non ens. Hoc autem verificaretur, quando connecteretur, nō quando absolutur: & hoc, quia quod non est ens extra cogitationem, est itaque ens secundum cogitationem, non simpliciter. Sic etiam quod est ens secundum cogitationem, esset non ens extra cogitationem, non simpliciter, hoc est, quod verificetur res de illo simpliciter, & sequatur ex eo quod verificetur non simpliciter: accidit autem fallacia in hoc loco, quando accidit quod sit pauca, & latens differentia inter absolutum & connexum: quanto autem differentia fuerit magis latens, magis fuerit fallacia per illam, & difficilius constabit modus fallaciæ in ea: quanto vero euidentior fuerit, minus erit fallacia, & facilius cō stabit. Hoc autem variabitur secundum materias, & in quibusdam locis poterit esse, quod cadat fallacia, cuius solutio non sit facilis, in aliquibus autem locis accidit fallacia, cuius solutio sit facilis. Exempli gratia, sermo dicentis æthiops est niger, & æthiops est albus secundum dentes; Ethiops itaque est albus niger simul. Possibile enim esset quod accideret talibus fallacia in hoc, ex quo est latens varietas inter nigredinem æthiopis, & albedinem eius dentium, & ideo possibile est, ꝙ homo admittat, ꝙ æthiops sit niger, & admittat ꝙ sit albus propter albedinem eius dentium: hic autem non est valde latens, ideo iam facilis est eius solutio pluribus hominibus. In aliquibus vero locis non cadit per hoc fallacia propter cogitationem varietatis inter illa, sicut est sermo dicentis æthiops est homo niger, homo autem est albus, quia non accidit ex hoc, quod homo niger sit albus, ex quo albus & niger sunt duæ species hominis notæ: differentia autem inter eos est nota valde, & manifesta omnibus, & ideo possibile est vni, ꝙ admittat ꝙ homo æthiops sit niger, & ꝙ homo sit albus, & possibile est ꝙ admittat, ꝙ æthiops sit niger, & albus secundum eius dentes. Locus vero est, quo accidit fallacia propter ignorantiā vnius conditionum elenchi. Hoc itaque accidit ex priuatione notitiæ conditionum syllogismi concludentis elenchum: testimonium autem est notitia conditionum contradictorij, & hoc, quia contradictorium non est, quod contradicit secundū dictionem solum, sed secundum rem, hoc est, quod ipsa eadem res sit in enuntiatione affirmatiua, quæ ipsamet est res in enuntiatione negatiua, quæ opponitur illi omnibus modis. Fit autem hoc, quando res prædicata in illis fuerit vna, aut subiectum vnum, aut reliquæ conditiones eædem, quæ largiuntur in vna duarum enuntiationum oppositarum, sint ipsemet, quæ largiuntur in altera, ex tempore, & loco, & modo, & cæteris, quæ dictæ sunt in libro perihermenias. Iste autem locus est fallens, quia quidam homines vili sunt sibi, quod quando contradixerint enuntiationi, quam argumentatus est aduersarius, quod dimittant eam absque ꝙ contradicant ei secundum conditiones, quæ terminatæ sunt in eo quod præmissum est, sicut poneret supponens ꝙ hoc sit duplum huius, & declarator declararet, ꝙ non sit duplum, dicere autem nostrum de eo, ꝙ non sit duplum, verificatur de eo modo alio a modo, quo verificaretur de eo, ꝙ sit duplum, & agens hoc opinaretur, ꝙ iam dimisisset, sicut verificaretur, quod linea sit dupla lineæ ex parte longitudinis, & non dupla ex parte latitudinis, postquam linea est longitudo, cui non est latitudo. Fallacia autem, quæ fit, accidit propter prologum ad quæsitum primum seu petitionem principij. Accidit itaque tot modis, quot possibile est, quod accipiatur oppositum rei cū interrogatione, ac si esset non oppositum. Intendo autem per oppositum illorum, cuius intenditur destructio, & accidit in hoc elenchus, & hoc, quando annecteretur ipsimet rei, sicut declaratum est de syllogismis, qui componuntur ex oppositis. Ille autem est duarum specierum prologus ad oppositum quæsiti, & ille est, cuius meminit Aristo. ꝙ sit ille, quo vt plurimum accidit elenchus, & prologus ad ipsummet quæsitū. Iam autem dictū est in libro priorū de modis, quibus possibile est ꝙ accidat hoc accidēs vere. De modis aūt, quibus putas.

quod iam accidat hoc, & non accidat dictū est in libris topicorū. Causa vero loci, quo accidit fallacia elenchi propter consequens, est putare conuersam affirmatiuæ vniuersalis esse vniuersalem: exempli gratia, qñ apud aliquē hominē fuerit, quod omnis prægnantis ventet sit tumens & oriatur in eius mente quod omnis tumēs ventet sit prægnans. Ex hoc autem loco multoties accidit fallacia sensui, adeo quod putatur de felle, V.g. quod sit mei propter citrinitatem, quæ sentitur in vtrisque, & putatur de terra humecta, quod pluerit in eam, quia sensatum fuerat, quod terra, in quam pluerat, sit humecta: hoc autem nō est verum. Et ideo dicimus, quod nō concludit syllogismus ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Syllogismus autem signi, qui sit in rhetorica, iam sit ex duabus affirmatiuis in figura secunda, quia tales syllogismi iam fiunt in rhetorica ex rebus, quæ consequuntur duabus extremitatibus: sicut quando intendit rhetor declarare, quod iste sit adulter, & acceperit consequens adulterum: gratia exempli, qui est fucus, aut error incessus nocturni: & diceret iste fucatur, & adulter fucatur, ergo iste est adulter: hoc autem non est verum: fucus enim innitur adultero, & non adultero, sicque etiam & error incessus nocturni. Et ex hoc loco erravit Melissus, quādo dixit, quod totum non habeat principium, & hoc, quia inuenit verum quod omne generabile habet principium, opinatus est, quod quicquid habet principiū sit generabile, & ex quo opinatus est illud, verificatum est ei contrarium eius contradictorij, quod est, quod quicquid non est generabile, non habeat principium, mundus autem non est generabilis, ergo illud non habet principium, & quod ipsum etiam sit infinitum, & non quando omne generabile habet principium, sequitur ꝙ omne habens principium sit generabile, sicut ꝙ si omnis febricitans sit calidus corpore, non sequitur, ꝙ omnis calidus corpore sit febricitans. Locus autem, quo accidit elenchus fallens ex acceptione eius, quod non est causa conclusionis, ꝙ sit causa, sit, quando in syllogismo accipitur præmissa cum præmissis, ex quibus sequitur conclusio falsa: aliter autem putaret, ꝙ conclusio sequeretur ex illa præmissa, hoc autem accidit in syllogismo ducente ad impossibile, hoc est syllogismo contradictionis, quia auferret partem præmissarum positarum in eo, inquantum inferret falsum, accidit autem valde in eo ꝙ ingrediatur præmissa, quā sophista intenderet destruere cum summa præmissarum falsarum, ex quibus accidit ipsum falsum. Quando autem acciderit, putatur ꝙ acciderit ex illa præmissa, in cuius destructione erraverunt, ipsum autem falsum sequitur non ex illa præmissa, sed ex alia præmissarum falsarum, quas posuerat. Exempli gratia, diceret quispiam, quod anima, & vita nō sint vna res, quia si essent vna res, omnes species generationis essent contrariæ omnibus speciebus corruptionis, & singulis speciebus corruptionis essent singulæ species generationis, quæ eas appropriarent, quæ essent eis contrariæ, mors autem est corruptio quædam, sicque vita est generatio quædāqñ aūt vita fuerit generatio, vita est ei quod fuit, & perfectum est, generatio autē est, quod generatur. Illud itaque, quod generatur, iam fuit, hoc aūt est diuersum impossibiliter: ergo ala, & vita nō sunt vna res, qñ hoc falsum sequitur ex hoc sermone, licet nulla suarum præmissarū supponat, ꝙ anima, & vita sint vna res: & ideo non dicimus, quod non sit illatiuus simpliciter, sed dicimus, quod non sit illatiuus in comparatione ad id, quod intenderat concludere. In essentia autem istius exempli est fallacia quædā, sed non curamus de ea hic: & ideo hoc exemplum facit errare multos. Fallacia autem, quæ accidit in ea ex loco consequentis, & ex acceptione eius, quod non est causa conclusionis, ac si sit causa, sic fit: Fallacia vero, quæ accidit ex acceptione duarum interrogationum in vna interrogatione, accidit ex parte, qua ferret duo responsa diuersa, quibus responderetur vnico responso. Accidit autem hæc fallacia, quando accipitur loco vnius prædicati in enuntiatione plusquam vnum prædicatū, & loco vnius subiecti in enūtiatione plusquā vnū subiectū. Exēplū itaq; eius, ꝙ accipiant loco vnius ꝓdicati duo ꝓdicata, est sermo dicēs, terra est ex aliqua re & aqua. Iste, n. est duæ enūtiationes, & duæ interrogationes, nō vna. Exēplū aūt acceptionis duorū subiectorū est sermo dicēs, hic, & hic est hō: hic, n.

sunt duę enuntiationes, non vna enuntiatio. Quidam autem hominum est, qui D quando interrogatus fuerit talibus interrogationibus pluribus, ac si essent vna interrogatio, forte cogitabit multiplicitatem, quæ est in interrogatione, & stabit, & pausabit. Forsitan autem respondebit vnico responso, & proueniet ei elenchus, & fallum: sicut, si diceremus, hic, & hic est homo. Ille itaque, qui percusserit hunc, & hunc, percussit itaque vnum hominem, non duos homines. Plurimum autem quod accidit fallacia secundum hunc locum est, quando contigerit, ꝙ prædicata rerum, de quibus interrogatur interrogatio, sint contraria, sicut in aggregato quarundam rerum sit bonum, & earum sit aliquid qđ non sit bonum, & interrogaretur de omnibus ipsis vna interrogatione, an sit bonum vel non bonum: quæcunque autem duarum responsionum responderetur esset fallacia: nisi diuideret aliquam rem in eas, & ferret responsum de eis secundum numerum interrogationum, quæ sunt in eis, sicut si interrogaretur, an fruitio sensibilium, & fruitio intelligibilium sit bona, an non bona? quia si diceretur bona, erraretur, quia fruitiones sensatæ, non sunt bonæ. Si autem diceretur malæ, erraretur, quia fruitiones intellectiuæ, sunt bonæ & laudabiles. Quando autem illarum plurium rerum iudicium fuerit vnum iudicium, iste locus non fit falsigraphus, & hoc, quando iudicium totius ex illis fuerit idem, quod iudicium vnius, quia tunc interrogatio de omnibus est, sicut interrogatio de vna earum, sicut diceretur an hoc, & hoc sit cæcum, postquam cæcitas fuit priuatio visus: videns autem non differt a vidente, ex parte qua est vidēs, & in tali loco fit ex vna eadem enunciatione responsum enuntiationum pluriū: quando autem vnum eorum fuerit cæcum, & alterum videns, impossibile est, quod responsum sit vnum.

Omnes sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum iri. *Cap. V.*

AVT igitur sic diuidendum apparentes syllogismos, & redargutiones: aut omnes reducendum ad redargutionis ignorantiam, iis, qui hanc principium faciunt: fieri enim potest, vt omnes resoluamus dictos modos ad redargutionis definitionem. Primum quidem si incollecti les fuerint, oportet enim ex iis quæ posita sunt, accidere conclusionem, & (vt ita dicam) ex necessitate, atque non apparere. Deinde & secundum partes definitionis: nam earum, quæ sunt in dictione, hæ quidem sunt propter duplex, vt æquiuocatio & oratio, & similis figura: consuetum enim id, omnia, vt & illud quippiam significare. Compositio autem, & diuisio, & accentus, eo quòd nō eadem est oratio, aut nomen quod differens: oportebat autem & id esse, quemadmodum & rem eandem, si debebat redargutio, vel syllogismus esse: vt si tunica, non vestis syllogizetur, sed tunica: nam verum est & illud, sed non syllogizatū est: sed adhuc interrogatione indiget, quod idem significat ad eum, qui quærit propter quid. Quæ vero secundū accidens, definito syllogismo manifestæ fiunt: nam eandem definitionem oportet syllogismi & redargutionis fieri, attamen & adiunge re contradictionem: nam redargutio syllogismus est contradictionis: si igitur non est syllogismus accidentis, non fit redargutio: non enim si cum hæc sint, necesse est illud esse, id autē est album esse propter

Hoc est, iis, qui ignorātiā redargutionis, fundamētū ponunt omniū redargutionum.

A pter syllogismum: neque si triangulus duobus rectis tres angulos habet æquales, & accidit ei figuram esse, vel primum, vel principium, quòd figura, vel primum, vel principium tale est: nam non quatenus figura, vel primum, vel principium, sed quatenus triangulus demonstratio: similiter & in aliis. Quare si redargutio syllogismus quidam, non, erit quæ secundum accidens redargutio: Verum propter hoc & artifices & omnino scientes ab insciis redarguuntur, nam secundum accidens syllogismos faciunt contra sapientes: qui verò non possunt diuidere, aut interrogati concedunt, aut cum non dant, arbitrantur dedisse. Quæ verò propter id quod aliquo modo & simpliciter, quoniam non de eodem affirmatio & negatio est: nam aliquo modo albi, aliquo modo non album: & simpliciter albi, simpliciter non album, negatio est: si igitur cum datur aliquo modo esse album, quis vt simpliciter dictum accipit, non facit redargutionem: apparet aũt propter ignorantiam ipsius, quid est redargutio.

B Manifestissimæ autem omnium, quæ prius dictæ sunt propter redargutionis definitionem, quare & sic nuncupatæ sunt: nam propter rationis omissionem phantasia fit, & diuisis hoc pacto, communein omnibus his ponendum est orationis omissio. Quæ vero propter id quod sumitur, quod erat in principio, & non causa vt causa ponitur, manifestæ sunt per definitionem: nam oportet conclusionem accidere, eo quòd hæc sunt, quòd non erat in non causis: & rursum non connumerato eo quod erat in principio, quod non habent ex quæ sunt propter petitionem eius quod in principio. Quæ vero propter consequens particula sunt accidentis: nam consequens accidit: differt autem ab accidenti, quoniam accidens quidem est in vno solo sumere, vt idem esse flauum, & mel, & album, & cygnum: quod autem propter consequens, semper in pluribus: nam quæ vni & eidem sunt eadem, & sibi inuicem postulantur esse C eadem: propter quod fit ea, quæ propter consequens redargutio: est autem non omnino verum, vt si sic album secundum accidens: nam & nix & cygnus albo idem: aut rursum in Melissrati oione iedm esse accipit factum esse, & principium habere, aut æqualia fieri, & eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim principium habet quod factum est, & quod habet principium, factum esse postulat, tanquam ambo eadem sint, eo quòd principium habent factum esse & finitum. Similiter autem & in iis quæ æqualia facta sunt, si eandem & vnam sumentia æqualia fiunt: & quę æqualia facta sunt, eandem & vnam magnitudinem sumunt: quare consequens sumit: quòd igitur propter accidens redargutio, in ignorantia redargutionis est: manifestum, & quòd ea quæ est, est propter consequens: inspiciendum autem est id & alias. Quæ vero propter id, quod est plures interrogationes vt vnam facere, in eo sunt quòd non enucleamus, siue non diuidimus propositionis orationem: nam

Captiones secūdum iustitiam redargutionis.

propositio vnum de vno est: nam idem terminus vnius solius rei, & D
simpliciter rei: vt hominis, & vnius solius hominis: similiter autem
& in aliis. Si igitur vna propositio est, quæ unum de vno postulat,
& simpliciter erit propositio talis, interrogatio. Atqui quoniam
syllogismus ex propositionibus est, redargutio autem syllogismus,
& redargutio erit ex propositionibus: si igitur propositio vnum de
vno, manifestum quoniam & hæc in redargutionis ignorantia: nam
apparet esse propositio, quæ non est propositio. si itaque dedit re-
sponsionem vt ad vnam interrogationem, erit redargutia: si autem
non dederit, sed apparet, apparens redargutio. Quare omnes
loci cadunt in redargutionis ignorantiam: qui quidem dicti sunt pro
pter dictionem, quia est apparens contradictio, quod erat proprium
redargutionis, alii autem propter syllogismi terminum.

De reductione omnium specierum fallaciarum ad fallaciam elenchi. E

ISta autem loca, quæ narrauimus, licet numerus suorum modorum sit iste, cu-
ius meminimus, omnia tamen reducuntur ad paucam notitiam elenchi, hoc
est, latentiam alicuius rei conditionum elenchi, & hoc, quia ex quo elenchus
verus est syllogismus inferens contradictorium conclusionis, quod notum est in
ea, manifestum est, ꝙ omniam istorum locorum fallacia apparet ex parte syllo-
gismi simpliciter, & ex partibus eius definitionis, & diffinitione contradictorij.
Ex definitione quidem syllogismi, quia iam dictum est de eo, ꝙ sit sermo, in
quo quando positæ fuerint res plures quam vna, sequitur ex illis aliquid aliud,
quando aut hoc ita nō fuerit, manifestum est ꝙ quando consequentia est, non est
necessaria, sed ex eis, de quibus putatur quod sint necessariæ, absque ꝙ ita sit.
Ipse itaque non est verus elenchus. Ex partibus autem eius definitionis est,
quia iam res, quæ ponuntur in eo, sunt duæ præmissæ & tres termini, quæ conue
niunt in vno termino, qui vocatur medius, sicque quando terminus medius non
fuerit vnus in eis, aut altera extremitatum non fuerit in conclusione, est mani-
festum quod non est syllogismus vere. Sic etiam, quando altera extremitatum
fuerit accepta secundum aliquam conditionem, quæ non fuerit accepta in conclu
sione: quando autem hoc ita fuerit, omnes fallaciæ, quæ fuerint propter æquiuo F
cationem nominis dictionum simplicium, & æquiuocationem compositionis, &
figuram dictionum, reducuntur ad esse terminum medium non vnum, in syllo-
gismo autem ad esse vnam extremitatum in præmissis aliam ab ea, quæ est in
conclusione. Ille autem, qui fit ex diuisione, & cōpositione, reducitur in acceptio
nem præmissarum secundum modum alium a modo, quo accipiuntur in cōclusio
ne, & non sunt vnum numero, neque in syllogismo, neque in conclusione. Falla-
cia autem, quæ fit ex eo, quod est per accidens, reducitur ad latentiam alicuius
conditionum syllogismi demonstrationis: & hoc, quia eius conditionis est, ꝙ eius
præmissæ sint necessariæ, & vniuersales. Id autem, quod est per accidens, non
est necessarium, neque vniuersale, sed particulare, quia quando inuenitur aliqua
res alba per accidens, non sequitur, ꝙ quicquid sit huius rei, sit album, neque se-
cundum modum, quo fuit, neque quando fuit, & vniuersaliter quando connecte-
retur aliqua res cum aliqua re, non sequitur ꝙ ista res sit connexa illi rei: exem
pli gratia, quia ex quo connectitur ipsi esse trianguli, quod sit figura, & quod sit
habens lineas, & quod sit habens angulos æquales duobus rectis, non sequitur
ꝙ quando inuenitur figura, ꝙ sit habens lineas rectas, & ꝙ eius anguli sint æqua
les duobus rectis. Sic quando obseruaueris quod præmissæ sint per se, & ꝙ

A sint præmissæ, quæ sunt in syllogismo simpliciter solum secundum rem, quæ
uentunt in termino medio secundum rem, non secundum dictionem, est manife-
stum, quod non accidit obseruatori neque cognoscenti in illo istud hic modus
fallaciæ, hoc est, quod sit propter dictionem, aut propter id, quod est secundum
accidens: & ideo iam posti bile fuit, quod sciens aliquam rem fallat eum, qui ne
scit syllogismum. Sicut sciens elenchum distinguens ista loca, quæ narrauimus
dignior est, ꝙ non erret quam sciens ea non distinguens ipsa, neque sentiens eo-
rum distinctionem in illas partes. Fallacia autem, quæ accidit propter acceptio-
nem rei connexæ vt absolute, ideſt secundum quid vt simpliciter, reducitur ita-
que ad paucam notitiam conditionum contradictorii, quia quod est album se-
cundum partem, non est eius contradictorium, quod non est album simpliciter,
sed putatur tale, ꝙ sit contradictorium propter paucam notitiam elenchi, & pro-
pter affinitatem differentiæ, quæ est inter ea: plurimum autem, quod aduenit ex
latentia conditionum contradictorij, est quod appropriatur nomine elenchi, &
est quod accipiatur destruens oppositum conclusionis, id autem, quod non est
oppositum, & locus absoluti & connexi seu simpliciter, & secundum quid ex
ista parte est pars istius loci, sed ex parte, qua accidit ex eo quod præmissa sit ac
cepta secundum aliquem modum, qui non est modus, quo accipitur in conclusio-
ne, est locus separatus per se. Et fallacia, quæ ingreditur hanc partem, quæ re-
B ducitur in latentiam elenchi, est, ꝙ termini accepti in præmissis sint ipsimet,
qui accepti sunt in conclusione. Fallacia autem, quæ est propter petitionem
principii & propter acceptionem non causæ conclusionis vt causæ, manife-
stum est quod accidit ex latentia eius, quod est acceptum in definitione syllogis-
mi. Petitio quidem principij accidit, quando latuerit, quod consequens sit alia
res a conclusione, & hoc, quia consequens in petitione est ipsamet præmissa: &
sic etiam acceptio vt causæ eius, quod non est causa, fit illi, quem latuerit quod
consequēs ex syllogismo sit necessario. Locus vero consequentis reducitur ad
eum, qui est secundum accidens, & aliquo modo ingreditur sub eo. Sed differentia
inter ea est, quia hic est putare de vno ꝙ sint plura. Exempli gratia, quia ex
quo accidit citrinitati demonstratæ quod sit mel, putatur ꝙ omne citrinum sit
mel, hic autem est putare de pluribus quod sint vnum, & hoc, & quia ex quo
accidit scribenti, ꝙ sit albus, putauerunt quod scribens sit albus, & ex hoc
loco, hoc est, loco consequentis, putauit Melissus, ꝙ omne habens princi-
pium, habeat generationem, quia ipse putauit, quod id, quod accidit illi,
quod est generabile, accidit omni habenti principium, hoc est, quod sit gene-
rabile. Causa autem fallaciæ, quæ accidit propter acceptionem plurium in-
terrogationum, vt vnam interrogationem, est latentia illius, quod dictum est
in definitione contradictionis: ex quo conuenit ꝙ prædicatum in illis præmissis
C sit vnum: & subiectum vnum, & ꝙ vni affirmationi non sit nisi vna negatio,
nec vni negationi nisi vna affirmatio, quia quando fuerit vnum, contradictio
fit vera, quando autem putatur de eo quod sit vnum, & non est vnum, eius
elenchus est falsigraphus. Omnes itaque isti modi reducuntur ad paucitatem
notitiæ elenchi: hic autem est syllogismus verus secundum figuram concludens
contradictorium rei, cuius destructio intenditur: sicque, quando latebit aliqua
res ex conditionibus syllogismi veri secundum figuram, aut ex conditionibus
contradictorij, accidunt ista loca fallentia. Sicque iam declaratum est ex hoc,
quod ista .13. loca dictionalia, & septem descripta reducuntur ad latentiam defi-
nitionis elenchi veri, aut partium eius definitionis, hoc est ad latentiam defi-
nitionis syllogismi, aut latentiam definitionis contradictorij, & qd' quædam eo-
rum sunt, quæ reducuntur ad latentiam definitionis contradictorii, & quæ-
dam reducuntur ad latentiam definitionis syllogismi. & quædam eorum re-
ducuntur ad ambas res simul. Loca autem fallentia ex dictionibus conue-
niunt, quia ipsa faciunt putare illum, qui non est syllogismus, quod sit syllo-
gismus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causæ deceptionum, captionum sophisticarum. Cap. VI.

DEceptio autem fit in iis quidem, quę propter æquiuocationem, & orationem, eo quòd non potest quis diuidere id quod multipliciter dicitur: nam quædam non est promptum diuidere, vt vnum, & ens, & idem. In iis autem, quæ sunt propter compositionem, & diuisionem, eo quòd nihil putatur differre composita & diuisa oratio, ceu euenit in plurimis. Similiter autem & in iis quæ sunt propter accentum: non enim aliud videtur significare intensa, & remissa oratio in aliquo, aut non in pluribus. Eorum verò, quæ sunt propter figuram, ob similitudinem dictionis: difficile est enim diuidere, quæ similiter, & quæ aliter dicuntur: nam ferme qui hoc potest facere in promptu est, vt videat verum: maxime autem sciet innuere, quòd omne, quod de aliquo prædicatur, arbitramur idipsum aliquid esse, & vt vnum intelligimus: nam vnum, & substantiam maxime videtur sequi id, quod est aliquid, & ens. Quare in iis, quæ sunt propter dictionem, hic locus ponendus: primum quidem magis deceptio aggignitur in iis, qui cum aliis considerant, quam qui per seipsos: nam ea, quæ cum alio est consideratio per orationem est: quæ autem per seipsos, non minus per ipsam rem. Deinde & per seipsos decipi accidit, quando in oratione facit considerationem: præterea deceptio quidem ex similitudine, similitudo autem ex dictione. In iis autem, quæ sunt propter accidens, eo qꝺ non potest diiudicare idem & diuersum, & vnum & multa: neque quibus prædicatorum omnia hęc & rei accidunt. Similiter autem & in iis quæ propter consequens sunt: pars enim quædam accidentis, est consequens. Amplius & in multis apparet, & postulatur hoc pacto, si hoc ab illo non separatur, nec ab alterū separatur alterum. In iis vero, quæ sunt propter omissionem orationis, & in iis quæ sunt propter id quod aliquo modo & simpliciter, eo quòd propter parum deceptio est. nam quasi nihil consignificet quid aut aliquo modo, aut simpliciter, aut alicubi, aut nunc, vniuersaliter concedimus. Similiter autem & in iis quæ quod in principio est sumunt, & in non causis, & quæcunq; plures interrogationes vt vnam faciunt: in omnibus enim his est deceptio, ob id quod propter parum: nam non exacte discernimus: neque propositionis, neque syllogismi terminum, propter prædictam causam.

Id est, acuta grauis: nam acuta intenditur, grauis remittitur.

De rebus, & h' elẽchi sũt deceptini, & de elẽchorũ speciebus secundum illas.

CAusa aũt fallaciæ, quę sit pp equiuocationem dictionum, est difficultas separationis rerum multarum, de quibus dicitur dictio vna, & signanter per dictiones disperatas, quod multiplicat esse rerum, in quas cadunt, & difficilis sit earum cognitio & separatio, sicut est separatio rerum, in quas cadit nomen vnius & entis. Causa autem fallaciæ, quæ accidit propter dictionem dictionis, & eius compositionem, est pauca perceptio diuersitatis,

A quæ accidit significato dictionis, quando aliquando diuiditur, & deinde componitur nonnunquam, & sic etiam ipsi dictioni, quæ aduenit propter æquiuocationem figuræ, & diuersitatem dispositionis suarum literarum, & punctorum secundum suas significationes. Ille autem, apud quem est potestas cognoscẽdi fallacias, quę fiunt propter dictionem, proximus est, quod non erret in rebus nisi pauco errore, & hoc, quando festinat, & distinguit rem, de qua verificatur attributum, aut falsificat, quia putaret omnes illas res, quas significaret ista dictio, ac si essent sensatę apud eum, & demonstratę, & festinaret, & determinaret secundum dispositionem, qua conueniret eis hoc attributum, determinatione conuenienti: exempli gratia, quando audiuerit quis, quod res sit eis vnum, determinauit quod ista res sit singulæ substantiæ demonstratum, quia res, & ens dicuntur de substantia demonstrata vna secundum numerum, & ideo quod apparet nobis primo cꝺ fallacia accidit nobis, est propter dictiones, licet appareat etiam casus erroris propter res fallentes, quæ numeratæ sunt: & hoc, quia causa erroris, qui fit propter controuersiam aduersatij, & auditum eius, est fallacia illorum locorum dictionalium. Causa autem erroris, qui fit circa id, quod considerat homo in se, sunt illa descripta, licet accidat iam apud considerationem fallacia propter dictiones: & hoc, quando aliquis homo valde meditatur, quod disputat secum ipse, sicut faceret cum illo, cum quo litigat, & imaginatur dictiões
B cum rebus, & vniuersaliter causa fallaciæ in istis locis sunt præmissæ cum pauca perceptione differentiæ, quę sit inter quid sit diuisum, & quid sit idem. Sicque causa fallaciæ dictionũ est difficultas distinctionis inter eas, & inter res, & acceptio eius, quod est diuisum, ac si esset idem. Et hæc eadem est causa fallaciæ eius, quod est secundum accidens, & quod ille homo non distinxerit id quod consequitur vllum prædicatorum essentialium a rebus, quæ sunt per accidens. Et hac eadem causa accidit fallacia loci consequentis, quia hic locus, sicut dixi mus, ingreditur illam, quę est accidentis, & est pars illius. Causa autem fallaciæ, quæ accidit propter absolutum & connexum, seu simpliciter & secundum quid, est, quod putetur quod diuersum sit idem: hoc autem accidit propter paucitatem differentiæ, quæ fuerit inter ea. Sicque etiam fallacia eius, cuius causa est petitio principij, & ea, cuius causa est acceptio eius, quod nõ est causa, vt causa. Causa autem eius, quæ est acceptio plurium interrogationũ, ac si esset vna, est paucitas perceptionis differentię, quę est inter ea secundũ se. Acceptio nãt eius, qꝺ non est causa, est propter paucitatem differentię inter illud, & inter id, qꝺ est causa vere. Causa autem petitionis principij est paucitas differentiæ, q̃ est ibi inter formam syllogismi, quo positum est ipsum quæsitum, & inter verũ syllogismum, ex quo eius forma est forma syllogismi: quando autem hoc ita fuerit, causa fallaciæ, istorum locorum reducitur vniuersaliter in duas res, quarum
C vna est, quod putetur de eo, qui non est syllogismus, quod sit syllogismus propter paucam differentiam, quæ est inter eos, & quod putetur de eo, quod non est contradictorium, quod sit contradictorium propter paucitatem differentiæ, quæ est inter ea: hoc autem accidit, quando non perficiuntur definitiones earũq; eorum perfecti, neque subtiliter discernuntur, hoc est syllogismus elenchus, quia si declararetur nobis ex quot causis sint syllogismi sophistici fallentes, hoc est, elenchi sophistici, neque de omni elencho, qui putatur cꝺ sit elenchus, essent contradictio, neque elenchus. Elenchi autem vniuersales non proportionati, sunt qui non proportionantur alicui arti artium demonstratiuarum, & sunt elenchi, de quibus putaret cꝺ sint elenchi, ille, qui non fuerit exercitatus in illis artibus, sicut elenchas artium demonstratiuarum sit elenchus verus non proportionatus, quoniam non proportionato vtitur ars topicæ: fallentur autem in hoc demonstratiue qui nescient, cꝺ hoc' genus sit proprium artis topicæ, hoc est eo vti non proportionato: & hoc, quia hęc ars vtitur falso, quando fuerit famosum, & eo magis ex nõ proportionato. Sic etiam vtitur elenchis falsis vniuersalibus, sicut artes demonstratiuę vtuntur elenchis propriis. Differentia etiam inter hanc artem vti elenchis vniuersalibus, & inter artem elenchi topicam vti eis est, quia ars tentatiua vtitur hoc ad augendum intellectionem & disciplinam, istius autem intentio est

fallere. Sic hęc ars est quodammodo pars artis topicæ, & sicut elenchus qui fit in redargutionibus demonstrationis ex præmissis vetis non proportionatis est sophisticus, sic elenchi, qui fiunt in arte topicę ex premissis, de quibus putatur, ꝙ sint famosę, & non sunt famosę, sunt sophistici, licet sint vert. Elenchi ergo sophistici sunt duo, quorum vnus est, qui putatur ꝙ sit verus, & est falsus. Secundus autem est, qui putatur, ꝙ sit illius artis, & non est ita, siue fuerit falsus, siue fuerit verus.

Postquam aũt fuerit hoc, declaratum, redeamus & dicamus, ꝙ omnes syllogismi sophistici inferũtur ex istis locis, si hęc loca fuerint omnes res fallentes, aut quidã eorũ inferũtur ex iis, si ista, quorũ meminit, nõ fuerint oẽs res fallentes. Iam aũt apparet ꝙ istę sint omnes res fallentes, ex eo qđ iam declaratũ est, ꝙ omnes elẽchi & contradictiones fallentes sint elenchorum & contradictionum, de quibus putatur, ꝙ sint veri elenchi, & non sunt veri, quia deficit eis aliquis partiũ res ex definitionibus elenchorum verorum: quando aũtem res ita fuerit, sequitur itaque quod numerus specierum elenchorum non verorum sit numerus specierum defectus ingredientis elenchos veros, & sequitur ꝙ numerus defectus ingredientis secundum eorum partes, hoc est secundum partes elenchorum verorum, sit secundum numerum partium illorum. Ex quo iam declaratum est, ꝙ elenchus verus est syllogismus concludens contradictorium rei, quę nota fuerit sẽm esse, & declaratum est ꝙ iste elenchus est verus, quãdo fuerint in eo tres cõditiones, quarum vna est, ꝙ sit verus sẽm figuram, & secunda ꝙ sit verus secundũ prę missas, & tertia ꝙ contradictorię inferentis sit vere contradictoriũ rei notę per ipsum, hoc est, conclusionis, cuius destructio intenditur. Manifestum itaque est ꝙ sequitur ꝙ loca fallentia elenchi ex rebus, quę sunt pręter loca dictionum, reducuntur in hęc tria, & hoc, quando videres demonstrationem notam, in qua non sit latentia, sed putatur de eo, quod non est contradictorium, ꝙ sit contradictorium. Aristo. autem meminit ꝙ non accidant ab illo ex locis fallentibus, nisi duo loca, quorum vnus est latentia conditionum, de quibus meminimus in capitulo contradictorii. Et secundus est acceptio duarum interrogationum, vt vnius interrogationis. In illo vero, qui est propter extimationem putare de eo, qui non est syllogismus, ꝙ sit syllogismus, tam meminit de eo omni ꝙ non accidunt illi duo loca solum, quorum vnus est syllogismus, qui vocatur petitio principij. Secundus autem est acceptio eius, quod non est causa, ac si esset causa in apparentia vero, quæ fit propter acceptionem partium syllogismi, quę sunt præmissę, hoc est, ꝙ putetur de eo, quod non est verum, ꝙ sit verum, ipse meminit ꝙ sint tria loca, quorum vnus est locus eius, quod est secundum accidens. Secundus autem est locus absolutionis, & connexionis, seu simpliciter & secundum quid. Tertius autem est locus consequentis, & illa est euersio. Sicque non inueniuntur decepiui ex istis tribus partibus sermonis elenchi, quę præmissę sunt, nisi isti. Hęc itaque loca sunt septem necessario, sicut meminit Aristo. & impossibile est ꝙ addatur eis, neque subtrahatur ab eis. Dicimus autem esse illas res deceptiuas contentas in istis partibus, ex quibus infertur, ꝙ elenchus est res manifesta.

Ex quibus locis captiones falsi. Cap. VII.

Vnde fiunt syllogismi sophistici.

QVoniam autem habemus propter quęcunque fiunt apparentes syllogismi, habemus & propter quęcunque fiunt sophistici syllogismi, & redargutiones: dico autem sophisticam redargutionem, & syllogismum, non solum apparentem syllogismum, aut redargutionem non existentem quidem, sed & existentem quidem, at apparenter accõmodatam rei. Sunt aũtem illæ, quæ non secundum rem redarguunt

& quæ mõstrant ignorantes, quod quidem erat proprium tentatiuæ. Est aũtem tentatiua, pars dialecticæ: illa aũtem potest syllogizare falsum, propter ignorantiam eius, qui dat orationem. Sophisticæ aũtem redargutiones, tametsi colligant contradictionem, non faciunt manifestum, si ignorat: nam & scientem impediunt hisce orationibus. ¶ Quòd aũtem illas habeamus, hac via manifestum est: nam propter quæcunque apparet audientibus vt interrogata syllogizare, propter hæc & respondenti vtique videatur: quare erunt syllogismi falsi per hæc aut omnia, aut aliqua: nam quod non interrogatus arbitratur dedisse, & interrogatus quoque ponet. Verum in quibusdam simul accidit & interrogare quod deest, & apparere falsum. vt in iis, quæ sunt secundum dictionem, & solœcismum. Si ergo syllogismi contradictionis propter apparentem redargutionem sunt, manifestum est quòd propter tot erunt & falsorum syllogismi, propter quot & apparens redargutio: apparens autem propter particulas veri: nam cum quodcunque defuerit, apparebit redargutio, vt quod propter non accidens: propter orationem, quæ ad impossibile & quæ duas interrogationes vt vnam facit, propter propositionem. & pro eo quod per se, quod propter accidẽs, & huius particula, quod propter consequens. Amplius, non in re, sed in oratione accidere: deinde pro vniuersali contradictione, & secundum idem, & ad idem & similiter, propter id quod in aliquo, vel propter vnumquodque horum peccat. Amplius, propter id, quod est non connumerato eo quod in principio, quod in principio sumere. Quare habemus secundum: quod fiunt captiosæ ratiocinationes: nam secundum pluta non erunt, secundum autem ea, quæ dicta sunt, erunt omnes. Est autem sophistica redargutio non simpliciter redargutio, sed ad aliquem & syllogismus similiter. Nam si non sumat id quidem, quod est propter æquiuocum vnum significare, & quod propter similitudinis figuram solũ hoc quidem, & in aliis similiter, neq; syllogismi, neq; redargutiones erũt, neq; simpliciter, neq; ad eũ qui interrogatur: si aũt sumãt, ad eũ, qui interrogatur erũt, simpliciter aũt non, erũt: non enim vnum significatum sumpserunt, sed apparẽs, & apud illum quidem.

De sufficientia locorum elẽchorum.

QVod vero non sint ex istis partibus nisi istæ, quarum meminit Aristo. est res indigens consideratione, & putatur ꝙ relinquere sermonem de illa, & eius dimissio sit dimissio ad perficiendum illam non ex nobis ipsis: hoc est qui venturi eramus post ipsum, quia hic est locus perscrutationis, & speculationis. Nos autem inuenimus Abumazar Alpharabium in suo libro, ꝙ iam addiderit istis locis octauum locum, qui est locus permutationis & translationis, hoc est, ꝙ loco rei accipiatur eius simile, aut consequens ipsum, aut rei annexum. Dicimus autem, an possibile sit, quod latuerit Aristot. hic locus, aut non latuerit eum. Si latuerit eum, nunquid latuerint eum cum hoc alia loca, vel quatiter sit huius dispositio: via autem, vt constet hoc, est hoc modo, quo Aristo. incepit declarare numerum locorum decepiuorum. Et dicimus nos ꝙ negatiua, quę putantur de eo, quod non est contradictorium, ꝙ sit contradictorium sunt plura ꝙ ista, quę narrauit hic Aristo, hoc itaque declarato est in libro pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rihermeniæ, ſicut ꝙ accipitur contrarium loco contradictorij in materia poſſibili, aut accipiantur contraria loco affirmatiuæ & negatiuæ, aut alia ab hijs, quæ dicuntur in hoc libro. Sic etiam declaratum eſt in libro priorum, ꝙ ſyllogiſmus ſit corruptæ formæ pluribus ex cauſis præter duas cauſas, quarum meminit hic, ſicut ꝙ ſint ex duabus affirmatiuis, aut ex duabus particularibus, & aliæ ſpecies ſyllogiſmorum non concludentium. Et ſic oſtenditur, ꝙ accidit nobis, ꝙ verificemus præmiſſas falſas propter alias res, ſicut ſunt teſtimonia & res, quæ ſunt abextra. Ac etiam accidit nobis iſtud propter inductionem, & exemplum, ſed hæc numerata ſunt in aliſs artibus, & non numerantur in arte ſophiſtica, hoc eſt, quia ille largitus eſt inductionem propriam topicæ, quæ facit acquirere veritatem topicam, & exemplum proprium rhetoricæ, quod facit acquirere verificationem oratoriã. Et ſic verificatio, quæ ſit ex teſtimonijs, & rebus, quæ ſunt ab extra, largitur propria arti topicæ, & arti rethoricæ ſecundum conditiones, quæ ibi dicuntur: totum autem hoc eſt ex illis, quæ requiſit ſpeculatio. Dicimus autem, ꝙ apparet ex Ariſto. in toto hoc, ex quo ipſe eſt, qui facit nos acquirere omnia iſta loca, ꝙ ipſe non iit ſibi viſus, quod loca deceptiua attributa huic arti ſint omnia loca, ex quibus accidit nobis deceptio, qualitercunque contigerit, niſi duabus conditionibus: quarum vna eſt, ꝙ eorũ deceptio ſit eſſentialis, hoc eſt, ꝙ deceptio de eis accidit valde nobis naturaliter ſicut ſuppoſitiones, quæ ſecundum ſuam naturam ſequuntur ex deceptione ſenſuum, quoniam acquiruntur hæc loca ex inductione cadente in ſpeculatione ſpeculantis res exiſtentes, ſicut eſt diſpoſitio reliquorum ordinum iſtarum artium. Secunda autem conditio eſt, quod locus faciat acquirere falſum ſemper, aut vt plurimum: quando autem hoc ita fuerit, non numeratur in rebus, quæ putantur de eo, quod non eſt contradictorium, ꝙ ſit contradictorium, niſi illa duo loca ſolum, quia ipſa ſunt cauſa deceptionis cadentis naturaliter ſecundum totum, aut ſecundum plurimum in hac parte elenchi: reliqua vero loca decipiunt vt in pauciori bus. Id autem, cuius actio fuerit vt in pauciori bus, non oportet ꝙ numeretur pars artis, quando hæc ars fuit ars efficiens deceptionem: & hoc, quia ſicut ars intendens actionem venenorum non ponit aliquam rem ſuæ artis, quæ ſit venenum vt in pauciori bus, ſed quod fuerit venenum vt plurimum, aut neceſſario, ſic eſt res in rebus, quæ ponuntur in hac arte gradu elementorum. Loca itaque, quæ conuenit numerare partem huius artis, ſunt, quæ valde parum percipimus, ea faciunt tamen acquirere falſum aut ſemper, aut vt plurimum, & propter hanc rem dixerunt antiqui demonſtratores, ꝙ præmiſſe falſę, quę ſunt ſemper, aut vt plurimum ſunt propriæ huic arti, ſicut verę vt plurimum ſunt proprie topicæ, & verę ſemper ſunt proprię demonſtrationi, veræ autem & falſæ æqualiter ſunt propriæ rhetoricæ: quando autem hoc ita fuerit, tam inquirun tur loca deceptiua, quę continet hæc ars, hoc eſt, ars ſophiſtica, & non inuenium tur talis diſpoſitionis, niſi hæc ſeptem ſolum, & hoc, quia reliquarum rerum', ex quibus apparet corruptio formæ ſyllogiſmi vltra duas cauſas, quarum memi nimus in hoc libro, putatur ꝙ non ſit noſtra modica ſenſatio de illis vt plurimũ, quoniam nos non inuenimus aliquos ſpeculatores, qui errarent propter vſum duarum negatiuarum in figuris cathegoricis, neque per duas particulares, niſi parum, & ſic putatur ꝙ ſint reliqua loca deceptiua contradictorij præter ea, quo rum meminimus hic ſolum. Res vero, quæ decipiunt propter præmiſſas, veriſimile eſt ꝙ ſint veræ, quia quæ numeratæ ſunt, ipſæ etiam ſunt quarum noſtra perceptio vt plurimum fuit pauca, & earum actio ſecundum falſitatem fuit ſemper & vt plurimum. Id vero, quod efficit deceptionem vt in pauciori bus, eſt proprium artis rhetoricæ, & talis eſt diſpoſitio exempli: & ideo non conuenit ꝙ numeretur eius deceptio pars iſtius artis, ſicut non numeratur deceptio inductionis. Sed iam dubitatur in hoc ſermone, & diceretur, ex quo iam nos inuenimus Ariſtot. ꝙ vſus fuerit locis conſequentis in hoc libro, & vſus fuerit ſyllogiſmo ſigni in rhetorica, quo nam modo eſt diſpoſitio huiuſmodi? Et dicimus quod ipſe vſus fuerit locis conſequentis hic ex parte, qua ipſum eſt deceptiuum in ipſis præmiſſis, & paucitas perceptionis earum eſt vt plurimum, &

Dubium

Solutio

cias actio deceptionis etiam eſt vt plurimum. Sed quando accipiuntur ex partę, qua componitur ex eis ſecunda figura ſolum, eſt narratio rhetoricorum, quia non vtitur ſecundum illum ipſis conuertibilibus, quę ſunt in ſecunda figura, & ideo non numeratur hic ex ſpecieb us locorum, quæ decipiunt ſecundum formã ſyllogiſmi, dum vtitur duabus affirmatiuis in ſecunda figura: & hanc ob cauſam Ariſto, non numerat hic locum permutationis, quia ille eſt locus poeticus. Intenta vero hic & fallacia prouenies ex eo eſt per accidens, non per ſe. Intenta vero hic & fallacia prouenies ex eo eſt per accidens, non per ſe. Poſt ſunt deceptiua per ſe, locus autem permutationis accidit eſſentiæ exempli. Poſt quam autem declaratum eſt iſtud, redeamus ad id, in quo fuimus de ex poſitione negatinarum rerum huius libri.

De veris, & falſis redargutionibus. Cap. VIII.

Vere redargutiones innumeręs.

PRopter quæcunq; autem redarguunt, qui redargutionibus vtuntur: non oportet tentare ſumere, ſine omnium quæ ſunt ſcientia: id autem non vnius artis, nam infinitæ fortaſſe ſunt ſcientiæ: quare manifeſtum, quoniam & demonſtrationes, redargutiones quidem ſunt, & verę nam quæcunque, eſt demonſtrare, eſt & redarguere eum, qui ponet contradictionem ueri: vt ſi commenſurabilem diametrum poſuerit, redarguet quis demonſtratione, quòd incommenſurabilis, quare omnium oportebit eſſe ſcium: nam aliæ quidem ſequuntur propter ea quæ in geometria ſunt principia, & eorum concluſiones: aliæ autem propter ea quæ ſunt in medicina: aliæ deniq; propter illa, quæ ſunt aliarum diſciplinarum. Sed & falſæ redargutiones ſimiliter infinitæ erunt. Nam ſecundum vnamquanque artem eſt falſus ſyllogiſmus: vt ſecundum geometriam geometricus, & ſecundum medicinam medicinalis: dico autem ſecundum artem, ſecundum illius principia. Manifeſtum eſt igitur, quòd non omnium redargutionum, ſed earum quæ ſunt ſecundum dialecticam, ſumendi ſunt loci. Nam ii communes ſunt ad omnem artem & potentiam, & eam quidem quæ eſt ſecundum vnamquanque diſciplinam redargutionem: ſcientis eſt conſiderare ſiue cum non eſt, apparet: ſiue cum eſt, & quare eſt, eã autẽ, quæ ex communibus eſt, & ſub nulla arte cadens, dialecticorũ: nam ſi habemus ex quibus probabiles ſyllogiſmi in quolibet, habebimus ex quibus redargutiones: redargutio nanque eſt ſyllogiſmus contradictionis, quare aut vnus, aut duo ſyllogiſmi contradictionis, redargutio eſt. Habemus igitur propter quæcunque omnes huiuſmodi ſunt: ſi autem hæc habemus, & ſolutiones habemus: nam illarũ inſtantiæ, ſolutiones ſunt. Habemus autem propter quæcunque & apparentes ſiunt, apparentes autem non cuilibet, ſed talibus: infinita enim ſunt, ſi quis conſideret illa, ſecundum quæcunque apparent quibuslibet. Quare manifeſtum eſt, quoniam dialectici eſt poſſe ſumere propter quæcunque ſit per communia, uel quę eſt redargutio, vel quæ apparet redargutio, vel dialectica, vel apparens dialectica, vel tentatiua.

Quæ ppria sit elenchorũ solutio, & quomodo Arist. scripserit de ea in hoc libro.

QVando autem declaratum fuerit istud, iam declaratum erit quot modis fiat D res decepti; vniuersales, & quod sint ex ipsis, non ex alijs, & quod sit nobis festinanter notitia in omni elencho cadente in omni arte artium demonstratiuarum: hoc autem non est res, quę sit in potentia istarum negatiuarũ hic traditarum, neque conuenit iactari de cognitione huius festinanter, sed posti bile est cognoscere illud in singulis artibus illi, qui contineret notitiam rerum inuentarum in illa arte, & ideo videtur quod elenchi prouenientes in singulis artibus sint infiniti, sicut quæsita earum sunt infinita, & quod numerus elenchorũ in eis est, sicut numerus quæsitorum, & eorum solutio est illorum: & hoc, quia soluit elenchum, vt qui concludit quod latus quadrati sit communicabile diametro, est ille, qui declarat demonstratione, qd' sit incommunicabile, quia isti elenchi, sicut diximus, sunt ex rebus essentialibus, res autem essentiales, quę prouenitunt in artes vt plurimum huius sunt propter particulares: solutio autem earum est eius, qui continet notitiam talis quęsiti. Sicq; notitia istarum particularium, hoc est propriarum in singulis artibus, non est vnius artis, immo pluriũ artium. Sicque notitia solutionis elenchorum propria habenti artem geometriæ est geometræ, & medicinę est medici: & hinc est quod apparet de istis elenchis, quod sunt infiniti. Elenchorum autem vniuersaliũ notitia est artis vniuersalis, sed quia istius artis gradus non est, quod exponat formam artis sophisticę, eius notitia & solutio est artis docentis, & vniuersalis, quę est ars topicę, & ideo videtur, quod id, quod dictum est de hoc in hoc libro, est ex parte qua est pars artis topicę. Sicq; tam declaratum est, quod non est istius artis solutio decepti- E onum particularium, neque vniuersaliũ, nisi ex parte qua est pars artis topicæ: Sed Arist. inquantum speculatus est hanc artem ex parte, qua est pars artis topicæ, largius est modos, quibus soluuntur isti decepti, & posuit eos partem huius libri.

Orationes ad nomen, & ad intellectum non bene diuisi. Cap. IX.

NOn est autem differentia orationum, quam quidam dicũt esse, has quidem ad nomen, illas vero ad intellectum. In conueniens enim est opinari alias quidem esse ad nomen orationes, diuersas vero ad intellectum, & non easdem. Quid enim est non ad intellectum, nisi quando non vtimur nomine (qui putat interrogare) eo, ad quod is qui interrogatus dedit? idem autem id est & ad nomen. Et ad intellectum autem, quando ad qd' F dedit intelligens. Si autem aliquis (plura significante nomine) vnũ putet significare, & interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnũ plura significat, sed & respondens & interrogans Zeno vnum putans esse interrogauit, & est oratio quod vnum, omnia) hæc ad nomen est, aut ad intellectum interrogantis disputata. Si uero aliquis multa putet significare, manifestum quod oratio illa nõ est ad intellectum. Primum igitur circa huiusmodi orationes, est ad nomen, & ad intellectum, quæcunque plura significant: deinde circa quamlibet est, nam non in oratione est ad intellectum esse, sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea, quæ dantur: deinde ad nomen contingit omnes eas esse: nam esse ad nomen, hoc in loco, est esse non ad intellectum: nam, si omnes erunt quædam aliæ quæ neq; ad nomen, neq; ad intellectum: illi vero dicunt omnes, & diuidunt el ad nomen,

A vel ad intellectum esse omnes, alias autem non. Attamen quicunq; sunt syllogismi propter id, quod multipliciter, horum aliqui sunt secundum nomen: nam absurde dicatur secundum nomen esse omnes, qui sunt propter dictionem: sed sunt quædam captiones non in eo quòd respondens ad eas se habeat aliquo modo, sed quia talem interrogationem oratio ipsa habeat, quæ plura significet.

Quod elenchi, aliq sint in dictione et alii extra dictionem.

MAnifestum autem est, quod sermo diuiditur in duas partes, quia aliquid eius est, quod significat secundum signum loquentis, & illa est significatio, quæ appropriat loquentem, & aliquid eius est, quod significat secundum modum nominis, & illa est significatio, quę appropriat audientem: Fallacia ait est proueniens propter significationem ipsius audit, non propter significationem signi, sicut quidam homines putauerunt hoc, per quod insinuatur Plato. Ipse enim erravit, quia putauit, quod dictio diuidatur in istas duas partes, inquantum ipsa est dicta, adeo quod eius est aliquid, quod significat, sicut signum loquentis, & eius est aliquid, quod significat, sicut nomen æquiuocum apud audientem, quia in vna eadem dictione aliquando reperitur, quod eius significatio sit secundum signum loquentis apud audientem, & aliquando sit eius significatio secundum B auditum nominis, non secundum signum loquentis. Quando autem quispiam interrogaret respondentem de aliqua propositione secundum nomẽ æquiuocum, intelligeret hic respondens vnam intentionem ex intentionibus, quibus significaret, offendet autem eum interrogans pro alia intentione præter istam intentionem, & decipietur eum. Eius itaq; significatio secundum auditum apud interrogantem, erit aliud ab eius significatione secundum signum respondentis, & eius estimationem: quando vero neq; respondens, neq; interrogans intenderit de nomine vnum significatum, illius significatio cum signo loquentis est eius significatio apud audientem, siue nomen æquiuocum significet plura, siue vnum: quãdo vero neque interrogans, neque respondens intelligeret ex eo, nisi vnum significatum, eius significatio secundum significatum, quod est in anima erit eius significatio secundum auditum. Iam autem accidit nomini q̃ dicatur de pluribus rebus, & sint duæ significationes eius, vna, hoc est, eius significatio ex parte, qua auditur, & eius significatio ex parte, qua proferunt per ipsum intentionem, quę est in anima: & hoc, quando interrogans, & respondens ex ista dictione intelligunt omnes intentiones, quibus dicitur, hoc nomen, sicut interrogabat Zeno, putans q̃ ens sit vnum secundum quod est plura apud ipsum secundum sensum. Interrogans autem intelligit ex dictione entis id, q̃ intelligit Zeno, & ex C intentione vnius id, quod intelligit Zeno, & respondet q̃ ens sit vnum, quia si significatio auditi est eadem significationi eius, quod est in signo significationis loquentis. Propterea, si diuideremus dictiones, & diceremus, q̃ quædam earum sit secundum nomen, & quędam secundum signum, q̃ est significatum, sicut decernit diuisio essentialis rei, adeo q̃ non sit aliquid vlterius. Sicque iam dimissimus rationem ex dictione audita, quia ratio dictionis sit secundum quod est in anima: quando autem ablata fuerit eius significatio, quæ est ei secundum signum, tunc non denominatur dictio, q̃ sit deceptiua, neq; quod sit non deceptiua, quia ambæ istæ denominationes consequentur ex parte, qua significant id, quod est in anima: sicq; nostra diuisio in id, quod est in signo, & in id, quod est secundum auditum, similis est diuisioni ex diuisionibus in id, quod est significans, & in id, quod est auditum, non significans solum. Dictio autem ex parte, qua auditur, non habet ingressum in sophisticam, neq; in ptiationem sophisticę, sicque sequitur falsum ex diuisione dictionum ista diuisione, & sequitur q̃ fallacia ex parte auditi ad eam, quæ est ex parte interrogationis differant: sicq; fallacia secundum se totam diuiditur in res ex parte nominis æquiuoci solum, aut ex parte dictionum auditarum, siue dictio fuerit nomen æquiuocum, aut aliud ab eo, quoniam species fallaciarum dictionum sunt multæ. Et hoc, quia isti visi sunt sibi, quod fallacia in syllogismo sit propter æquiuocationem in compo-

fitione, & sit in rebus separatis, quæ sunt partes syllogismi. Et propter æquiuocationem nominis simplicis, visum est sibi, quod fallacia æquiuocationis sit propter dictionem auditam: & ideo qui intenderit fallaciam, & posuerit eam propter æquiuocationem nominis auditi, sicut fecerat Plato, est in vltimo erroris, quia apparet quod sint hic multa deceptiua absque nomine æquiuoco simplici, & ex ipsismet rebus in se absq; quod sit ibi fallacia propter dictionem. D

De quonam primo differere, de syllogismone, an de redargutione. Cap. X.

ET omnino inconueniens est de redargutione differere, & nõ prius de syllogismo: nam redargutio syllogismus est, quare oportet & de syllogismo prius, quàm de falsa redargutione: nam talis redargutio, apparens syllogismus cõtradictionis. Quare aut in syllogismo erit causa, aut in contradictione (nam adiungere oportet contradictionem) quandoq; autem in vtroq; erit apparens redargutio: est autem de eo quod est silentia dicere, in contradictione, non in syllogismo. De eo autem quod est quod non habet aliquis dare, in vtrisq;: de eo vero quod est, quòd Homeri poema est figura, per circulum, in syllogismo: quæ autem in neutro est, verus est syliogismus. E

Poema circulus forte dicitur, qđ ab eodẽ ver su incipit, in eundẽque desinit: quare sunt intercalares Vergil. Hinc sic ratiocinare, omnis circulus, est figura, poema Homeri est circulus, igitur est figura,

Quod oportet præmissa syllogismum, & contradictorium, priusquam addiscatur elenchus.

PLato autem male fecit in disciplina, quando visus est ꝙ docere elenchos, & fallacias præcedat quid sit syllogismus verus, & quid sit contradictorium verum, quoniam elenchus deceptiuus est syllogismus, de quo putatur, quod sit syllogismus, & non est syllogismus, aut est contradictorium, quod putatur, quod sit contradictorium, & non est contradictorium. Deceptorij autem sunt propter errorem syllogismi, aut propter errorem contradictorij, aut propter ambas res simul: sic quando nesciret aliquis quid sit syllogismus verus, & contradictorium verum impossibile est ꝙ constet ei fallacia talium locorum, licet fuerit fallacia cadens in eis propter dictiones tantum, sicut dicunt hic de exemplo fallaciæ cadentis propter dictionem in contradictorio sermonis dicentis, tacens loquitur. loquens autem non tacet, tacens itaque non tacet. Illæ itaque duæ nõ sunt contradictoriæ, quia tacens in actu non erit tacens in futurum. Exemplũ autem fallacię propter dictionem secundum formam syllogismi est sermo dicentis, ꝙ poema metricum sit figura secundum hanc dispositionem, quia ambę præmissæ acceptæ in hoc syllogismo sunt veræ, sed non conueniunt in vno termino nisi secundum dictionem tantum. Illi autem, qui nesciret quod in syllogismo conuenirẽt ambæ præmissæ in vno termino secnndum rem non secundum dictionem, non constaret modus fallaciæ propter dictionem huius sermonis. Exemplum autem illius, in quem cadit fallacia ambobus modis simul, hoc est, secundum contradictorium, & secundum syllogismum, est sermo dicentis, homo dat rem datam, res autem data est, quam non habet homo, sicque homo dat rem, quam non habet: & annectitur huic quod vitiosum sit dare quod non habet, & ex hoc infertur quod homo det quod vitiosum sit dare, Ille autem, qui recepit hunc syllogismum, iam fallereтur propter dictiones duobus locis: quorum vnus est, quod acceperit id, quod non verificatur de datione, quod sit contradictorium eius, quod verificatur de datione. Secundus autem est, quod ipse putauerit quod non habens acceptum prędicatum in præmissa minori sit idem nõ habens subiectum in maiori: res autem non est ita, quia id, quod dederit aliquis F

homo, habuit illud antequam dederit ipsum, & non habet ipsum, postquam dederit ipsum. Sic ergo, qui non cognoscit syllogismum, neque contradictorium non cœpit vtilitatem notitiæ ęquiuocationis nominis. Sic ergo oportet eum, qui scrutatur scire hanc artem, aut addiscere eam, quod sciat quid sit syllogismus, & quid sit contradictorium, siue accidat fallacia propter dictionem, sicut visus est Plato, aut propter ambas res simul, sicut declaratum est prius. A

De differentia inter interrogantem, & respondentem. Cap. XI.

VErum, unde sermo prouenit reuertamur: vtrumquæ in disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non? & si cui videtur plura significare triangulus, & dedit nõ vt eam figuram de qua concludebat, quoniam duo recti, vtrum ad intellectum illius disputauit hic, an non? amplius, si plura quidem significat nomen, ille autem non intelligit, neque putat quomodo is non ad intellectum disputat? aut quomodo oportet interrogare eum, qui non dat diuisionem? siue interroget aliquis si est silentia dicere, an non? an est quidem vt non, an est vt sic? si autem dat aliquis nullo modo, ille autem disputat, vtrum non ad intellectum disputat, quanuis oratio videatur earum esse quæ ad nomen sunt? Non igitur est genus aliquod orationum ad intellectum, sed illæ quidem ad nomen sunt: & huiusmodi, non omnes, non qđ redargutiones, sed neq; apparentes redargutiones: nam sunt & non propter dictionem apparentes redargutiones, vt quæ propter accidens, & reliquæ. Si autem postulet diuidendum, quòd dico quidem silentia dicere: hæc autem sic, illa uero non sic, id profecto primum, absurdum postulare: nam quandoq; non videtur interrogatum multipliciter se habere, atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere, quid aliud erit? manifestum enim faciet quonam pacto se habet, ei, qui neque considerat, neque scit, neque opinatur quod aliter dicitur: quia & in non duplicibus quid prohibet hoc facere: vt putas æquales sunt vnitates binariis, in quaternarius? sunt autem hi binarii quidem inexistentes, illi autem non sic: & putas contrariorum vna est disciplina, an non? sunt autem contraria hæc quidem nota, illa autem ignota: quare videtur ignorare qui hoc postulat, quòd aliud est docere quàm disputare: & quòd oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta facere, illum autem interrogare. B C

De differentia inter discipulum & doctorem.

OPortet autem eum, qui dixit, quod fallacia accidat propter nomen auditum, non propter intellectum, vt quod fallacia geometriæ, quando fallerent ꝙ triangulus æquilaterus non sit triangulus, sit propter nomen æquiuocum auditum, non propter intellectum. Manifestum autem est, quod fallacia accidit secundum rem, in cuius signo est intellectus, & si acciperemus, quod triangulus sit nomen æquiuocum, quia non est moris doctoris dictio audita. Præterea si nomen significaret plura, respondens autem non intelligeret significationem huius nominis, neque quod intentiones significat, ipse quando responderet, non responderet, ꝙ sit intellectus alicuius rei, sed reciperet dictionem, quam non sciret,

quid significat: & impossibile est etiam huic respondenti, q̃ diuidat intentiones, quas significat hæc dictio, & intelligat interrogans, quæ sit intentio istarum intentionum, quam intenderat: exempli gratia, quia quando aliquis interrogat tacentem, tacens loquitur. Hoc autem erit verum de tacente in futuro, fallit autem de eo tempore sui silentij, quia si non intelligeret respondens istas duas res, & responderet, q̃ esset loquens simpliciter, deciperetur. Si aũt responderet qđ non loqueretur, ista fallacia non esset ex eo, quod id, quod est in signo loquentis de hoc, differat ab intellectu audientis, quia audiens nõ intelligit ex eo rem completam. Dictiones ergo sunt duorum generum, genus q̃dem significans sicut est in mente interrogantis, & est, de quo sit veritas propter ipsum: & genus significãs secundum intellectum audientis, & ex illo fit fallacia semper. Nec etiam omnes deceptiui sunt propter dictiones, quoniam iam declaratum est, q̃ hic sint deceptiui ex ipsis rebus, sicut est fallacia eius, quod est secundum accidens, & cętera loca, quæ narrauimus. Neq; vsus diuisionis præferatur respondentem ab errore cum interrogante in omnibus locis deceptiuis, sicut opinabatur Plato in omnibus istis rebus, quia si aliquis homo reciperet q̃ respondentis sit diuidere res, quas significat nomen æquiuocum, intelligeret interrogans ex rebus, quas intenderat ex illis, adeo quod non erraret nomine æquiuoco: sicq; quid dicetur de loco, quem non putauerat respondens, q̃ sit dictio æquiuoca: neq; intelligeret ex eo aliqua significatio, quia si faceret eum intelligere quid significat dictio, rediret discipulus non respondens: sicq; etiam, si diuideret ei interrogans illas res, redderetur doctor non interrogans, ac etiam si permitteretur respondenti in tali loco, hoc est, in loco quo non intelligit significationem nominis æquiuoci, quod dicat interrogans, quod ipse non intellexerit significationem nominis æquiuoci, donec ostenderit ei ipse interrogans, quo modo sit impossibile qđ interroget eum de modo fallaciæ, quam facit ipse interrogans ex pauca comprehensione respondentis conditionum syllogismi, sicut si quis interrogaret an vnitates, quæ sunt in numero binario, differant ab vnitatibus, quæ sunt in quaternario: si autem diceretur quod differant, diceret, quaternarij itaque differunt a seipsis, quia componuntur ex vnitatibus, quæ sunt in binario: si autem diceret quod non differant, diceretur, quaternarius itaque conuenit binario, & est ei æqualis: causa enim fallaciæ huius est ignorantia, quod præmissis, ex quibus componitur syllogismus, oporteat quod communicent in vno termino secundum rem, non secundum dictionem: hoc autem non constabit per notitiam secundæ semitam diuisionis: si autem permittum fuerit ei, quod intelligat illud ex nomine æquiuoco secundum locum, quo ignorat quid significet, possibile esset quod faciat ipsum intelligere interrogator locum, quo errauit, & permissa est ei fallacia, quia ipse nescit conditiones syllogismi: & ideo putatur de interrogatore, quod oporteat, quod ipse non sit docens, & de respondente putatur, quod iam oporteat quod ipse non sit discipulus, quia interrogator perscrutatur id, quod scit, docens autem iam scium. Et vniuersaliter connexio sermonis falsi vniuersalis non est demõstratoris, sed solutio cõnexionis tentatiui, sed ars tentatiua vniuersalis est pars artis topicæ: hęc aũt ars, quatenus est ars, nõ euidens, non est respõdentis ad ipsam qđ interroget quid intẽdat, neque interrogãtis qđ sciat: sic ergo illa diuisio põ iuuat solutionẽ sermonũ deceptiuorũ, nisi apud doctores & discipulos solũ & si iuuaret, non esset in omni subiecto, quia subiecta fallaciæ sunt multa.

De interrogatione tentatiua: & quid inter contentiosum, sophisticumq; intersit. Cap. XII.

EMplius affirmare, vel negare qui postulat, id non monstrantis est, sed experimentum sumentis: nam tentatiua, dialectica quædam est, quapropter de omnibus inspicit, & explorat non scientem, sed ignorantem, atque simulantem. Qui igitur secundum rem considerat communia, dialecticus

est: qui autem id apparenter facit, sophisticus. Et syllogismus contentiosus, & sophisticus, vnus quidem est apparens syllogismus, circa ea de quibus dialectica tentatiua est, quanuis vera sit conclusio: nam eius, quod est propter quid, hallucinatorius est: & quæcunque, cum non sint, secundum cuiusq; disciplinam captiosæ ratiocinationes, videntur esse secundum artem. Nam pseudographiæ non contentiosæ (secundum enim ea, quæ sub arte sunt, captiosæ sunt ratiocinationes) neq; si aliqua est pseudographia circa verum, vt Hippocratis quadratura quæ per lunulas, sed vt Bryssonis quadrauit circulum: & tametsi quadraretur circulus, quia tamen non secundũ rem, ideo sophisticus: quare & qui de his quidem apparens syllogismus, contentiosa est oratio, nam apparens est secundum rem, quare fallax & iniusta. Quemadmodum enim ea (quæ in certamine est) iniuria, quandam speciem habet, & est quædam iniusta pugna, sic in contradictione, iniusta pugna contentiosa est: nam & illic qui omnino vincere volunt, omnia tentant: & hic qui contentiosi sunt. Qui igitur victoriæ ipsius gratia, tales sunt, contentiosi homines, & litium amatores videntur esse: qui autem gloriæ gratia quæ in diuitiis est, sophistici sunt: nam sophistice est (vt diximus) pecuniarum quędã aucupatiua ab apparente sapientia: quapropter demonstrationem apparentem appetunt. Et in eisdem orationibus quidem sunt litium amatores & sophistæ, sed non propter eadem: & oratio quidem eadem erit & sophistica & contentiosa, sed non propter idem: sed quatenus quidem est ob victoriam apparentem, contentiosa: quatenus vero est ob sapientiam, sophistica: nam sophistice est quædam apparens sapientia, non autem existens. Contentiosa vero est quodam modo sic se habens ad dialecticam, vt pseudographa ad geometricã: nam ex eisdem contentiosa, differendi modo, captiose decipit, vt & pseudographa, geometrice: sed hæc quidem non contentiosa, quia ex principiis & conclusionibus quæ sunt sub arte pseudographiam facit: quæ autem ex iis est, quæ sunt sub dialectica, circa alia quidẽ contentiosam esse, manifestum est: vt quadratura quidem, quæ per lunulas, non contentiosa: Bryssonis autem contentiosa, & illam quidem non est transferre nisi ad geometriam solum, eo quod ex propriis fit principiis: hanc autem ad plures quicunque nesciunt quid est possibile in vnoquoque, & quid impossibile: nam accomodabitur: aut ut Antiphon quadrauit. vel si quis non dicat melius esse post cœnam deambulare per Zenonis rationem, non medicinalis: communis.n.est. Si ergo oino similiter se habeat cõtentiosa ad dialecticã, vt pseudographa ad geometriã, non ex illis vtiq; erit contentiosa.

Ante Arist. tempora tres maximope resudasse rũtur ad circuli quadraturam monstrandã. Antiphõ, Hippocra. Chi⁹, & Bryssõ.

De modis interrogãdi interrogantis, & respondẽtis.

QVidam autem syllogismus elenchus est deceptorius, & litigiosus, & quidam est falligraphus: litigiosus autem est syllogismus, qui putatur quod sit syllogismus topicus, abeq; quod sit ita secũdum veritatẽ, & est ille, quo assimilatur habens ipsum arti topicę, & quærit per ipsum finẽ habentis topicam, q

est victoria. Falsigraphus autem syllogismus est, quo assimilatur habens ipsum demonstratori, & putatur quod sit sapiens, absque quod ita sit: huius autem syllogismi sunt quædam species, quia quidam eorum est ex rebus falsis propriis singuli generibus. Et est ille, cuius solutio est habentis illam artem, sicut fecerat quidem ex antiquioribus geometris, qui dicitur Hipocrates, ex quo fecerat quadratum æquale figuræ lunari, & putauit quod iam fecisset quadratum æquale circulo: putauerat enim, quod circulus diuideretur in figuras lunares, adeo quod consumeretur. Ista itaque fallacia est propria arti geometriæ, & eius solutio est geometrarum. Quia quando factum fuisset quadratum in circulo, deinde diuideretur ille arcus continens duas lineas secundum duo media, & illæ protraherentur, & fieret hoc continuo donec iam desineret hoc opus, ita vt continuarentur latera figuræ rectilineæ, quæ sunt intra circulum ad peryferiã circuli, tam in ventretur figura duarum linearum æqualis circulo: hic autem est interitus principiorum, quibus vtitur geometra, quæ sunt quod diuisio procedat in infinitum & quod non commuetur linea recta lineæ circulari. Iste itaque syllogismus est falligraphus, ex eo quod assimilatur demonstratiuo. Et est litigiosus ex parte qua eius præmissæ sunt falsæ vniuersales, & ideo est artis topicæ solutio talium syllogismorum. Sicque secundum hoc syllogismus litigiosus est syllogismus falsus, cuius habitudo ad artem topicæ est, sicut habitudo syllogismi, qui supponit descriptiones, & figuras falsas in arte geometriæ, sed differentia inter eos est, quia non est artis topicæ subiectum terminatum vniuersale, sicut est id, de quo est prima philosophia, neque proprium sicut sunt de eo artes demonstratiuæ particulares: etiam autem putatur, quod sit species syllogismi veri, sed ex quo fit in artibus demonstratiuis, ac si esset proprius istius generis, attribuitur arti sophisticæ, & hoc, quia non est conditionis demonstrationum, q præmissæ sint veræ solum, sed q sint proportionatæ, & illæ sunt propriæ istius generis: & hoc, sicut ille, quo modo bryso quadrauit circulum, quia ex quo fecerat figuram rectarum linearum ambientem circulum, & minorem omni figura rectarum linearum ambientium circulum, dixit q ista figura est æqualis circulo: quia quando fuerint duæ res, quæ ambæ sunt minores vna eadem re, & maiores vna eadem re, illæ sunt æquales, putatur enim q iste sit demonstratiuus, & non est demonstratiuus, sed euidens est q sit deceptorius: sic ergo non continet scientia aliquas species syllogismorum falsigraphorum, nisi constiterit nobis syllogismus topicus verus, & syllogismus demonstratiuus verus. & ille est, cuius præmissæ cum hoc q sunt veræ sunt proportionatæ, Ars autem demonstratiua, ex quo est sufficiens ad constantiam vnius duorum contradictoriorum, quod est verum, & ad destructionem alterius contradictorii, quod est falsum, non ponit eius præmissas ex parte interrogationis, quia respondens iam recipit quod non est verum. Ars autem topicæ ex quo visa est constituere vtrunque duorum contradictoriorum, & destruere illud, eius præmissæ accipiantur secundum interrogationem: & non est eius intentio declarare aliquam rerum, nisi quando vtetur ad declarationem primorum principiorum illi, qui negaret ea, sicut declaratum est in arte topicæ.

Orationes dialecticorum, tentatiuorumque, non esse ad determinatum genus. *Cap. XIII.*

Vniuersalis artifex, hoc est, metaphysicus.

NVnc autem non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque demonstratiuus vllius, neque talis qualis vniuersalis: nam neque omnia sunt in vno aliquo genere: neque si sint, possibile est sub eisdem principiis esse, ea quę sunt: Quare & nulla ars earum quę aliquam naturam monstrant, interrogatiua est: nam non possibile est vtramuis

vtramuis partium dare. syllogismus enim non fit ex vtrisq; : dialectica autem interrogatiua est (si autem monstraret quid illud, nisi & omnia?) veruntamen prima, peculiariaq; principia non interrogat: nam si non daret, non iam haberet ex quibus amplius disputaret ad instantiam. Talis autem est tentatiua: nam tentatiua nõ talis est, qualis est geometria: sed qualem vtique haberet, non sciens aliquis. fieri enim potest vt periculum sumat, & is qui nescit rem, de eo qui nescit: siquidem & dat non ex quibus scit, neque ex propriis, sed ex consequentibus: quæ omnia talia sunt quæ scientem quidem, nihil prohibet nescire artem, nescientem autem necesse est ignorare: quare manifestum quoniam melius determinati tẽtatiua disciplina est, eo quòd de omnibus est: nam omnes artes vtuntur quibusdam communibus. Ideoque omnes illiterati quodam modo vtuntur dialectica, & tentatiua. Nam omnes vsque ad aliquid conantur diiudicare eos, qui pronunciant: hæc autem sunt communia: nam illa nihil minus sciũt ipsi, quamuis videantur longe extra dicere. Redarguunt igitur omnes: nam sine arte quidem eo participant, cuius artificialiter est dialectica: & arte syllogistica, tentatiuus, dialecticus. Quoniam autẽ sunt multa quidem hæc & de omnibus, non talia autem vt natura quædã sint, & genus, sed vt negationes: alia autem non talia, sed propria sunt: ex illis de omnibus experimẽtum possibile est sumere, & artem esse quandam, & non talem esse quales quæ demonstrant, eo quòd contentiosus non est omnino sic se habens, vt pseudographus: nam non erit captiosus ex determinati cuiuspiam generis principiis, sed circa omne genus erit is, qui contentiosus. Loci igitur sophisticarũ redargutionum hi sunt, & quòd dialectici est considerare de his, & res eas posse facere, nõ difficile videre: nam quæ circa propositiones est disciplina, omnem habet hanc speculationem: & de redargutionibus quidem apparentibus, dictum est. Epilogus.

De generibus syllogismorum, quibus utitur ars tentatiua topica.

ARS autẽ tentatiua topica vtitur ex generibus syllogismorum elenchorum genere, quod est ex præmissis vniuersalibus falsis, quæ non sunt, priæ alicui generum, ex quo non est eis subiectum proprium, quia illa est pars artis topicæ: & non est ars tentatiua topica, neque in summa artis topicæ apud eum, qui gloriatur de arte geometriæ, & cæteris artibus demonstratiuis, quia in arte tentatiua topica, & ipsamet topica, ex quo non est eis subiectum proprium, & suæ præmissæ fuerunt famosę communis notitiæ omnibus, possibile est q conueniat vulgus, & ille, qui non habet tentatiuam artis topicę, cum illo, qui habet notitiam istius artis, diuersimode ab arte geometriæ: hoc est, qa non inuenitur vnus, qui conueniat geometræ in eius arte, sed si conueniant homines huius artis, est pauca conuenientia. Ex quo autem ars tentatiua topica facit elenchum vniuersalem falsigraphum ex parte, qua non habet subiectum terminatum, & hæc ars hoc est sophistica, est huius dispositionis, quia non habet genus proprium, manifestum est, q notitia elenchorum falsigraphorum cõuenticum arte topicæ, & arte litigiosa. Et declaratum est ex hoc, q elenchus, qui est vtrorum huius artis, non est, qui redarguit & decipit fallacia propria in

singulis generibus generum scientiarum demonstrationum, sicut præmissum D
est. Propterea q̄ autem topicam oportet cognoscere species elenchorum falsigraphorum vniuersalium ad cauendum eos, sicut oportet singulos habentes artes singulas artium propriarum, quod cognoscāt species falsigraphorum, quæ sunt in illa arte, & in toto hoc oportet, quod conueniant istæ duæ artes: hoc est topica, & sophistica. Sed quot modis, & locis fiat elenchus falsigraphus, iam declaratum est: sed ex quo intentio istius artis non est elenchus falsigraphus solum, sed reliquæ intentiones, quæ dictę sunt, quarum intentionum vna, quæ est secunda ad intentionem, quæ est elenchus, est inductio loquentis ad falsum, aut eius inductio in dubium, & ambiguum, Iam conuenit q̄ loquamur de rebus, quibus operatur hæc ars hoc opus.

Loci sophistici interrogantium ad falsum, aut inopinabile. Cap. XIIII.

8.locus. DE ALIQVO est falsum quippiam ostendere, & oratione ad inopinabile ducere. Hoc autem fuit secundum propositum sophisticæ intentionis, primum quidem ex eo quòd interrogat quodammodo, & per interrogationem accidit maxime: nam id, ad nullum determinatum interrogare propositum, venatiuum est illorum: temere nanque dicentes peccant magis: temere autem dicunt, quando nihil habent propositum. E

2.locus. Et id, interrogare multa (quamuis id determinatum sit ad quod disputant) & id, ea quæ videntur, dicere se postulare, facit quandam idoneitatem, vt ad inopinabile ducat, aut falsum.

3.locus. Et si interrogatus affirmet, aut neget illorum aliquid, ducere ad ea, ad quæ promptus est argumentari: potest tamen nunc minus nocere per hæc quam prius, nā repetunt aliquid ad id qđ in principio.

4.locus. Elementum autem deueniendi ad falsum aliquod, aut inopinabile, nullam statim interrogare positionem, sed affirmare ob id se interrogare, quod discere velit: nam locum argumentationis, consideratio facit.

5.locus. Ad falsum autem ostendendum proprius locus sophisticus est, ducere ad talia, ad quæ abundat orationibus: est autem bene, & non bene id facere, quemadmodum dictum est prius. F

6.locus. Rursum vt ad inopinabilia ducat, considerare ex quo genere est qui disputat, deinde interrogare quod pluribus illi dicunt inopinabile: est enim singulis quibusq; aliquid tale.

7.locus. Elementum autem horum sumere singulorumq; quorumq; positiones in propositionibus. Solutio vero & horum competens fertur, ostendere q̄ non propter orationem accidit inopinabile: semper autem id quoq; vult qui contendit.

9.locus. Amplius autem ex voluntatibus & manifestis opinionibus: nam non eadem volunt, & dicunt: sed dicunt quidem decoratissimas orationes, volunt autem ea, quæ videntur prodesse: vt bene mori magis quam voluptuose viuere dicunt oportere: & egere iuste magis quam diuitiis affluere praue: volunt autem contraria. Eum igitur qui dicit

A secundum voluntates, ad has manifestas opiniones ducendum: eum vero, qui dicit secundum has, ad absōnas: vtrouis enim modo necessarium est inopinabilia dicere: vnam aut manifestum, aut immanifestas opiniones dicunt contraria.

9.locus. Plurimus autem est locus faciēdi inopinabilia dicere, quemadmodum Callicles in Gorgia scriptus est, dicēs: & veteres autem omnes arbitrati sunt accidere propter id quod secundum naturam & secundum legem contraria: contraria enim esse naturam & legem dicunt: & iustitiam secundum legem quidem esse bonum, secundum autem naturam non bonum: oportet igitur ad eum quidem qui dicit secundum naturam, secundum legem obuiare: ad eum vero, qui secundum legem, ad naturam ducere, nam vtroq; modo dicere contingit inopinabilia: erit autem sēm naturam quidem ipsis verum, secundum autem legem quod multitudini videtur: quare manifestum q̄ & illa, B quemadmodum & qui nunc, aut redarguere, aut inopinabilia dicere respondentem, conabantur efficere.

10.locus. Quædam autem interrogationem habent vtrinq; inopinabilem responsionem: Vt verum sapientibus, an patri oporteat obedire: & expedientia facere, an iusta: & an iniuriam pari eligibilius q̄ nocere.

11.locus. Oportet autem ducere ad ea, quæ multitudini & sapientibus sunt cōtraria, nam si dicat aliquis vt ii qui cicā orationes, ad ea quæ multitudini: si autem vt multi ad ea, quæ iis qui in oratione. Dicūt enim hi quidem ex necessitate beatum iustum esse: multitudini autem inopinabile est regem infelicem esse.

12.locus. Est autem ad ea quæ sic sunt, inopinabilia ducere, idē ei quod est ad eam quæ est secundum naturam, & secundum legem contrarietatem, ducere: nam lex opinio multitudinis, sapientes autem secūdum naturam, & veritatem dicunt: & inopinabilia quidem, ex his oportet quærere locis. C

De locis sophisticis interrogantium ad falsum, aut inopinabile.

INITIVM locorum, quo potest interrogans ferre sermonem ad falsum, est quod non ponat eius interrogationes loquenti secundum positionem terminatam, efficit autem eius destructionem, quando infert ex eius positione absurdum, sicut efficit interrogans & respondens in topica, sed ponit eius interrogationes non secundum positionem terminatam, sed qualitercunque contigerit secundum alium locum ab eo, quē intendit respondens constituere: quia, quando res fuerit talis dispositionis potest interrogās ampliare esse præmissam, ad quarum positionem sequitur inconueniens aliquod, quia præmisse, quę efficiunt hoc, non sunt in habitudine ad positionem terminatam: hæc autem est res per se nota, quia, quando perscrutaretur inferre falsum secundum terminatam positionem, difficilis esset ei inuentio præmissarum, quæ ducerent in sermonem falsum secundum istam positionem: & impossibilis esset translatio in alias præmissas, quia contradicens illis præmissis, non posset recipere inter eas, & inter illam positionem habitudinem aliquam, & ideo, quando interrogator interrogaret respondentem de talibus præmissis, qualitercunque contigerit, ex quibus sequeretur falsum, & respondens reciperet eas, statim inferretur ei falsum: si autem renueret recipere eas, sicut si interrogaret eum ad assit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

matiuam,& ipſe reciperet negatiuam,aut econtra: ſic poſsibile eſſet, ꝙ tranſ- D
ferretur ſecum in interrogatione, donec conſtaret ei quod inferret abſurdum,
ex eo quòd receperit,ſed reſpondens ſecundum iſtam diſpoſitionem eſt manife
ſtæ excuſationis,quia haberet dicere, quod hoc falſum non ſequat ex eo quod
tu interrogauerras,ſed ſit res,quæ ceciderit ex replicatione ſermonis: Sed non
abſoluitur per hoc,quin ipſe iam receperit falſum, aut id ex quo ſequitur fal
ſum,quia locus,cuius moris eſt,ꝙ ferat in falſum,eſt, quo non ſit interrogatio,
aut reſponſio ſecundum terminatam poſitionem Sicque,quando non cognoſcat
reſpondens fallaciam iſtius loci,neque caueret ab ea,perficeretur ei proceſſus
ad inconueniens, licet difficile ſit conſtituere interrogantem in plurimũ eius,
quod interrogauerat ipſum.Iam autem facilis ſit cõuenientia interrogantis &
reſpondentis,quando difficile fuerit ei,ꝙ extrahat eius interrogationem ſecũ
dum extractionem interrogationis diſcipuli a magiſtro,& ille cum hoc abſcõ
dit victoriam,& præualetudinem,ſicut dictum eſt in libro topicorum:ſed hoc
eſſet vtile quibuſdam locis ſine aliis,ſicut ibi dictum eſt. Igitur confectio lo-
cutionis ad euidentiam falſi,quod conſequitur:hũc locum,& cautela ab eo,eſt
perceptio eius,hoc eſt,iſtius loci.Locus autem ſecundus eſt,ꝙ aduertamus res
inconuenientes,quæ ſunt in ſingulis generibus generum ſcientiarum,& nume
remus eas,aut ſint promptæ illi:& q̃ loqueretur cũ aliquo eorum qui ſunt vi E
ri illius artis,oportet ꝙ ſequant ei illæ res inconuenientes,quæ ſunt ſuæ artis:
& ſic ẽt oportet, q̃ ille numeraret,quod eſt inconueniens apud ſingulas gen-
tes,aut pluribus:& inueniemus viam huius ad inconuenientes ſecundum con-
trouerſiam:totius autem huius radix eſt ꝙ aduertamus incõueniens, quod ap-
propriatur illi genti,cuius eſt loquens.aut homines illius artis,cuius eſt ille lo
quens. Contradictio autem,ſeu ſolutio, quæ conuenit his locis eſt,quod cui-
dens ſit falſum,ꝙ eſt in eis primo,quod eſt,ꝙ reſpondens ad controuerſiã ſciat
ꝙ id,quod ſequitur ex falſo,non ſequatur ex eo,quod receperat. Poſsibile au-
tem eſſet,quod efficeret hoc,quando interrogans acceptaſſet id,quod nõ eſt cau
ſa concluſionis,ac ſi eſſet cauſa:quando autem poſsibilis eſſet acceptio,vt cau F
ſę illius,quod non eſt cauſa,poſsibile eſſet ei cõtradicere illi,ſed poſtea erit re
ſpondentis aduertere ad hoc inconueniens, an ſit ex inconuenientibus ſcdm
orationẽ de eis,aut ex incõuenientibus ſcdm naturam,quia valde recipiunt bo
na ſcdm orationem cum bonis ſecundum naturam ſecundum vulgus, & valde
dẽ conuenientius quod dicitur ſcdm ſingulos modos cõuenientis: eorum vero
artes pullulant ex rebus vtilibus, quæ non ſunt conuenientiores, ſicut multi
dicunt,ꝙ mors cum bona diſpoſitione ſit melior q̃ vita cum mala, aut quod
homo ſit cum iuſtitia egenus, eligibilius eſt q̃ ꝙ ſit diues cum iniquitate: illi
autem cum hoc præeligunt contrarium huius, quia præeligunt ſibi vtile: &
ideo præeligunt vitam cum malo, & diuitias cum iniquitate: ſicque oportet
nos,quando intuliſſemus inconueniens,quod eſt ſecundum orationem, ꝙ reci
piamus,ꝙ ſit bonum ſecundum naturam: ſi autem intuliſſemus illud inconue-
niens ſecundum naturam,reciperemus hoc, ꝙ ſit bonum ſecundum coniectu-
ram,& orationem. Iam autem inueniretur hic locus latus multę latitudinis ma
gnæ vtilitatis ad obijciendum in hoc genus ſermonis,quod eſt, ꝙ bona ſecun
dum legem,vt plurimum opponantur bonis ſecundum naturam:ſicq; conuenit
illi,qui vituperat recipientem bonum ſecundum legem,ꝙ recipiat hoc, ꝙ ſit
bonum apud naturam,& qui deſtruit recipientem bonum ſecundum naturam,
ꝙ recipiat hoc inquantum eſt bonum ſecundum legem, quia plurimum oppo-
nuntur prædicta bona cum bonis ſecundum legem,& deficit vnumquodq; eo-
rum a bonitate alterius,ſed bona ſecundum naturam ſunt bona propter ſuam
veritatem,quæ autem ſunt ſecundum legem, ſunt bona, quia eorum vſus eſt
apud multitudinem,hoc eſt,famoſus.Sicq; Iam declaratum eſt, ꝙ ſicut iſtorum
eſt,ꝙ contradicant rebus inconuenientibus,quas inferret interrogans ex iſtis
locis,ſic interrogatorum eſt,ꝙ caueant reſpondentem a locis,de quibus memi
nit ſiue ad elenchum,ſiue conceſsionem inconuenientis. Iam autem ſit ex ſepa
ratis interrogationibus, quibus contingit ꝙ inferat, interrogans reſpondenti

A ipſum inconueniens a vtrũq; duorum contradictoriorum: loca autem, quibus
efficiuntur hæc,ſunt quæ ducunt loquentem in dubium & ambiguum. Et illa
eſt tertia intentio intentionum ſophiſticorum,ſicut eſt ſermo dicentis, cui con
uenientius eſt credere ſapientibus,aut patribus,& ſi diceretur patribus, diuer-
ſum itaq; eius,quod decerneret ſapientia, eſſet opportunum: & ſi diceretur, ꝙ
ſapientibus,rebellare itaq; patribus eſſet opportunum:& ſic an præeligibilior
ſit iuſtitia,aut vtilitas,ſicut ſi fiat quid,an eligibilius ſit ꝙ deprædemus,aut ꝙ
dimittamus diuitias,aut diſpoſitio ſit econtrario: & vniuerſaliter iſta ſpecies
litigij conſequitur omnes res, quibus opponuntur opiniones ſapientium opi-
nionibus vulgi & multitudinis,quia ſapientibus apparet, ꝙ reges facientes ſint
iuſti,vulgo autem apparet ꝙ fauentes ſint fortes vincentes. Iam autem poſsibi
le eſt,ꝙ contrarietas iſtius generis reducatur ad contrarietatem, quæ eſt inter Bonũ apud
bonum ſecundum naturam,& bonum ſecundum legem: quia quod eſt apud ſa- naturam, &
pientes & apud naturam,eſt bonum,quia eſt verum. Id autem,quod eſt apud le bonũ famo-
gem & apud plures,eſt bonum,quia eſt famoſum,& plures conueniunt in illo. ſum.
Ex iſs itaq; locis, & eis ſimilibus conuenit quærere de iſtarum præmiſſarum
inopinabilium,quas vocauit Ariſtoteles deficientes conceſsione.

B *De captionibus negationis, & ſolæciſmi. Cap. XV.*

DE EO quidem,quod eſt facere negari, quidnam dicimus negari, iam monſtrauimus: omnes autem tales orationes id volunt efficere: ſi nihil referat nomen & orationem dicere: duplum autem, & duplum dimidii idem eſt:ſi igitur duplum eſt dimidii duplum,erit dimi dij,dimidij duplum: & rurſum ſi pro duplo, duplum dimidii ponatur,ter erit dictum dimidii dimidij dimidij duplum.Et putas eſt con cupiſcentia delectationis? hæc autem eſt appetitus delectationis: eſt igitur concupiſcentia appetitus delectationis delectationis.Sunt au tem omnes huiuſmodi orationum in iis, quæ ſunt ad aliquid, quæcunque non ſolum genera,ſed & ipſa ad aliquid dicuntur,& ad idem & vnum aſsignantur:vt appetitus,alicuius appetitus:& concupiſcentia,alicuius concupiſcentia, & duplum alicuius duplum,& duplum, C dimidij:,& in quibuſcunq; quæ (cum ſubſtantia non ſint) ad aliquid omnino eorum ſunt, quorum ſunt habitus,aut effectus, aut aliquid huiuſmodi,in oratione ipſorum de illis prædicatorum declaratur: vt impar eſt numerus medium habens: eſt autem numerus, impar: eſt igitur numerus,numerus medium habens. Et ſi ſimum, cauitas naris eſt,eſt autem naris ſima: erit ergo naris,naris caua. Apparent autem facere non facientes quandoque,eo quòd non interrogant ſi ſignifi-cet aliquid per ſe dictum duplum, an nihil: & ſi aliquid ſignificat, vtrum idem an diuerſum:ſed concluſionem dicunt ſtatim, & appa-ret propter nomen idem,eſſe idem,& ſignificare.Solæciſmus autem Ariſt. ſexẽ
quale quid eſt,dictum eſt prius: eſt autem & hoc facere, & non facien- plũ ponit de
tem videri,& facientem non videri:quemadmodum Leuinus dixit, Protagora,
ſi Venus maſculinum eſt,nam qui dicit almam, ſolæciſmum quidem qui fracen-
facit ſecundum illum,non apparet autem aliis:qui autem almũ,appa diam,& ga-
ret autem,ſed non facit ſolæciſmum. Manifeſtum igitur quoniam & leã maſculi-
na ponebat,

Universidad de Deusto Biblioteca

sed id latine loquenti nō est accōmodatum, quare sumptum est hic exēplum ex Leuino, q Venerē masculinum gen. posuit. Vide Macrob. Satur. lib. 1. cap. 8.

ars quædam hoc poteſt facere, eo quòd multæ orationes non colligē D
res, ſolœciſmum videntur colligere, vt & in redargutionibus. Sunt autem omnes penè apparentes ſolœciſmi propter hoc: & quando cāſus neque maſculinum, neque fœmininum ſignificat, ſed neutrum: nam hic quidem maſculinum ſignificat, hæc autem fœmininum, hoc vero neutrum vult ſignificare: ſæpe autem ſignificat & illa vtraq; vt quid eſt hoc? Calliope, lignum, Coriſcus. Maſculini igitur & fœminini differunt caſus omnes, neutri hi quidem, illi autem non: cum datur igitur hoc: ſæpe colligunt quaſi dictum ſit hunc: ſimiliter autē & alium caſum pro alio ponunt. Captioſa autem ratiocinatio fit eo quòd hoc commune ſit plurium caſuū: nam hoc ſignificat quandoq; hic, quandoq; autem hunc: oportet autem vicißim ſignificare, cum eſt quidem hic: cum eſſe autem, hunc: vt eſt Coriſcus: eſſe Coriſcum: & in fœminimis nominibus ſimiliter, nam in omnibus ſimiliter eſt, & eſſe, facient differentiam. Et quodam modo in his ſimilis eſt ſolœciſ- E
mus iis redargutionibus, quæ propter id quod non ſimilia, aut propter figuram, ſimiliter dicuntur: nam quemadmodum illic in rebus, ſic hic in nominibus accidit ſolœciſmum facere: nam homo, & album, & res, & nomen eſt: manifeſtum igitur quoniam ſolœciſmum tentandum eſt ex dictis caſibus colligere. Species igitur ſunt hę contentioſarum orationum, & partes ſpecierum, & modi, qui dicti ſunt.

De facere nugari, & ſolœciſmo.

VNDE autem poſsibile ſit habentibus iſtam artem, q reducatur loquēs in elenchum, aut in ſuperfluum, & nugationem, & deſtruatur illud propter hoc, quod eſt quarta intentio, hoc accidit illis, apud quos nō eſt differentia, neque diuerſitas, ſiue ſeretur res ex parte, qua ſignificetur ipſa ſeparat a ſecundum hoc nomen cum parte eius quod ſignificat hoc nomē, aut ſecundum ſemitam conſequentiæ, aut ſecundum ſemitam complexi, adeo quod proueniat iſtud complexum ſecundum formam orationis compoſitæ: hoc autem valde accidit relatiuis & definitionibus rerum, quarum conſiſtentia eſt in alquo ſubiecto: & accipitur hoc ſubiectum pars ſuæ definitionis, & accidit ex F
hoc, aut quod paralogizet, & faciat ipſum ſequi confeſsionem orationis falſæ. aut nugetur ſuis verbis: exempli gratia, de relatiuis, quod dicamus de duplo, quod ſit dimidij duplum, quia duplum eſt dimidij duplum, & dimidij duplum eſt duplum. Duplum itaque eſt duplum. Sic autem dicatur quod duplum nō ſit dimidij duplum, aut dicamus quod duplum ſit duplum: hoc autem eſt nugatio, quia res non enunciatur de ſe: & ſicut dicimus, quod voluptas eſt concupiſcentia rei delectabilis, & concupiſcentia rei delectabilis eſt voluptas, ſic voluptas eſt voluptas: hoc autem accidit, quia ambo iſta ſunt relationes, quia duplum eſt duplum alicuius rei, & voluptas eſt voluptas alicuius rei, & ſic etiam accideret in ſimilibus rebus, quarum eſſe eſt ſecundum habitudinem. Res autem, quæ inducunt loquentem ad nugationem & ſuperfluum ſuis verbis, non ſunt relationes, ſed ſunt habentium qualitates: & hoc, quia ſubſtantia iſtorum aliquando accipiuntur cum definito, & aliquando cum definitione: & accidit ex hoc, quod his explicetur vna res: exempli gratia, quia ſi diceretur naſus aquilinus erit naſus curuus, diceretur aquilinus naſus erit naſus curuus, ſi autem reciperetur quod naſus aquilinus erit naſus curuus, naſus itaque erit naſus: hoc autem eſt nugatio: & ſic etiam aut impar non eſt numerus, qui non diuiditur in

A duas partes æquales, aut numerus impar eſt, qui diuiditur in duo media: numerus itaque eſt numerus, & hoc eſt nugatio. Aduenit vero nomini ſimplici tale abſque ꝙ accipiatur complexum, ſicut eſt ſermo dicentis, an hoc non ſignificet duplum reiſi autem ſignificat, aut ſignificat rem, quæ non eſt duplum, aut ſignificat duplum: ſi autem ſignificat duplum, ipſum itaque duplum eſt duplū, hoc autem eſt nugatio: ſi autem ſignificaret non duplum, ipſum itaque non eſſet duplum. Inductio autem loquentis vt dicat verba, quæ putentur eſſe ea tenia ſignificatione, abſque quod ita ſit, eſt plurimum in hoc loco. Sed minimū eſt ex dictionibus communium formarum ad maſculinum, & fœmininum, & neutrum: & hoc forte ſignificat apud eos maſculinum, & fœmininum, & iſta eſt intentio quinta intentionum fallaciæ. Conuenit autem, quod aduertamus hic loca, quibus accidit eis tale, quia putatur, quod hoc ſit cōmune omnibus idiomatibus, & illud vocatur apud nos inter arabes haya: proiſciemus autem id, quod eſt vere ſic quod eſt ſermo carens ſenſu: quidam autem eorum eſt ſic ſecundum extimationem, & de locis illius conuenit perſcrutari hic. Sieq: iam declarata ſunt ex hoc ſermone genera ſecundum ſingulas quinque intentiones deceptiuas, & ſpecies illorum generum.

B *De occultatione ſophiſtica & contra molestè reſpondenter. Cap. XVI.*

DIFFERT autem non parum ſi ordinentur quodam modo ea, quæ ad interrogationē ſunt, vt lateat quemadmodum in dialecticis: deinceps igitur ex iis, quæ dicta ſunt, hæc primum dicēda. Eſt autem ad redarguendum, vnum quidem prolixitas: nam difficile ſimul multa conſpicere. Ad prolixitatem vero quæ adducuntur elemētis, vtendum. Vnum quidem feſtinatio, nam tardiores minus præuidentiamplius autem ira & contentio: nam conturbati minus poſſunt obſeruare omnes. Elementa autem, iræ. Manifeſtum quoque eum facere, qui vult iuſtè agere, & circa omnia impudentem eſſe. Amplius, permutatim interrogationes ponere, ſiue ad idem plures habeat aliquis orationes, ſiue & quòd ſic, & quòd non ſic: ſimul enim accidit aut ad plura, aut ad contraria facere obſeruationem. Omnino autem omnia, C
quæ ad occultandum dicta ſunt prius, vtilia etiam ad contentioſas orationes: nam occultatio latendi gratia eſt, latere autem deceptionis. Ad eos autem, qui renuunt quæcunque opinantur eſſe ad orationem, ex negatione interrogandum, ceu contrarium velit, aut etiam ex æquo interrogationem facere: nam cum dubium eſt, quòd vult ſumere, minus inſoleſcunt. Et quando in partibus dederit quiſpiam ſingula inducent, vniuerſale ſæpe non interrogandum eſt, ſed vt dato vtendum: nam quandoq; putat & ipſi dediſſe, & audientibus quoque apparet propter inductionis memoriam, veluti perinde atq; nō interrogauerit vane. Et in quibus non nomine ſignificatur vniuerſale, ſimilitudine tamen vtendum eſt ad id quod expedit: nam latet ſimilitudo plerunque. Et ad ſumendum propoſitionem, contrarium oportet comparando interrogare: vt ſi debeat ſumere quoniam, oportet per omnia patri obedire, vtrum per omnia oporteat obedire parentibus, an per omnia non obedire? & ſæpe id, vtrum mul-

Hoc eſt, regulis, ſiue, præceptis.

ra concedendum, an pauca? magis enim si necesse, videbuntur esse multa? appositis enim iuxta se contrariis, minora & maiora apparent, & peiora & meliora hominibus. Valde autem & sæpe facit videri redargui, maxime sophistica calumnia interrogantium, cum nihil colligentes non interrogationem faciunt id quod est vltimum, sed concludenter dicunt veluti colligentes, non igitur hoc & hoc. Sophisticum autem est & cum ponitur inopinabile, quod apparet postulare respõdere, proposito eo quod videtur ex principio, & interrogationem talium sic facere verum tibi videtur? nam necesse est si sit interrogatio ex quibus syllogismus, aut redargutionem, aut inopinabile fieri: cum dat quidem, redargutionem: cum autem non dat, neq; dare videtur, fatetur inopinabile: cum vero non dat, videri autem fatetur: redargutionis simile. Amplius, quemadmodum in rhetoricis, & redargutionibus similiter contrarietates considerandũ, aut ad eas quę ab eodem sunt dictæ, aut ad eos, quos confitetur bene dicere, aut agere. Amplius, ad eos qui videntur tales, aut ad similes, aut ad plurimos, aut ad omnes. Quemadmodum autem respondentes sæpe cum redarguuntur faciunt duplex, si debeat accidere redargutio, & interrogantibus vtendum quandoq; illo, contra instantes: si sic quidem accidat, sic autem non, quoniam si sumpserit, vt facit Cleophon in Mandrobulo: oportet etiam absistentes ab oratione reliqua argumentorum diuidere, & respondenti (si præsenserit) prius instare, & prædicere. Argumentandum autem qu doq; & ad aliud ab eo, quod dictũ est, illud sumẽtibus: si non ad id quod propositum est habeat aliquis argumentari: quod Lycophron fecit dum propositum esset, ex arte lyram commendare. Ad eos autem, qui exigunt ad aliquid argumentari, postquam videtur oportere assignare causam, dictis autem quibusdã obseruabilius quod vniuersaliter accidit in redargutionibus, vt dicat contradictionem, vt quod affirmauit negare, aut quod negauit affirmare: sed non ꝙ contrariorum est eadem disciplina, vel non eadem: non oportet autem conclusionem vt propositionem interrogare, quædam autem neque interrogandum est, sed vt concessis vtendum. Ex quibus igitur interrogationes, & quomodo interrogãdum in concertatoriis exercitationibus, dictum est.

Mandrobulus, drama est Cleophõtis. Fuit aũt Cleophõ tragicus Atheniensis, similiter & Lycophron.

De locis latendi.

RElinquę autem sunt nobis ad perfectionem istius scientię, quę sunt tres rest quarum vna est, ꝙ dicamus, quo modo conuenit ei, qui intendit hoc opus in hac fallacia, quod respondeat interroganti, quoniã non est differentia inter actionem istorum locorum, qũ beneficatum erit eorũ opus, aut non beneficatum siue fuerit tentatiuum, aut sophisticum. Secunda autem est, quo modo conueniat etiam beneficare responsum ei, qui aptus sit euuere ista deceptiua. Tertia vero est, quo modo conueniat narrare vnumquenque illorum, 13. locorum. Primo autem dicimus, quod fallacia excellentior est, quando intenditur prolongatio verborum cum opere illorum locorum, quia id fallacię, quod fue-

rit in eis, est latentius apud audientem. Secundo autem, quod interroget festinanter, non tarde: quia, quando festinatur sermo, fallacia quę est in eo, est latentior, & dignior quod non constet. Tertio autem, quod trascatur respõdens, quia quando trascitur peruertitur eius intellectus, & non intelligit aliquam rem. Ira autem promouet ipsum, vt plurimum, vt exclamet, & vociferet summe, & ad paucam ipsius intellectionem. Quędam autem illorum sunt, ꝙ interroget de præmissis, quibus intendit fallaciam permutato ordine loci earum in syllogismo permixtarum præmissis famosis, ex quibus sequitur contradictorium eius, quod inquirit inferre procedentibus in hoc opere, quę laterent illos, & reciperentes, & hoc, quia, si præmisse, quibus inquirit decipere, fuerint absurde, non laudabiles sunt in veritate & falsitate in ipsarũ petitione cũ famosis si autẽ non fuerint absurdę, iam itaque recepit ex quo inquirit recipere absurdum solum, quando fuerit separatum, postquam difficile fuerit ꝙ reciperetur. Exemplum autem huius ex eius operatione est illius, qui intendit vti venenis permiscẽdo eis alimenta ad celandum: & iterum, quia latebit respondẽtem, de quo inquirat conclusionem, & fieret perplexus in notitia eius, quod reciperetur ex eis, & qũ non reciperetur. Et quędam illorum sunt ꝙ interroget de contradictorio rei, quam inquirit recipere, quia respondente non recipiente illud, cauillaretur ei. Iam itaque reciperet rem, quam intenderat recipere. Et quędam illorum sunt, ꝙ interroget manifestum vtriusque extremi contradictorii, ac si non curaret ad quod illorum respondeat, quoniam si per hoc lateret respondentem quod duorum contradictoriorum intenderit recipere, forsitan reciperet eius intentum, quando nesciret illud. Quędam aũt illorum sunt, in quibus, qñ fit inductio, non diminuitur aliquod esse enunciationis in particularibus rei vniuersalis, quod quęreret verificare secundũ viam interrogationis, immo in omnibus particularibus secũdum qđ esse prędicati est res manifesta eis, & sedm est ꝙ illa ex his, quę non referuntur ad interrogationẽ essendi illud prędicatum particularibus istius rei, quia inquirimus confirmare istud prędicatum secundum suam vniuersalitatem, non secundum inductionem: quando autem duxerit summam illarum particularium, ac si iam recepisset eas respondens, sequitur verificatio vniuersalitatis, quod est esse istius prędicati rei huic subiecto, absq; ꝙ interroget cõsequentem vniuersalitatem propter esse prędicati in particularibus subiecti, quoniam, quando fecerit hoc, forsitan difficile erit ipsi respondenti hoc, neque recenserit vtilitatem de inductione eius, quod dimiserat: quando autem fuerit huic vniuersali nomen, & timeret quando exponeret eius nomen, ꝙ non reciperet esse vniuersalitatis, conueniret ꝙ transferretur enunciatio a particularitate in simile, quod est in eis, non in nomen rei vniuersalis cõtinẽtis particularia vsus autem exemplorum consimilium in vniuersali decipit multos, quia transfert enunciationem a quibusdam in aliquas alias res. Quędam autem illorum sunt quibus interrogatur id, de quo putatur, ꝙ sit extremum contrariorũ, inter quę non est medium, res autem non est ita, quoniam forsitan interimeret respondens absurdum illorum propter laudabile, & hoc quia apparet absurditas absurdi illorum secundum plurimum apud id, quod ponitur secundum modum alterius contrarij, & sic etiam ipsa & laudabilia laudatio apparet magis. Sicut, si interrogaretur, conueniat ne credere patribus de omnibus rebus, aut repugnare eis in omnibus rebus? quia, quando dixisset ꝙ non repugnemus eis in omnibus rebus, oportet eum ex hoc ꝙ respondeat ꝙ credamus patribus in omnibus rebus, & sic etiam si interrogaret, an prohibita sit multitudo vini, aut eius paucitas? & ipse responderet ꝙ multitudo sit prohibita, sequeretur ꝙ paucum non sit prohibitum. Plurimum autem quod accidit fallacia in interrogatione, & putatur, ꝙ iam annexa sit interrogatio, & ordinata, quando interrogaretur de rebus, inter quas & conclusionem non est connexio: quando autẽ tu recepisses, & reputaretur ꝙ conduceret conclusionem, ac si iam sequeretur ex illis rebus, & reputaretur ꝙ iam perfecta esset hęc res, & quod iam remota esset & absuerit controuersia, quando hoc non posset soluere illud, & suam controuersiam, nisi cognoscerest naturam syllogismi paucę passibilitatis ex sua turbatione, & sua vociferatione,

& exclamatione eius, quod ipse composuisset syllogismum absque quod com- D
posuisset eum. Industria vero illis est difficilis in hoc loco, nisi sapientibus:
quoniam multitudo hominum nescit naturam syllogismi: ex industrijs au-
tem seu cautelis interrogantium est, quod, quando interrogant præmissam
falsam ad tentandum respondentem, eam reciperent, & ad ducendum ipsum in
absurdum, aut reciperent præmissam, aut orationem compositam ex præmissis,
sicut est dispositio, qua possibile est quod teneatur aliquis, & sequatur ex illo
elenchus, & fortasse iuuaret eos actio processuum, quibus vtuntur in rhetorica
cum audientibus: hoc est, recipere rem secundum modū, quo putetur, ꝙ ipsi iam
recepissent ex illis ipsum quæsitum, & declinarent illud, & ducerent ipsum ad
elenchum, sicut, si reciperent rem simpliciter, & declinarent ipsam, & poneret
ipsam cum conditione quadam. Et ex industrijs respondentis est, ꝙ quando co-
geret ipsum elenchus, aut esset prope hoc, putetur ꝙ sit interrogans, & ꝙ non
sit respondens: hoc autem valde faciunt ipsum homines naturaliter in contro-
uersia, qua intenditur victoria. Ex industrijs autem interrogantis est, ꝙ quan-
do interrogat plures præmissas, & respondens reciperet quasdam, & non reci-
peret aliquas, & ex illis, quas non reciperet, sequeretur ipse elenchus, si reci-
peret eas, tunc ferret omnes illas præmissas subito & faceret succedere eis con-
clusionem, quoniam respondens euaderet impeditus, quoniam magis accidit ꝙ B
obliuiscatur eorum, quæ receperat, quam quod non recipiat. Et ex industrijs
illorum est, quod permisceant secundum consimilitudinem id, quod inferrent
elenchum cum eo, quo non indigeretur ad illationem elenchi: sicque præmis-
sæ falsæ fallerent respondentem. Sed quando respondens perciperet, qui non
parum huius perceptionis haberet, interrogantis esset soluere illud, & distin-
gueret inter id, quo non indigeret ad illationem conclusionis, & inter id, quo
indigeret ad hoc, & difficile constitueret eius excusationem ad hoc, sicut si ac-
ciperet res consequentes illam præmissam, & res antecedentes ad eam, & annec-
xas ei. Interrogantis autem industriæ est, ꝙ quando fallaretur ab inferendo ei
falsum, quod intenderet inferre, procedat ad destruendum eius contradictorium,
& transferat verba ad illud, si ab initio rei intendisset construere aliquam rem
sensatam, aut procedat ad construendum eius contradictorium, si in id disset de-
struere positionem affirmatiuam. Et ex industria eorum est quod ipsi fortasse
relinquant interrogationem præmissarum, & ducant syllogismum cum conclu-
sione, ac si esset res, quam iā recepisset respondens, quoniā tunc mens respondē-
tis esset magis intenta, quoniam tunc conueniret ei quod speculetur summam
præmissarum syllogismi, & eius formam, & reduceret in mentem de illo plus-
quam rem vnam ex his, quæ oportet speculari, & forsitan esset impeditus, aut
absconderet ei aduersarius ibi partem falsam cum parte vera, & reciperet illā: E
sic itaque iam declaratum est ex hoc, quod sint loca deceptiua inuentia quinq;
intentiones, & qualiter conueniat quod interroget interrogās: & illæ sunt duę
primę partes istius libri secundum intentionem Aristotelis.

FINIS.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE, ELENCHORVM LIBER II.

Cum Auerr. Cordubensis expositione

SVMMA LIBRI.

De vtilitate sophisticarum orationum, & apparatu ad eas diluendas, de solutione sex locorum vltimorum extra dictionem, Negationis, & solęcismi, de oratione facili, difficili, & acuta, epilogus præcedentium & sequentiū librorum.

De utilitate cognoscendi sophisticas orationes, & apparatu ad eas diluendas. Cap. I.

DE RESPONSIONE autem, & quomodo oportet soluere, & quid, & ad quam vtilitatē orationes huiusmodi prosunt, post hæc dicendum. Vtiles ergo sunt ad philosophiam propter duo. Primum quidem quia ex, quæ vt plurimum propter dictionem fiunt, melius se habere faciunt ad id, quotupliciter quodque dicitur, & ea quæ simiiter, & quæ aliter in rebus accidunt, & in nominibus. Secundum autem ad eas, quæ per seipsum inquisitiones fiunt: nam qui ab alio facile captiose fallitur, & id non sentit, & ipse quo- C que a se id patitur persæpe. Tertium vero, & reliquum adhuc, ad gloriam: eo quōd circa omnia exercitatus esse videbitur, & in nullo se inexpertę habere: nam si is, qui in orationibus est consocius, orationes vituperat, cum nihil habeat quod determinet de vitiositate earum, dat suspicionem quōd videri velit insolescere, non quia verum sit, sed propter imperitiam. Respondentibus autem, quomodo obsistendum sit aduersum huiusmodi orationes, manifestum: si quidē rectę dicimus prius ex quibus sunt captiosæ ratiocinationes, & si (quæ inquirendæ sunt) superabundantias sufficienter diuisimus. Non est autem idem sumentem orationem videre, & soluere vitiositatem, & interroganti posse occurrere celeriter. Nam quod scimus, sæpe trā-spositum ignoramus. Amplius autem quemadmodum in aliis, id quod citius & tardius, ex exercitatione fit magis, sic & in orationibus se habet: quare si manifestum quidem sit nobis, immeditati autem simus, priuamur opportunitatibus frequenter. Accidit autem quan-

doque sicut in linearum descriptionibus: nam & illic soluentes quã- D doque componere verum non possumus, sic & in redargutionibus: nam scientes propter quid orationem accidit connectere, soluere tamen orationem impotentes sumus.

De præceptis cõtradictionis.

QVÆ autem relinquuntur, sunt duæ res, quarum vna est, quo modo respondeat respondens. Secunda autem est quomodo contradicatur illis, 13. locis. & vtraque istarum rerum iuuat sapientes per se: & ideo sermo de illis duabus rebus est, ac si esset præter istam artem, sed artis topicæ. Aut, sicut dixit Abumasar Alpharabius, est artis mediæ inter topicam & sophisticam. Secundę autem vtimæ partes iuuant sapientes per accidens, quia sunt propriæ huic arti, & eorum vtilitas ab eis est ex parte qua sit cautio ab eis solum quoniam, qui nouerit communitates, conuenientius est quod non cadat in eas. Iuuant vero eos per se in vsu orationis tentatiuæ vniuersalis, sicut præmissum est. Primum autem præceptorum respondentis est, ꝙ qñ interrogans interrogaret præmissam æquiuocam secundũ nomen, conentat ꝙ diutũtarut hoc nomen in omnia significata, de quibus dicitur, et notificet quod illorum significatorũ sit verum a non vero: & ideo sequitur ꝙ sit ei potestas diuidendi nomen æquiuocum. Iam aũt diximus regulas, quibus sit hoc possibile in libro topicorũ. Secũ aũt est, ꝙ aduertatur res in se, & tunc respondeat: & ideo oportet quod sit ei potestas cognoscendi rem, qñ meditaretur illam cum seipso, qñ plures homines decepti sunt, qñ speculari sunt cũ seipsis, & non decipiunt, qñ speculantur illa cũ alijs, & hoc pp bonam meditationem eius in se. Plurimum aũt quod accidit, hoc est, pp bonitatem. Tertium autem præceptum est, ꝙ non prolonget sermonẽ cum interrogante, sed soleat sit ad incidendum ipsa cito, absq; quod negligat eius responsionem: qñ, quando neglexerit istud, & prolõgauerit eloquiũ cum illo, ex eo ꝙ parum contriterit ei absurditas & fallacia, ꝙ fuerit in eius sermone, accidit ei, qñ ipse interpellauerit interrogantẽ, quod putaret vulgus, quod eius interpellatio non fuerit, propterea, quia ipse intendebat declarare, ꝙ id, quod inquisiuerat confirmare, sit falsum, sed pp eius debilitatem. Sic itaq; sicut puto conuenit intelligere istũ locũ, & non aduenit hæc dispositio respondenti: hoc est, ꝙ festinet responsionẽ ad ostendendum quid fallaciæ in eo fuerit secundum scientiam locorũ fallentium, quæ sunt in hoc libro, & secdm scientiam præceptorũ, quæ appropriant respondenti, & secdm regulas, quæ tradiꝯ sunt hic ad contradictionẽ locorum sophisticorũ, absq; quod cum hoc exercitatus fuerit in illorũ vsu plurimũ, adeo ꝙ peruenerit ei habitus, quo possit cito agere: qñ, sicut festinatio & mora in singulis artibus peruenit pp habitũ prouenientem ex vsu, non pp scientiam partũ illius artis solũ, sic est dispositio operationis istarũ regulatum: exempli gratia, qñ decus actionis scripturę, & eius adaptatio non peruenit ex notitia literarum, sed peruenit ex vsu perfecto formationis literarũ. Sicut aũt in arte topicę iam difficilis est interroganti contradictio & destructio, sic accidit in elenchis sophisticis: hoc aũt accidit, qñ sequitur ex præmissis fallis, quas posuerat tentator, conclusio vera, & putaret quod sequat ex eis alia conclusio, quæ est falsa, quoniam, qñ sermo sophisticus fuerit talis dispositionis, difficile esset respondenti ad contradicendũ ei secundum veritatẽ, & notificare falsum præmissarũ, quas posuerat litigator propter duas res: quarũ vna est, quia, si intendisset contradicere illi conclusioni fallę per notificationẽ falsi illarum præmissarũ, hæc esset contradictio sophistica aut litigiosa, qm illa conclusio nõ sequitur ex illis præmistis. Secunda aũt est, quia non putatur de eo, quod ipse intendat per hoc destructionem conclusionis veræ, & quod ipse sit visus sibi quod non fiat ex præmissis fallis nisi cõclusio falsa: & ideo oportet respondentẽ in hac re, quod non ampliet sermonem in contradictione syllogismi ad notificandum falsitatẽ, quæ est in suis præmissis propter æquiuocationem nominis, aut propter litigiũ, aut alias res fallãtes, & non putetur quod ipse acquiescat per hoc, immo respondebit, qñ dixerit ei,

A quod ista conclusio non sit conclusio vera, quam concluseras ex hoc syllogismo, sed est similis ei, aut non sequitur ex illo omnino.

De apparenti solutione respondentis. Cap. II.

PRIMVM igitur, quemadmodũ syllogizare dicimus, opinabiliter quandoque magis quam vere, eligere oportere: sic & soluendum quandoq; magis opinabiliter quã ad veritatem: nam omnino aduersus contentiosos est reluctandum, non vt ad eos qui redarguunt, sed qui redarguere apparent: non enim dicimus eos syllogizare: quare vt non videantur, emendandi sunt: nam si redargutio est contradictio non æquiuoca, ex quibusdam, nihil opus est diuidere ad amphibola, & æquiuocationem: non enim facit syllogismum: sed nullius alterius gratia diuidendum est, nisi quia conclusio videtur redargutioni similis. Non ergo redargui, sed videri redargui cauendum est, eo quòd interrogat amphibola, & quæ propter æquiuocationẽ sunt, & quę- B cunque aliæ huiusmodi cauillationes, quæ & veram redargutionem adumbrant, & redarguentem atq; non redarguentem incertum reddunt: nam (quia licet in fine cum conclusum fuerit dicere se, non id ipsum quod affirmauit negare, sed æquiuoce, aut amphibolice, quãuis quam maxime contingit in idem ferat) incertum, si redargutus est incertum enim, si vera nunc dicit: si vero diuideus interrogasset, certum, si redargutus, quoniam æquiuocum, aut amphibolum, non incerta esset redargutio, quoniam tequitur (nunc quidem minus, prius autem magis) contentiosi, sic vel non respondere eum, qui interrogatur, fieri potest. Nunc autem quia non bene interrogant inquirentes, necesse est vt respondeat aliquid is, qui interrogatus est, emendans vitium interrogationis: quia diuiso sufficienter, vel sic, vel non, necesse est dicere respondentem. Si autem aliquis putet secundum æquiuocationem redargutionem esse, quodam modo non erit respondentem effugere quin redarguatur: nam in iis, quę oculis subiecta* sunt, necessarium quod affirma- C tur: nam in iis, quę oculis subiecta sunt, necessarium quod affirmatur negare nomen, & quod negauit affirmare. Enimuero vt diluunt quidam, nihil prodest: nam non Coriscum aiunt esse musicum, & nõ musicum, sed hunc Coriscum musicum, & hunc Coriscum non musicum, eadem nanque erit oratio Coriscum ei quę est hunc Coriscũ musicum esse, vel non musicum: quod simul affirmant, & negãt. Sed fortasse non idem significant: nam ne illic nomen, quare in aliquo differt. Si autem hoc quidem simpliciter dicendo Coriscum assignet, illi autem addat aliquem, aut hunc, absurdum est. nihil enim magis quã alterum: vtrolibet enim nihil differt. Non sic igitur, sed quia incertus quidem est qui non determinauit ambiguitatem, vtrum redargutus est vel non redargutus, datum autem est in orationibus diuidere: manifestum quòd non determinando dare interrogationẽ, diuidere: manifestum quòd non determinando dare interrogationẽ, & quidem simpliciter, peccatum est: quoniam et si non ipse, tamen oratio redargutę similis est.

* Hoc est in rebus visibilibus.

Accidit autem sæpe videntes amphiboliam torpescere diuidere, eo quòd crebra talia proponantur, ne ad omne videantur molesti esse deinde non putantibus propter id fieri orationem, sæpe profecto occurit inopinabile: quapropter quia datum est, diuidere haud cunctandum, quemadmodum dictum est prius. Si autem duas interrogationes, non vnam facit quisquam interrogationem, non propter æquiuocationem, vel amphiboliam fiet captiosa collectio, nonne redargutio an non? quid enim differt interrogare, si Callias & Themistocles musici sint, quam si ambobus vnum nomen esset existentibus diuersis? nam si plura significat quàm vnum, plura interrogauit: si igitur non rectum est ad duas interrogationes vnam responsionem censere sumere simpliciter, manifestum quoniam nulli eorum, quæ æquiuoca sunt, conuenit respondere simpliciter, nec si de omnibus quidem verum sit, veluti censent quidam: nihil enim differt hoc, quàm si interrogasset, Coriscus & Callias vtrum domi sint, an non sint domi? siue adsint ambo, siue non adsint: vtrinque enim plures propositiones. Nó enim si verum est dicere, interrogatio propter id vna: possibile est. n. ad decies millenas interrogatas quæstiones, omnes sic vel non, verum est dicere: attamen non est respondendum vna responsione, interimitur enim disputatio: id autem simile ac si idem nomen imponatur diuersis. Si igitur nó oportet ad duas interrogationes vnã responsionem dare, manifestum quoniam nec in æquiuocis sic vel non, dicẽdum: neque enim qui dixit respondet, etsi dixit: sed id admittunt quodam modo in disputationibus, eo quòd lateat quod accidit. Quemadmodum igitur diximus, quòd redargutiones quædam videntur esse cum non sint, eodem quoque modo & solutiones quædam videntur esse, quæ non sunt, quas dicimus quandoque operæpretium magis afferre, quàm veras in contentiosis orationibus, & in ea (quæ ad duplex est) occursione. Respondendum autem in iis, quæ videntur, esto, dicendo: nam & sic minime fiet redargutio. Si vero aliquid quod inopinabile sit cogatur dicere: hic maxime addendum videri: sic enim neque redargutio, neque inopinabile videbitur fieri.

D

E

De fallacia, q̃ fit p̃ æquiuocationẽ, & de inutili cautela ab illa, et de eo, q̃ facit redargutione, & de cautela, respõdentis.

IAM aũt possibile est respondenti, qđ recipiat præmissas æquiuocas scđm nomina, adeo quod concludat ei interrogator conclusionem falsam, & dicat ei, quod per illas præmissas, quas receperat, intenderit sic, non significatũ tale: res aũt, quã paralogizauerit, nũc est, quã receperat solum. Fuit aũt hoc opus, quia non est notum, neq; manifestũ, quod ille receperit significatũ falsum, qđ est vnum eorum, quæ significat hæc dictio æquiuoca pp̃ eius intentionem pp̃ suam receptionem dictionis æquiuocæ: forte aũt hoc esset ei vtilius propter fallaciam, qm̃, si diuideret id, qđ significat nomen æquiuocũ, aut dictio litigiosa, adhuc errasset, & reciperet vnum eorũ, ac si esset verũ, ipsum aũt est falsum, & non est ei conueniens, qđ respondeat ad hoc: sic ergo ille respõdentiã, qui fecit hoc opus, respõdisset per noia æquiuoca, & dictiones litigiosas, quæ sunt in eis, aut nõ fecerit hoc opus, qđ fuerat ei possibile. Sed ex quo ille, qui nesciuerit hoc, qđ diximus, iam putat, quod qñ recipiat nomẽ æquiuocum, qđ iam receperit ola significata, de quibus dr̃ illud nomen: si aũt non sequeret hoc, impediret

A ipsum a diuisione, qua illata fuerat cõclusio: visus aũt est, qđ iã redargueret ipsum, & indiget cum hoc expositione, quod non redarguat ipsum: & ideo id, qđ conuenit ei, hoc est respondenti, quando sophista interrogauerit nomine æquiuoco, aut dictione litigiosa, quod diuidat plura significata, quibus significat hæc dictio, & respondeat per singula eorum, sic aut non. Quando autem argumentatus fuerit interrogans, & putauerit, quod iam fiat elenchus propter hanc dictionem æquiuocam, quę est in eo, aut propter litigium, absoluit eam esse æquiuocã. Industria eripiens ipsum est, quod imponat nomina huic significato, quod putet respondens quod sit falsum, & quod illud sit non significatum verum, quod descripserat hęc dictio.

Ex his autem, quę apparuerunt quibusdam hominibus est, quod industria id hoc est connectere dictionem hoc cum nomine. Ista autem industria non eripit ipsum a fallacia, quia dictio hoc, si demonstraret id, quod est in anima de hoc significato, tam ista demonstratio esset æquiuoca, quia omnia illa significata, quę significaret illa dictio, sunt præsentialiter in imaginatione: nisi dictio, hoc, anne ceteretur alicui demonstrato sensato: quando autem hoc ita fuerit, illud non indigeret dictione, & appellatione nominis per demonstrationem.

Et sic, quando interrogatio fuerit simpliciter, ipsa autem verificaretur secun
B dum diuisionem, non conuenit, quod responderetur per sic, aut non, donec compleretur elenchus, q̃ intelligeret ex eo interrogans, q̃ ille recepisset illud simpliciter, & tunc euaderet ab elencho, quando diceret, quando ego dixi sic, intenderam illud significatum connexum, non absolutum, quia quod consequitur hoc, quando consequitur ex nomine æquiuoco per sic, aut non, absque q̃ diuidantur significata, quibus dicitur æquiuocum, illud idem consequitur hunc, & omnia loca, quibus diuiditur: & postquam receperit ipsum sine diuisione, nõ accidit ei elenchus, sed putaretur q̃ iam accidisset ei. Sicque ex quo ipse nouerit per se, quando distinxerit respondens litigium, & receperit ex illis quod receperit, siue redargatur, siue non, si respondisset de absoluto per sermonem confusum, ille deciperetur: quoniam ipse conducit se ad dubium de eo an redarguatur, aut non redarguatur vere. Plurimum autem, q̃ accidit hoc respondenti cũ, quia ipse esset impeditus ex diuisione propter multitudinem significatorũ, quę contineret iste sermo absolutus. Et ex eo, quod accidit ei cum hoc de difficultate interrogantis, & pauca eius aduertentia ad diuisionem, quam fecerat, facile esset respondere ad illam responsione confusa: quando autem interrogans confunderet ei elenchum, & respondens inciperet distinguere ipsum, & notificaret ei q̃ non sequitur ex hoc id, quod putauerat, q̃ sequatur, non cõueniret secum in hoc interrogans, quãdo nesciret q̃ fallacia ingrederetur, ex hoc loco,
C quem notificasset respondens, & non concordaret secum in eo, q̃ locus iste sit deceptorius. Sicque accideret respondenti dubium, an redargueretur, aut non redargueretur: & ideo etiam non conuenit, q̃ sit impeditus per diuisionem in locis, quę ingreditur deceptio propter latentiam diuisionis, & sicut non oportet, q̃ respondeat duabus interrogationibus vnica responsione, sic non conuenit, q̃ respondeat vni secundum nomen vnica responsione: quia non est differentia, siue respondeat pluribus interrogationibus vnica responsione, si illæ interrogationes significantur vnica dictione, aut pluribus dictionibus: quoniã secundum nomen æquiuocum sunt plures interrogationes vnica dictione: & ideo, qui non respondet duabus interrogationibus, aut pluribus vnica responsione, & consueuerit illud, non accidit ei fallacia per nomen æquiuocum secundum vnam responsionem, quando omnia significata, de quibus dicitur illa enũtiatio æquiuoca, esset vera, quia non constaret sibi respondẽs, q̃ respondeat ex duabus responsionibus, aut pluribus vnica responsione, quando omnes conuenirent in sic, aut non. Sicque onus incumbit ei, q̃ quando interrogaretur de mille, aut duabus millibus interrogationibus non respondeat eis, donec aduertat in eis, & si conueniant in sic, aut non, responderet eis vnica responsione. Si autem non conueniant, distingueret hęc res & manifestum esset, q̃ non incũberet respondenti. Et ideo non oportet respondentem, q̃ respondeat nomini

æquiuoco vnica responsione etiam si omnes enuntiationes habentes significata, quæ amplecteretur nomen æquiuocum, essent verę. Conueniens enim esset respondere ad id, de quo interrogatur. Ipsum autē non interrogatur nisi de vnica re, quia non est latens apud interrogantem, quādo interrogat de nomine æquiuoco, nisi vnum significatum. Si autem esset latens apud interrogantē omnia significata, quę contineret nomen æquiuocum, tam incumberet onus ipsi respondenti, ꝙ responderet vnica responsione pluribus interrogationibus. D

Quoniam autem famosum est, ꝙ non sit hic redargutio. & ꝙ iam non sit hic contradictorium putatur autem, ꝙ sit hic contradictorium, & oportet, ꝙ respondeatur secundum hanc imaginationem, licq; quando reciperet respondens, quicquid reciperet interrogans, ac si imaginaretur illud cogitatione. interest eius, quando redarguerit ipsum, ꝙ respondeat per id, quod receperit, & dicat, ꝙ verū est ꝙ recepit illas præmissas, quia extimabam, ꝙ esset de genere coniecturarum verarum. Nunc autem iam apparet, ꝙ sint de genere coniecturarum falsarum. Et quando respondēs fecerit istud, non perficeretur redargutio in ipsum, & non concluderet suus aduersarius aliquā rem absurdam: & ideo oportet in plurimo huius, quando receperit præmissas carentes laudatione, tunc recipere eam secundū modum ęstimationis, quia tunc non posset interrogans redarguere ipsum, quando fuisset eius receptio secundum modum extimationis. E

De petitione principii. Cap. III.

QVIA autem quo pacto petitur quod est in principio, manifestum putant omnino (si sint propinquæ) intermendum, & non concedenda esse vlla, perinde ac si quod in principio est petat. Et quando aliquid tale postulauerit quispiam quod necessarium quidem est accidere ex positione, sit autem falsum vel inopinabile, idem dicendum: nam quæ ex necessitate accidunt, eiusdem videntur esse positionis. Amplius, quando vniuersale non nomine sumitur, sed similitudine: dicendum quòd non sic datum est, neque vt proposuit, sumit: nam propter id fit sæpe redargutio: cum autem prohibetur his, ad id, quod non bene ostensum est, redeundum, obsistendum autem secundum dictam determinationē. In iis igitur, quæ proprie dicuntur nominibus, necesse est respondere, vel simpliciter, vel diuidendo. Quæ autem subintelligentes proponimus, vt quæcunque non plane, sed truncatim interrogantur, propter id accidit redargutio: vt putasne quicquid est Athenienſium, possessio est Athenienſium? sic. similiter autem & in aliis? æqui homo est animalium, sic. possessio igitur animalium, homo. Nam hominem animalium esse dicimus, quia animal est: & Lysandrum Lacedęmoniorum, quia Lacedęmonius est. Manifestum igitur, quoniam in quibus obscurum est quod proponitur, non simpliciter concedendū. F

Quando vero duobus existentibus cum hoc quidem est, ex necessitate alterum esse videtur: cum vero alterum est, hoc non ex necessitate: interrogato vtroque, oportet quod mirus est dare. Nam difficilius est colligere de pluribus. Si autem argumenterur quòd huic quidem est contrarium, illi autem non est: si oratio vera sit, contrarium esse est dicendum, at nomen alterius positum non esse. Quoniam

A niam autem quædam quidem eorum, quæ dicuntur plures eum qui non concedit falsum dicere aiunt, quædam autem non: vt quæcunq; ambigunt (verum enim corruptibilis vel immortalis sit anima animalium, non exploratum est multis) in quibus igitur incertum est vtro modo soleat dici quod proponitur? vtrum in iis, quæ sunt vt sententiæ? vocant enim sententias, & veras opiniones, & totas negationes, vt diameter incommensurabilis est. Amplius, de quo verum dubitatur, transferens quispiam nomina maxime latebit in illis: nam quia incertum est vtro modo se habet verū, nō videbitur sophistice agere: pp id autem qđ dubium, non videbitur falsum dicere: nam metapho ra faciet orationem sine redargutione videri. Amplius, quæcunque interrogationum persenserit aliquis, præinstandum est, & prædicendum: nam sic maxime interrogantem prohibebit.

Sententiæ veteres, quod animo sensisset, vocauerunt.

*Hoc est, trãslatice loquens vtens que metaphora.

B Si autem ibi fuerit, quando interrogans interrogauerit ex parte petitionis principii, & fuerit hoc manifestum norum respondenti, iam conuenit festinare, & notificare ei ꝙ hoc, quod suppositum fuerat, sit eius quæsitum, licet hoc latuerit ipsum, adeo ꝙ concluserit ipsummet quæsitum. Interest itaque eius, ꝙ dicat ei, recepi quidem hoc, extimabam enim qđ non esset ipsum quæsitum. Nunc autem iam apparet, quod sit ipsum quæsitum, tu autem non composuer as syllogismum neque feceras aliquam rem, & vidisti, quod ego errauera m, & receperam illud: quid autem est, quod recipias vtilitatem per illud? Ex quo iam apparet, ꝙ tu non composueris syllogismum, neque feceris aliquam rem. Si autem petens principium vsus fuerit loco subiecti quæsiti sui particularibus secundum semitam inductionis, sed non acceperit vniuersale illius subiecti ex parte, qua significat ipsum suum nomen, adeo ꝙ dicat, gratia exempli, ꝙ omne animal mandendo mouet eius mandibulam inferiorem, quia homo & simia & consimile reliquorum animalium mouet eius mandibulam inferiorem, est tunc respondentis, ꝙ recipiat ab eo hoc, deinde inferat, ꝙ omne animal mouet eius mandibulam inferiorem, quoniam diceretur ei non intendebam, quando recepi, ꝙ enuntiatio eius, quod simile est homini & simiæ secundum hoc, sit enuntiatio animalis: quoniam si hoc ita esset, iam recepissem ipsummet quæsitum, sed intenderam talem speciem similitudinis, & non talem speciem. Secundum nomina autem, quæ dicuntur alicubi secundum veritatem, & alibi secundum translationē, tam accidit fallacia: & hoc, qm̃ veritas significationis nominis in loco veritatis, & ablatio æqui C uocationis ab eo, assimilatur eius veritati in loco interrogationis, & ablationi æquiuocationis ab eo, verbi gratia, quia diceret quispiam, quod est alicuius rei est habitus eius, quoniam quod est Socratis, est eius habitus, homo autem est animalis, homo itaque esset habitus animalis. Et ideo oportet respondentem in tali loco, ꝙ non respondeat per hanc enunciationem absolutam, donec dubitat oratiõnem dicentis ꝙ id, ꝙ est alicuius rei, sit eius habitus. Et non recipiunt vtilitatem petentes principium per oppositum quæsiti, neque per summam interrogantis de contradictoriis, & oppositis, quorum pars vera non fuerit per se nota, aut nota secundum conditionem, & obmiserant in interrogatione acceptionem huius conditionis, quoniam quando ignorantia oppositorum fuerit æqualiter, non reciperet respondens hoc contradictorium, quod tulerat interrogans, ꝙ recipiatur ab eo, quoniam non puraret veritatem eius magis, quam fuit oppositi. Et taliter etiam accidit, quando non esset vnum duorum oppositorum famosæ veritatis, neque laudatum sine eius contradictorio, sed vtrunque duorum extremorum fuit secundum famositatem, & secundum laudationem æquale, sicut est dictum nostrum, an anima sit mortalis aut immortalis, quoniam homines, qui dicunt, ꝙ anima sit mortalis, sunt æquales secundum famositatem illis, qui dicunt, quod ipsa sit immortalis, & ideo non prævaler imaginationi audientis alterum istorum duo-

vum contradictoriorum secundum famositatem, & reciperet illud. Quando autem contigisset, ꝙ vnum duorum contradictoriorũ sit notæ veritatis per se, aut notæ laudationis sine eius contradictorio, aggregantur in illo duæ illæ dispositiones simul, quoniam iam recipit vtilitatem ipse interrogans per petitionem principii in talibus. Et hoc, quia in parte vera propter eius famositatem in laudatione, aut propter ipsum esse veram notæ veritatis secundum se, deciperetur interrogans, & reciperet illam, quando permutasset petens principium nomẽ vnius duarum partium quæsiti cum interrogatione, aut vnum nomen duarum partiũ eius oppositi: hoc est, prædicati, aut subiecti, cum alio nomine, & non tulerit ipsummet quæsitum, aut eius oppositum, si petitio principii fuerit secundum eius oppositum. Sed quando errasset respondens in talibus, & recepisset ea, eius interesset dicere interroganti, tu non fecisti elenchum, neque composuisti syllogismum, licet receperim hoc a te, sicut præcessit.

D

De recta solutione loci. Cap. IIII.

QVoniam autem recta solutio est manifestatio falsi syllogismi, ob quamcunque interrogationem accidat falsum (falsus autem syllogismus dicitur dupliciter: nam aut si collectum est falsum, aut si cum non est syllogismus, videtur esse syllogismus) erit & quæ nunc dicta est solutio: & apparentis syllogismi, ob quam videtur esse, interrogationum correctio: quare contingit orationes syllogizantes quidem interimere, apparentes autem diuidentem soluere. Rursum autem quoniam syllogizantium orationum, hæ quidem veram, illæ autem falsam habent conclusionem, eas quidem, quæ secundum conclusionem sunt falsæ, duobus modis contingit soluere. nam & eo quòd interimitur aliquid eorum, quæ interrogata sunt, & eo quòd ostenditur conclusio, non sic se habere. Eas verò, quæ secundum propositiones, eo quòd interimitur quiddam solum, nam conclusio vera est. Quare volentibus soluere orationem, primum quidem inspiciendum si syllogizat, an non syllogizat: deinde verum vera sit conclusio, an non vera: quatenus vel diuidentes vel interimentes soluamus: & iterum interimentes hoc modo, vel illo, quemadmodum dictum est prius. Differt autem plurimum & interrogantem, & non, soluere orationem: nam præuidere quidem difficile est: per otium autem temporis videre facile.

E

F

De contradictione, ideſt rectæ ſolutione, & non ſophiſticæ.

CONuenit autem respondenti in omnibus interrogationibus, ꝙ præsumat, & respondeat ad sermonẽ falsum, & notificet cum eius responsione ad eum ex qua parte acciderit ei falsum, quoniam hæc est contradictio recta. Ex quo falsum accidit syllogismo, aut ex parte eius præmissarum: hoc est, ꝙ ambæ sunt falsæ, aut altera earum sit falsa, aut ex parte eius compositionis & formæ, aut ex ambabus ipsis simul. Sicque recta contradictio contingit respondenti, quando diuideret sermonem sophisticum ad vtramque istarum partium, & speculatus fuerit, in qua earum acciderit mendacium, & si mendacium fuerit in ambabus, cognouerit illud: hæc autem species syllogismi sophistici, cui possibile est contradicere in ambabus rebus, est facilior: hoc est, quæ corrupta fuerit secundùm

A formam, & materiam, & si fuerit in altera earum, etiam cognoscat illam, siue fuerit secundùm formam notus, ꝙ non concludat, siue secundum præmissas, & ablato eo, quod posuerat interrogans. Ambabus autem istis speciebus syllogismi possibile est contradicere secundum vnum modum: quando autem hoc ita fuerit, tam conuenit ei, qui intendit contradicere sermonibus syllogisticis, ꝙ primo speculetur an iste sermo sit syllogismus verus, aut putetur ꝙ sit syllogismus, & non sit syllogismus: & hoc per speculationem eius formæ, & eius præmissarum: & si non declararetur ei hoc de illis, speculetur conclusio, an sit vera, aut falsa: & si fuerit falsa, diuidat ipsum syllogismum in eius materiam, & suam formam & speculetur falsum ex eis: postquam iam declaratum fuit ꝙ falsa conclusio sit sine dubio ex falsitate syllogismi, aut propter eius formam, aut propter eius materiam. Differentia autem magna est inter declarationem facilitatis mendacii in præmissis syllogismi in hora interrogationis de eis, & inter eius declarationem in conclusione: & hoc, quia eius declaratio in conclusione est facilis, quoniam non est aliqua interrogatio, quæ cogat nos ad repentinam responsionem: declaratio autem rei cum meditatione est facilior eius declaratione subitanea.

B

De redargutione, quæ euenit propter æquiuocationem. Cap. V.

LArum igitur, quæ propter æquiuocationem, & amphiboliam redargutionem, aliæ quidem habent aliquam interrogationem plura significantem: aliæ autem conclusionem multipliciter dictam: vt in ea quidem quę est scientia dicere, conclusio est duplex: in ea vero, quæ est non scire scientem: vna interrogationum amphibola est. Et duplex quidem quandoque est ens, quandoque non est ens, & quandoq; significat duplex, hoc quidem ens, illud verò non ens.

IN redargutionibus autem, quæ accidunt propter æquiuocationem nominis, & propter litigium in quibusdam accidit error, aut fallacia propter nomen æquiuocum acceptum in præmissis, & in quibusdam accidit propter nomen æquiuocum acceptum in conclusione: & totum hoc, quando non intelligitur, quod significat plura: exempli gratia, quoniam qui receperit, quod tacens sit loquens, loquens autem non est tacens, & putauit, quod iam secura sit ei redargutio, quæ C est, quod taceus non sit tacens. Causa itaque eius redargutionis in hoc non est eius ignorantia in æquiuocatione, quæ est in præmissa dicente, quod tacens loquatur: & hoc, quia quando intellexerit ex ea significatum verum, & receperit ipsum, quod est, quia tacens habet potentiam ad locutionem: neq; etiam causa eius redargutionis est eius ignorantia quæ est conclusionis, quod est, quia tacens non est tacens, quoniam si proueniret secundum æquiuocationem, quæ est in conclusione, auferreretur, & diceretur, quod tam verificaretur, quod sit non tacens, ex parte qua habet potentiam, quod non taceat, & quod postea loquatur. Qui autem interroganerit, & dixerit nunquid, quod sciet homo nescuit illud, & qui non sciuit, non habet scientiam de aliqua re illius, sicque ergo homo non habet scientiam de aliqua re illius, quod sciuit, perfecta est responsio ista redargutio, quando receperit ab eo istas præmissas. Accidit autem ei redargutio propter æquiuocationem, quę est in compositione præmissæ dicentis quod illud, quod sciet homo, non sciuit, & hoc, quia hanc præmissam reciperet, qui non existimaret, quod intellectum per dictionem sciuit, aliquando redit ad scientis, & aliquando redit ad scitum. Sicque causa redargutionis hic est æquiuocatio, quæ est in præmissa, non æquiuocatio, quæ sit in conclusione, hoc autem est secundum oppositum primæ positionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

De causa dictæ redargutionis. Cap. VI.

QVibuscunque igitur in fine est multiplex, nisi prius sumpserit contradictionem, non fit redargutio, vt in eo quod est cæcum videre: nam sine contradictione non fit redargutio. Quibuscunque vero in interrogationibus, non necesse est prænegare, quod duplex est, nam non ad hoc, sed propter hoc fit oratio.

REdargutio autem in istis interrogationibus est propter multiplicitatem quam significat nomen æquiuocum, aut dictio litigiosa. Annectitur autem secum redargutio, quando ex ipsomet sermone sequitur eius contradictorium. Hoc autem non accidit in syllogismo ducente ad impossibile in cunctis interrogationibus: & hoc, quia quidam syllogismus ducens ad impossibile est, cuius falsum sequens ab eo est contradictorium eius, quod suppositum fuerat in eo, sicut sequeretur ex nostra suppositione, quod cæcus videat, & qđ cæcum non sit cæcum. Quidam autem est, cuius falsum est contradictorium præmissæ cerx, sed illa non fuerit posita para syllogismi, sicut quod sequatur ex dicto nostro, quod E cæcus imaginetur, quod ipse imaginetur, & hoc est falsum, sed per ipsum non accideret, quod supposueramus.

De contradictione, quæ sit secundum redargutionem æquiuocationis, & solutione ipsius fallaciæ. Cap. VII.

IN principio igitur ad duplex, & nomẽ & orationem sic respondendum, quod est vt sic, est autem vt non: vt de eo quod est silentia dicere, quod est ut sic, est autem vt nõ, & quæ expediunt, agendum: sunt autem quæ sic, sunt autem quæ non: nam expedientia dicuntur multipliciter. Si autem lateat, in fine addendo interrogationi corrigendum: est ne silentia dicere? non tamen eos qui silent. Et in iis autem, quæ se habent quidem multipliciter in propositionibus, similiter non putas consciunt, quod sciunt? sic. sed non sic scientes, non enim est idem, quôd non est con- F scire, atque sic quidem non esse scientes. Et omnino obluctandum est, tametsi simpliciter colligatur, quod non rem, quam dixit negauit, sed nomen: quare id non est redargutio.

CONtradictio autem, quæ est propter redargutiones, quæ fiunt propter æquiuocationem nominis, aut in præmissis, sicut dximus, aut in conclusione, fit quando præponat respondens cum interrogatione, & diuidat nomen æquiuocum in eius modos, & notificet notum ex eo ab ignoto, quando autem appellauerit ipsum nomine, & respondeat per conditionem, quæ est in illo, fiet præmissa vera secundum modum replicationis, sicut si interrogaret ipse interrogans, nunquid tacens loquitur, & diceretur verum est, quod loquitur: sicque respondebit ei ad intercapiendum ipsum, & dicet, immo hora eius silentij: sicque etiam, si responderet quod ille non loquatur, caperet hoc, & diceret, immo loquetur in futurum: & sic etiam, quando interrogaretur, & diceret, nunquid quicquid scit aliquid non ignorat illud, & diceretur sic est. Ille autem responderet, & subderet, & diceret, immo ex ea parte qua sciuerat ipsum: quando autem fecerit hoc, non periceretur fallacia famosa, qua vsi sunt antiqui, quando recipiebant & dixe-

A rant, nunquid qui sciuit aliquam rerum non ignoret eam omnino. Tu autem scis quod omnis binarius sit numerus par, non sciebas autem istum binarium, quem absconderant a te, antequam eum demonstrassent. Sicque ergo tu scires aliquam rem, & ignorares eam simul. Dicimus autem, quod soluatur ex parte, qua scit, quia non sequitur illa fallacia, quoniam ille diceret scisi illud scientia vniuersali sed non particulari. Sicque ergo illud, quod scisi, non est illud, quod ignorani.

De fallacia compositionis, & diuisionis. Cap. VIII.

MAnifestum autem, & eas, quæ sunt propter compositionem, & diuisionem, quomodo soluendum: nam si diuisa & composita oratio aliud significat cum concluditur, contrarium dicendum. Sunt autem huiusmodi omnes orationes secundum compositionem, & diuisionem Putasne quo vidisti tu hunc percussum, illo percussus est hic? & quo percussus est, illo tu vidisti?

B ILle autem, qui sciuerit quod fallacia fiat ex litigio, quod est propter diuisionem, & propter compositionem. Iam sciuerit etiam quo modo sit conclusio istius fallaciæ, quando diceretur, quod quando diuiditur, significat tale, & quando componitur, significat tale: duę autem rationes sunt diuersæ, & non oportet quando diuiditur, & componitur quod significat vnam rem. Et iam aliquãdo non est impossibile, quod aggregentur in quadam dictione litigium, & deceptio propter translationem a diuisione ad compositionem, & propter id, qp accidit ipsimet compositioni ex æquiuocatione, sicut est sermo dicentis, nunquid scias quod iste percutiat, & si dixerit sic, dices an, & p hoc percutiat, & dixerit sic, dices: sicque ergo scis, quod iste percutiat, & per hoc percutiat: sicque ergo id, quod scis, quod eo percutiat, per hoc itaque percutit, & quod scis, quod eo percutiat, est tua scientia, sicque ergo per tuam scientiam percutit. Hunc autem sermonem ingressa est fallacia duobus modis, quorum vnus est, quoniam id, quod verificatur diuisum, non verificatur compositum: & hoc, quia eius scientia quod per hoc percutiat est verum, & ipsum etiam percutere per hoc est verum, quoniam eius dictum, quod scit, quod per hoc percutiat, fert insinuationem instrumenti & scientiæ.

Fallacia compositionis, & diuisionis differt a fallacia æquiuocationis. Cap. IX.

C HAbet quidem aliquid etiam dubiarum quæstionum, quamuis sit propter compositionem: nam non est duplex, ob id quod est secundum diuisionem: non enim eadem oratio sit diuisa, & composita. si quidem ora, & hora secundum accentum prolata significant aliud, sed in scriptis quidem idem nomen, cum eisdem elementis scriptum sit, & similiter: *& illic autem iam signa faciunt, prolata non eadem, quare nõ duplex quod propter diuisionem est: manifestum autem quoniam non omnes redargutiones propter duplex, sicut quidam dicunt. Diuidendum igitur & qui respondet: non idem est enim dicere videre oculis, percussum: & dicere oculis percussum, videre. Et Euthydemi oratio. Putasne vidisti tu hunc existentes in Pyrço naues, cum in Sicilia sis? Et rursum, putasne malum sutorem bonum esse? sit autem quis bonus sutor, malus: quare

*Nam h nõ litera E, sed spiritus tantum nota.

futor malus. Putasne, quorum scientiæ bonæ, bonas esse disciplinas, D
mali autem bona disciplina? igitur bona disciplina malum: attamen
& malum, & disciplina malum: quare mala disciplina, malum. Pu-
tasne verum dicere nunc, quoniã tu factus es? factus es ergo nunc. An
aliud significat diuisum? verum enim dicere nunc, quòd tu factus es,
sed non, nunc tu factus es. Putasne vt potes, & quæ potes, sic & ipsa
facies? non citharizans autem habes potestatem citharizandi, cithari-
zabis igitur non citharizans. An non huius habet potestatem, vt nõ
citharizans citharizet? sed cum non facit hoc, vt faciat. Soluunt au-
tem quidam id & aliter: nam si dedit vt potest facere, non dicunt ac-
cidere non citharizantem citharizare: non enim omnino vt potest fa
cere datum est facere, non idem autem esse vt potest, & omnino vt po
test facere.

Quod fallacia compositionis, & diuisionis differat a fallacia æquiuocationis. E

SCientia autem, quæ fit propter permutationem a diuisione in compositionem,
& econtra, non est species fallaciæ, quæ fit propter æquiuocationem, sicut pu-
tauerunt quidam homines, quod quælibet fallacia dictionalis sit per æquiuo-
cationem: & hoc, quia accidat diuersitas intellecti per æquiuocationem nominis
nomine existenti vno eodem: hic autem variatur intellectum per acceptionem
nominis aliquando diuisi, & aliquando compositi, sicut variatur intellectum
vnius eiusdem dictionis, quando coniungitur et signum o1 quod est o, aut signum
i, aut a, & variatur vnum nomen scriptum ex eisdem literis cum varietate pun-
ctorum supra ipsum. Iam autem declaratum est, quod non quicquid soluit ex fal
laciis dictionalibus est propter æquiuocationẽ nominis exẽplis, quibus vsi sunt
quidam homines sedm fallaciã, & tulerũt ad hoc sermones famosos hominibus
sui temporis ex capitulo fallaciæ, quæ est ex æquiuocatione compositionis, idest
amphibologiæ, & quæ est capituli compositionis, & diuisionis: exempli gratia,
sermo dicentis, ego video oculo, quem vides quoniam intellectũ huius dictionis
variatur, quando constructio qui est dictionis vides, aliquando redit ad oculum,
& aliquando ad loquacem: manifestum autem est, q̃ non sit hic varietas intellec-
ti propter æquiuocationem nominis, & similiter etiam est sermo dicentis, num F
quid sciuisti naues? Siciliæ: nunc præ sũt nobilitate habent tres terminos, ipsum
nunc aliquando redit ad naues, & aliquando ad scientiam; exempli gratia, num
quid Socrates sit nobilis Philosophus, & corrigiarius vilis et ideque ergo ipse est
nobilis vilis, hæc adhuc fallacia est capituli vsus compositi secundum vsum diuisi
sedm significationem, & huiusmodi etiam est sermo dicentis, numquid nobilis
doctor, cui est doctrina boni, sit bonus in se, doctoris autem vilis sit doctrina bo-
na: sicque doctor vilis est bonus, hæc autem fallacia sit nobis vtentibus compo-
sito secundum vsum diuisi: & hoc, quia compositum huius exempli est ve-
rum, diuisum autem est falsum. Famosorum autem exemplorum illius capituli
apud antiquos est sermo dicentis, numquid scieneris quod id, quod possibile est
mihi quod faciam, faciam illud? & possibile mihi est, quando non percutiam fla-
gello, quod percutiam eo, sicque, quando ego non percutiam flagello quod percu-
tiam flagello: & hæc fallacia est capituli vsus diuisi secundum vsum compositi,
quoniam verificabitur de illo tempore, quo non percutiet, percutiam flagello,
quoniam possibile est mihi percutere flagello, & si verificaretur de diuiso, ego
percutiam flagello, absque quod coniungatur cum eo dictio possibile: sicque illa
fallacia est, quod non percipiatur varietas dictionis percussi, quando coniungi-
tur ipsi possibile, & percussioni simpliciter

In quo exẽplis distincte explicat fallacias compositionis et diuisionis.

A *Ponit differentiam inter propositionem diuisam de possibile, & de inesse, & de fallacia accentus. Cap. X.*

SEd manifestum quoniam non bene soluunt: nam oratio-
nem omnium, quæ propter idem, eadem solutio: ea-
dem autem non accommodabitur ad omnes, nec omni
no ad interrogatas, sed est ad interrogantem, & non ad
orationem. Propter accentum autem orationes non
sunt, neque in iis quæ scribuntur, neque in iis quæ dicuntur, præter-
quam si quæ paucæ fiunt, vt hic, putasne est quod habitas, domus?
sic. nunquid, ne est quod habitas, negatio eius est quod habitas? sic,
dicebas autem, ne esse quod habitas domum, negas igitur te habitare
domum. Quomodo autem soluendum est, palam: non enim idem si-
gnificat grauiter, & acute prolatum.

B HAEc autem contradictio non est, sicut quidam homines putauerunt: ego au-
tem puto quod ipse insinuet Platonem, quoniam non cuiusque quod possibi
le est fieri, erit hora eius possibilitatis, hora actionis, quoniam, si hoc ita fue-
rit, possibile fuisset, quod ego percutiam quando percussi, quoniam hæc contra-
dictio est appropriata huic loco ex parte eius materiæ: hoc est dictio possibilis,
qua vtitur in eo, & contradictio essentialis est rebus, quæ sunt vnius speciei, hoc
autem est contradictio cum ipsamet interrogatione, non contradictio ad hoc est
fallacia: fallacia autem, quæ accidit ex accentu in elencho, non fit nisi ex mini
mo eius, siue fuerit in scripsis, aut in ipsa dictione, verbi gratia, de dictione, est,
est sermo dicentis, nonne domus est, quæ non quiescit? non quiescit autem est ne-
gatio quiescendi, ideque ergo domus est negatio. Illius autem, qui accidit propter
depressionem vocis, & eius tenuitatem, contradictio est facilis, & hoc quando no
tificaret, quod significatio huius dictionis, quando eleuatur non sit eius significa-
tio, quando deprimitur & attenuatur.

De figura dictionis. Cap. XI.

C MAnifestum autem & in iis, quæ fiunt propter id quod vt
eadem dicuntur ea, quæ non sunt eadem, quo pacto ob
sistendum, eo quòd habemus genera prædicamento-
rum: nam hic quidem dedit interrogatus non esse ali-
quid eorum, quę quid est significant: ille vero, ostendit
quidem esse aliquid eorum quę sunt ad aliquid vel quantitatis. vi-
dentur autem quid est significare propter dictionem, vt in hac oratio
ne. Putasne contingit idem simul facere, & fieri? non, at verò videre,
simul & videri idem & secũdum idem contingit. Putasne est aliquid
eorum, quæ sunt pati facere? non: nonne igitur secatur, vritur, op-
tatur similiter dicuntur, & omnia quidem pati significant? rursum au
tem currere, videre similiter sibimuicem dicuntur, veruntamen vi-
dere, operari aliquid est: quare & pati aliquid, simul etiam & fa-
cere. Si autem aliquis illic dãs contingere simul idem facere, &
pati, videre, et videri dicat posibile, nondum redarguetus est, si non
dicat videre facere aliquid, et videri pati: indiget enim hac inter-

rogatione, sed ab audiente opinatur datum esse, cum & secare facere aliquid, & secari fieri aliquid dedit, & quæcunque alia similiter dicuntur: nam reliquum ipse addit qui audit veluti similiter dictum: illud autem dicitur quidem non similiter: videtur autem propter dictionē. Idem autem accidit hic quod in æquiuocationibus: putat enim in æquiuocis insçius orationum, quam dixit negare rem, non nomen: ideoque adhuc indiget interrogatione, si ad vnum aspiciens dicat æquiuocum: hic enim dante, erit redargutio. Similes autem & hæ orationes illis: si quod quis habens, postea non habet, amisit: nam vnum solum amittens calculum, non habebit decem calculos. Ad quod non habet quidem, prius habens, amisit? quantum autem habet vel quot, non necesse est tot amittere. Interrogans igitur quod habet, colligit in eo quot: nam decem, aliquot: si igitur dix isset à principio, si quot quis non habet prius habens, putasne amisit tot? nullus vtique dedisset, sed aut tot, aut horum aliquid. Et quoniam dabit aliquis quod non habet, non enim habet vnum solum calculum. An non dedit quod non habuit, sed vt non habuit? nam solum, non quod significat, neque quale, neque quantum, sed vt se habet ad aliquid, vt quod non cum alio. Quemadmodum si dicat, putasne quod non aliquis habet dabit? non annuente autem, interroget si dabit quis aliquid cito, qui non habet cito? astruentem autem colligat quòd dabit quis quod non habet, & manifestum quoniam non syllogizauit: nam cito non est quod dare, sed hoc modo dare: quo autem modo non habet, dabit aliquis, vt quod delectabiliter habet, mœste dabit. Similes autem & huiusmodi orationes. Putasne quam non habet, manu percutiet quis, aut quem non habet, oculo videbit? non enim habet vnum solum oculum.

De fallacia figuræ dictionis, & ei' solutiõe.

IN ex vero, cuius figura dictionũ est vna, & illa est in distinctis prædicamentis, contradictio elenchi fit, ex quo noueris in quibus singulorum prædicamentorum sit vnaquæque earum, quando genera prædicamentorum fuerint nobis nota, elenchus autem accidit in hoc, sicut est sermo dicentis, heus talis vidistin vnã eandem rem, quæ ageret & pateretur simul? quando autem diceretur non, dicetur modo iam possibile est cuidam homini, quod videat & videatur, quando videret seipsum, quod videatur autem, & videat est, sicut quod percutiatur & percutiat, & vniuersaliter agat & patiatur simul; quando autem aliquis homo videt seipsum, iam possibile est qd' inueniatur vna eadem res, quæ agit, & patiatur simul. Hæc autem res non inuenitur, istud est absurdum, & inopinabile. Et huius contradictio est propinqua contradictioni elenchi, cuius causa est æquiuocatio nominis, quando noueris figuram ipsius, videbit, q̃ sit figura ipsius, videtur illud itaque significat passionem, non actionem: & hoc, quia id simile est æquiuoco ex parte conuenientiæ in constructione dictionis, sicut fallacia quæ fit ex acceptione plurium interrogationum, ac si esset vna ex parte variatis videt ad videtur secundum dictionem, hoc est secundum literas, ex quibus componuntur, & quando interrogaret de pluribus interrogationibus vnica interrogatione: ex quo aũt hęc consimilitudo, quæ est inter sermones deceptorios, iam inuenitur pluribus modis fallaciarum dictionalium, quod sit similitudo fallaciarum, quæ caderent propter æquiuocationem nominis, sed non sunt ex illis: & ideo opinatus est ille, qui putauerat, quod omnis fallacia fit propter æquiuocationem nominis: excm-

A pñ gratia si, quis interroganerit & dixerit, nunquid ille qui habebat decem aureos, & protecit vnum aureum ex eis, iam ipse non habet vnum aureum: & qñ do diceretur sic, diceretur nunquid ille, qui habet nonem aureos, habeat vnum aureum. Sicque ergo qui habet vnum aureum, non habet vnum aureum. Hæc autem fallacia non est propter æquiuocationem nominis, sit autem, quia ille acceperat simpliciter quod verificatur connexum: & hoc, quia verificatur de eo, qui protecit aureum vnum ex decem aureis, q̃ non habeat vnum aureum, nõ q̃ non habeat aureum simpliciter, & de illo, qui habet decem aureos, verificatur, quod habeat decem aureos, non vnum aureum simpliciter: sicq; ergo causa istius fallaciæ est, q̃ id, quod verificatur cum alio, putatur quod verificetur, quando accideretur separatum: sicq; illa est capituli elenchi, qui fit propter diuisionem, & compositionem, aut absoluti connexi, id est, simpliciter & secundum quid. Et taliter etiam est, quod interrogaret quispiam interrogans, & diceret, nunquid qd' dedit homo non habet? Et quando responderetur sic, interrogaretur, nunquid q̃ habet homo, est quod dat, quando autem admiserit illam, illud itaq; quod habet est id, quod non habet. Sicq;, quando acceperit quod habet, & quod non habet simpliciter, appellatur iste elenchus, & simile est hoc sermoni dicentis, nunquid possibile sit, quod quidam porrigat sine manu, & videat sine oculo, quando aũt dixerit ei quod sic: sicq: ergo truncus sine manu porriget, & cecutiens sine oculo videt, sicq; ergo videt sine oculo. Et impossibile est, quod videat sine oculo, hoc
B autem verificatur connexum non absolutum, & hoc, quia cęcutiens videt sine vno oculo, non sine duobus oculis, & sic etiam truncus porriget manum vnam, non ambas manus.

De falsa solutione quorundam ad fallaciam figuræ dictionis, & cautela ad omnes fallacias in dictione. Cap. XII.

SOluunt autem quidam dicentes, & quod habet vnum solum oculum, & aliud quidlibet qui plura habet: quidam autem & vt quod habet accepit, dedit enim vnum solum hic calculum, & hic habet (dicunt) vnum solum ab hoc calculum: accepit enim ab hoc, ergo vnũ solum habet hic calculum: alii autem statim interrogationem interimentes, quia contingit quòd non accepit habere: vt vinum accipitẽ suaue, si corrumpatur in acceptione, habere acre. Sed quod di-
C ctum est prius, hi omnes non ad orationem, sed ad hominem soluũt. nam si esset hæc solutio, dantem oppositum non possibile esset soluere, quemadmodum & in aliis, vt si est quidem quod est, est etiam quod non est solutio, si simpliciter det dici, concludit: si autem nõ concludit, non erit solutio: in prædictis autem (omnibus datis) nõ dicimus fieri syllogismum. Amplius autem, & hæ sunt ex huiusmodi orationibus. Putasne quod scriptum est, scripsit quis? scriptum est autem nunc quòd tu sedes, falsa oratio: erat autem vera cum scribebatur. igitur simul scribebatur falsa, et vera. Nam falsam, vel veram orationem, vel opinionem esse, non quòd, sed tale significat: nã eadem ratio, & in opinione. Et putas quod discit discens, hoc est quod discit? discit autem aliquis quod est tarde, celeriter. Non igitur quod discit, sed vt discit dixit. Et putas quod ambulat aliquis, pessundat? ambulat autem totam diem. An non quod ambulat, sed

A Hæ captiones figuræ dictionis.

quando ambulat dixit. nec cum scyphum quis bibat, quod bibit, sed ex quo? Et putas quod quis sciuit inueniens, vel discens sciuit? quorum autem hoc quidem inuenit, illud autem didicit, ambo hæc neutrum. An hęc quidem omne, quod autem non omne? Et quoniam est quis tertius homo a se, & ab vnoqs. Nam homo & omne commune, non hoc aliquid, sed quale quid, vel ad aliquid, uel aliquo modo, vel huiusmodi aliquid significat. Similiter autem & in hoc, Coriscus & Coriscus musicus, verum idem, an alterum? Nam hoc quidem hoc aliquid, illud autem quale quid significat: quare non est idem exponere. Exponere autem non facit tertium hominem, sed idipsum quid est cõcedere: non enim erit hoc aliquid esse id, quod Callias, & id quod homo est: neqsi quis expositum nõ id quidem quod hoc aliquid esse dicat, sed idem quod quale, nihil refert: nam erit a multis vnum quiddam, vt homo: manifestum ergo quoniam non dandum hoc aliquid esse quid quod commun ter prædicatur de omnibus, sed aut quantũ, aut quale, aut ad aliquid, aut aliquid talium significare. g

Modus vniuersalis dilu endi dictionẽ.

Omnino autem in quæ propter dictionem sunt orationibus, semper per oppositum erit solutio quam propter quod est oratio, vt si propter compositionem oratio, solutio diuidendo: si autem propter diuisionem, componendo. Rursum si propter accentum acutum, grauis erit solutio: si vero propter grauem, acutus. Si autẽ propter æquiuocationem est, oportet oppositum nomen dicendo, soluere: vt si animatum accidit dicere, negando non esse, manifestum quod est inanimatum: si vero inanimatum dixit, hic autem animatum colligat, dicendum quod est inanimatum. Similiter autem & in amphiboliis. Si autem secundum similitudinem dictionis, oppositum erit solutio: putasne quod non habet, dabit aliquis? An non quod non habet, sed ut non habet? vt vnum solum calculum, putasne quod scit discens, vel inueniens scit? attamen non quæ scit: & si quod ambulat pessundat, non tamen quando. Similiter autem & in aliis. f

QVidam aũt homines cõtradicunt huic fallaciæ, quia putauerint eam eẽ propter æquiuocationem nominis. & dixerunt ad primum exemplum, quando dicebatur cæcutiens non videt, immo dicatur ꝙ ille non videat, non sicut diceretur de cæco, ꝙ ipse non videat, sed secundum dispositionem diminutã. Quidam autem eorum dixerunt ad secundum exemplum, quod id, quod dat, sit ac si non esset, & quod acceperit est, ac si esset: sicq; ergo id, ꝙ non habet, dicitur multifariam, & eo magis id, quod habet: Quidam autem eorum dixerit in contradictione huius, quod iam det homo, quod non habet, & hoc ille, qui dedisset vinum bonum, & quando dederit ipsum permutabitur in acetum, sicque iam dedit ꝙ non habet, & est ac si opinatus sit, quod tales deceptorii sint capitulũ æquiuocationis nominis: res autem non est ita, quoniam licet recepisset hoc, ꝙ sit contradictio, ipsa itaque est contradictio partium secundum materiam, cuius hic elenchus est pars: & ideo qui sciuerit naturam huius loci, & contradixerit ei secundum eius naturam, impossibile est ꝙ arguas ipsum. Et huius generis elenchi est sermo dicentis, vidistin hanc scripturam, nunquid verum sit dicta tua ꝙ sit scriptura hominis? & verum est. ꝙ tu non scripseris ipsam, & tu es homo? sicq; ergo est scriptura hois, & nõ scripsit eam homo, huius autem cõtra-

A dictio est, qđ dicatur scripsit eam homo alius a te, non homo simpliciter. Et huius generis, hoc est, ex dictionibus est sermo dicentis, vidistin qđ addiscit homo est id, qđ addiscit? ipse aut addiscit graue & leue. Sicq; homo est grauis & leuis. Modi aũt contradictionis sunt ꝙ dicatur, ꝙ dictio est, ꝙ verificatur de scientia nõ de homine. Et huius summæ est sermo dicentis id, quo homo ambulat, ipse calcat ipsum, homo aũt ambulat die, ipse itaq; calcat diem. Modus aũt contradictionis eius est, quod dicatur, qđ uter, quo ambulat ipse calcat, sed nõ calcat tempus, quo ambulat, oppositio aũt est propter æquiuocationem constructionis seu amphibologiam, qm eius significatio loci non est sua significatio temporis. Aliud etiam excẽptum est, qđ est sermo dicẽtis, iste homo est homo particularis aut vniuersalis, si aũt sit particularis est in te demonstratus qui es tu, quia vos duo estis particulares, sed non es tu, si aũt est vtis, esset genus, demonstratus aũt non est genus, sicq; esset genus, & non esset genus. Sicq; modus huius contradictionis est, ꝙ dicatur, ꝙ demonstratus sit, res tertia, quæ non est homo vtis & particularis, & ꝙ homo sit vtis in habitudine ad singulares homines, & est particularis in habitudine ad aliquem hominẽ demonstratum, demonstratus vero est, qđ non est vniuersale neq; particulare. Et vniuersaliter conuenit ei, qui contradixerit istis elenchis qui sunt ex dictionibus, ꝙ eius cõtradictio fiat per oppositũ loci, ex quo interrogans cõclauserat elenchum, & si fallacia fuerit, ppter diuisionem cõpositi, B oppugnabit eum per compositionem. Et si esset propter eleuationem, contradiceret ei per vocis tenuitatem, contrarium autem econtrario. Istæ autem sunt omnes contradictiones, quibus contradiximus elenchis dictionalibus.

De diluendis argutiis accidentis. Cap. XIII.

AD illas vero, quæ propter accidens, vna quidem solutio est ad omnes: nam quia indeterminatum est quando dicendum de re, cum quippiam accidenti ineſt: & in quibusdam quidem videtur, & dicunt, in aliquibus autem non dicunt necessarium esse: dicendum igitur cõformãtes similiter ad omnes quod non est necessarium: habere autem oportet quo refellat dicendo id perinde est vt. Sunt autem omnes huiusmodi orationes propter accidens: putasne id scis, quod debeo te interrogare? Age cognoscisne uenientem, aut coopertum? Statuane tuũ opus est? An tuus canis pater? Suntne paucies pauca, pauca? manifestum enim est in omnibus his, quoniam non necesse est quod de accidente dicitur, & de re verum esse: solis enim iis quæ secundum substantiam sunt indifferentia, & quæ vnum sunt, omnia videntur eadẽ inesse. bono autem non idem est bonum esse, & uenturum esse interrogare, neq; venienti, aut coperto, & uenientem esse & Coriscum, quare non si cognosco Coriscum, ignoro autem venientem, eundem cognosco & ignoro: neq; si hoc est meum est, autem opus, meũ est opus, sed possessio, vel res, vel aliud quippiã: eodem aũt modo & in aliis. C Captiones accidentis.

Soluunt autem quidam interimentes interrogationem: dicunt enim contingere eandem rem cognoscere, & ignorare, sed non secundum idem: venientem igitur non noscentes, Coriscum autem noscentes, eundem quidem cognoscere, & ignorare dicunt, sed non secundum idem. Attamen primum (quidem quemadmodum iam diximus) oportet earum quæ propter idem sunt oratio- Diluitio argumentorum non sufficiens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num eandem esse solutionem: id autem non erit si quis non in cognoscere: sed in quod est esse, aut aliquo modo se habere ipsum quod approbant, sumat (vt si hic est pater, est autem tuus) nam tametsi in quibusdam id verum est, & contingit idem cognoscere, & ignorare, tamen hic nihil commune habet quod dictum est.

Insufficiens solutio.

Nihil autem prohibet eandem orationem plures vitiositates habere. sed non omnis peccati manifestatio, solutio est. Nam possibile est ostendere quempiam, quòd falsum quidem syllogizauit, propter quod autem non est ostendere (vt Zenonis orationem quod nó est moueri) quare & si quis conetur colligere vt ad impossibile, peccat, & si millies syllogizet: non enim est hęc solutio, nam erat solutio manifestatio syllogismi falsi, propter quod falsus: si igitur non syllogizauit, quamuis aut verum, aut falsum conetur colligere, illius manifestatio, solutio est. Fortasse autem & id in quibusdam nihil prohibet accidere, verum in his nec hoc videbitur: nam & Coriscum quod Coriscus, cognoscit, & venientem, quod veniens. Contingere autem idem cognoscere & non, vt quòd album quidem cognoscere, quòd autem musicum, non cognoscere: sic enim idem cognoscit & non cognoscit, sed non secundum idem, venientem autem & Coriscum, & quod veniens, & quod Coriscus, cognoscit. Similiter autem peccant & qui soluunt quoniam omnis numerus paucus, vt ii quos diximus: vtpote qui cum non conclusum est, id omittentes, verum conclusum esse dicunt: omnia enim esse & multum & paucum dicentes, peccant.

Quidam autem & duplici soluunt syllogismos, vt quoniam tuus est pater, aut filius, aut seruus. Attamen manifestum, quoniam si eo quod multipliciter dicitur, apparet redargutio, oportet nomen uel orationem proprie esse plurium: hunc autem esse huius filium, nemo dicit proprie, si dominus est filii, sed propter accidens compositio est (putasne est hoc tuum? sic. est autem hoc filius, tuus igitur filius) quia accidit esse & tuum, & filium, sed non tuum filium. Et esse aliquid malorum bonum, nam prudentia est disciplina malorũ. Hoc autem horum esse non dicitur multipliciter, sed possessio: siquidem fortasse multipliciter: nam & hominem animalium dicimus esse, sed non possessionem, & si quid ad mala dicitur, vt aliquorum: propter id malorum est, sed non hoc malorum: propter id igitur quod aliquo modo, etiam simplicite, apparet, quanquam contingit fortasse bonum esse aliquid malorum dupliciter, non tamen in oratione hac: sed magis, si quod mancipium sit bonum mali: fortasse autem neque sic, non enim si bonum est & huius, bonum huius simul: verum, neque hominem dicere animalium esse, dicitur multipliciter: non enim si aliquid significamus auferentes, id dicitur multipliciter: nam & dimidium dicentes versus da mihi, Iliada significamus: * vt, Iram pande dea.

* Hoc est, si significamus dimidiũ versus Iliados.

De fallacia accidentis, falsaq; responsione ad illa

CContradictiones vero, quæ fiunt rebus sophisticis, sunt, quia contradictio cuiusq; cp est secundum accidens, est vna eadem contradictio in se, quæ est ex essentia eius, quod est secundum accidens, hoc est, cp scitat cp hoc non sit illis semper, neq; omnibus, quoniam quod est secundum accidens, inuenitur rei aut in minori tempore, aut in pauciori subiecto, aut in pauco versusq;. Contradictio autem propria istius loci est, quando dicitur, cp hoc sit res, quæ accidit, & non sit necessario, hoc autem est manifestum, quando aduertemus ad elenchos, qui sunt secundum accidens, sicut est eorum dictum, tu talis ignoras, quod interrogare, quando autem interrogauero te ipsum, tu noueris illud, ergo tu ignorauerit & noueris illud simul: & sicut est dictum nostrum, tu talis cognoscis Socratem, & non cognoscis cp ipse ingrediatur domum, & hic ingrediens est Socrates, sicq; tu cognoscis ingredientem, & non cognoscis ipsum simul: & sicut est dictum nostrum, hic est pater, & est tuus, ergo est pater tuus. Aliud ex eplum est ex famosis, & est, cp omnis numerus est multus, quia numerus est multitudo quædam, & omnis numerus, qui est pauciior alio, est paucus, sicque omnis numerus est multus & paucus simul. Omnes isti elenchi soluuntur, quando dicitur, cp hæc dispositio acciderit, & cp non sit necessaria, & quod acciderit huic Socrati, cp interrogaueris de eo, & ignoras ipsum ex parte qua interrogasti de eo, sed non ignoras ipsum ex parte qua est Socrates, neque esse interrogatum de eo est semper, neque necessarium, & sic accidit Socrati si ingrediatur domum, cp ego cognoscam ipsum cp sit Socrates, & ignorem de eo dispositionem, quæ accidit ei: sicque est ipsum ingredi domum, & sic etiam est responsio Istentis, quod sciamus & nesciamus ipsum: quidam vir autem (per quem puto innuere Platonem) est qui contradixit his elenchis ex eo, quod dixit, quod non sit impossibile quod sciam vnam rem ex quadam parte, & ignorem ex aliqua parte. Sed hanc contradictionem impedit breuitas pluribus modis, quorum vnus est, quia impossibile est quod fiat in contradictione cuiusq;, quod est secundum accidens, sicut est sermo dicenti: præcedens, hic est tuus, & hic est pater, ergo est tuus pater, & non est tuus, quoniam contradictio huius est, quod dixit, quod accideret tibi, quod iste, qui est tuus, sit pater, & non est ex parte qua est tuus, cõtradictio autem oportet quod sit vniuersalis, & continens totam falsitatem inuentam in præmissa falsa, & hoc, quia iam inuenientur in vna eadem præmissa diuersi modi falsitatis, & oportet vt contradictio sit contradictio, quæ diuidat omnes modos, qui sunt conclusionis falsę. Præterea, qui contradicit syllogismo decenti ad impossibile sitiptoso, quando sciuerit conclusionem, quam putauit arguens, quod sit impossibilis, esse possibilem, destruxit, quod illa sit ars syllogismi elenchi, quoniam elenchus, quem intenderat, non perficitur, & hoc, quia quilibet, qui composuerit syllogismum ad declarandum per ipsum aliquam rem ducẽdo ad impossibile, & concluserit conclusionem possibilem non impossibilem, nõ declararet aliquam rem, licet composuisset mille syllogismos huius dispositionis, sed quando non declararet homo ex syllogismo falso ntli hanc mensuram, non declararet rem a falso, quod est in ea, neque accidens eius, neq; construendo, neque destruendo. Fortasse autem ipsum ponere conclusionem possibilem facit putare, quod ipse receperit illas præmissas veras, quoniam tam extimatur, quod illud, ex cuius positione non sequitur falsum, ipsum est verum, sed non est via ad destruendum præmissas falsas per syllogismos ducentes ad impossibile, qui oppugnant, hoc est qui concludunt contradictorium eius, quod positum est, nisi recipiendo quod conclusio sit falsa, Exempli gratia, quia qui contradixit sermoni Zenonis in destructione motus, qui dicit, quod si motus esset ens, oportet quod mobile transiret ante complementum processus eius medium, & ante illud medium medium illius etiam, & ex quo media, quæ sunt in vno processu, sunt infinita, sequeretur quod mobilis transirent itinera infinita tempore infinito, hoc autem est repugnans impossibile: sicq: ergo motus non est ens. Si autem diceret contradicens quod istud consequens non sit impossibile omnibus modis, eius autem impossibilitas est, si posuissemus quod transiret ea temporibus finitis, non est autem impossibile si poneremus, quod transiret ea temporibus infinitis, quoniam

dispositio temporis, & progressus est vna secundum id, quod sequitur ex hoc. Iste itaque contradixit huic syllogismo secundum hunc modum, licet iam destruxerit syllogismum, qui conatus est destruere motum, tamen non accidit per declarationem falsi, quod est in eius præmissis. Ille vero contradixit huic elencho sophistico, ex eo, q̃ dixit, quod mobile non transit ante complementum spatii, spatia multa, sed transit vnicum spatium vnico tempore: oportuisset autem quod transiret multa spatia, si vnus motus esset compositus ex pluribus motibus in actu, & sic vnum spatium ex spatiis, iam itaque contradixisset falso præmissarum: & ideo diceremus, quod illa contradictio sit secundum orationem, hæc autẽ secundum ipsammet rem. Præterea, quia hæc contradictio iam debilitatur etiam secundum artem sophicæ, quoniam non est famosum, qđ dicatur, quod vna eadem res sit aliquo modo vera, & aliquo modo falsa, aut nota secundum quid, & ignota secundum quid. Sed contradictio famosa in talibus rebus est, quod dicatur, quod notum sit id, quod non est ignoratum, quoniam si Socrates esset qui ingressus fuit domum, aut ille, de quo fuit interrogatum, oportuit quod Socrates sit ingressus domum necessario, quatenus Socrates perseuerauerit esse, & sic quatenus perseuerauit ille, de quo est interrogatum, & sit vnus Socrates, qui est, & ingressus est domum, aut de quo est interrogatio: sicque ergo quod notum est de Socrate apud vulgus est Socrates, quando notus est per se, & ignotus est per accidens: quia qui nouerit quod hic sit albus, & ignorauerit quod ipse sit musicus, iam cognouisset aliquam rem, & ignorasset rem aliam. De contradictione autem elenchi, quo sequitur, quod numerus sit multus & paucus simul est quando receperit falsum quod est in eo, dicimus quod iam possibile est, quod sit multus in comparatione ad quod est infra ipsum, & paucus in comparatione ad quod est vltra ipsum. Iam contigit itaq; ei talis breuitas, qualem diximus, sed eius contradictio perfecta est, quod dicatur ei, quod nõ omnis numerus sit multus, quoniam binarius est numerus, & non est multus.

De alia falsa responsione ad positã fallaciam.

Quidam hominum autem est, qui visus est etiam sibi quod contradicamus elencho famoso, in quo dicatur quod hic sit pater, & est tuus, sicq; est pater tuus, & non est pater tuus, est quidem seruus tuus, propter æquiuocationem, quæ est dictionis tuus, quoniam significat possessionem, & significat non possessionem: & sicut est sermo dicentis, ille est seruus, & est tuus, sicq; est seruus tuus. Et non sicut putant quidam, quia nemo putaret de dictione tuus, quando coniunxerit eam ad filium, aut ad patrem, quod illa prædicetur de possessione, & ideo non est hic ista fallacia, nisi quia accidit huic, qui est tuus, quod sit ita: sicq; etiam est dispositio serui, quia nemo cõiungeret ei dictionem tuus, & putaretur res, quæ non sit possessio: sicq; non est deceptio huius, nisi quia est ei per accidens, & est quod accideret ei, qui est filius tuus quod sit seruus: & ex hoc, est quod omnis scientia est bona, & quædam scientiæ malorum sunt malæ, quædam ergo scientiæ sunt itaq; quid bonum & non bonum, quoniam iam putatur, quod fallacia huius prouenerit ꝓpter æquiuocationem, quæ est genitiui, quoniam quatenus attribuimus genitiuum malis, & ad æquiuocationem, quæ est, ac si dixerimus, quod homo sit animalis, nemo intelligeret ex hoc attributio nisi vnam rem solum, sed fallacia accidens huic est propterea, quia putauerat quod id, quod accideret malo, sit malum simpliciter, & non est ita. Id autem est malum ex parte qua accidit ei, quod sit notitia mali, non quod illud sit malum, immo est notitia.

De vera responsione ad positam fallaciam.

Quando autem supposita fuerit res vera simpliciter, ex parte qua est in vno prædicamento ipsorum prædicamentorum, aut substantiæ, aut quantitatis, aut qualitatis, aut relationis, non accidit ei quod putetur de eo, quod iam secutum sit ab eo suum contradictorium, sicut putatur, quod sequatur hoc ex aliquibus rebus. Res autem, ex quarum positione putatur, quod accidat contradictorium illius rei, quæ posita fuerat, sunt quæ inueniuntur compositæ ex diuersis prædicamentis, & vniuersaliter ex generibus diuersis: veruntamen quando accideretur res, ex parte qua est composita cum aliquo genere, & se quitur ab illa eius contradictorium, ex parte qua est simplex, iam non sequitur eius contradictorium secundum veritatem, sed putatur quod sit contradictorium: & ideo

sit hæc contradictio, quando apparet hæc res, quæ componitur secũ, adeo quod putaretur, quod ex eius positione sequatur eius ablatio, & ex eius affirmatiõe sequitur eius negatio. Et omnes fallaciæ, quæ construuntur secundum hunc locum, quando considerantur, apparet quod hæc sit earum causa, sicut quando dicitur vidistin amice, nonne est impossibile, quod sit ens ex non ente: quãdo itaq; diceret, ꝙ sic diceretur ei, nonne hic equus est ens ex non ente equo? sicq; ergo est ens ex non ente, & ex ente simul: & hoc, quia ens in primo sermone accipitur simplex, & in secundo complexum, & concluditur contradictorium simplex. Et non est impossibile enti simplici, quod sit non ens compositum: hoc est, quod ens simpliciter sit non ens equus. Et sic etiam fallacia, qua dicitur, nũquid quod homo iuret verum, est bonum, & quod iuret falsum, est turpe. Sicque ergo quod iuret est bonum, & turpe simul: & hoc, quia iuramentum non accipitur in duobus sermonibus simplex, sed accipitur complexum cum attributione rerum contrariarum, & putatur, quod sit contrarium, & si acciperetur, ꝙ iuret simplex latens in duobus locis, esset falsum, quod putetur de eo quod accidat ei ex eius positione eius ablatio. Et huius generis est, quando dicitur, vidistin sanitatem? non est bona, mali autem est mala? sicque est bona & mala simul. Et sicut quando dicitur nomine diuitiæ eius, qui vitur opibus, sunt bonæ? malorum autem sunt malæ? sicque diuitiæ sunt bonæ & malæ simul. Et alii elenchi, quibus vtitur Ari. in hoc capite, omnes ingrediuntur hoc genus. Et huius causa est hæc eadem causa, & modus eorũ contradictionis est iste idem modus, hoc est qđ consideremus dispositionẽ præmissarum in se, & dispositionẽ earum cum conclusione, & cognoscamus dispositionẽ, qua differãt, postquã impossibile est quod sequatur ex aliqua re eius contradictoriũ. & non putaretur hoc de ea, qñ acciperetur simplex, sed qñ acciperetur complexa, sicut diximus.

De solutione sex vltimorum locorum extra dictionem. Cap. XIIII.

EAs vero, quæ sunt propter id, quod præcipue, illud autẽ, vel qua, vel vbi, uel aliquo modo, uel ad aliquid dicitur, & non simpliciter soluendum est, considerando cõclusionem ad contradictionem, si contingit horum aliquid passas esse. Nam contraria, & opposita, & affirmationem, & negationem: simpliciter quidem impossibile ineſſe eidem: quid autem vtrunque, uel ad aliquid, vel aliquo modo, vel hoc quidem quã, illud autem simpliciter nihil prohibet, quare si hoc quidẽ simpliciter, illud autem quã, nondum est redargutio. Hoc autem in conclusione considerandum, ad contradictionem. Sunt autem huiusmodi orationes omnes id habentes: putasne contingit quod nõ est esse? attamen non est aliquid id, quod non est. Similiter autem & quod est non erit: nam non erit aliquid cum sunt. Nunquid contingit eundem simul bene iurare, & peierare? Nunquid possibile est simul eidem, suadere & dissuadere? An neq; esse quid, & esse idem? quod autem non est, non si est quid, etiam est simpliciter. Nequi bene iurat id quidem, & quã, necesse est & bene iurare: nam qui iurat se peieraturum, bene iurat peierans hoc solum, at non bene iurat. Neque qui dissuadet, suadet, secundum quid suadet. Similis autem ratio est & de eo, quod est mentiri eundem simul & verum dicere, sed proper id, quo non est facile inspicere vtrum quis assignet simpliciter veracem esse, vel mendacem, difficile apparet.

Captiones explicabiles, q & vane pronunciata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prohibet autem eundem nihil simpliciter quidem esse mendacem, D
qua autem veracem, vel alicuius esse veracem aliquem, veracem autem non: similiter autem & in ad aliquid, & vbi, & quando: omnes enim huiusmodi orationes propter id accidunt. Putasne sanitas, vel diuitiæ bonum? attamen insipienti, & non recte vtenti non bonum: ergo bonum, & non bonum. Est ne sanum esse, vel potestatem habere in ciuitate bonum? veruntamen est quandoq; non bonum: idē igitur eidem bonum, & non bonum. An nihil prohibet quod simpliciter est bonum: huic non esse bonum? aut huic quidem bonum: at non nunc, vel non hoc in loco bonum. Putasne quod non vult sapiens, malum? amittere autem non vult bonum, malum igitur bonum. Non enim idem est dicere malum est bonū, & amittere bonū.

Similiter autem & quæ de fure est oratio: non enim si malum est fur, etiam capere est malum, ergo vult malum, sed potius bonum: nam capere bonum est. Et ægritudo malum est. sed non amittere E
ægritudinem malum. Putasne iustum iniusto, & quod iuste eo quod iniuste magis eligendum est? sed mori iniuste magis est eligendū. Putasne iustum est sua habere quenq;? quæ autem aliquis adiudicabit secundum opinionem suam et si sit falsa, sua sunt ex lege, idem igitur iustum & iniustum. Et vtrum oportet iudicare eum qui iusta dicit, an qui iniusta? at vero eum qui iniuriam passus est iustum est abunde dicere quæ passus est: ea autem erant iniusta. Non enim etsi pari aliquid iniuste eligendum, id quod est iniuste eligibilius quàm quod iuste. sed simpliciter quidem quod iuste: hoc autem nihil prohibet si iniuste, an iuste? & habere sua quenq; iustum, aliena autem non iustum. Iudicium vero hoc iustum esse nihil prohibet, vt quod sit secundum opinionem iudicantis: nō enim si iustum est hoc modo vel huic, & simpliciter iustum est. Simliter aūt & quæ iniusta sunt, nihil prohibet dicere ea, iustum esse: non enim si dicere iustum est, necesse est iusta esse: sicut nec si est vtile dicere, vtilia: similiter autē & in iniustis: quare non si quæ dicuntur iniusta, qui dicit injusta F
conuincitur: dicit enim quæ dicere est iusta, simpliciter autem & quæ pati iniusta.

Inscitia redargutionis.

Iis autem, quæ propter definitionē fiunt redargutiones, quemadmodum dictum est prius, obsistendum considerantibus conclusionē ad contradictionem, vt si idem, & secundum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tempore. Si vero in principio interroget, nō confitendum (quoniam impossibile est idem esse & duplum & non duplum) sed dicendum, non sic vt forte sit redarguere confitentē. Sunt autem omnes hæ orationes propter hoc. Putas qui nouit quodque, quod quamq; cognouit rem, & qui ignorat similiter? cognoscens autem quis Coriscum quod Coriscus, ignorabit quod musicus: quare idem cognoscit & ignorat. Putasne quadricubitum tricubito maius? fieri enim potest ex tricubito quadricubitum secundū longitudinē

A longitudinem: maius autem minore maius: idem igitur eodem secundum idem maius, & minus. Illa vero, quæ fiunt propter id quod petunt, atq; sumunt quod in principio, si interroganti quidem manifestum sic, non dandum, neq; si probabile sit dicentem esse veracem: si autem lateant, ignorantiam ob vitiositatem talium orationum ad interrogantem retorquendum, tanquam non redarguentem: nam redargutio fine eo est, quod in principio: deinde datum est, non vt eo vteretur, sed vt ad illud colligeret contrarium, vt in non semotis redargutionibus. Et eas, quæ propter consequens sunt coniectantes, in ipsa oratione monstrandum: est autem duplex sequentium consequētia, aut enim vt particulare sequitur vniuersale, vt hominem animal (postulant enim si hoc cum illo, & illud esse cum hoc) aut secūdum oppositiones: nam si huic est illud consequens, & oppositio oppositū: propter quod & Melissi oratio, nam si genitum est, habet principiū B
ingenitum postulat non habere principium, quare si ingenitum est cœlum, & infinitum, id autem non est, econuerso enim consequentia. Quæcunq; autem propter id quod additur aliquid colligunt, considerandum si (eo sublato) accidit nihil minus impossibile: deinde id manifestandum, & dicendum q̄ dedit non tanquam videretur, sed ut ad orationem: quo vero vsus est, nihil ad orationem.

De paralogismis petitionis principij.

De consequente.

De non causa, vt causa.

De cautela ad secundum quid, & simpliciter, seu ad secundum accidens, & necessarium.

CONuenit autem respondenti, quod aduertat sermonem redarguentis, qui accidit propter omissionem conditionis ipsius contradictorij. Et primo quidem, an ille sermo inferat contradictorium positionis, necne: & si non inferat, aduertendum, an medius terminus accipiatur in duabus præmissis secundum vnam dispositionem, aut secundum duas dispositiones diuersas, & an extremitas maior & minor sint eædem in conclusione secundum vnam dispositionem, aut differant secundum aliquam dispositionem: quia, quando obser- C
uantur istæ res, non fieret elenchus ex hoc capitulo, & quando interrogaremus de aliqua re bis, an sit ita, aut non sit ita, non reciperetur illud simpliciter, sed diceretur est ita ex tali parte, & nō est ita ex tali parte: sicut si interrogaretur, an binarius sit duplus, aut non duplus, & diceretur quod sit duplus talis, aut non duplus talis. Et fallaciæ, quæ sunt huius capituli, sunt sicut sermones dicētis, nonne qui addiscit rem non ignorat eam? & qui ignorat rem nescit eam? & si responderet sic, tunc diceretur, tu scis Socratē, q̄ sit Socrates, & nescis, quod sit musicus. Tu itaq; cognoscis ipsum, & ignoras eum simul.

De pluribus interrogationibus, vt una. *Cap. XV.*

AD eas autem, quæ plures interrogationes vnā faciunt, statim in principio determinandum est. Nam interrogatio vna est, ad quam vna responsio est: quare neq; plura de vno, neq; vnum de pluribus, sed vnum de vno affirmandum vel negandum. Sicut autē in æquiuocis quandoq; quidem ambobus, quandoq; neutri inest: quare cum non sim-

plex est interrogatio, simpliciter respondentibus nihil accidit pati, D
similiter & in his: quando igitur plura vni, vel vnum pluribus inest, vel non inest, simpliciter danti, & hoc peccato peccanti nihil cõtrarium accidit. Quandoque autem huic quidem inest, illi autem non, aut plura de pluribus, & est vt insint ambobus, est autem vt non insint rursum, quare id cauendum. Vt in his orationibus, si hoc quidem est bonum, illud autem malum: quod verum est dicere quoniã hæc bonum, & malum: & rursum, neque bonum, neque malum, nõ enim inest vtrunque vtrique: quare idem bonum & malum, & neque bonum neque malum. Et si vnumquodq; ipsum sibi idem est & aliis diuersum, quoniam non aliis eadem sed sibi, & diuersa eisdem, ipsa sibimet diuersa & eadem. Amplius, si bonum quidem malum sit, malum autem bonum, duo vtique fient. Et duorum & inæqualiũ vtrunque ipsum sibi esse æquale, quare æqualia & inæqualia ipsa sibi. Incidunt autem hæ orationes & in alias solutiones: nam ambo & omnia, plura significant, non igitur idem præter nomen accidit affirmare & negare: id autem non erat redarguere, sed manifestum quoniam si non vna interrogatio plures fiant, sed vnum de vno affirmet aut neget, id non erit impossibile. B

De cautela ad duas interrogationes simul positas.

ET plurimum conuenit cauere in interrogationibus, quando coniungerentur duæ interrogationes in vnam interrogationem, quod põ respondeatur ad eas secundũ duas dispositiones oppositas, qñ esset in illis rebus, de quibus interrogaremus, ac si esset vna res: sicut si interrogaretur de duobus hominibus, quorum vnus esset iustus, & alter iniquus, & diceret quispiam, quod sunt iustus & iniquus, qñ hoc etiam verificatur de aggregato eorum: quoniam quando responsio esset ita, tunc esset sophistarum locus plurium fallaciarum: & hoc, quia ipsi dicerent, si vtriq; esset iustus & iniquus: ipsemet iustus esset iniquus & iniquus iustus, aut iniquus non iniquus, & iustus non iustus. Et non euaderemus ab hac fallacia, si terremus dictionem aggregati, si esset vniuersitas, & dictionem duorum si duo, & ideo nõ conuenit q̃ sit responsio in talibus rebus per oppositã, licet esset vera, quia aperiret litigantibus ianuam magnã, licet manifestum sit, quod non accidat talis responsio secundum veritatẽ, quia q̃ verificatur de aggregato, non verificatur de vnoquoq; eorum. E

Dilutiones negationis, & fallaciũ. *Cap. XVII.*

Locus pro negatione,

IN illis autem, quæ deducunt ad idem frequenter dicere, manifestum quòd non dandum eorum quæ ad aliquid dicuntur significare aliquid separatas per se prædicationes, vt duplũ, sine eo quòd est dimidii quid inesse apparet: nam & decem in deficientibus vno ad decem, & facere in non facere, & omnino in negatione affirmatio: non tamẽ si quis dicat hoc non esse album, dicit idem album esse: duplum autem neque significat aliquid forte, quemadmodum, neque quod in dimidio, quod si forte significat, attamen non idem & contu-

A ctum: neq; scientia in specie, vt si est medicina scientia, ipsum quod commune, illud autem erat scientia scibilis. In iis autem, quæ per se ostenduntur prædicatis, id dicendum, quòd non idem est seorsum & in oratione quod ostenditur: nam cauum communiter quidem idem significat in simo & curuo, ad ditum autem, nihil prohibet hoc quidem naso, illud autem cruri significare. & nihil differt dicere, nasus simus, & nasus cauus. Amplius, non danda est dictio secundum rectum: falsum enim est: nam non est simum nasus cauus, sed nasi hoc vt passio: quare nihil est absonum, si nasus simus est nasus habens cautitatem nasi.

De negatione, & eius solutione, & cautela ab ea.

B QVANDO autem interrogans interrogaret de loco, qui conducit respondentem in negationem est, sicut diximus, secundum duo loca, quorum vnus est in notificatione rerum, quæ sunt relationis: & secundus est in definitione rerum, in quarum definitionibus accipitur sua substantia: conuenit itaque respondenti, quando interrogatur, de rebus relatiuis, & coegerit ipsum interrogans in negationem, q̃ declaret, q̃ impossibile sit, q̃ hoc notificet substantiam vnius earum, nisi quando acciperetur in ea substãtia alterius, quando notificaretur ex parte qua sunt relatiua, non ex parte qua sunt in alio prædicamento: exempli gratia, quia non sciretur duplum, inquantum est duplum, nisi per scientiam medij. Iam autem quod notificet per suam substantiam non esse ex parte qua est relationis, sed ex parte qui est quantitatis, sicut quod sciret, quod duplum sit binarius, aut quaternarius, sed qui sciret, quod duplum sit binarius vel quaternarius, non sciret relationem; & sic qui sciret scientiam ex parte qua est alicuius artis artium, ac si diceres scientiam medicinæ. Ipse quidem sciret ex parte qua est capituli qualitatis, non capituli relationis: & si sciret ipsum in capitulo relationis, non sciret ipsum nisi per rem, ad quam est, & quod declaretur vniuersaliter, q̃ non accidat ex negatione, inquantum notificaretur contradictorium negationis: & hoc, quia qui definiuit denarij, quòd sit numerus qui componitur ex vnitate & vnitate, donec consumeret vnitates, quæ sunt in eo, iam negaret, & non conduceret falsum mendacium: & sic definitiones affirmatiuæ negantur in esse negatiuæ, & non proueniret ex hoc impossibile: & hoc, quia negatio dicti nostri facere, est non facere, & C illud est negatio sui prædicamenti: & qui respondet de re an sit alba, q̃ non sit alba, iam negauit, sed nemo visus est sibi quod tulerit impossibile, quando autem coegerit respondentem interrogationis ex definitionibus accidentium, quæ sunt in sua definitione in negationem, sicut si interrogaretur quid est nasus aquilinus, esset differentia inter id, quod interrogauerit de eo, & inter id, quod responderet, & responderet quod sit nasus, in quo non inuenitur cauitas, quæ est in reliquis naribus hominum: conuenit itaque, quod declaremus ei, quod eius interrogatio est, quæ cogeret ipsum in negationem: & hoc, quia si interrogaret quid est aquilinitas naris, esset responsio, quòd sit naris, & hoc esset sua differentia, ex quo significaret ipsum nomen. Postquam hæc fuit semita definitionum cum nominibus, hoc est, quòd intelligatur definitio distincte, quod dederat intelligere nomen confusum. Et dicitur, quòd si interrogaretur quid est naris aquilina, si responderet quod sit naris curua, non esset differentia inter id, quod interrogaretur de eo, & inter quod responsum esset, & esset secundum gradum eius, qui permutauerit nomen nomine, & ideo indiguisset distinguere dictionem curuitatis, quæ inuenitur in reliquis naribus hominum, quoniam eius est curuitas, quæ est cruri, cui est nomen impositum in idiomate arabico, quoniam in hac interrogatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

non relinqueretur aliqua res propria ei, nisi id, quod significat curuitas, propterea quia cum hoc, quod sit res necessaria secundum istam interrogationem, non est hic nugatio, postquam esset ei dubium significatum istius curuitatis quid sit, postquam fuit varium secundum membra in quibus est, & non est ei impossibile: impossibile autē esset, si intelligeret hic curuitas, q̄ est in cruribus. D

De solæcismo. Cap. XVII.

DE solæcismis autem propter quid apparent accidere, diximus prius: quo modo autē soluendum, in ipsis orationibus erit manifestum. Omnes enim huiusmodi volunt construere. Putas quod dicis quippiam vere esse, etiam est illud vere? dicis autem quippiam lapidē esse, est igitur quippiam lapidem. An dicere lapidem nō est dicere quod, sed quem, non hoc, sed hunc? si igitur dicat aliquis, putas quem vere dicis est istum? non videtur Romane loqui. quemadmodum neq; B si dicat, putas quam dicis esse, est iste? lignum autem dicere iste, vel quæcunque neque masculinum, neque fœmininum significant, nihil refert: quare etiam non fit solæcismus, si quod dicis esse, est illud: lignum autem dicis esse, est igitur lignum istud: lapis autem & iste, masculina habent declinationem. Quòd si quis dicat, putasne iste, illa est? deinde rursum, quid autem nonne iste est Coriscus? ita dicat. est igitur illa, non collegit solæcismum, si Coriscus etiam nō significet idem quod illa: non dat autem qui respondet, sed oportet hoc præinterrogare: si autem neque est, neque dat, non colligit, neque in eo quod est esse aliquid, neque ad eum qui interrogatus est. Similiter igitur oportet & illic lapidem significare iste, si autem neque est, neque datur, non dicenda conclusio: apparet autem eo quòd dissimilis casus nominis, similis appareat. Putasne verum est dicere quoniam ista est id quod esse ais eam: esse autem ais aspidem, est igitur ista aspidem. At non necesse est, si non ista, aspidem significat, sed F aspis, aspidem autem istam: neque si quem dicis esse istum est iste: dicis autem istum, esse Cleonem: est igitur iste Cleonem, non enim est iste Cleonem: dictum est enim quoniam quem dico istum esse, est iste non istum, neque enim Romane dicetur quo pacto interrogatio dicta. Putas, istud scis? istud autem est lapis, scis igitur lapis. An non idem significat istud in eo quod est putas istud scis, & in hoc, istud autem lapis: sed in primo quidem hunc, in posteriore autē hic. Putasne cuius scientiam habes, scis illud? scientiam autem habes lapidis, scis igitur lapidis. An huius quidem lapidis, dicis, hunc autem lapidem? datum est autem cuius scientiam habes illud scis, non illius, sed illud: quare non lapidis, sed lapidem. Quòd igitur huiusmodi orationes non colligunt solæcismum, sed apparent, & propter quid apparent, & quomodo est obsistendum illis, est manifestum ex iis, quæ dicta sunt.

A SERMONES aūt latentes sunt, quorū intellectum est impossibile, & illa est vna rerum, in quas ferret sophista: ex quo autem locus, qui attribuitur suis idiomatibus, non est communis nobis & illis, fuit etiam, quod dixit in quibusdam istorum locorum proprium suis idiomatibus, aut non commune nobis & illis. Nobis autem conuenit, quod consideremus hoc genus in idiomate arabum, & si inuenitur, consideremus, an habeat locum, ex quo procedant istæ res nec ne, & an sit solertiæ in sua contradictione. Abumasar autem visus est sibi, quod hoc genus eloquij est, quod appellatur arabicæ haya, & quod iam accidat ex defectu orationis, sicut nugatio accidit ex superfluo orationis. Conuenit autem, quod perscrutetur totum hoc, & sciamus quid sit haya secundum veritatem, & quid sit secundum extimationem, & ex quibus haya secundum veritatem, & ex quibus locis proueniat talis dispositio in idiomate arabum, aut in idiomatibus singularum nationum, si esset hic talis fallacia communis omnibus nationibus. De solæcismo.

De oratione facili, difficili, & acuta. Cap. XVIII.

B OPORTET autem intelligere, quoniam omnium orationum aliæ quidem sunt faciles conspici, aliæ autem difficiliores, propter id quod & in aliquo subdole decipiunt audientem, cum frequenter eædem illis existant: nam eandem orationem oportet vocare, quæ propter idem fit, eadem autem oratio aliis quidem propter dictionem, alii autem propter accidens, aliis vero propter aliud videbitur esse: quia vnumquodq; translatitium non similiter est manifestum. Quemadmodum igitur in iis, quæ sunt propter æquiuocationē (qui modus videtur esse ineptissimus) captiosarum ratiocinationum: hæc quidem & quibuslibet sunt manifesta (nam & orationes pene ridiculosæ sunt omnes propter dictionem: Vt vir ferebatur curru in scalas, vbi venit seruus, apud Cream? Et Boreas purusne? non certe. perdit enim pauperem, & ementem. Et vtra boum ante pariet? neutra, sed retro ambæ. Putasne est Enarchus? non certe, sed Apollonides. eodem autem modo & aliarum fere quam plurimæ) illa au- C tem & peritissimos videntur latere. signum autem horum quoniam contendunt sæpe de nominibus: vt vtrum idem significent de omnibus ens & vnum, an aliud: aliis enim videtur significare ens & vnum: alii autem Zenonis orationem, & Parmenidis soluunt, eo quòd multipliciter dicant vnum dici, & ens. Similiter autem & propter accidens & aliorum singulum quodque. aliæ quidem orationes erunt faciles videri, aliæ vero difficiliores. & sumere in quo genere, & vtrum redargutio, an non redargutio, non facile similiter in omnibus est.

Boreas, purus dr. & fit scopa, & diuerticulum aeris, nubes purgans, columq; ferenans.

De diuisione sophismatum per solubile & insolubile.

SERMONVM autem sophisticorum quidam est, cuius notitia est difficilis, & quidam est, cuius notitia est facilis, difficilis autem est propter difficultatem ipsiusmet loci: & hoc, quia quidam eorum est vehementis fallaciæ, quoniam in eo est reliquum vnius speciei ex speciebus rerum sophisti-

tum, sicut quod sit sophisticus propter id, quod est secundum accidens, & propter æquiuocationem nominis, & alias species locorum sophisticorum. Sermo autem sophisticus vehementis fallaciæ est ille, quo non constaret nobis citò, quod falsum sit in eo, sed venerit propter formam syllogismi, aut ex ambobus simul, deinde post hæc cum difficultate id, de quo scimus ꝙ falsum, quod est in eo, est propter præmissas eius, & non scitur ex qua præmissa, neque scitur in qua præmissa sit accidens.

De insolubili, & solubili, & uniuersali cautela respondentis. Cap. XIX.

EST autem acuta oratio, quæ dubitare facit maxime, mordet enim hęc maxime: dubitatio autem est duplex, hæc quidem in syllogizantibus, quam eligat quis interrogationem, illa autem in contentiose sustinentibus, quomodo dicat quis propositũ. Quapropter in iis, quæ syllogizant, acutiores orationes inquirere magis faciunt: est autem ea quæ syllogizat quidẽ, oratio acutissima, si ex quam maxime apparentibus quàm maxime probabile interimit: nam cum vna oratio fit (transposita contradictione) omnes similiter habebit syllogismos: semper enim ex probabilibus similiter probabile interimet, aut constituet: quapropter dubitare necessarium est. Maxime igitur talis acuta, quæ ex æquo conclusionem facit interrogationibus: secunda autem quæ ex omnibus similibus: hæc enim similiter faciet dubitare, quæ interrogationum interimenda est: id autem difficile est: nam interimendum quidem, quid autem interimendum, dubium. Contẽtiosarum autem acutissima, quæ primum statim dubia est vtrum syllogizat, an non, vel vtrum propter falsum, an diuisionem solutio: secunda autem aliarum, quę manifesta quidem ꝙ propter diuisionem, vel interemptionem est: non tamen est explorata per cuius interrogationum interemptionem, vel diuisionem, soluenda est scilicet vtrũ propter conclusionem, an propter aliquam interrogationem id est. Quandoque igitur non syllogizans oratio facilis est, si sint valde inopinabilia, vel falsa quæ sumuntur: quandoq; autem non digna despici: nam quando deest aliqua talium interrogationum, de qua oratio & propter quam est: & qui non sumit illam, & colligit: inepta est ratiocinatio: quando autem eorum, quæ extrinsecus non despicienda vllo modo: sed oratio quidem iusta, interrogans autem non probe interrogauit. Et est sane soluendum quandoq; quidem ad orationem, quandoque autem ad interrogantem, & interrogationem, quandoque vero ad neutrum horum: similiter & interrogandum & syllogizandum est & ad positionem, & ad respondentem, & ad tempus: quando fuerit pluris temporis egens solutio, quàm præsentis temporis (quo disputatur) ad solutionem.

SERmo autem difficilis solutionis ex istis est, cuius præmissæ sunt famosiores conclusione: quoniam sermo, qui talis fuerit, multotiens destruit famosa, & plurica est, de quibus latet ipsa dispositio, quando fuerit interrogatio de duobus extremis contradictorij, quorum neutrum est famosius altero: quoniam difficile erit nobis, quod duorum extremorum reciperetur. Sermo autem facilis solutionis est, qui fit ex rebus non famosis, aut absurdis & est sermo, qui non reciperetur a respondente. Quando autem interrogarctur respondens de præmissis famosis, non conuenit ꝙ vilipendat interrogantem, licet non ordinauerit ei illas, neque cognoscatur sermo clare, & cogeretur ꝙ largiatur contradictionem aliquando secundum orationem, & aliquãdo secundum proferentem, cum notificet ei. ꝙ non inueniatur interrogatio, quoniam interrogatio aliquando fit secundum ipsummet interrogantem, & aliquando fit secundum respondentem, & aliquando fit secundum tempus proprium.

De quadam cõi respõdẽtis cautela.

Epilogus ẽsto præcedentium, & duorum præsentium librorum. Cap. XX.

EX quot igitur, & ex quibus fiunt iis, qui disputant captiosæ ratiocinationes, & quo modo ostendemus, falsum & inopinabilia dicere facientes: amplius autem ex quibus accidit syllogismus, & quomodo interroganda, & quis ordo interrogationum: insuper autem ad quid sunt vtiles huiusmodi omnes orationes, & de responsione simpliciter omni, & quo modo soluendum est orationes, & syllogismos, dicta sint de omnibus a nobis hæc. Reliquum autem est de eo quod a principio erat propositum ad memoriam reuocantes, quippiam de ea re sub breuitate dicere, & finem imponere dictis. Præmisimus igitur inueniendi facultatem quandam ratiocinatiuam de proposito ex iis, quæ sunt q̃ probabilissima: id enim opus est dialecticæ secundum se, & tentatiuæ. Quia aũt præinstruitur quis ab ea pp sophistices vicinitatem vt non solum experimentum possit sumere dialectico more, sed etiam quasi scientifico: propter id non solum dictum negotii officium posuimus orationem posse sumere, sed etiã vt orationem sustinentes tutemur positionẽ perquam probabilissima simili modo: causam * aũt diximus huius, quia & propter id Socrates interrogabat, sed non respondebat: confitebatur enim se non scire. Manifestum autem est in prioribus ex quot, & ad quod id erit, & vnde idonei erimus horum: adhuc autem quomodo interroganda, vel ordinanda quæstio omnis, & de responsionibus & solutionibus quæ sunt ad syllogismos: patefactum est aũt & de aliis quæcunq; huiusce disciplinæ sunt orationes: præter hæc aũt & de captiosis ratiocinantibus pertractauimus, quemadmodũ diximus iam prius. ꝙ igitur nacta sunt finem sufficienter ea, quæ proposuimus, manifestum: operæpretium aũt est nos non latere quidnam accidit circa hoc negotiũ: nam eorum q̃ inueniuntur omniũ, quæ quidẽ ab aliis sumpta sunt prius, elaborata paulatim incrementũ sumunt ab illis qui postmodum accipiunt: quæ aũt ab initio comperiuntur, paruum in primis sumere solent incrementum, attamen vtilius multo, eo (quod postea ab aliis fit) accremento: maximum enim fortasse principium omniũ, vt dicit, quare difficillimum: quanto enim potestate validissimum, tanto

In libris topicorũ, præsertim in octauo.

mole minimum, difficillimum est videri: eo autem compertо, facile D
est adiicere, cooptareque reliquum. Quod & circa rhetoricas orationes accidit, penè autem & circa alias artes omnes: nam qui principia inuenere, o minino ad exiguum quid perduxerunt: qui autem nunc celebriores habentur, vendicantes a multis, velut ex successione particulatim colligentes, sic auxerunt. Tisias quidem post priores, Thrasymachus vero post Tisiam. Theodorus autem post hunc, & multi multas coadunauere partes, quapropter nihil mirum, si in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negotii non hoc quidem erat exploratum, illud autem nō erat, verum nihil ipsius prorsus erat: nā eorum, qui circa litigiosas orationes erant mercenarii, similis quidem doctrina, Gorgiæ negotio: orationes enim hi quidem rhetoricas, illi autem interrogatiuas docebant edisceere, in quas sæpius incidere solebant alternatim vtrorumque adinuicem orationes: quapropter velox quidem, vtpote quæ sine arte erat doctrina E
discentibus ab illis: non enim artem, sed quæ ab arte sunt dantes, arbitrati sunt loqui erudite, perinde ac si quis disciplinam dicat se tradere vt non dolcant pedes, deinde sutoriam quidem non doceat, neque vnde possint comparari talia, det autem quam plurima genera omnimodorum calceorum, hic profecto profuit ad vsum, artem autem non tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa & antiqua dicta: de syllogismis autem omnino nihil habuimus priùs aliud quicquam quod diceremus, quàm mora perquirentes, multo tempore insudauerimus. Si autem videtur ex considerationibus nostris (vt ex iis quæ sunt ex principio) hæc habere disciplina sufficienter supra alia negotia quæ ex traditione inducta sunt, reliquum erit omnium vestrum, vel eorum qui audierunt hoc opus, omissa quidem artis, venia dignari: inuenta autem, multa prosequi gratia.

In quo epilogat dicta, & explicat finem intentum in hoc libro. F

POstquam aũt iam attigimus hac attingentia ad sermonem istius artis, iam declaratum est nobis, vnde sint sermones deceptorij addiscentium, & quotus sit suus numerus, & qũo reducantur quidam eorum in elenchum sedm syllogismum, & qũo cõueniant quod interroget, qui contradiceret cõpositioni nere rerum, & qũo fit contradictio responsio in eis: hoc aũt est totum id, quod fuit nostrum desiderium scire in hac arte, & constare nobis omnes eius partes. Quod aũt reliquum est nobis est, quod dicamus causam, quæ tulerit nos ad loquendum de hoc secundum modum reminiscentiæ: & hoc, quia optatũ est nobis, quod sint nobis regulæ, ex quibus possumus facere syllogismos ex præmissis famosis, secundum modum interrogationis & tentationis: & sunt syllogismi, quibus vtitur ars topicæ, & regulæ, quibus possumus cauere ab his, qui construerent nobis tales syllogismos, & fuerunt hic syllogismi falsigraphi, qui putantur esse huius speciei, & non sunt ipsius: vidimus quod scientia responsionis perficitur nobis in arte topicæ per scientiam istius speciei syllogismorum, qui appellantur falsigraphi, & per notitiam suæ contradictionis, & prosecuti sumus eam rem in arte topicæ per speculationem huius artis. Et propter hoc, quod diximus, responsio artis est difficilior interrogatione, & ideo

A Socrates gloriabatur, quod bene interrogaret, & non quod bene responderet, & ideo apparuit nobis, ꝙ non sufficiat scientiæ huius artis quod addiscamus res fallentes, & quomodo interrogemus de eis solum, sed quomodo responderemus ad eas, & quomodo contradiceremus eis: sed iam attigimus finem desideratum, quando locuti sumus de intentionibus huius generis sermonum, hoc est sermonum falsigraphorum, & locis, ex quibus constituitur hoc genus sermonis, & quomodo interrogemus de eis, donec sit eius actio perfectior, & quomodo responderemus & contradiceremus ex illis, & hæc est res nota per se.

Conuenit autem, quod non ignoremus quid acciderit nobis in hac arte: qm̃ ex artibus, quædam sunt, quarum principia dicta sunt. Inquiritur autem posterius ad complementum illorum principiorum: & ex eis sunt, de quorum principijs non est dicta aliqua res, & quando inchoasset speculatio de istis, difficile esset, ꝙ speculanti ex ferret in hoc rem multam de partibus huius artis, sed si cõduxerit, certe tulisset de hoc rem minimam, licet fuerit parua secundum mensuram, quasi esset vehementior, quam hæc magna res, qua posterius ferret perfectionem artis, quam iam perfecisset prius ex suis principijs: hoc autem fuit ita, quia sermo de principio est difficilis, sed sermo de eo, quod est post principium, est facilis: & ideo sermo de principio, licet fuerit paucus secundum mensuram, fuit magnus secundum potestatem: sermo autem de eo, quod est principium, licet sit causa, est paruus secundum potestatem. Et hoc idem accidit nobis in illa B
arte in comparatione reliquarum artium sermocinalium secundum genus, quia non inuenitur in hac arte aliqua res, quæ ponatur ad ipsum secundum gradum principij. Iam autem inuenimus aliquam rem, quæ ponitur secundum gradum partis, sicut accidit in arte rhetoricæ, cuius sermonem absoluerunt vetustiores viri adeo quod inuentæ sunt omnes eius partes iam perfecte, sed secundũ materias, quando locuti sunt de hoc, præter quod loquantur de rebus, quæ ponuntur de ea secundum gradum principiorum: & illæ sunt res communes quinque artibus, sicut est sermo de syllogismo simpliciter, & de consimilibus rerum communium: sed in hac arte non inuenimus aliquam rem, quæ currat cursu principij, & sic etiam cursu partis. Inuenimus autem in ea plures res, quæ currerent cursu singularium, quæ sunt in arte apud habentes hanc artem, & sicut ille, apud quem non esset scientia artis, nisi causæ cuiusdam numeri de suis singularibus, quæ faceret hæc ars. Sicque non est apud eum scientia artis, exempli gratia. Ille, apud quem non esset de arte caligaria nisi singulares calcei terminarit sicque non est apud illum de speciebus calceorum aliqua res, præter quod glorietur pluſquam qui præceſſerit eum, quia qui fuerit in disciplina huius artis, absque quod habeat de illa, nisi sermones determinati numeri, hoc est sermones sophisticos, est in gradu eius, qui intenderat addiscere calceos, quando daret
C alicui hominum calceos ex suo, aut diceret eis quod primo conueniat facere calceos, absque quod sciat eos ex quare fiant, neque quo modo: & non est perfectionis artis, quod dicatur a pluribus hominibus, sed miraculum esset quod perficeretur ars ab vno solum, quando autem fuerit perfectio artium pluribus hominibus res valde laudabilis, mirabilius esset esse artem secundum se totam vnius, & extrahere ex principio ad finem. Propterea iam oportet omnem, cui constaret iste sermo noster, quod referat nobis magnam laudem, & ingẽtes gratias propter id, quod inuenimus de ista arte, & perfecimus ipsum ex suis principijs, & eius partibus. Si autem esset quibusdam suis partibus defectus, esset nobis indulgendum, & nos essemus excusandi, propter res, quas diximus. Hoc itaque est vltimum, quo compleuit istum sermonem hic vir, & hunc suum librum. Iam autem transtulimus de eo, quantum prouenit in nostram intelligentiam, secundum quod intellectum est nobis hac hora, sicque redibimus & ampliabimus speculationem de eo, si creator prolongauerit vitam nostram, & parabit nobis causas ocij, quia hic liber est valde latens, aut propter translationem, aut quia Aristo. intenderit istud, & non inuenerit aliqui exponentium expositio, neque secundum dictionem, neque secundum rem, nisi quod est in libro philosophiæ Abubali Abencini aliquod huius, liber autem est nobis in vltimo

De cõparatione huius artis ad alias partes logicæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendositatis, cum hoc quod homo est profundæ orationis. sicque ille, cui con- D
flauerit hic meus Liber, & appareret ꝙ defecerit in verbis meis aliqua res,
quæ sit suorum verborum alio modo ꝙ intenderit ordinare, excusaret nos:
quia qui gloriaretur intelligere eius verba, absque ꝙ precedat ei alius ab eo,
ipse enim similis est ei, qui incœperit artem, & talis est causa eius quod posui-
mus in hoc secundum modum cogitationis, & imaginationis. Iam autem de-
claratum est tibi hoc, quando constiterit tibi forma suorum verborũ. Ego aũt
spero quod non defecerit nobis aliqua res ex generibus sermonum, quas posue
rat in hoc libro, neque ex eius intentionibus vniuersalibus, licet sine dubio
iam defecerint ab eo plures res particulares: sicque est ex parte qua sit sermo
de eis, & disciplinæ earum: sed visi sumus nobis ꝙ hoc, ꝙ contigerit nobis in
hac hora, est valde bonum, & quasi esset sicut principium, vt constaret eius
sermo perfecte ei, qui successerit nobis, & nobis ipsis, si erit nobis ociũ & pro-
longauerit deus vitam nostram: Tu autem vide qualis sit dispositio eius, qui
succedit post hunc virum in intellectione eius, ꝙ iam perfectum est, & comple-
tum, ꝙ putetur de vllo, ꝙ addat ei, aut perficiat rem, quæ defecerit ei: & iam
notificauit hoc Auicenna, & dixit ꝙ hodie sunt mille, & tot centena annorũ,
quibus nemo inuentus est, qui adderet aliquid in hanc artẽ. Ac etiam, iam intẽ
dimus nos ipsi ab hoc tempore ꝙ protraximus in has res, & inquisiuimus E
omnes sermones, & non inuenimus aliquod verbum exiens ab eis, neque sub-
tractum ab eis, nisi ꝙ poneretur secundum gradum attributi, aut secundũ gra-
dum simplicis vniuersalis: Nunc autem iam possibile est tibi ꝙ constet ex no-
stro sermone præcedenti hunc librum vera constantia, ꝙ hic non sint, nisi illa,
quæ narrauimus, hoc est, quæ oporteat numerari partem huius artis: & ꝙ lo-
cus, qui putatur ꝙ Abumazar acceperit illum, qui est locus permutationis, sit
res, quæ non latuerat Arist. & ꝙ illius dispositio sit altero duorum modorum,
aut ꝙ non sit falsigraphus per se, & vt plurimũ, quia locus permutationis est
per se, sicut notificauit nobis Arist. siue fuerit Rethoricus, aut poeticus, aut sit
numeratus in falsigraphis, qui sunt secundum accidens, si non fuerit necessa-
rium, ꝙ numerent in partibus istius artis ea, quæ adderentur capitulo absoluto
rum, & connexorum, & capitulo acceptionis illius, ꝙ non est causa, ac si esset
causa: & in toto est speculatio, & hoc sit amplificatio, & explicatio, & putetur
ꝙ non sit ex ipso capitulo, aut sint in illo ambę res.

Librorum elenchotum cum Auerr.
mediæ expositiones.

FINIS.

AVERROIS CORDVBENSIS, SOLERTISSIMI ARISTOTELICAE DISCIPLINAE EXPOSITORIS, EPITHOME in vniuersam hanc logicæ partem.

ABRAMO DE BALMES INTERPRETE.

Præfatio Authoris.

B



INTENTIO in hoc sermone est colligere sermones necessarios in hac arte logicæ ad cognitionem regularum partium formationis & verificationis, quæ sunt in tota arte logicæ, dico in quinque artibus, quod est necessarium pro maiori parte: & eo magis pro addiscendo artes, quæ iam perfectę sunt secundum id, quod sunt nostro tempore: & hoc pro maiori parte artium, & præcipue medicinæ, & cæteratum. Veruntamen sermo de rebus, ex quibus cõponuntur & fiunt sermones isti, aut erit inutilis ad disciplinã artium, quæ iam perfectę sunt, aut erit vtilis secundum modum melioris, non modo necessario. Petitio autem melioris hoc nostro tempore est quodammodo impossibilis. Et cum toto hoc erit itaque sicut introductio ei, qui inueniet sibi quietem & solertiam, & voluerit esse perfectus in partibus huius artis. Nos itaque incipiemus sermonem harum partium ab ea, quę est magis communis quam aliæ partes: quia illa est disciplina ordinaria: sinautem, oporteret quod repeteretur res vna eadem multoties: & deinde post hoc procedemus ad illud, ꝙ appropriat vnumquodque eorum.

Dicamus itaque, quod ex quo fuerunt omnes quæstiones, quarum cognitio C
appetitur in omnibus artibus speculatiuis duarũ specierum, videlicet forma-
tio, & verificatio, & fuit formatio id, quod est intellectus rei per id, quod con-
stituit substantiam suam, vel per id, quod existimatur, ꝙ constituat substantiam
suam, & erit id, de quo quæritur vtplurimum dictione quid. Et verificatio est
intellectus rei per id, quod dicitur ipsius dispositio quædam, & est id, de quo
quæritur vtplurimum dictione, vtrum sicut est dictum nostrum, vtrum vacuũ
sit: & cum dictione, an, vt est dictum nostrum, an mundus sit nouus. Et hęc spe-
cies quæstionis est, qua quæritur a nobis semper dictione an, & an mundus sit
nouus, fuit quod quæritur a nobis.

Quid sit formatio & ꝙd verificatio.

Et oportuit quod precedat quilibet istarum discipulo duę partes notitię, aut agens aut dirigens, dirigens quidem ad formationem est, quæ significatur per dictionem separatam: agens vero est ex rebus, quibus sibi constat res, & illę sunt partes definitionum, & definitiones. Verificationis vero dirigens est determinatio veritatis apud quæstionem duarũ partiũ oppositionis: sed agens ipsum est syllogismus. Et hęc ars est, quę tradit dispositiones & regulas, quibus dirigitur intellectus ad has duas notitias, hoc est ad formationem & verificationem. Sicque diuidemus per scrutationẽ huius artis necessario ad has quatuor partes. Et incipiemus a tractatu significationis dictionũ in vtri. Deinde, procedemus ad sermonẽ de rebus simplicibus agẽtibus formationẽ. Vltetius, procedemus ad ser-

Quę sit notitia agẽs, & quę dirigẽs.

monem de rebus, quibus opposita sunt opposita, adeo quod veritas transeat in vnam earum. Postea loquemur de syllogismo, & speciebus eius simpliciter. Rursus progrediemur ad id, quo proprie terminantur singulæ formationes, & verificationes simpliciter: & illa est disciplina propria, quæ est in singulis quinque artium, dico demonstratiuam, & topicam, & cæteras.

EPITHOME AD LIBRVM PRAEDICABILIVM.

De dictionum significatione. Cap. I.

De æquiuocis,

OMINA quædam sunt æquiuoca, quorum singula significant rem plusquam vnam: & hæ res sunt, inter quas non est conuenientia aliqua penitus: sicut almistert, quod est canis in lingua arabum, quod dicitur de sydere, & de latrabili: vel quæ cum ipsorum diuersitate comparabuntur ad principium vnum: sicut si comparentur ad efficiens vnum, aut ad finem vnum, aut ad subiectum vnum. Et istæ res cõparatæ ad rem vnam ex eis sunt, quæ conuenium in ea hac re, ad quam comparantur: sicut est nomen entis, quod dicitur de substantia, quantitate, & qualitate, & cæteris prædicamentis: & sicut caliditas, quæ dicitur de igne, & cæteris rebus calidis: & eorum sunt, quæ dicuntur nomine deriuato a nominibus, vt si dixeris, sleborom̃ medicinalem, locum bonum & domum bonam, veram seruitutem, & veram sapientiam.

De Analogia.

Et rerum comparatarum ad rem vnam, quædam comparantur ad ipsam secũdum prioritatem, & posterioritatem, sicut est comparatio multorum prædicamẽtorum, & specierum eorum ad substantiam. Et earum sunt, quarum comparatio ad ipsam est in gradu vno. Et earum sunt, quarum comparatio fuerit ad res diuersas consimiles: sicut est principium, quod dicitur de corde animalis, & de fundamento domus, & de extremo viæ: vel erit eis ad rem vnam comparatio diuersa, ac si diceres vuam vinosam, & faciem vinosam. Et istæ species, exceptis primis duabus speciebus, sunt notæ in nominibus analogis. Sicque, quãdo intenderimus formationem illius, quod significat nomen æquiuocum, vel analogum, continget, vt diuidamus istas res, super quas significant nomina, & quæremus in singulas earum formationem in eo quod determinat ipsam: & si non, errabimus, & accipiemus res multas, ac si essent res vna.

De synonymis,

Et eorum sunt nomina synonyma, & sunt nomina plura significantia vnam rem: sicut vestis, tunica, & indumentum, & ipsum est omnino contrarium nominis æquiuoci, & decedit in hoc apud quæstionem formationis, quod non aspiciamus multitudinem nominum.

De vniuocis,

Et eorum sunt nomina vniuoca, & sunt nomina significantia super vnam rẽ communem pluribus rebus specie vel numero, sicut animal & homo, quorum vtrumque significat super rem vnam: & in hoc non accidet error apud formationem pœnitus.

De disperatis,

Et eorum sunt nomina disperata, & sunt ea, quorum vnumquodque significat super rem aliam ab ea, quam significat aliud: sicut substantia, & quantitas, & situs. Et contingit his, duabus speciebus vniuocis & disperatis quod sint dictiones conuenientes rebus: & ideo ipsa sunt, quibus magis vtitur processus demonstratiuus.

De translatis,

Et eorum sunt nomina translata, & sunt ea nomina, quæ transferuntur rebus artificialibus a rebus vulgaribus, vel ex similitudine earum rebus vulgaribus,

sicut alzamar in lingua arabum, quo vtuntur in arte scriptoria, & arte tribuendi bestias ammissarijs, vel per dependentiam earum secundum alios modos dependentiæ, sicut vocatur sermo artium nomine efficientis sui apud vulgares, vel a fine suo vel parte sui, vel aliquo accidentium eius. Et de his itaque contenit, ꝙ non intelligamus ab eis significationem publicam vulgaribus, quando vtimur eis in artibus.

De accõmodatis.

Et eorum sunt nomina accommodata, & sunt quæ accommodãtur rei absq; hoc, ꝙ sit gradus suus secundum ipsum: & hæc est differentia inter ipsum, & translatum. Et diuisiones suæ primæ sunt secundum diuisionem nominis translati.

De cõmuni & speciali.

Et eorum sunt, quæ dicuntur secundum commune & speciale, sicut est nomen, ꝙ dicitur de genere aliquo, & dicitur de specie eius, sicut hoc nomen almistert, quod dicitur arabice de omnibus astris cœlestibus, & dicitur de astro singulari stellarum erraticarum, & sicut accidens, quod dicitur de accidente scripto in illa arte, & de proprio.

De denominatiuis.

Et eorum sunt nomina denominatiua, & sunt illa, quæ dicuntur primo de re denudata in intellectu ab omni eo, quod secum ligatur, & deinde transmutatur transmutatione significante super intentiones istarum rerum in subiecto: sicut hæc dictio albedo, quæ significat primo super rem denudatam in intellectu, vlterius transmutatur ad album & significatur per ipsum super rem inuentionis albedinis in subiecto. Et nomen, cuius est consuetudo ꝙ transmutetur, ipsum est exemplare primum, & illud, ad quod trãsmutatur, est denominatiũ. Et in hoc iam solent errare in speciebus elenchorum: & hoc contingit in eo, quod fuerit simile exẽplari primo, & ipsum est in rei veritate denominatiuũ: vt si dixeris denarium impressionem principis, hoc est impressum a principe: & aliquando erit econuerso, hoc est, quod illius figura sit figura nominis denominatiui, & ipsum non sit denominatiuum, vt viuum, quod significat oppositum inanimati.

Sermo de rebus agentibus formationem. Cap. II.

ET res incomplexę vel sunt vniuersales, vel particulares. Et vniuersale est res, cui possibile est ex substantia formationis eius in intellectu solo, quod prædicetur de pluribus q̃ de re vna: sicut animal & homo: & hoc siue possibile sit inueniri extra intellectum, siue impossibile sit: sicut est dispositio solis & lunæ, quorum impossibile est quod inueniatur plusquam singulare vnum de eis, nisi ex eo quod ipsum est vniuersale. Veruntamen singulare est id, quod impossibile est ex substantia formationis eius, quod prædicetur de plusquam singulari vno, nisi quod ipsum iam accidit sibi quod cõparetur rebus pluribus comparatione vna secundum modum aliquem: sicut homines, qui comparantur patri vni, aut patriæ vni: & existimatur in eo, quod ipsum assimiletur vniuersali: sed differentia inter duas comparationes est manifesta, & illa est, quia pater non est res vna inuenta in filijs, & communis secundũ modũ, quo vniuersale inuenitur in singularibus suis commune eis: sicque comparatio vniuersalis inuenitur in singularibus suis comparatio vna per se omnibus modis, & comparatio patris vnicuique filiorũ eius est diuersa, quia cõparatio ipsius suo filio Socrati est alia a comparatione sui Platoni filio eius. Proprietatum itaque, quibus differt vniuersale a singulari earum est, quia singulare impossibile est, quod conueniant in eo plusque vnum, & vniuersale possibile est in eo hoc. Et earum est, quia vniuersale est inuariabile, & singulare est variabile: & ideo fuerunt sua prædicata necessaria, ex quibus componuntur, sicut dictum nostrũ ꝙ animal sit sensitiuum, & ꝙ triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis. Et earum est, quia iudicium supra singulare est iudicium supra finitum, & iudicium supra vniuersale est iudicium supra infinitum: quia, quando iudicaret sensus supra animal, esset iudicium supra singularia infinita. Et ex hoc erit

matur, quod hęc comprehensio sit alterius virtutis a virtute, quę comprehendit singulare, & est virtus, quæ vocatur intellectus: & omnino itaque inuentio vniuersalis est res manifesta per se, & est vna ex rebus, quas præsupponit ista ars, vt principiū. Et vniuersalia incomplexa sunt quinque, genus, species, differentia, proprium, & accidens.

Sermo de vniuersalibus in complexis. Cap. III.

GENVS quidem, & species dicitur vtrūque eorum in ordine ad alterutrum: & ideo cum fuerint vniuersalia plusquam vnum notificantia de singulari quid est, & fuerit aliquod eorum magis vniuersale q̄ alterū, magis vniuersale est genus, & magis determinans est species. Et si fuerit in eis vniuersale, quo non est magis determinans, ipsum est species, & non est genus, & vocatur species specialissima, si inuenitur in eis. Gratia exempli corpus nutribile, & animal: omnia quidem sunt vniuersalia notificantia de singulari homine determinato quid. Et pars eorum est magis vniuersalis alia parte. & corpus est vniuersale, quo non est vniuersalius, & homo est determinans, quo non est magis determinans, & quę sunt inter ea, sunt vniuersalia & determinantia, determinant quidem quod est eis superius, & vniuersale ei, quod est sibi inferius. Sicque genus secundum hanc summam est vniuersalius duorum vniuersalium, quo reponderetur in responsione ad quid est singulare, qđ videmus, vel sentimus via vniuersali. Et species est determinantius eorum. Et specierū quędam sunt diuisiuę, & quędam non diuisiuę: & diuisiuę sunt, ad quas diuidit genus diuisione prima: sicut est diuisio animalis ad ambulans, & volans, & natās. Et non diuisiuę sunt, quę sunt sub generibus diuersis sicut homo, & aquila: quā genus hominis est ambulans, & genus aquilę est volans.

Sermo de differentia.

Et differentia est vniuersale separatū, quo discernitur quęlibet species distincta secundum substantiā suā a specie ei conueniente in suo genere, sicut est differentia hominis per rationē ab asino & equo. Et genus communicat differentię ex eo, quod ipsum notificat de specie substantiam suam. Et differt ab ea, ex quo genus est quo ex sua substantia discernitur aliud, quod conuenit in eo: Differentia vero notificat id, quod proprie concernit ab alio ex sua substātia. Et in summa genus est, quod dicitur in responsione ad quid est: & differentia dicitur in responsione ad qualis res est.

Sermo de proprio.

Et proprium est vniuersale incomplexum, quo differt quęlibet specierū diuisiuarum a specie conueniente sibi in genere, sed non secundū suā substantiā: & per hoc differt ab ipsa differentia, & communicat secum ex eo, quod conuenit speciei, cui inuenitur semper.

Sermo de accidente.

Et accidens est vniuersale incōplexum, quod inuenitur generi, vel speciei, aut magis vniuersale, vel magis determinans eis. Et est duarum specierū, separabile, & inseparabile. Exēplum vniuersalis inseparabilis est nigredo coruī: & exemplum separabilis, caliditas aquę. Et exemplum determinantis inseparabilis est similitas nasi, & exemplum determinantis separabilis est depilatio capillorum, & excoriatio cutis. Et illo in summa vtimur veplurimum in differētia speciei a specie, & singularis a singulari. Et magis perfectę dignotionis ex eis est determinans inseparabile, & post ipsum vniuersale inseparabile; separabilis vero differētia est in cōparatione ad singulare determinatū & in hora determinata, sicut si dixeris, qđ receperit capitī suo coronā auream magnam, & in dextris suis aderit laudans, & sinistris vituperans. Et proprīū & accidens conueniunt ex eo, quod ipsa non inueniūtur nisi in prędicamentis accidentium, sed genus & differentia iā inuenīuntur in substantia & accidente: veruntamen inuentio eorū est ex eo, q̄ notificatur quod est singulare substantiale, sicut est animalitas & humanitas; & ratio est, quia quodlibet notificat de Socrate demonstrato substantiā suā: & ideo describuntur vniuersalia substantię ex eo, qđ ipsa notificāt de singularibus suis substantiā suā: verūtamen inuentio eorū in accidentibus est, quę notificāt ēt de singulari accidentis substantiam suam: sicut color & albedo, & disgregās visum, quorū quodlibet notificat albedinē demonstratā secundū substantiā suā nec nocebit si vtentur istis secundū consuetudinem eorū in distinctione inter prędicata substantialia, quę notificant de singulari substantiam suā, siue fuerit singulare substantię, vel singulare accidentis. Et inter prędicata accidentalia sunt illa, quę nō notificāt de singulari, super cuius substantia prędicantur, locū inuētionis & ablationis, cū dicamus, quod qū fuerit res aliqua vniuersalis denominata per plusquā vnā rem, dū remouebitur denominatio, remouebitur ista res, & dū inuenietur, inuenietur ista res, illa res est prędicatū determinatū substantiale: & hęc est differentia. Et denominatio, quę dū remouebitur, remouebitur ista res, & dū inuenietur, nō inuenietur ista res, ipsa est genus: sicut est dispositio animalitatis, & humanitatis, & colotis, & albedinis. Veruntamē species vltima ipsa nō prędicabitur nisi de singulari, & ideo non cōponitur ex ea enunciatio vniuersalis. Et differt a genere, quia dum species inuenit, inuenitur genus: & dū inuenitur genus, nō inuenitur species: nec dū remouebit genus, remouebitur species, & dū remouebitur ipsa nō remouebitur genus: & ideo dr de genere, quod ipsum sit prius specie secundū naturā. Et in isto loco licet sit error, tū est in eo vtilitas aliquo modo, & est modus, quo vtuntur in proiectione numerorum ad standum super errorē si fueris in illis: sed fallacia huius loci est, quia aliquādo inuenitur alicui rei affirmatio necessaria, & dū imaginabitur remotio illius, remouebitur res, & non habet res consistentia, & dū imaginabitur remotio illius, remouebitur res, & non habet res consistentia per ipsam. Exemplum huius est risibilitas & ratio, quia dum remouebitur risibilitatem, remouebitur ratio, cum fuerit risibilitas necessario coniuncta ratiōni, & sic dum inuenitur ipsa, inuenitur & ratio. Nec etiam quicquid remouetur ad remotionem sui res aliqua, & non inuenitur ista res in inuentione sui, illud est genus: quoniam accidens vniuersale connexum habet istam dispositionem. Veruntamen dum fuerint remotio & inuentio primę, & secundū substantiam, verificabitur locus.

Sermo de rebus compositis. Cap. III.I.

RES quidem compositę ex istis incomplexis sunt duarum specierū: vna est, cuius compositio est compositio enunciationis, & ipsa est, cuius vig est, quod verificetur, vel falsificetur: & sermo iste est ex appropriatis sermonibus veris Et species secunda compositionis est compositio conditionis & copulationis, & ipsa est compositio, quę non verificatur neque falsificatur, sed vtimur ea in formatione, & est trium specierū videlicet definitio, & descriptio, & sermo, qui non est definitio, neque descriptio. Sicque definitio est sermo, cuius compositio est conditionis & copulationis ad intellectionem definiti per res substantiales, quibus est sui consistentia, & ipsa componitur ex genere & differentia. Et descriptio est sermo, cuius cōpositio est conditionis & declarationis declarantis rē, super quā significat, nō p omne id, qđ cōstituit substantiam sui, & ipsa est, quæ cōponitur ex genere & proprio: vt si diceremus de homine, quod ipse sit animal politicū: vel ex genere & accidentibus, vt si diceremus de homine, quod ipse sit animal educans suam prolem consilio & prudentia: vel ex genere & accidente, vt si diceremus de homine, quod ipse sit animal scribens. Et sermo, qui non est definitio, neque descriptio, componitur ex specie & accidente, sicut est dictum nostrum de Socrate, quod ipse sit homo albus: vel ex accidentibus, sicut dictum nostrum de Socrate, quod ipse sit optimus scriba, mercator callidus: & iste est proprius formationis rhetoricę, Sed definitio est formatio demonstratiua, id est completa & perfecta: & descriptio est infra eam, & est propria libro topicæ. Sicque ista est summa rerum, quibus cadit formatio in vniuersali in omnibus aritbus quinque. Et quoniam decem prædicamenta adiuuant formationem, decet quod loquamur & reminiscamur de eis quicquam, licet non sit notitia eorum necessaria isti intentioni quam intendimus.

Definitio quid sit.

Descriptio quid.

Sermo, qui nec definitio, nec descriptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPITHOME AD LIBRVM PRÆDICAMENTORVM.

Sermo de prædicamentis. Cap I.

ET VNIVERSALIA sunt duarum specierum, prædicatum, quod prædicat de eis prædicatione naturali substantiam suam & quidditatem suam: exemplum huius est animal, iam enim ipsum notificat de omnibus suis subiectis, q̃ sunt homo, & equus, & Socrates, & Plato substantiam suam, & quidditatem suam. & conueniens est quod respondeatur per ipsum in responsione ad quid est quilibet eorum; & istud est vniuersale substantiæ. Et alia species noti ficat de subiectis aliquibus quid sunt. & de subiectis aliis res exeuntes a quidditate eorum. Exemplũ huius color: ipse enim notificat de albedine, & nigredine, quidditatem vtriusque, & notificat res exeuntes a quidditate sua, dum accipitur nomine suo denominatiuo. & prædicatur de aliqua substantia, sicut est dictum nostrũ album & nigrum, & istud est vniuersale accidentium. Et singularia etiam sunt duarum specierum, singulare, quod non prædicatur de aliquo omnino prædicatione secundũ viam naturalẽ, & ipsum est singulare substantiæ: & singulare, quod non notificat in prædicatione aliquid de aliquo aliquid quidditatis suæ, sed rem exeuntem a quidditate sua, & ipsum est singulare accidentis. Et dum fuerit hoc isto modo, tam substantia in vniuersali, siue vniuersalis fuerit vel singularis cum proprietate sua, non notificat de subiecto omnino rem exeuntem a quidditate sua. Et accidens etiam in vniuersali, siue vniuersale fuerit, vel singulare cum proprietate sua est, quod ipsum notificet semper rem exeuntem a sui quidditate. Et genera istorum vniuersalium suprema ipsa sunt, quæ vocantur prædicamenta, & secundum quod numerauerunt ea antiqui, sunt decem substantiæ, & nouem accidentium, quæ sunt quantitas, qualitas, quando, vbi, situs, relatio, habitus, actio, & passio, & nos describemus vnumquodque eorũ eo breuius, quo possibile est nobis, licet secundũ plurimũ non sint necessaria propter intentionem nostram.

Sermo de substantia. Cap. II.

ET substantia est, cuius præcessit descriptio: & vniuersalissimum genus, quod reperitur in ea, est corpus, & definitio sua est, quod ipsum sit res, cui est longitudo, & latitudo, & profunditas, & in summa, cui sunt dimensiones. Vterfus sub eo est nutribile, & non nutribile, & ingrediuntur sub eo species mulæ, & rursus animal sub nutribili. Amplius sub animali species vltimæ ingredientes sub eo, sicut homo, & equus & asinus. Et Aristoteles vocat intentiones substantiæ substantias secundas, & vocat singularia sua substantias primas: quia intentiones suæ vniuersales fuerunt equidem inuentæ in singularibus suis, & nisi fuerint singularia sua, fuisset quod æstimatur in anima vanum: sed sua singularia cum hoc sunt directio ad ipsorum vniuersalitatem: quia dum intelligetur vniuersalitas sua, impossibile est, quod intelligatur sine illis: & ideo fuerunt substantiæ, & quanto fuerit genus superius, tanto erit ipsius indigentia plurium subiectorũ: quia indigentia est generi pro sui inuentione specierum, quæ sunt sub eo, & speciebus singularium: & ideo fuerunt species proximæ magis veræ in nomine substantiæ. Sicque & notificatio sua singularium est magis perfecta, & magis determinans. Veruntamen vniuersalia accidentis, quoniam non notificant de singularibus substantiæ quidditatem suam, non fuerunt substantiæ.

Sermo

Sermo de quantitate. Cap. III.

QVantitas autem est omnis res possibilis quod mensuretur per partem sui, vel per quantitatem, quæ est æqualis parti suæ: & ipsa in summa est septem generum, numerus, & corporeitas, quæ est essentia longitudinis & latitudinis & profunditatis. Et superficies, & linea, & orationes, & tempus, & locus. Et quantitas quædam est discreta, & quædam est continua: & discreta est, quæ habet partes in actu indifferenter, siue fuerit contigua, vel distincta: & continua est, quæ non habet partes in actu, sicut linea vna, & superficies vna, & ipsa dicetur in duas medietates, & medietas in duas medietates, & sic in infinitum. Et quantitatis etiam est quædam, cuius partes habent situm pars iuxta partem: & partibus est situs partis iuxta partem est, cuius partes inueniuntur simul, & fuerit quælibet pars sua ex quodam latere, & fuerit latus illud determinatum, ac si dixeris de superiori & inferiori, & fuerit pars, quæ sequitur istam in ordine determinato. Et plurimum, de quo est manifestum hoc, est in animali, & homine, cuius partes non sunt similes: & iam possibile est quod imaginetur hoc in homogeneo secundum proportionem. Exemplum huius est, q̃ imaginetur in ista portione auri, q̃ in ea sint partes, quæ sunt superiores, & partes aliæ consequentes ipsas. Et cuius partes non habent situm partis iuxta partem, est, cui deficit conditio vna ex istis conditionibus, vel plusquam vna ex eis, sicut est tempus, & numerus, & orationes: sicque istæ sunt partes quantitatis maximæ & ipsæ sunt discretum, & continuum, habens situm, & non habens situm.

Quantitas discreta quã titas cõtinua

Sermo de qualitate. Cap. IIII.

QValitas autem est vniuersaliter dispositio, qua interrogatur de vnoquoque singulari qualis est: & diuiditur in quatuor genera: in habitum & dispositionem, in q̃ dicitur secundum potentiam naturalem & in potentiam naturalem, & in qualitatem passibilem & passionem, & in qualitatem, quæ est in quantitate inquantum ipsa quantitas est. Veruntamen habitus & dispositio sunt duarum specierum: quarum altera est dispositio in anima, sicut sunt scientiæ, & mores, & artes, & in summa dispositio attingens animam, aut per voluntatem, aut p̃ naturã & formationẽ. Et secunda species est dispositio, in animato q̃ est animatum, sicut est sanitas & ægritudo, & quę fuerit huius in quantum ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominibus suis significantibus super ea ex eo, ꝙ eis sit ista habitudo, sicut sunt paternitas & filiatio, & secundum istum modum erunt relatiua, & communicabitur eis definitio relatiuorum, & ipsa est quod vtriusque eorum substantia imaginetur in ordine ad alterutrum. Et aliquando accipiuntur non secundum nomina sua significantia super ipsa ex eo, ꝙ sunt relatiua, sed ex eo ꝙ sint in prædicamento vno, & dicetur vnum eorum in habitudine ad alterum secundum aliquas dictiones respectus solum, sicut est dictum nostrum, quo dicimus bouem ad Socratem secundum accipiuntur secundum istum modum non verificabitur de eis definitione relatiuorum, quoniam non concipitur bos in habitudine ad Socratem, neque Socrates in habitudine ad bouem. Et dum accipientur nominibus suis significatiuis super ipsos ex eo, ꝙ sunt relatiua, & dicetur bos emptus est a Socrate emente, conueniet ei tunc definitio relationis: & ideo præcipiebat ibi Ari. istud ex eo, ꝙ quædam relatiua sunt, quibus non sunt nomina. Si autem, caderet error, & existimabitur de eis, ꝙ sint de relatiuis, quæ non sunt ex relatiuis. Et sic accidet error in eis, dum accipiemus vnum eorum nomine suo significante super ipsum, ex eo, ꝙ esset de prædicamento alio: ac si dixerimus seruum Socratis, ꝙ seruus fuerit significans super rem relatiuam, & Socrates significat super rem non relatiuam. Et proprietas relatiuorum est, dum accipientur cum ista conditione, quod dum inuenietur vnum eorum, inuenietur & alterum: & istud dum conditionabiliter sin eis, ꝙ inueniantur in potentia simul vel in actu simul. Exemplum huius est, embrio iam est sentiens in potentia, & sensata sua sunt in potentia, & dum erit sentiens in actu, erunt sensata sua in actu. Et ex proprietatibus suis etiam est, ꝙ dum accipientur secundum istum modum, regrediatur vtrunque eorum super alterutrum conuertibile, quia dominus est dominus serui, & seruus est seruus domini necessario. Et sic dum cognoscitur vnum eorum perfecte, cognoscitur alterum necessario. Et nominum relatiuorum sunt quædam species, quorum nomina sunt differentia & distincta, sicut pater & filius: & eorum sunt, quorum nomina sunt denominatiua ab aliqua re, sicut emptor & emptum, quæ sunt denominatiua ab emptione. Et eorum sunt, quorum nomen vnius est deriuatum ab altero, sicut scitum & scientia. Et eorum sunt, quorum nomina simul sunt vnum nomen, sicut socius & riualis.

Sermo de quando. VI.

ET quando est habitudo rei ad tempus determinatum, ꝙ coæquatur inuentioni rei, vel tempus, cuius coæquatum est pars. Tempus autem est terminatum secundum remotionem sui ab præsenti prædicamenti secundum præteritum vel secundum futurum: sicut si dixerimus quando fuerit nouum tale, & dicetur in die tali, vel in anno tali, & ipsum est manifestum ꝙ ipsum fuerit in anno tali, propter esse ipsum in die tali, & in die propter ipsum esse in tempore coæquato inuentioni ipsius, & connexo ei: & ideo fuit illud tempus suum primum, & cetera tempora, quibus respondebatur in responsione ad quando, ipsa erunt secundaria. Et dictione quando aliquando vtuntur etiam in interrogatione duorum finium inuentionis rei: sicut si dixerimus, quando natus est talis, & quando morietur. Et istæ duæ partes, quibus respondetur in intellectione, quando sunt sicut species istius generis.

Sermo de ubi. Cap. VII.

VBi autem est habitudo corporis ad locū suū: sicut si dixerimus, vbi est Socrates, et dicetur in domo, vel in platea: & huius et quoddā est primū, & quoddā est secūdariū. Sicq; primus est ille, q circuit corpus continctū super ipsum, qui nō separatur ab eo. Et locus secūdarius est, cuius primus locus est pars. v.g. quia locus primus terræ est aqua circuiens ipsam, & locus secūdarius est finis aeris, & magis remotus isto est finis ignis vel ipsius orbis. Sicque terra

A maior pars eius ē i fine aeris, qa ē in fine aq̄, & sic ipsum esse relatā ad singulos fines ē ob finē ei determinatū: & vbi est de rebus necessariis ētibus naturalibus.

Sermo de situ. Cap. VIII.

SItus aūt est habitudo quædā inter partē determinatā corporis ad partē determinatā loci, q̄ habitudo est obiectio obiectionis ad partē: & ipsa inuenitur in corpore naturali, qm̄ nō euadet ab vbi, & hō maxime inter alia aūalia: sicut sunt statio, & sessio, & supinatio, & cætera. Sicq; quāto magis multiplicabūtur situs aūalis, tāto est pluris quietis. Verumtā differūt situs isti, propterea quia partes, q̄ fuerit alicuius in aliquo situ, vertuntur ad partes determinatas loci, quæ mouentur ad motū situs. v.g. quia stantis caput erit conuersum ad partē aeris aliā a parte, ad quā erit conuersum caput sedētis, & sic de vnaquaq; parte ipsius. Et corpora cū hoc qd' inueniatur eis situs a locis cōtinētibus, ipsa tā inueniūtur eis situs a locis exeūtibus ab illo, nisi qa istud eis certe est pp sitū eorū determinatū.

Sermo de habitu. Cap. IX.

B HAbitus est habitudo corporis ad ambiēs ipsum, vel partē sui, dum fuerit ambiens motū ad motū ambiti ab eo. Et ille est duarū specierum naturalis, sicut est cortex arboris, & cortū animalis: et artificialis, sicut est indumētū.

Sermo de passione. Cap. X.

PAssio aūt est transmutatio rei dispositione in dispositionē, & cōmutatio partium rei transmutabilis: verumtā dicitur de illo q̄d' sit transmutabile, quatenus perseuerat in ista dispositione, & ideo impossibile est in eo, qd' perseuerauerit in ista dispositione, ꝙ attinxerit partē nouā neque partē priuatā, neque qd' impediat hoc. Et non est dīa inter dictū nostrum patietur, & inter dictum nostrum transmutabitur: & ideo fuerunt species istius generis æquales speciebus transmutationū, quæ sunt generatio, & corruptio, augmētū, & decrementū, alteratio, & motus secdm locū. Gñratio itaq; est ,pcessus a nō corpore, donec ,pueniat corpus aliqd'. Et corruptio est fuū contrariū. Et augmētū est transmutatio corporis a mēsura aliqua minori ad mensuram aliquam maiorem. Et decrementum est C a mēsura aliqua minori ad mensuram aliquam maiorem. Et alteratio est ꝑ contrarium huius. i. a mensura maiori ad mensuram minorem. Et alteratio est ꝑmutatio a qualitate in qualitatem, sicut est transmutatio a caliditate in frigiditatem, & ab albedine ad nigredinem. Motus autem secundum locum est transmutatio a positione ad positionem, & ab vbi, ad vbi: sicut est motus a superiori deorsum, & a dextris sinistrorsum.

Sermo de actione. Cap. XI.

ACtio idem est ꝙ moueatur agēs ad singulas partes illius, qd' innouabit in patiēs ꝙ ipsum agit. Spēs aūt actionis sunt secdm numerū spērum passionis: & hoc est, qa cuilibet trāsmutabili est aliqua spēs transmutationis opposita ei. Sicq; ei, qd' calefit, opponeretur qd' calefacit ipsum, et cui augetur opponetur quod auget ipsum, & illi, qd' gignitur, opponetur qd' gignit ipsum, & illi, quod mouetur, secundum locum, opponitur quod mouet ipsum secundum locum.

Sermo de rebus communibus formationi, & uerificationi simpliciter. Cap. XII.

ISta itaq; sunt genera magis vniuersalia rebus sensatis: & spēs istorū, & generā corū sunt subiecta in scientis, & i ista sciaī: sed istud est duobus modis distin-

Aist quia dum ipsa accipiũtur ex eo, ꝙ pars eorũ est magis vniuersalis alia parte eorũ, & pars eorũ est magis determinans parte, & ex eo ꝙ pars eorũ est nota, & prædicata de parte aliqua, & in summa ex eo ꝙ contingunt eis intellecta secunda, quorum inuentio certe est in intellectu, solum erunt logicalia: quia ars logicæ certe tribuet regulas de istis generibus ab intellectis. Verbi gratia, quia ipsa tribuet prædicationis conditiones, quibus verificabitur, sicut quod sit semper, & secundum viam naturalem: & ista omnia sunt res intellectæ, quarum inuentio non est extra animam, idest, ꝙ non appodiantur in singularibus extra animam: Veruntamen, dum accipiuntur ex eo, quod sunt intellecta rerum sensatarum extra animam, erunt realia, vel mathematica, vel alia ab istis. Et hic perficiam sermonem de rebus communibus formanoni & verificationi simpliciter, & procedemus ad id, quod limitat proprie verificationem.

EPITHOME IN LIBROS PERIHERMENIAS

De dirigentibus ad verificationem. Cap. I.

NOrmæ autem, quę limitant verificationę, sunt duorum generum: genus verificationis quæstionis, & distinctionis ipsius in duo opposita, adeo ꝙ detineatur veritas alterius illorum. Et genus secundum est verificationis sermonis compositi agentis verificationem, & est, quod nominatur syllogismus: & incipiemus in genere primo, quia ipsum est primum, quod verificabitur ante omnẽ rem in quæstione, & est notitia præsuppositi verificationi: deinde procedemus ad verificandum per syllogismum. Dictiones quidem significantes super res incomplexas, sunt nomen, verbum, & dictiones seruientes.

De Nomine. Cap. II.

NOmen autem est dictio significans per se, & primo super rem incomplexã, absque hoc qđ significet per se super tempus coligatũ cum ista re equaliter: siue fuerit rerum, quæ non concipiuntur nisi cum consecutione temporis secũ in anima, sicut est sessio, & status, & in summa motus: vel fuerit ex his rebus, quarum conceptioni nõ est necessariũ tempus, sicut est homo &, equus.

De Verbo. Cap. III.

VErbum autem est, quod significat per se super rem in tempore perfecto præterito, & futuro, & præsenti. Dictio autem seruiens est dictio significans super rem nominis, aut verbi, aut amborum.

De Oratione. Cap. IIII.

ORatio autem est sermo compositus significans super rem, & pars eius significat super partem istius rei etiam. Et orationum quædam est perfecta, & quædam imperfecta. Perfecta quidem est, quæ facit adipisci intellectũ per se. Et imperfecta est, quæ est pars facientis adipisci. Perfectarum vero quędam est, quæ verificatur aut falsificatur: & ipsa vocatur in ista arte sermo decernens, & enunciatio, & dijudicans: & partitur innarrationem, & de quo narratur. Et de quo narratur vocatur in ista arte subiectum, & narratio vocabitur prędicatum. Et quædam est, quæ non verificatur neq; falsificatur, & ista vocatur imperatiua, & prohibitiua, & optatiua, & interrogatiua: & de istis non est necessarius sermo. Veruntamen enunciationum quædam est binaria, & quædã est trinaria. Binaria autem est, cuius præteritum est verbum, & ista est trium specierum, vel ꝙ fuerit eius verbum præteritum, vel futurum, vel præsens. Sed non inuentur in lingua arabum impositio significans super significatum presens. Trinaria autem est, cuius prædicatum est nomen: sicut Socrates est viuens: & vocatur quidem trinaria, quia non est dubium de appositione signi habitudinis copulantis inter subiectum & prædicatum in illis, aut de significante habitudinem istam, sicut est dictio est, vel fuit, vel erit: & in summa verbum inuentionis, & ipsa sunt, quæ non erunt narrationes per se. Et vtrarumq; istarum & binariarum & trinariarum quædam sunt simplices, & sunt, quarum prædicatum est nomen & trinariarum quædam sunt simplices, & sunt, quarum prædicatum est nomen perfectum, & verbum perfectum, & sunt orationes significantes super formam, & super dispositionem inuentam in veritate, sicut Socrates extitit, & Plato est viuens. Et earum sunt remotiuæ, & sunt ille, quarum prædicatum est nomen vel verbum imperfectum: sicut si dixerimus Socrates, est non sanus: & hoc est in orationibus, quæ non vsitantur in lingua arabum. Et quędam sunt priuatiuę, & sunt quarum prædicatum est nomen priuatiuum, vel verbum priuatiuum. Priuatio autem vniuersaliter est, ꝙ deficiat habitus, cuius consuetudo est, ꝙ sit in eo subiecto in hora qua solet esse in eo: sicut si dixerimus Socrates est cæcus, & Plato ægrotat. Vis autem nominum imperfectorum in idiomatibus, quæ vtuntur eis, est vis nominum priuatiuorum, quia dictum nostrum non videns est in gradu dicti nostri cęcus: & dictum nostrum, non sanum, est in gradu dicti nostri, ægrũ. Quoniam autem non fuerunt ista nomina in lingua arabum, fuit dictio negationis a pud eos ex dictionibus ambiguis, quia ipsi aliquando proferunt ipsam simpliciter, & volunt per eam rem priuationis, & aliquando volunt per eam negationem absolutam: & hoc est, quod cogit homines huius artis loqui per nomina remotiua, quia nos dum non canemus ea, & imponemus eis istam impositionę, possibile est ꝙ erremus, & accipiamus quod est imperfectum loco negationis, & econtra.

Et cuiuslibet speciei istarum enunciationum, quas numerauimus, quędam sunt non habentes modum, & quædam habentes modum. Modi autem sunt dictiones significantes modum inuentionis prædicati in subiecto: & modi primi sunt tres: possibile, & ipsum est, quod significat super rem, quæ potest esse ꝙ inueniatur & non inueniatur: sicut si dixerimus pluuia potest esse ꝙ descendat. Et necessarium: & ipsum est significans super quod non cessauit neque cessabit: vt si dixerimus homo necessario est animal. Et inuentiua: & ipsa sunt res, quæ inueniuntur in actu postquam fuerunt possibiles, & intelligentur quod priuabuntur: sicut si dixerimus Socrates nunc stat: & est quasi illud sit medium inter necessarium & possibile, quia iam accepit ab vtroque partem æqualem, postquam iam extensa est consuetudo, quod ponant dictionem dicti inuentionis in ista specie, quæ stet loco declarationis in ea. Et vnaquęque etiam istarum enunciationum, vel erit habens signum, vel non habens signum, & sunt enunciationes, quarum subiecta sunt res vniuersales. Et signa sunt quatuor, omne, & nullum, aliquod, & non aliquod, & ipsum est in gradu dicti nostri, non omne. Sicque vnaquęque istarum enunciationum est, vel affirmatiua vniuersalis, vel negatiua vniuersalis, vel affirmatiua particularis, vel negatiua particularis. Veruntamen non habentes signum sunt duarum specierum: vel indefinitæ, & sunt quarum subiecta sunt res vniuersales, & non coniungitur secum signum omnino: vel singulares, & sunt quarum subiectum est singulare. Omnes autem species enunciationum, quarum consuetudo est ꝙ opponantur, aliquando sunt oppositæ secundum affirmationem & negationem, adeo ꝙ secernant veritatem & falsitatem, & aliquando non sunt oppositę secundum affirmationem & negationem: Et erunt ędem enunciationes oppositæ secundum affirmationem & negationem, dum fuerit significatum subiecti in affirmatione illud idem subiecti significatum in negatione

tione, & significatum prædicati in altera earum ipsum prædicatum in altertra. Res autem vnius talis est vna, aut dum fuerit incomplexa, vel dum fuerit complexa complexione connexionis & conditionis, quæ assimiletur id, de quo narratur ad similitudinem incomplexe. Dignior autem, quæ fuerit connexarum & magis propria est, cuius partes erunt inuicem coniunctæ substantialiter: & sic dignum est ꝙ sit conditionatum in altera earum conditionatum in altera secūdum modum vel locum, aut pæntus, aut secundum dispositionem, vel respectum, vel aliter. Sinautem, non opponerentur: & hoc est manifestum ver se. D

Orationum autem oppositarum sunt quinque species: quædam sunt singulares, sicut si dixerimus Socrates est mathematicus, & Socrates nō est mathematicus. Et quædam sunt contrariæ & sunt quarum vtraque coniungitur cum signo vniuersali, sicut si dixerimus omnis homo est animal, & nullus homo est animal. Et quædam sunt contradictoriæ, & sunt cum quarum altera earum coniungitur signū vniuersale in affirmatione, & particulare, in negatione, vel ꝙ fuerit signum vle in negatione, & particulare in affirmatione. Et quædam sunt subcontrariæ, & sunt cum quarum vtraque coniungitur signum particulare: sicut si dixerimus aliquis homo est animal, & aliquis homo non est animal. Et quædam sunt, cum quibus non coniungitur signum omnino, nisi signum literæ hæ notificationis: & ipsę sunt indefinitæ.

Et expedit considerare qualiter secernant species istarum oppositarum veritatem & falsitatē in omnibus tribus materiebus, quæ sunt possibilis, & inuenti, et necessarii. Et dicimus equidem ꝙ singulares secernant veritatem & falsitatem in materia possibilis, & inuenti, nisi quod earum discretio veritatis & falsitatis est, dum ipsæ fuerint inuentæ in actu nunc. Dum autem fuerint in tempore præterito, tam veritas est determinata in altera duarum extremitatum suarum secundum perfectionem in se, siue nouerimus ipsam in veritate, siue non nouerimus ipsam, postquam fuerit in se determinata. Exemplum huius est in inuento præterito in actu, Socrates scripsit heri sero, Socrates nō scripsit heri sero. Et in inuento in actu præsenti, Socrates scribit nunc, Socrates non scribit nunc. Veruntamen possibilis in futurum veritas non aduenit ab altera extremitatum suarū scdm perfectionem per se: sicut, si dixerimus, iste pānus potest esse quod scindatur ante inueterationem, & possibile est ꝙ non scindatur ante inueterationem. Si autē fuisset veritas aduentens scdm perfectionē, res omnes essent necessario, & destrueretur consilium, & electio, quia consulens non consulit de impossibili. Veruntū contradictorię ipsæ secernunt veritatem & falsitatem in necessario, & possibili, qđ est scdm nunc, & scdm priūs, & scdm perfectionē per se. Exemplum huius est, quia omnis homo est animal, aliquis homo nō est animal necessario: sed de possibili est dictū nostrū, omnis homo scribit, non homo scribit. Et secernent veritatē & falsitatē in futuro non scdm perfectionē. Veruntū contrariarum discretio veritatis & falsitatis in materia necessaria, & impossibili est sicut dispositio in contradictoriis. Falsificantur aūt simul in possibilibus, sicut est dictū nostrū, aliquis homo scribit, aliquis homo non scribit. Et indefinitarū dispō est dispositio subcontrariarum. Et istę sunt species oppositarum, & modi ipsarum discretionis veritatis & falsitatis in omnibus materiis. Et ille est modus, quo habemus, super quo verificabitur, ꝙ aduenit ex eis altera duarum partium oppositionis & contradictionis, & illa est res prima, quam oportebit verificare apud initium perscrutationis quæsiti. B

Quonū aut enunciationes simplices, & remotiuæ & priuatiuæ sunt et oppositæ, postquā simplices significant super dispónem & habitū, & remotiuæ, & priuatiuæ super priuationē. Iam conuenit ꝙ cōparetur inter eas, & inter oppositionē affirmatiuæ & negatiuæ, & considereturan ipsarū discretio veritatis & falsitatis sint scdm exemplū vnū, nec ne, Species aūt oppositionum istarū sunt scdm numerū specierū oppositionum in affirmatione & negatione, & ipsæ per se sunt conditiones in oppositione istarū. Et dicimus quod forsan singularium in istis dispositio discretionis ipsarum veritatis & falsitatis in materia inuenti, & possibilis sit, sicut est dispositio in singularibus affirmationis & negationis: nisi quod ipse non secernunt veritatem & falsitatem in omnibus dispositionibus, sicut facerent in affirmatione & negatione, nisi quando subiectum fuerit inuentum, & tempore quo est consuetudo subiecti, ꝙ inueniatur ei habitus, quia priuatio est illud, quod non inuenitur in subiecto, cuius consuetudinis est, quod inueniatur in ipso tempore, quo eius cōsuetudo est, ꝙ inueniatur in illo, sicut si dixerimus Socrates est sciens, Socrates est ignorās, aut non sciens. Sicque talis oppositio certe secernet veritatem & falsitatem, dum fuerit Socrates inuentus, aut tempore, quo consuetudo sua est, ꝙ recipiatur in ipso scientia, quod est ipsa senectus. Et causa huius est, quia vtraque istarum orationum oppositarum est affirmatiua, & oratio affirmatiua non verificabitur de priuatiuo, neque in hora, qua non est sua consuetudo, ꝙ inueniatur in ea ipsum subiectum. Sed priuatiuæ sunt affirmatiuæ, & oratio affirmatiua non verificabitur de priuato, neque in hora, qua nō est eius cōsuetudinis. Negatio autem verificabitur de priuatione, sicut verificabitur super inuento, sicut si dixerimus Socrates inuenietur sciens, Socrates nō inuenietur sciēs, talis secerner veritatem & falsitatem æqualiter, siue inueniatur Socrates, vel nō inueniatur, iuuenis sit, vel senex. Nisi quod priuatio vsitatur in ista materia inuenī pro re magis vniuersali, quam illa, quæ præcessit, & est ꝙ non inueniatur in subiecto, in quo fuit moris est, ꝙ inueniatur in ipso in hora alia: sicut si dixerimus de puero ꝙ non habeat pubem. Et quod non inueniatur in eo, quod fuit moris est, quod inueniatur in sua specie, sicut si dixerimus de Socrate ꝙ ipse non loquatur dum fuerit mutus, & non est inter istam priuationem, & inter negationem quo ad discretionē veritatis & falsitatis, nisi conditio inuentionis subiecti solum: & ideo dum fuerit apud nos enunciatio singularis cū vñ, & ipsa fuerit negatiua, impossibile erit qđ accipiatur, ppositio minor in figura prima. Et sit tūc, ꝙ reddatur negatiua remotiua, dū fuerit subiectū enūciationis inuentū solū, quia uis suæ tūc est vna. Exēplū huius est, quia dū fuerit apud nos ꝙ iste ęger nō habeat anhelitū interceptū, sentiemus ꝙ declaremus in eo, qđ nō habeat apostema in pulmone suo in figura prima: & diuertemus istā ppositionē minorē a negatione ad remotionē & dicemus, iste æger est in eo nō anhelitus interceptus: & oē ens in eo nō anhelitus interceptus nō habet apostema in pulmone suo: & concludetur ꝙ iste ęger nō habeat apostema in suo pulmone. Et similis contradictoriis in ista spē oppositarū est ipsius dispō in eius discretione veritatis & falsitatis in ista materia inuēti, sicut est dispositio contradictoriarū in affirmatione & negatione, sicut si dixerimus, omnis homo est sciēs, aliquis homo est ignorans, sed dum fuerit etiā suum subiectū inuentū, & in hora, qua consuetudinis est, & denominetur habitu & priuatione. Et sic ēt similitudinis contrariarū est ipsarum dispositio in ista materia, sicut dispositio in istis, falsificabuntur simul, dum obseruabitur ēt ꝙ sit subiectū inuentū, & in hora, qua eius consuetudinis est, quod denominetur priuatione, vel habitu: sicut si dixeris, omnis homo est sciēs, omnis homo est ignorans. Ista itaque est dispositio discretionis enunciationum simplicium, & priuatiarum & remotiarum veritatis & falsitatis in materia inuenti. Sed discretio ipsarum veritatis in materia necessarij est itaque propterea, quia priuatio in ista materia dicetur de rebus, quarum altera non inuenietur in subiecto aliquo, in quo consuetudinis eius est, quod inueniatur in sua specie: sicut si dixerimus de muliere ipsa quod non habeat pilos in sua barba, vel quod non inueniatur in illo, cuius consuetudinis est, quod inueniatur in suo genere: sicut si dixerimus de asino quod ipse sit non rationalis, vel inueniatur in illo, cuius consuetudinis est quod inueniatur in ente: sicut si dixerimus de creatore, quod ipse sit non mortalis, & non æger, non erit inter eius negationem hic, & priuationem, differentia, quoniam subiectum hic, siue non sit impossibile in aliqua hora, siue sit impossibile, non mutabitur habitudo illius, neque inuenietur in eo dispositio, quæ non denominabitur priuatio, vel habitus: & ideo fuit vis negationis in ista materia vis priuatiuarū, & remotiuarū. Et possibile est, ꝙ ponas ppositionem minorē negatiuam in demonstrationibus, quę concludant negatiē in figura prima. Illa itaq; est dispositio oppositionū enūciationū simpliciū cum remotiuis, & priuatiuis, & cōparatio inter ipsas, & inter oppositiones affirmatiuarū &

negatiuarum. Veruntamen enunciationum oppositarum, quarum prædicata sunt D
contraria ipsarum numerus est æqualis numero istarum. & dispositio in oppositione ipsarum est, sicut dispositio in oppositione simplicium, & priuatiuarum: & modus conditionis est vnus, & hoc dum fuerint duæ contrariæ, inter quas non erit medium, sicut par & impar. Veruntamen, si fuerit inter eas medium ideſt, quod ponamus eas duo extrema contradictionis in syllogismo cathegorico, vel ad impossibile, iam conueniret cp concluderentur omnia media, & tunc se cerneret veritatem & falsitatem, & erit vis sua vis remotiuæ & simplicis vel priuatiuæ. Simplex autem est, si dixerimus ista linea est minor quam illa, vel maior, aut æqualis. Iste itaque est sermo in omnibus enunciationibus oppositis in his enuntiationibus trium generum oppositionis, ideſt affirmationis & negationis, & habitus & priuationis, & contrarietatis: & illæ sunt, in quas discernentur vt plurimum quæstiones in perscrutationibus, & scientijs.

Veruntamen genus quartum generum oppositorum, & sunt relatiua, sicut pater & filius, possibile est, quod cogitetur de eis ista species oppositarum, quas numeraumus in vnaquaque specie earum, ideſt in affirmatione, & negatione, & priuatione, & habitu, & contrarijs. Sed rara erit inuentio illarum, sicut istarum in quæstione, & i seo non refertur de eis tractatus per se in isto libro. Sicque iudicium de illis est iudicium habitus & priuationis, & notitia sua includitur in potentia in notitia illarum. E

Et commune sit istis quatuor generibus, cp nullius eorum ambo opposita colligantur simul in vno subiecto ex vna parte, & in vno tempore. Appropriabitur autem affirmatio & negatio a cæteris: quia oppositio earum est oppositio orationis determinantis solum, & oppositio aliarum est oppositio rei incomplexæ ad rem incomplexam, sicut est oppositio albedinis, & nigredinis, egestatis, & affluentiæ, paternitatis & filiationis. Sed opponuntur orationes compositæ ex istis propter oppositionem horum per se extra animam, econtrario illius secundum quod est dispositio affirmationis & negationis.

Et proprium est contrariis, vltra priuationem & habitum, cp sint duæ res inuentæ, & ideo possibile est, cp inueniatur inter ea medium, sicut est albedo, cui opponitur nigredo, & inter ea est cineritius, & viridis, & cæteri colores. Sed priuationis & habitus iam alter eorum necessario est defectus alterius, sicut sunt egestas, & affluentia. Et appropriantur relatiua ab aliis, quoniam, dum inuenitur vnum eorum, inuenitur alterum, aut simul in potentia, vel simul in actu, sicut sunt pater & filius, & dominus & seruus. Hæc itaque est quantitas sermonis directionis ad verificationem secundum intentionem nostram breuiter sufficiens. Veruntamen regulæ adiectionis, negationis & remotionis, & modi, & copulationis, vtplurimum redibunt ad loca, & communes conceptiones, nisi quod consuetudo iam extensa est in idiomatibus, quod vtantur eis. F

Et enuntiationes trinariæ autem sunt manifestæ per dictionem copulationis in eis, quia locus negationis in singularibus est cum copula: sicut si dixerimus, Socrates non est sapiens. Veruntamen in habentibus signa est cum signo: sicut si dixerimus, non omnis homo est albus, vel inuenitur albus. Et sunt qui ponãt dictionem remotionis in istis in enunciationibus post copulam, vt separet inter ipsam, & inter negationem. Et fuerunt, qui ponerent etiam dictionem negationis in enunciationibus trinarijs, sedin singularibus cum prædicato, & in habentibus signum cum signo. Veruntamen in enunciationibus modalibus trinarijs dictio negationis ordinabitur in singularibus ipsarũ cum modo, sicut si dixerimus, Socrates non potest esse quod inueniatur sapiens, & in habentibus signum cum signo. Veruntamen dictionem remotionis ordinarent ipsam tripliciter. Primus modorum illorum est, quod exprimatur cum copula: sicut si dixerimus, Socrates potest esse quod non inueniatur sapiens. Et secũdus est cum prædicato, sicut si dixerimus Socrates potest esse, quod inueniatur non sapiens. Et tertius cum ambobus: sicut si dixerimus Socrates potest esse quod non inueniatur non sapiens. Veruntamen in binariis modalibus dictio negationis ponetur etiam in singularibus cum modis, & in habentibus signum cum signo. Veruntamen dictio re-

A motionis ponitur semper cum prædicato. Ista itaque fuit consuetudo, quæ extensa est apud eos, & ipsa est consuetudo vtilis scientijs, & decet nobis, quod faciamus istud ob necessitatem suam. Sed ordo modi, & copulæ optimus est quod ponitur inter prædicatum & subiectum, quando præcedat modus: rursus sequetur hoc de copula, licet istud non sit necessarium multis idiomatibus.

EPITHOME IN LIBROS PRIORVM ANALITICORVM.

Ioanne Francisco burana veronense interprete.

Sermo de cognitione agente verificationem. Cap. I.

B 

YLlogismus est oratio in qua ponuntur res, plusquam vna, & sequitur ex illis per se, non autem per accidens, res alia ab eis ex necessitate. Oportet autem, vt exponamus partes istius definitionis, quæ sit per se manifesta, & quam oportet monstrare per aliud ab ipsa. Dicamus igitur, quod oportet ex syllogismo sequi aliud ab ipso: & qñ si fuerit hæc cõsequentia necessaria iam est manifestam per se, quod erit sciens syllogismum secundum quod syllogismus ad ostendendum ignotum per notum: sunt igitur in ipso nota ea, quæ ponuntur, ignotum autem est illud, quod sequitur: quod si forte sequeretur ex ipsa illa, quæ ponuntur, tunc fieri posset, vt illud, quod sequitur, vnum & idem ex parte vna esset notum & ignotum: quod est falsum. Consimiliter apparet etiam, quod oportet consequentiam istam esse necessariam: quoniam, si non esset necessaria, posset æqualiter in nobis iudicari vnumquodque o ppositorum, nõ autem qd' ex ipso sequitur, esset verũ per se & necessariũ. Sed reliquę partes definitionis istius: puta, qd' est oratio, in qua ponũtur plura, non sunt per se manifestæ: & hoc est, qd' oportet exponere, ad quid sint ista, & ad quid oporteat, vt sint plura vno: & super hoc consistunt partes manifestæ inuentionis in syllogismo: quoniam ipsæ ex partibus definitionis istius vice in obtinent principij demonstratio uis: quod autem est ignotum, locum habebit conclusionis demonstrationis, secundum quod apparebit ex definitionibus in iis, quæ sequuntur. C

Declaratio, cp in syllogismo ponũ tur plura, & vicem obtinent principii.

Dicamus igitur planũ esse, quum posuerimus, quæstirum aliquod, puta, si dicamus an mundus sit æternus, & solliciti fuerimus ad stabiliendam affirmationem huius prædicati de hoc subiecto, aut negationem ad ipso per aliquid, & posuerimus ipsum secundum modum prædicationis, non autem secundum modum conditionis: quod hoc vtiq; quũ in ipso complicium fuerit, subiectum ac prædicatum, erit orano vna, per quam declaratur negatio istius prædicari a subiecto, aut affirmatio de eodem: manifestum aũt, qd' hæc noc erit dictio abstracta, sed oratio cõcreta, cui subest verũ aut falsum. Quod si non, nõ oportet, vt qd' sequitur ex ipso sit oratio concreta minima orationũ. Minima vero oium orationũ quæ sunt secũm hãc dispositionẽ est ea, quæ cõponitur ex ꝑdicato ac subiecto: & hæc est, quæ ex eo cp est pars syllogismi, vocatur ꝓpositio. Iam aũt ex hoc sermone manifestũ est, qd' genus syllogismi ẽ oratio cõcreta: volumus aũt hoc in loco ꝓ plura, propositiones. Quoniam aũt oportet, vt hæc sint plura vno, planũ consimiliter ẽt ex hoc modo, cp oratio ista, per quã intẽdimus veritatẽ quæsiti, ex necessitate habebit subiectũ & prædicatũ in dispositione sua subiectum & ꝑdicatum in quęsito, aut separabuntur in ipsis simul. Si igitur separatur, quæstirum in suis par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus ambabus, nō sequetur ex ipsa vtique aut affirmatio, aut negatio. Puta, si D
coaptemus ei, quod dicimus, aut mundus est nouus, aut æternus, q̄ homo est ani-
mal: non sequitur ex hoc affirmatio, aut negatio in æternitate, aut nouitate co-
gnita: quāto minus, quum partes ipsius fuerint eædem cū partibus quæsitis, qūi
nihil accipitur ad ostentionē sui ipsius, sed hoc vocatur petitio: & eodem pacto,
quādo cōmunicarat cū vna duarū extremitatū, & non cū altera, nō sequitur ex
ipsis quæsitū, sed fortasse oportet, vt sequatur aliud a quæsito. Vt in exemplo si
huic qd' dicimus, an mundus sit nouus, adiūgamus, qd' nouū est corpus, & alal
est sapiens, sequetur vtiq; ex hac oratione, vel qd' mundus est corpus, vel qd'
alal est nouū: qd' quū ita sit, oportet vt communicet cū ambabus extremitati-
bus, q̄ sint eædem vtrāq; partes separatas, aut eædem partē vnam: & si quidē secun
dum vtrāq; partes, sequitur vt ad minimū sint duæ propositiōes: sin aūt ambę
partes fuerint separatæ, nō erit inter illas propositiones coniūctio penitus, non erit ex ipsis coniūctio inter prædica
tū ac subiectū quæsiti, neq; in syllogismo pænitus. Quod quum ita fuerit, opor
tet, si non fuerit separatū in vna parte tantum, vt communicet cum vtrisq; extre
mitatibus quæsiti: & eædem hoc accidit, vt prædicatū eius, qd' sequitur, coniun
gatur cum prædicato, aut negetur ab ipso: oratio igitur se habens eædem istam
dispositionem ex necessitate componitur ex duabus propositionibus, neque pau
cioribus, neque pluribus: vt in exemplo, si adiungamus huic, quod dicimus, E
mundus est nouus quod mundus est nouus.

Quod due p
pones syllis
cōponuntur
ex trib' ter-
minis.

Istæ autem binæ propositiones, variantur secundum tres partes, quæ vocan-
tur termini: quorū vnus est subiectum quæsiti, & vocatur in syllo minor extre
mitas: eds vero est in parte cōmunicationis, & appellatur terminus medius:
terminus autem prædicatum quæsiti, & vocatur extremitas maior. Ac propositio
quidem, in qua subiicitur minor extremitas, vocatur minor propositio: illa
vero, in qua prædicatur maior extremitas, vocatur maior. Ordo autem ter-
mini medii cadit inter subiectum & prædicatum quæsiti.

Ex tribus
terminis ori
ginātur tres
figurę.

Quum vero obseruauerimus, vt ipsius prædicatum remaneat prædicatū, &
subiectū remaneat subiectū, est res, quæ verificatur eædem intellectū apud eū, qui
intēdit animū sup quæsito tribus modis, vel vt terminus medius subiiciatur ma
iori extremitati, & prædicetur de minore, & hæc vocatur prima figura: vel vt
prædicetur de ambabus extremitatibus, & nuncupatur secunda figura: vel vt
subiiciatur vtrisque extremitatibus simul, & hæc vocatur tertia figura.

Spēs syllorū
cōcludentiū
cum nō con
cludentibus,
36.

Iam itaq; planū factum fuit ex hoc sermone, ex quo, & ex quot rebus cōpo-
nantur syll, & quot spēs ipsorū primæ: sed spēs syllorum, qui sunt sub vnaqua
que istarum specierū trium, concludētes aut nō concludētes eædem id, qd' ex dini
sione & sermone præcedente planū factum fuit, sunt, 36. in vnaquaq; figura: qūi
oēs syllus cōponitur ex binis propositionibus, quēadmodū declaratū fuit: duæ F
aūt propositiones, aut sunt ambæ affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ, aut vna affir
matiua, & altera negatiua: & hoc bifariā, aut maior affirmatiua, & minor nega
tiua, aut econuerso: & vnaquęq; istarum quatuor partium, quæ sunt in ipsis ex
parte affirmationis & negationis, vel vt sint propositiones acceptæ vniuersales
simul, aut ambæ particulares, aut vtræq; indefinitæ, aut maior vniuersalis &
minor indefinita & econuerso, aut maior vniuersalis, & minor particularis: &
econuerso. Quum igitur fuerint hæ nouem partes, quæ sunt ex parte quantitatis
eædem quatuor, quæ sunt ex parte qualitatis negationis & affirmationis, proue-
nient ex hoc in vna quaq; figura, sex & triginta cōplicationes: & hoc, consimi
liter etiam in vnaquaq: materia ex tribus materiis, hoc est inexistēte, necessaria,
& possibili eædem plus, aut equaliter & in cōmistione ex ipsis, nisi q̄ hę sex ac
triginta dupliceantur in syllogismis mistis: aliquādo enim erit, exempli gratia, ma-
ior inexistēs, & minor necessaria, aut econuerso, hoc est maior necessaria & mi
nor inexistēs. Istę igitur sunt figurę syllorum secundum quod habemus ex ser
mone præcedente: qm omnis syllogismus componitur ex binis propositionibus.

Fieri conse-
quētia neces

Quū igitur huic addiderimus, qd' est relquū ex definitione eo, q̄ est cōsequē
tia necessaria, ecce non proueniet hæc ex illis ppositoinibus, qualiscūq: accide-

A rit, nisi vt vna ipsarum sit affirmatiua, quātacunq; fuerit scdm qualitatē, & al-
tera vniuersalis, qualiscūq; fuerit scdm qualitatē. In eo igitur, qd' vna ipsarū
est affirmatiua, in hoc prouenit cōplicatiorin eo aūt, qd' altera est vniuersalis, in
hoc erit necessaria cōplicatio. Et hęc est dispositio dicti de omni: cuius conditio
est in syllis cōcludentibus, qūi cōditio dicti de omni, quēadmodū dicemus est, vt
aliquid prędicetur inexistenter, aut possibiliter, aut necessario de omni eo, q̄ di-
citur per subiectū suū, & prędicetur de omni subiecto prędicationis scdm cō
sponitur per subiectū suū, & prędicetur de omni subiecto prędicationis scdm cō
sequētiā & absolute, hoc est vere scdm modum trinū, absq; eo q̄ ponamus in cō
sequētiā & absolute, hoc est vere scdm modum trinū, absq; eo q̄ ponamus in cō
dition sua modū inexistētię tūi, aut necessarij, aut possibilis: quēadmodū, si dice
mus aūal ex necessitate de oī ambulante: & negetur ertā res ipsa ex necessita
te, aut inexistēter, aut possibiliter ab oī eo qd' disponitur in suo subiecto absolu-
te, absq; eo qd' ponamus cōditionem in hac dispositione modum aliquem: que
madmodū, si dicamus, hō ex necessitate nō de aliquo hinnibili, hoc est, non qd' veri
madmodū, si dicamus, hō ex necessitate nō de aliquo hinnibili, hoc est, non qd' veri
ficant Abumazar esse opinionem Arist. scdm quā in vsu habebat dictū de om-
ficant Abumazar esse opinionem Arist. scdm quā in vsu habebat dictū de om-
ni hoc in libro, qd' est radix ac principium omnū syllogismorum concludentiū.
ni hoc in libro, qd' est radix ac principium omnū syllogismorum concludentiū.

Dictū de oī
habet esse in
syllis in ordi
ne ad ḡlitis
determinatū

Conditionē igitur ponit dicti de omni hoc in loco, cōsequentiā absolutā absq;
B clusio per accidēs, nisi accepta fuerit hæc proportio, quæ est inter duas propositi-
onibus ad quæsitū determinatū: quo enim contentaneum erit, qd' in hoc dicimus,
tiones ad quæsitū determinatū: quo enim contentaneum erit, qd' in hoc dicimus,
oportere alterā, quæcunq; fuerit, vniuersalem esse, qualitercūq; extiterit secun-
oportere alterā, quæcunq; fuerit, vniuersalem esse, qualitercūq; extiterit secun-
dam qualitatē: alterā vero affirmatiuā, quātacunq; fuerit scdm quantitatē; for-
dam qualitatē: alterā vero affirmatiuā, quātacunq; fuerit scdm quantitatē; for-
tasse igitur quo acceperimus proportionem istam, quæ est inter duas propositio
tasse igitur quo acceperimus proportionem istam, quæ est inter duas propositio
nes cum annexione ad quæsitum determinatum, quod intenditur hoc in libro,
nes cum annexione ad quæsitum determinatum, quod intenditur hoc in libro,
erit maior ex necessitate vniuersalis, minor autem affirmatiua: & propterea
erit maior ex necessitate vniuersalis, minor autem affirmatiua: & propterea
non artigit Aristo. figuram quartam, quam posuit Galenus.

Nonposuit
Arist. figu-
rā quartam.

Hæc itaq; proportio, quæ est inter duas propositiones, inuenitur in actu in spe
ciebus concludentibus primæ figuræ, in scda aūt, ac tertia figuris in potētia: &
ciebus concludentibus primæ figuræ, in scda aūt, ac tertia figuris in potētia: &
ppterea qd' ex ipsis nō redit ad primā figurā per conuersionem aut expositio-
ppterea qd' ex ipsis nō redit ad primā figurā per conuersionem aut expositio-
nē, nō erit syllus, propterea qd' in ipso non inuenitur conditio dicti de omni, ne-
nē, nō erit syllus, propterea qd' in ipso non inuenitur conditio dicti de omni, ne-
que in potētia, neq; in actu. Quum itaq; exquisieris sex ac triginta modis, qui
que in potētia, neq; in actu. Quum itaq; exquisieris sex ac triginta modis, qui
sunt in prima figura, & hoc secundum tres materias, hoc est inexistentē, neces-
sunt in prima figura, & hoc secundum tres materias, hoc est inexistentē, neces-
sariam, & possibilem vt plurimum, non comprabitur proportio ista nisi quatuor
sariam, & possibilem vt plurimum, non comprabitur proportio ista nisi quatuor
speciebus ex ipsis, & hoc in quacunq; materia: & consimiliter in mistionibus,
speciebus ex ipsis, & hoc in quacunq; materia: & consimiliter in mistionibus,
nisi quod ipse, duplicabuntur, quemadmodum dicemus, & erunt octo.

Nota de dicto de omni quid sit, & quo intelligatur de mē te Arist.

Intentio autem nostra, hoc in loco est, loqui de speciebus, quæ sunt in materiis
C necessariis, & possibili vt plurimum, qūi hæ sunt, quorum vsus est in scientiis.
Adde quoq; qd' hic non est differentia inter syllos, qui sunt in his duabus mate-
riis, & in materia, inexistente in hac figura, & scda, & tertia. Siue fuerit inexi-
stens scdm qd' existimauit Aristoteles, & Abumazar, cuius inuentio est in tem-
pore presenti. Vel scdm qd' visum fuit Theophrasto, ac Themistio, quod hæ di
cantur absolute absque eo, quod proferatur in ipsis modus inexistens, sed ex eo,
quod prædicatur secundum intellectum prędicatione absoluta, absq; eo, quod
annectatur ipsis modus omnino; non oportet autem vt, intentio nostra sit de pos-
sibilibus æqualiter.

Intentio in
hoc libro est
loqui de spe
ciebus, ppo
sitionū, que
sunt in mate
ria necessa-
ria, & possi-
bili vt plm.

Figura Prima. *Cap.* 11.

SPecies prima ex speciebus concludentibus componitur vtiq; ex duabus pro-
positionibus affirmatiuis, vniuersalem affirmatiuam colligentibus. Huius exē
plum in materia necessaria, omne corpus cōpositū, omne compositū nouū: con
clusio, omne corpus nouum. Ex modo itaque hoc concludēdi confessio possumus
inspicere dispositionem dicti de omni: nouum enim prædicatur de omni eo,
quod disponitur per compositum, & corpus ponitur subiectum dispositum per
ipsum: necessarium itaque est, vt prædicetur nouum de corpore. Exemplum

Primus mo-
dus primę fi
gurę.

huius in posibili vtplurimum: quicunq; frequenter ingreditur balneum super D
repletionem, sudat in eo nimium, quicunque autem sudat nimium, aduritur:
conclusio, quicunq; ingreditur balneum super repletionem aduritur: eodem igi-
tur pacto planū considerāti, qđ hoc cōcluditur, quēadmodum & in necessario.

Secundus modus. Species secunda componitur ex duabus propositionibus, quarū maior est vni-
uersalis negatiua, minor autem vniuersalis affirmatiua, concludit autem vni-
uersalem negatiuam. Exemplum huius in necessario: omne corpus compositū,
nullum compositum æternum: conclusio, nullum corpus æternum. Consimiliter
etiam hoc in loco planum, quod concluditur eo quod æternum accipitur negatiū
ab omni eo, quod disponitur per compositum in propositione maiore, & corpus
ponitur in propositione minori dispositum per ipsum. Exemplum huius in pos-
sibili vtplurimum: quicunque est mundus ab excessibus, habet calorem natura
lem liberum in omnibus membris suis, sed nullus, qui habet calorem naturalē
in membris liberum, corripitur a febre putredinis: conclusio, ergo nullus, qui
est mundus ab excessibus, corripitur a febre putredinis.

Tertius modus. Species tertia componitur ex binis propositionibus, quarum maior est vniuer
salis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, concludens affirmatiuā par
ticularem. Exemplum huius in necessario: aliquod corpus est compositum ex
contrariis, omne compositum ex contrarijs corruptibile. Concluditur, aliquod
ergo corpus est corruptibile: quoniam pars ista ponitur sub composito ex ele- B
mentis, quod disponitur per ipsum. Exemplum huius in posibili vt plurimum:
aliquis homo est, cuius, quum comedit stipticum post saturitatem, relaxatur ven
ter, quicunq; autem ita facit, ita se habet, quod eius corpus non suscipit ex nutri-
mento id, quod est necessarium: conclusio, aliquis homo ita se habet, quod eius
corpus non suscipit ex nutrimento, quod ei est necessarium.

Quartus modus. Species quarta est ex duabus propositionibus, quarum maior est negatiua vni
uersalis, minor autem affirmatiua in parte, concludens, negatiuam particularē.
Exemplum huius in materia necessaria: aliquod corpus simplex habet contra-
rium, nullum, quod habet contrarium, est æternum: conclusio, aliquod corpus
simplex non est æternum. Exemplum huius in materia posibili: aliquis homo
ita se habet, quod in eius stomacho acescit cibus, nullus autem, in cuius stoma-
cho acescit cibus, corripitur pleuresi. Conclusio, aliquis igitur homo non corripi
tur pleuresi.

Speciebus syllogiſmorū mi-
storum vtūtur artes ope
ratiuę.

Cæterum speciebus mistis ex istis materijs non vtitur artifex diuinus, sed, so-
lum artes operatiuæ eo quod accipiunt adiumentum a dispositione individuorum,
& propterea ipsę vtuntur speciebus mistionis illius, in quā minor est inexistens
singularis aut posibilis, & maior necessaria. Exemplum illius, cuius minor est
inexistens, & maior necessaria: iste ægrotans habet febrem, & tussim, & dolo- F
rem affixum lateri suo simplicem, & diuersitatem, quicunq; autem est ita dispos
tus, habet apostema. Conclusio, iste igitur ægrotans habet apostema. Exempli
um illius, cuius minor est posibilis vt plurimum, & maior necessaria, iste ægro-
tans habet dolorem capitis continuum & partem sentibilem de sensus aquę in
oculum, quicunque autem habet descensum aque in oculum ita se habet, quod
eius visus corrumpitur: conclusio, posibile igitur est, vt huic ægrotanti corrum
patur visus, Exemplū illius, cuius minor est inexistens, & maior posibilis vt
plurimum: iste ægrotans habet febrem calidam acutam, & videtur vrina sua in
die critico in paroxysmo alba absque tinctura notabili, quicunq; aūt ita est dispo
situs, patitur innouationem apostematis in cerebro: conclusio, igitur iste ægro-
tans pattitur innouationem apostematis in cerebro. Atqui conclusiones istæ de-
terminatę manifestæ consimiliter fiunt per dispositionem dicti de omni, sed mo-
dus conclusionis in ipsis sequitur propositionem maiorem secundum consequen-
tiam dispositionis dicti de omni, quando obseruatum fuerit in ipso id, de quo mē
tionem fecimus, & fuerit materia disposita secundum dispositionem propriam,
pręterquā quod accidit quandoq; in quibusdam materijs, vt concludant conclu-
siones multimodas, & præsertim quum fuerit maior necessaria aut inexistens, &
minor posibilis, cuius iam posuimus exemplum, & propterea prolongauimus

Nota quod
iste modus l
digier consi-
deratiōe, &
maxime an-
concludat p
dictū de om-
ni.

Nota hoc di
ctum, de quo
supra etiam
notauimus.

A sermonem in ipsis declarandis: maxima namq; diuersitas inter sapientes extitit
de modis conclusionum mistionis istarum propositionum. Vnum autem hoc ma-
nifestum considerāti, quod species istæ, de quibus mentionem fecimus, conclu-
dunt. Hæ igitur sunt omnes species syllogismorum cadentes in hac figura: quæ
sunt in vsu in demonstrationibus, præter solas illas, in quibus altera propositio-
num est particularis: oportet namque secundum dispositionem linguæ, vt sint
vles: puta, in exemplo, si velimus ponere propositionē dicentem, aliquis homo
ita se habet, quod in eius stomacho cibus acescit, vniuersalem, tūc in summa acci
piemus eam secundum dispositionem vniuersalem, & eodem pacto fieri poterit
in reliquis speciebus particularibus, & redibunt vniuersales: quod quum ita sit,
planum quod species vniuersales istius figuræ sunt illæ, quibus vtuntur artes de
monstratiuæ diuinæ, aliarum vero vsus tantummodo est in contradictorio demō
stratiuo, quum voluerimus destuere vniuersalem. Quoniam autem sunt etiam
species concludentes in secunda, ac terna figuris, monstrabimus vt plurimum ip
sas concludere per resolutionem ad primam figura. Resoluentur autem ad pri-
mam figuram aut per conuersionem tantum, aut per conuersionē & expositionē.

Spēs vles
primæ figu-
ræ sunt illę,
quibus vtun
tur artes de-
mōstratiuę.

Cōuersio qđ
sit.

Est autem conuersio, quum variatur ordo partium enunciationis, & fit ex prę
dicato subiectum, & ex subiecto prædicatum, & seruatur qualitas, ac veritas ip-
sius. Sed ante oportet, vt declaremus, quæ propositiones conuertantur, quæ ve B
ro minime: iam itaque monstratum est in præcedentibus, quod propositiones ex
parte clausularum sunt quatuor, negatiua vniuersalis, affirmatiua vniuersalis, ne
gatiua particularis, & affirmatiua particularis. Vniuersalis igitur negatiua con
uertitur seruata quantitate & qualitate, quemadmodum si dicamus nullus homo
lapis: conuertitur enim in hanc, nullus lapis homo: hoc autem manifestum est
ex eo, quod partes ipsius separantur separatione vltima, & non vniuntur in ali-
quo penitus: omne autem, a quo aliud distinguitur, & ipsum ab eo distinguitur.

Quę nā sint
ppositiones
cōuertibiles.

Sed vniuersalis affirmatiua conuertitur seruata qualitate cum veritate, non au
tem seruata quantitate: quod autem partes ipsius conuertantur, planum eo, quod
semper ita inuenitur in omnibus materijs, licet non ponamus hoc inter proprieta
tes conuersionis: quoniam hoc non est necessarium, neq; perpetuum ex eo, qđ
est affirmatiua vniuersalis.

Particularis autem affirmatiua conuertitur seruata veritate secundum quali-
tatem, ac quantitatem suas: quoniam particularis non se habet ita, vt pars a par
te differat, sed est tantummodo pars vna. Particularis vero negatiua non conuer
titur, neque per conuersionem qualitatis, neq; per conuersionem quantitatis sue:
quemadmodum, si dicamus, aliquod animal non est homo, non enim verum est,
quod aliquis homo non sit animal: conuersio etiam ista inuenitur in enūciationi- C
bus necessarijs, & posibilibus, vt plurimum: hæ autem sunt, de quibus est in-
tentio in hoc tractatu. Exemplum propositionis negatiuæ vniuersalis posibilis
vt plurimum, nullus habens venas mundas ab oppilatione, corripitur a febre pu
tredinis: ista enim conuertitur, nullus, qui corripitur a febre putredinis, habet
venas mundas ab oppilatione. Consimilis etiam dispositio est in reliquis propo-
sitionibus, quæ conuertuntur, & non conuertuntur.

Nota propo
sitionem pos
sibilem, vt
plurimum,
vniuersalē
negatiuā cō
uerti in seip
sam, cuius
oppositū af-
ferit Arist.
& ipse I prio
ribus analy
ticis.

Figura secunda. Cap. III.

Primus mo-
dus secundę
figuræ.

Conclusio etiam istius figurę est quatnor specierum. Species prima con-
stat ex maiore negatiua, & minore affirmatiua, concludentibus negati-
uam vniuersalem: vt in exemplo, in materijs necessarijs: omne cor-
pus compositum, nullum æternum compositum: conclusio nullum corpus æ-
ternum: quoniam igitur vniuersalis negatiua conuertitur, resoluetur in secun-
dam speciem primæ figurę. Exemplum huius in materia posibili, nullus,
a quo recessit febris post digestionem secundum crisin in die debito, cadit in re
cidiuam: sed omnis a quo recessit febris in principio suę ægritudinis, cadit in re-
cidiuam. Conclusio, nullus, a quo recessit febris in principio suę ægritudinis,

ita se habet, quod ab eo recesserit post digestionē secundum crisin in die debito: si igitur vniuersalem negatiuam conuerteris, resolues & hanc in secundam speciem primæ figuræ in materia possibili.

Secundus modus in secundā.

Species secunda ex est, in qua maior est affirmatiua vniuersalis, & minor negatiua vniuersalis, concludit autem negatiuam vniuersalem. Exemplum in materia necessaria, nullum æternum compositum, omne corpus compositum, & concludetur, nullum æternum corpus: si enim conuertatur vniuersalis in hac specie, & redierit ad figuram primam, hæc erit maior, posteaquam hic fuerit minor: propterea quod non fit conclusio in prima figura, quum minor fuerit negatiua: concludetur igitur, nullum corpus æternum: quoniam itaque hoc etiam conuertitur, concludetur insuper, nullum æternum corpus, & hoc planum erit quum secerimus duas conuersiones conuersionem conclusionis; & conuersionem propositionis. Exemplum vero huius impossibilis: quicunque afficitur febre ephimera, habet aquas suas in principio ægritudinis seruatas albas æquales: nullus autem, qui afficitur febre putrida, habet aquas suas a principio ægritudinis seruatas albas æquales: conclusio, nullus igitur febricitans febre putredinis, habet febrē ephimeram: quum itaque negatiua vniuersalis conuersa fuerit, & resoluta fuerit in maiorem primæ figuræ, concludetur, nullus febricitans febre ephimera, habet febrem putridam: quisque hæc uerum conuersa fuerit, concludetur, nullus febricitans febre putrida habet febrem ephimeram.

Tertius modus.

Species tertia maiorem habet vniuersalem negatiuam, minorem vero affirmatiuam particularem, concludens negatiuam particularem. Exemplum huius in necessaria, nullum corpus mouetur sursum, aliquod corpus mouetur sursum: concluditur, aliquod itaq; corpus non est corpus: conuersa enim vniuersali negatiua resoluetur ad quartam speciem primæ figuræ. Exemplum huius in possibili: aliquis febricitans habet dolorem capitis: nullus mundus stomacho habet dolorem capitis: concluditur per conuersionem ipsius, aliquis febricitans non habet mundum stomachum.

Quartus modus.

Species quartam maiorem habet vniuersalem affirmatiuam, minorem vero negatiuam particularem concludens negatiuam particularem. Exemplum huius in necessario: omne corpus est in loco, aliquod ens non est in loco, concluditur aliquod igitur ens non est corpus: hoc enim manifestum erit, quum posuerimus hoc particulare creatorem, qui sit laudatus, & complicuerimus syllogismum hoc pacto per conuersionem negatiuę: omne corpus est in loco, non est locus creator, concluditur corpus non est creator: quum igitur hęc conuersa fuerit, concludetur, creator non est corpus, quod erat quęsitum: & hoc per resolutionē ad speciem secundam istius figuræ per se: hanc autem speciem diximus concludere per expositionem, & conuersionem propositionis, ac conuersionem conclusionis. Exemplum vero huius in possibili, omnis febricitans febre acuta ita se habet, quod eius febris finitur percrisin: sed aliquæ febres non finiuntur per crisin: cōcluditur, aliqua igitur febris non est febris acuta: quum enim posuerimus hoc particulare febrem leuem, conuertetur propositio maior, & concludetur, nullus igitur febricitans febre acuta habet febrem leuem: & ad hæc conuertetur cōclusio ista, & concludetur, nullus igitur febricitans febre leui, habet febrem acutā. Proprium vero est figure istius, non concludere ex duabus affirmatiuis,

Mistiones, q̄ fiunt in figura secunda.

Sed in hac figura in artibus operatiuis fiunt etiam complicationes, quarū minor est inexistens singularis, aut possibilis. Exemplum illius, cuius minor est inexistens singularis, & maior necessaria, nullus ægrotans febre putrida caret oppilatione. Iste ægrotat feb. putrida, cōclusio est, ergo non caret oppilatione: hoc aūt per cōuersionem scdm quod prædiximus. Exemplū eius, cuius minor est inexistens & maior possibilis: iste ægrotans habet permistionem intellectus, & videtur sibi, quod habeat pilos supra pannos suos, & colligit ipsos: nullus autem habens cerebrum illesum ab apostematibus disponitur hac dispositione: & concluditur per conuersionem negatiuæ, iste ægrotans non habet cerebrum illesum ab postematibus. Exemplū vero illius, cuius minor est possibilis, & maior necessaria, hic ægrotans continuauit solem in tempore æstatis cum hoc, quod cerebrū

A suum erat calidum secundum complexionem, comprehenditur ab instantia vigiliarum, & nullus lethargus corripitur ab instantia vigiliarum: conclusio fieri non potest, vt æger iste sit lethargus: & hoc consimiliter, per conuersionem vniuersalis negatiuæ.

Figura tertia. Cap. IIII.

ET hac figura non vtuntur species orationum demonstratiuarum: quoniam conclusiones istius sunt particulares, conclusiones autem demonstrationum vniuersales, quemadmodum declaratum fuit in libro demonstrationis, & non erit cognitio primi secundum modum reduplicationis, & nō erit necessarium conclusionem esse absolutam, absque eo, quod commisceatur in hoc modus omnino in toto ipso, in quo dicatur existentia secundum opinionem Theophrasti, quia hoc non nocebit hic scdm opinionē nostrā: & species suæ concludētes sunt sex.

Primus modus tertiæ figuræ.

Species prima componitur ex binis propositionibus vniuersalibus concludentibus affirmatiuam particularem. Exemplum huius, omnis scientia speculatiua est docibilis, & omnis scientia speculatiua est opinabilis, conclusio, aliqua opinio est docibilis: minor namque affirmatiua conuertitur, & redit ad speciem tertiā primæ figuræ.

Secundus modus.

Species secunda maiorem habet vniuersaliter negatiuam, & minorem affirmatiuam vniuersalem concludens negatiuam in parte: minor namque conuertitur in parte, & redit ad quartam speciem primæ figuræ. Exemplum huius, nulla scientia speculatiua naturalis, & omnis scientia speculatiua opinabilis: concluditur aliqua opinio non est naturalis.

B

Tertius modus.

Species tertia maiorem habet uniuersalem affirmatiuam, minorem uero affirmatiuam particularem. Exemplum huius, omnis homo animal, aliquis homo albus, concluditur, aliquod album animal, redit enim ad speciem tertiam primę figurę.

Quartus modus.

Species quarta maiorem habet affirmatiuam particularem, minorem uero uniuersaliter affirmatiuam. Exemplum huius, aliquod animal album, omne animal corpus, concluditur aliquod corpus album, maior enim particulariter conuertitur, & redit minor, & oratio ita complicatur, aliquod album animal, & omne animal corpus, & concluditur aliquod album corpus, & hoc in tertia specie primę figurę. Amplius, conuertitur hęc conclusio, & fit aliquod corpus album, quod erat quęsitum, hoc autem ita fit, quoniam particularis, quę hic erat maior, efficitur minor in prima figura.

Quintus modus.

Species quinta maiorem habet negatiuam vniuersalem & minorem affirmatiuam particularem, concludens negatiuam particularem. Exemplum huius, nullum animal lapis, aliquod animal albū, aliquod album non est lapis: minor enim conuertitur, & fit aliquod album animal, nullum animal lapis: redit namque species quarta primæ figuræ, & concluditur, aliquod album non est lapis.

C

Sextus modus.

Species sexta maiorem habet particularem negatiuam, minorem vero affirmatiuam vniuersalem, concludens negatiuam particularem: & hoc, quū reduxerimus ipsum per expositionem ad spēm scdam per se istius figuræ. Exemplum huius, si dicamus, aliquod alal non est album, omne alal corpus, concluditur aliquē corpus non est album: si enim partem istam alalis, a qua negatur albū, posuerimus, exempli gratia coruum, tunc ita disponetur, nullus coruus album, & ois coruus corpus: redit enim per se ad spēm scdam istius figuræ, de hac aūt manifestū est, quō reducitur ad primā figurā: iste igitur est tractatus ōium specierū syllogismorū ꝑdicatiuorū: post hoc aūt oportet, vt ꝓcedamus ad tractatū de syllogismo cōditionali.

Syllogismus conditionalis. Cap. V.

QVoniam igitur iam acceptum fuit in definitione syllogismi simpliciter, q̄ est oratio, in qua ponuntur plura vno. Modus autem positionis est duorum modorum: quorum vnus est modus prædicationis, alter vero est

Modus positionis, de q̄ loquitur ph⁹

losophus in definitione syllogismi, est duplex, prædicationis, & conditionis: ex quo nota, q̃ vult definitionẽ, syllogismi cõpetere etiã syllogismo, hypothetico, cuius oppositũ alii aiunt Greci, & alii multi Sylimi conditionales, hoc est suppositorii, sũt duarũ spẽrũ Prima species, quæ est syllogism' coniunctus, siue continuus, qui dicitur secundum diuisionem cõsequẽtium.

Secundus syllogismorum continuorum.

Nota probationem, qũo ex opposito cõsequentis, sequitur oppositũ añtis.

Nota proprietatẽ syllogismi conditionalis continui in primis speciebus.

Spẽs, q̃ concludãt secũdm pfectionem consequẽtiæ, sũt quatuor.

modus conditionis. Oportet igitur, vt tractemus de hoc syllogismo conditionali: in summa itaque componitur ex binis propositionibus, maiore ac minore: maior autem componitur ex duabus propositionibus prædicatiuis, in quibus complicatur dictio conditionalis, minor autem est pars istius maioris & prædicatiua, vna ex duabus propositionibus prædicatiuis componentibus propositionem maiorem. Pars autem prima syllogismi conditionalis, quæ est causa consequentiæ vocatur antecedens. Pars autem secunda, quæ sequitur vocatur consequens. D

Syllogismi vero conditionales diuiduntur primum secundum partes dictionum conditionaliam in coniunctum & diuisum: coniunctus est ille, cui appẽditur dictio communctionis vt si, & quando: diuisus vero is est, cui appliçatur dictio diuisionis, veluti aut, & vel: coniunctus componitur ex duobus consequentibus: diuisus autem ex duobus contradictorijs.

Dicamus igitur prius de syllogismis coniunctis: iam igitur existimatur, q̃ hi a principio diuiduntur secundum diuisionem consequentium: quoniam igitur consequentium alia sunt mutuæ consequentiæ, quum ex eo, quod vnumquodque ipsorum est, est etiam suum compar, quemadmodum ex ascensu solis, diem esse: alia vero non sunt mutuę consequentiæ, veluti vnum & duo esse: quum enim duo fuerint, est & vnum, & non sequitur, q̃ quum vnum fuerit, sint etiam duo. Diuidetur coniunctus consimiliter duas in partes. Coniuncti igitur concludentes, ex consequentibus non perfectę consequentiæ, sunt duarum specierum: vna, quum ponitur antecedens per se, & concluditur consequens per se: quemadmodum, si dicamus, si hic signatus est homo, est etiam animal, sed est homo, igitur ex necessitate est animal. Planum autem per se, quum ita positum fuerit, conclusionem sequi: quum enim antecedens inuenitur, inuenitur & consequens. E

Species secunda ea est, in qua ponitur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis: q̃ autem hoc ita se habeat monstratur de proximo: quoniam, si consequens necessario sequitur ex antecedente, fieri non potest, quin aut sit vniuersalius ipso, aut illi æquale: q̃ si fuerit æquale, planum si tollitur consequens, quod antecedens etiam tolletur: puta, si dicamus, si hic signatus est homo, est etiam risibilis, sed non est risibilis, ergo non est homo: sin autem fuerit vniuersale, manifestum si tollitur consequens, q̃ antecedens etiam tolletur. Exemplum huius, si accipiamus hominem antecedens, & animal consequens, sequitur, si auferatur animal, quod homo etiam auferatur: quoniam magis vniuersale continet particulare, non autem sequitur, si auferatur homo, q̃ animal etiam auferatur: non enim ex inuentione animalis, inuenitur homo: & species etiam aliæ istius syllogismi secundum quodresiliunt ex diuisione, in quibus videlicet ponitur oppositum añtis aut consequentis per se, non sunt concludentes, nisi complicatio consequentiæ, affirmationis secundum añi rmatione fuerit sufficiens secundum consequentiam. At qui complicatio negationis cum affirmatione, aut affirmationis cũ negatione, aut negationis cum negatione, quemadmodum videbitur ex sermone nostro, non est sufficiens. Et ꝓpterea decentius est, vt inquiramus demonstrationem positionis oppositi consequentis simpliciter & sequatur ex ipso oppositum antecedentis secundum speciem primam istius syllogismi, & dicamus si ex opposito consequentis non sequitur oppositum añtis, sequatur ergo añs per se: sed iam positimus, quum inuenitur antecedens, quod inuenitur etiam consequens: sequetur ergo ex hoc, quum inuenitur oppositum consequentis, quod inuentatur consequẽs, & ita ex contradictorio rei, sequetur rem ipsam esse: quod est falsum. F

Proprium vero est istarum duarum specierum istius syllogismi concludẽtium quod antecedens in ipsis semper sit antecedens secundum naturam, & consequẽs in ipsis sit necessartum, & sequitur ex eo, quod antecedens sit, & non sequitur ex eo, quod consequens sit. Atqui species, quæ componuntur secundum perfectionem consequentiæ, sunt quatuor omnes concludentes: vna, in qua ponitur antecedens, & concluditur consequens, quemadmodum præcesit de iis, quæ non sunt perfectæ consequentiæ. Species vero secunda, in qua ponitur consequens per se, & concluditur antecedens per se: manifestum autem est consimiliter, quod hæc concludat ex eo, quod ponitur vnumquodque ipsorum sequi ex inuentione

A uentione sui paris. Tertia vero, in qua ponitur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis: quod autem hęc concludat planum ex eo, quod præcesit. Quarta vero, in qua ponitur oppositum antecedentis, & concluditur oppositum consequentis: q̃ autem hæc concludat planum consimiliter ex modo, quo ponitur perfecta consequentia. Exemplum harum quatuor specierum. Primæ, si sol ascendit, est dies, sed sol ascendit, igitur est dies. Exemplum secundæ in hoc eodem exemplo per se, sed dies est, igitur sol ascẽdit. Tertiæ vero, sed dies non est, igitur sol non ascendit. Quartæ autem, veluti si dicamus, sed sol non ascendit, igitur dies non est: non est enim differentia, quodcũque acceperis variatum ex parte conclusionis: sed variatur vnumquodque ipsorum ex parte eius, quod intenditur in conclusione, quemadmodum si exempli gratia, intentio nostra fuerit concludere, q̃ dies est, non variatur nisi antecedens per se: puta, q̃ sol est: consimiliter si intentio nostra fuerit concludere, quod sol non ascendit, variamus oppositum consequentis, & eodem pacto apparet in alijs speciebus: q̃ id, quod variatur in ipsis considerabitur secundũ consideratiõem eius, quod intenditur in conclusione. Erunt igitur species complicitæ ex conditionali secundum istam diuisionem octo: quarum duæ nõ perfectæ consequentiæ non concludunt, relinquuntur sex concludentes. Cæterum quod existimatur, oportere manifestum esse in conditionali coniuncto, est veritas complicationis: atqui fieri potest, vt intelligatur, quis alius ab hoc sit perfectæ complicationis, aut non perfectę, & propterea quod necessario afferri oportet ad stabiliendas istas species in conclusione secundum quancunque materiam est perfectio consequentiæ aut imperfectio: istæ autem duæ species, sunt, in quarum vna subijcitur antecedens solum & concluditur consequens solum, altera vero, in qua subijcitur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis. Fieri autem potest, vt error committatur secundum istam diuisionem in eo, quod fecit Aristotel. in secunda figura quoniam non complicatur in ipsa conclusio ex duabus affirmatiuis, quæ conuertantur per se seruata veritate secundum quantitatem ac qualitatem: puta, quæ componuntur ex dispositionibus propriis, sed significatur in ipsis dispositio necessaria semper, quoniam conuerso iam erit nota. Cæterum non erit in istis speciebus figura prima secundum conditionem connexi, sed diuiditur vnaquæque ex istis speciebus in species quatuor. Complicatio autem ista est, quum componitur affirmatiuum cum affirmatiuo: veluti si dicamus, si tu es homo, tu es animal: vel componitur negatio cum affirmatione, quemadmodum quum dicimus, si hoc significatum est homo, non est equus: vel componitur affirmatio cum negatione, veluti si dicamus, si hoc viuum non est planta, est animal: & ex ipsis etiam B

C ex est, in qua complicatur negatio cum negatione, quemadmodum quum dicimus, si hoc significatum non est animal, nõ est homo: quod si duplicaueris has quatuor secundum species primas istius diuisionis vltimæ, efficientur species concludentes octo: quumq; multiplicatæ fuerint secundum diuisionem istã primam per species sex, erunt species concludentes, quatuor ac viginti.

Sed fieri etiam potest, vt species istæ multiplicentur secundum quatuor partes, quæ ipsas præcedunt ex parte quantitatis: & hoc, quoniam fieri potest, ut antecedens & consequens simul sint vniuersalia, vel q̃ sint particularia simul, vel q̃ vnum ipsorum sit vniuersale & alterum particulare: & hoc bifariam, vel vt antecedens sit vniuersale, & consequens particulare, aut econuerso. Exemplum eius, quæ complicatur ex duobus vniuersalibus simul, si omnis homo est rationalis, omnis homo est risibilis. Exemplum vero illius, quæ componitur ex binis particularibus simul, si aliquod animal est homo, aliquod igitur animal est rationale ex necessitate. Exemplum eius, in qua antecedens est vniuersale, & consequens particulare, si omnis homo est animal, aliquod animal est Philosophum. Exemplum vero eius, in qua antecedens est particulare, & consequens vniuersale, si aliqua dimensio est separabilis, possibile est omnem dimensionem separari. Consimiliter etiam fieri potest, vt antecedens ac consequens simul sint singularia aut indefinita simul, & ad hæc complice-

Spẽs condi-tionaliũ cõtinuorũ sunt octo: quarũ duæ non cõ stant.

Nota de errore, qui accidit.

Quatuor species syll'orũ continuorũ quoad quali tatem q̃ iterũ multiplicati possunt.

Multiplicatio syll'orũ cõtinuorum secũm quantitatem.

tur vnumquodque ipsorum cum altero. In omnibus itaque speciebus istis erit aliquando complicatio necessaria, & aliquando possibilis, quæ sunt duæ complicationum species, quibus vti consueuimus in scientijs. Sed oportet non ignorare, quod antecedens in huiusmodi syllogismis aliquando erit oratio vna, aliquando orationes plures: verum opus est, vt partes partibus sibiinuicem communicent, & tunc erunt quo ad vim antecedentis, oratio vna, & si nõ, erunt propositiones multæ: veluti si dicamus, si fuerit corpus infinitum, infinitum in omnibus punctis suis, & si non mouetur secundum partes suas, igitur motus non est: & eodem modo erunt orationes multæ in consequente, in quibus eadem erit conditio, vt habeant vim consequentis: quum ita se habuerint, vt pars parti complicetur, nonnunquam vtrunque antecedens inquam, ac consequens componuntur ex orationibus multis ex inuicem dependentibus. Veluti si dicamus, si sol abscindit arcus æquales circuli signorum temporibus inæqualibus, & sit in motu suo impossibilis velocitas, & tarditas, & cõpletur tradendo suam causam esse motum vnum dignius esse ꝙ quod complectur duobus motibus: igitur sol ex necessitate est in circulo, cuius centrum exit a centro mundi.

Nota quod aũs in hmõi consequentijs, aliqñ est vna oro, aliqñ plures.

De conditionalibus diuisuis. Cap. VI.

Syllogismi vero conditionales diuisui componuntur ex contradictorijs: contradictoria autem ea sunt, quæ simul esse nõ possunt in subiecto vno, secundum modum vnum in tempore. Sunt autem ipsa vniuersaliter ex oppositis per se, hoc est affirmatione & negatione, priuatione & habitu, contrarijs, ac relatiuis. Harum vero quatuor specierum, aliæ perfectam habent oppositionem, aliæ imperfectam. Perfectam igitur habent contradictionem, quorum contradictio est vniuersalis: & horum alia in duobus tantum exercent oppositionem, alia in pluribus, quæ cum hoc tamen sunt vniuersalia. Diuiditur autẽ species hæc syllogismi in species tres, secundum ꝙ diuidantur hæc contradictoria in has tres species.

Syllogismi hypothetici diuisui cõponũtur ex oppositis.

Nota pulchrã diuisionem horum syllogismorũ diuisuorum.

Quæ sint species syllogismorũ ij in duobus tñ exercẽt oppõnẽ, & est prima.

Quæ in pluribus exercẽt oppõnẽ, sed numerus est determinatus, & est secunda.

Quæ vero in duobus tñ exercent oppositionem, sunt affirmatio & negatio, priuatio & habitus, & contraria immediata: in hac igitur specie syllogismorũ compositorum ex his tribus, quæ est species prima huius syllogismi, destruitur quodcunq; acciderit aut antecedens, aut consequens, aut ipsorũ oppositum, & id concluditur. Exempla autem horum sunt in promptu. Relatiua vero inueniri possunt per modum diuisionis & compositionis: quemadmodum, si diceremus in compositione, si hic est pater, non est filius: & in diuisione, hic aut est pater, aut est filius. Et ex ipsis etiam sunt, qui complicantur ex pluribus partibus contrarijs, sed ipsarum contradictio non est perfecta.

Sylli diuisiui non hãt aũs & cõsequẽs secũ naturã se cõsequentia, sed ad seinuicẽ permutari possunt.

Tertia spẽs eorũ, qui cõponunt ex pluribus nõ habentibus numerũ determinatũ,

Species aũt secundæ ea est, in qua coniunguntur contraria habentia media determinata secũm numerũ: veluti si dicamus, hæc linea aut est magna, aut est parua, aut æqualis: & in hac specie conimitur destruitur quodcunq; contigerit, aut antecedens, aut oppositũ, aut consequens, aut oppositũ, & fit conclusio. Cæterũ non sufficit destructio vnius tñ, sed oportet destruere secũm numerũ contradictorium: quemadmodũ si destruamus, quod non est magna, & relinquat, quod est aut parua, aut æqualis: & iterũ destruatur, quod non est parua, & relinquit, quod est æqualis: & hoc est, quod intendebamus declarare. Videtur aũt syllogismus iste componi ex partibus multis conditionalibus secũm numerũ propositionum, ꝙ destruuntur. Et propriũ est huius syllogismi, vt seiunctũ non sit antecedens significans propositionem secũm naturam, & consequens secũm naturam, sed antecedens redire potest consequens & consequens antecedens

Qui vero componuntur ex contradictorijs non perfectæ contradictionis, ex quibus species tertia syllogismi istius constituitur, ij sunt, qui complicantur ex multitudine contrariorũ: quorũ sunt media non determinata secũm numerũ: sed consequendo est, vt fiat per modũ contrariorũ vniuersaliũ: veluti si dicamus, idẽ nõ intelligitur per respectũ, & per se, sed intelligitẽ per respectũ: igitẽ nõ per se.

De syllogismo ad impossibile. Cap. VII.

Nota syllm ad impossẽ cõponi ex cõditionali & pdicatiuo, & quo cõponantur.

Syllogismus ad impossibile componitur ex predicatiuo & conditionali: & secundum modum istum consueuit fieri: puta, si velimus monstrare veritatem alicuius enunciationis, accipiemus contradictorium ipsius, & applicabimus ipsi propositionem veram indubitatæ veritatis, & componemus ex ipsa aliquam complicationum concludentium in quacunq; figura contigerit ex figuris prædictarum: quumq; concluserint conclusionem manifeste falsam, cognoscemus quod falsum nõ sequitur ex complicationibus syllogisticis, dummodo extiterit complicatio concludens, neq; item ex propositionibus veris: relinquitur igitur, ꝙ non erit hoc, nisi ex contradictorio propositionis dubiæ: quum itaq; contradictorium suum sit falsum, sequitur ꝙ ipsum verum existat: puta, in exemplo, si velimus monstrare ꝙ mundus est nouus, & dicamus, si hoc non est verum, ergo contradictorium suum erit verum: puta, ꝙ mundus est æternus: deinde applicabimus huic propositioni propositionem indubitatæ veritatis: puta, ꝙ nullum æternum variatur, ex quo sequitur ꝙ mundus nõ variatur: quod est falsum: sed falsum non sequitur ex propositionibus veris, sequitur igitur ex complicta dubia, quum dicebamus ꝙ mundus est æternus: sed ex quo sequitur falsum, ipsum est falsum: falsi autem cõtradictorium est verum, verum est igitur, ꝙ mundus est æternus. Proprium vero est huius syllogismi, & syllogismi conditionalis, non posse monstrare cõclusionem absq; syllogismo prædicatiuo: opus est enim, si ex ipsis conclusio prouenire debeat, vt reducatur ad syllogismum prædicatiuum. De syllogismo aũt diuisuo manifestum, quod ex prædicatiuo ac conditionali complicatur: conditionalis enim monstratur, quum componitur per modum positionis, & hoc, qñ non monstratur a principio positionis, ꝙ res ipsa nota sit absq; complicatione, sed relinquitur hoc ex destructione antecedentis, aut oppositi consequentis. Atqui processus ipsius est processus dubius. Quum vero consequentia manifesta extiterit, & destructo positi, tunc non est dispositio processus secundum hunc modum dubius, quum fuerit intentio nostra perpetua: sed producemus orationem processu ꝙ prior est, quæ inuenitur apud intellectum quod si, quum fecerimus hoc, nõ fuerit propositio ista manifesta in animo, fiet per positionem processus, processus conditionalis, & manifestabitur seorsum: quoniam, quum extiterit destructum manifestum a principio rei, tunc & oppositum suum erit etiam manifestum a principio rei: puta, si dicamus, ꝙ mundus aut est nouus, aut æternus: & extiterit vna harum duarum rerum manifesta apud animum nostrum, tũc oppositum suum consimiliter erit & manifestũ: & hoc planũ in animo, & propterea sequitur per syllogismum conditionalem, secũm ꝙ est conditionalis, super quæsito ignoto, vt destructum non sit manifestum in animo, sed monstremus ipsum per syllogismum conditionalem: & hic ex necessitate perficitur per prædicatiuũ. Consueuit tñ in quibusdam syllogismis prædicatiuis * fieri consecutionẽ antecedentis ex consequente æqualem, & destructum manifestũ esse in animo, aut non esse ipsi. Exemplum ex dicto Hippocratis, si homo rationalis esset vnum, nõ vtiq; doleret: ecce ꝙ destructum in hoc syllogismo planũ est a principio rei, hoc est, quod dolet: & forsitan referetur ad monstrationem complicationis antecedentis cum consequente, veluti si dicamus, quoniam si homo rationalis esset vnum non alteraretur, & quoniam dolet, alteratur.

Syllm ad impossẽ & oẽs syllm hypothetici non pñt mõstrare cõclusionẽ sine syllmo pdicatiuo.

Nota syllm diuisuũ cõponi ex pdicatiuo, ac cõditionali.

* Alr conditionalibus.

Sylli cõdõnales æqualẽ hãt qñqt consecutionẽ cõsequẽtis ex antecẽdẽte, & destructũ talo manifestum per se.

De syllogismis compositis. Cap. VIII.

Syllogismorum vero, de quibus mentionem fecimus, alij sunt simplices, alij vero compositi: & compositorum alij cõponuntur ex vno tñ genere eorũ, quos numerauimus: alij vero ex vna, aut pluribus speciebus ipsorũ: syllogismus namq; ad impossibile, secũm ꝙ declarauimus, componitur ex pluribus generibus: syllogismus enim conditionalis non est in vsu per se & simplex nisi in arte dialecticæ, quẽadmodũ monstrauimus: syllogismus vero prædicatiuus, & essicit simplex,

Sylli cõpositi, alij ex vno, alij ex pluribus cõponũtur generibus.

Syllo. cathegoricus & simplex. & compositus efficitur.

& efficitur compositus: & hic aut specie vna, quemadmodum qui componitur in prima figura, aut ex pluribus speciebus, quemadmodum qui componitur ex prima, ac secunda figuris. D

Syllogismus itaq; simplex is est, qui concludit conclusionem primam ex binis propositionibus tantum per se manifestis, & hæc est vna ipsius proprietas, vt propositiones sint duæ tantum. Proprium etiam ipsius est, vt termini vno superent propositiones suas, quemadmodum si propositiones sint duæ, resoluẽtur ad propositiones tres. Proprium item ipsius est, vt conclusiones suę sint ipsarum dimidium.

Quid sit syllogismus simplex.

Syllogismus vero compositus distinguitur in species: quarum vna est, vt cõcludatur conclusio ex binis propositionibus, quæ ambæ concludantur per binas syllogismi, quotum vterq; constat ex binis propositionibus: & ita quatuor istæ propositiones generabunt quatuor syllogismos, quorum vnusquisque constabit ex binis propositionibus, & sic quousq; resoluatur in syllogismum simplicem, in quo propositiones accipiuntur per se manifestæ: puta, in exemplo, si accipiamus binas propositiones demonstrantes, q̃ anima non est mortalis secundum opinionem Platonis, & dicamus, anima per se mouetur: quod per se mouetur non est mortale: anima igitur non est mortalis: opus est igitur, vt mõstremus virtute istarum propositionum per syllogismum, qui conflet ex binis propositionibus: puta, si exempli gratia, voluerimus verificare minorem, & dixerimus, q̃ anima mouetur per se per duas propositiones: puta, q̃ anima est principium motus, & principium motus mouetur per se: igitur anima mouetur per se. Consimiliter verificabimus maiorem: puta, q̃ illud, quod per se moueri, non est mortale, per binas propositiones: puta, quod per se mouetur est cõtinui motus, & omne, quod est continui motus, nõ est mortale: igitur quod per se mouetur, non est mortale. Species vero secunda istarum enunciationum est, vt conclusio sit ex binis propositionibus: quarum vna sit per se manifesta, altera vero manifesta per syllogismum ex binis propositionibus, quarum altera consimiliter sit manifesta in animo, altera vero quousque deueniatur ad syllogismum simplicem: & hoc secundum duas species, quarum altera est, vt maior sit manifesta per se, minor vero nota per syllogismum, altera vero, quum econuerso se habent: puta, quod minor sit manifesta in animo, maior vero per syllogismum. Species vero tertia componitur ex duabus istis speciebus: puta, quum syllogismi compositi ita se habent, quod in ipsis monstrantur omnes propositiones, & omnes conclusiones enunciatiuæ vsq; ad conclusionem vltimam, & accipiuntur conclusiones, aliquando secundum q̃ sunt conclusiones, aliquãdo secundum q̃ sunt propositiones: vt accidat syllogismus compositus cõnexus. Proprium vero est huius speciei syllogismi compositi, si propositiones sunt partes, vt termini sint impares, & conclusiones dimidium propositionum. Quũ vero non monstrantur omnes propositiones in ipso existentes, neque omnes conclusiones, accidet syllogismus compositus diuisus, cuius proprium est, si propositiones suæ fuerint impares, vt termini sint pares, & si propositiones pares, vt termini sint impares: & quæ monstratur ex ipsis, aliquando erit minor, aliquando erit maior, & aliquando erit in secunda specie, quæ est per se manifesta, & aliquando erit non manifesta in animo. Syllogismus autem, in quo assertur enunciatio, secundum quod est conclusio, peripatetici vocant ipsum subiectum: in quo autem, secundum q̃ est propositio, vocatur apud ipsos prædicatum: consueuerunt autem antiqui ipsam ponere in suis voluminibus, vt plurimum in hunc modum. Redeamus igitur ad exempla harum orationũ, quas, quum inuenimus diuisas, reducuntur ad coniunctas, quum inquisiuerimus omnes propositiones suas, & terminos suos, minorem, medium, & maiorem, & omnes conclusiones ipsarum, quibus opus est ad conclusionem, quæsiti vltimam, non autem conclusionum, quæ vocantur superfluæ, hoc est earum, quibus opus est ad conclusionem quæsitam. Medius autem terminus palam fit ex eo, q̃ bis accipitur in syllogismo: quum vero medium terminum sequestrauerimus, inquirimus figuram, & hoc ex positione duarum extremitatum: extremitas

Hic incipit ponere modũ redigẽdi syllogismos imperfectos, quibus aliqua propositio deest.

A autem declaratur per conclusionem, & hoc, quia conclusio affirmatiua vniuersalis erit in prima specie figuræ primæ ex necessitate, & propter hoc species ista est magis necessaria demonstrationibus: conclusio vero vniuersalis negatiua erit in secunda specie primæ figuræ, & in speciebus secundæ figuræ, non autem in alijs. Oportet xũt cum hoc, vt distinguamus in partibus propositionum, quod est prædicatum & subiectum: qm̃ accidit, vt præcedat prædicatum in oratione, & postponatur subiectum, nisi enunciatio se habuerit in contrarijs: hoc est enim, quod aptabis in hac arte econtrario: vocant autem ipsum artifices arabes, secundum expositionem principij, antecedens. Scitu vero dignũ, quod prædicatum, aut subiectum in propositionibus sunt dictiones separatæ, & aliq̃ sunt compositæ compositione conditionis & coniunctionis. & aliq̃ subiectum componitur ex duabus dictionibus separatis, & erit in ipsis diuisio ad modum dictionis separatæ: veluti si dicas, Reuben pater tuus stat: & consimiliter oportet, vt obseruemus in enunciandis dictionibus, quæ, quum compilantur cum verbis, procedunt a principio nominis per modum expositi: veluti se habet id, quod proposuimus: & hoc est, quod vocãt grammatici nominibus familiaribus exponẽs & expositum, hoc est prædicatum & subiectum: & hoc, vt cognoscamus locum coniunctionis, quę est intra ipsa, quæ vocatur apud grãmaticos signum, quæq; consueuit poni a grammaticis in capitulo, quod vocãt capitulum enunciationis: omne enim tale necessarium est in arte grammaticæ, & necessarium etiam est ei, cui exponitur lingua hæc: & consimiliter necessarium est populo in lingua sua, qm̃ ars grammaticæ est in vnaquaq; lingua, in qua inueniuntur binæ partes, & res intelliguntur ab hominibus linguæ illius secundum regiones suas: sunt autem apud arabes agens, & patiens. Pars autem vna, non necessaria in hac arte est, quum redierit exponens, & redietis nomen: & propterea non possunt ambæ istæ partes intelligi in omnibus temporibus: & hoc totum posteaquam intellexerimus ex sermonibus positis in syllogismo id, quo non est opus ad conclusionem quæsitam. Istarum autem specierum vna est, qua procedimus ad verum declarandum: altera vero, qua procedimus ad rectificandum discursum animi per propositiones: & hoc, quum facimus inquisitionem ad acquirendam veritatem, & orationem rectificãtem veritatem & speculationem. & declarationem eius, quod significatur ab oratione, & diuisione, & compositione, & vniuersaliter ea, quæ non sunt per se manifesta, sed administrantur speculationi & veritati, sunt autem hæc species doctrinarum. Exterũ syllogismi istî cões sunt arti demonstrationis, & reliquis artibus, quibus consueuimus vti. Sermo autem de inductione & exemplo, ac signo, secundum q̃ vendicantur ab vnaquaq; arte, ac veritate, fermo in quam iste secundum intentionẽ nostram cõuenienter in his sermonibus abbreuiatis est, vt decet ueritatẽ. B C

Nota de prædicato, & subiecto in propositionib⁹

EPITHOME AVERROIS CORDVBENSIS IN LIBROS Topicorum Aristotelis, Abramo de Balmes interprete.

De regulis, quibus fiunt argumenta, quæ loca uocantur. Cap. I.

ET dicemus, quoniam normæ exhibitæ in hac arte sunt duarum specierum, species agens, & species notificans: sicq; iam præcessit sermo de rebus, quibus sciuntur species syllogismorũ, & modi eorum. Iam itaq; conuenit modo, quod loquamur de normis, quibus poterunt fieri syllogismi: quia iam semita scientiæ formæ rei est alia a scientia operationis eius. Veruntamen elegimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

meminisse de normis agentibus in hoc genere cum eo, quod præcessit de ser- D
mone nostro, quod nos certe referemus de normis logicalibus in hoc introductorio normas notificantes tantum, & hoc ratione alterius duarum rerum. Sed præstantior earum est, quoniam non declarantur in omnibus artibus demonstratiuis conclusiones sequentes ex principijs positis. Sed dimittemus illud perscrutanti in arte: & ideo sunt vna rerum conditionatarum in hac arte quod sit habentibus ipsum talis potestas: & cum res ita se habuerit, ista pars logicæ est necessaria perfecte artibus perfectis, secundum quod sunt artes hoc nostro tempore. Et propter hanc eandem rem non faciemus mentionem de his sermonibus, nisi de illis, quorum conferendo est, vt veniat in vsum demonstrationis. Et hi sunt necessario duarum specierum, vel communes arti demonstrationis, & cæteris quinq; artibus, aut sunt proprij, quamuis plures eorum sint communes. Sicq; nos secernemus id, quo erunt proprij, attamen normæ, quibus vtuntur syllogismi topici, & rhetorici non sunt necessariæ ad addiscendū artes perfectæ, & præcipue rhetorica, & poetica, quia non sunt necessariæ ad addiscendum artes speculatiuas. Normarum vero, quibus fiunt syllogismi topici, certe opus est apud perscrutationē artium, quæ nondum sunt perfectæ, sed ad illas, quæ perfectæ sunt, iam nō opus est eis, nisi ex parte illius, quod melius est. Ve
runtamen alia intentio, qua visum est nobis quod referamus istas normas, est, B
ex quo demonstratio est ea, quæ est præstantissima rerum, quas intendimus: sicq; vtili sumus nobis, ne abbreuiemus in normis suis res necessarias ad artis
gendum ipsum, immo cum eis meminerimus cum eis de rebus, quibus erit cō-
prehensio melior & nobilior. Et nō est dubium, quod optimum in cognitione
demonstrationis sit, q̄ secernamus ipsam, & meditemur super operationē eius:
Nota, qđo lib. Top. p̄cedat lib. post. hæc ergo est vtilitas, quam intendimus in hac parte logicę. Et manifesta est ex his, quæ diximus, intentio sua, & ordo suus, & proportio sua: & hoc est, quia hæc est pars sermonis syllogismorum, & quæ conueniat quod legatur post cognitionem syllogismi, & specierum eius, & suorum modorum, & ante librum demonstrationis. Et quando declaratæ fuerint istæ res, iam conuenit vt notificemus primo quid sunt istæ præmissæ secundum viam descriptionis. & definitionis, & qualis est operatio earum absolute. Deinde infinuabimus notitiam cuiusq; locorum particularium, et qualis est operatio eorum, quia cognitio instrumentorum agentium est alia a cognitione actionis eorum. Via autem ad constituendum quid sunt loca, & quę est substantia eorum, erit ex suis proprijs operationibus. Nos vero procedemus semper a rebus notioribus apud nos ad res, quę sunt latentes. Et si plures fuissent, qui tradidissent speculationem his rebus, & processissent hoc processu, non latuisset eos, quod expediens est, & non g
fuisset contento inter speculantes illas.

Et dicemus, q̄ loca, inquantum loca, sunt vt videatur de re ipsorum, q̄ ipsa tribuant nobis potestatem ad inuentionem præmissarum propriarū cuiq; quę-
sito artis, nec faciunt hoc tantum, sed etiam largiuntur nobis figuram oratio-
nis, ex qua sequitur quęsitum. Et ideo non animaduerteremus illum locum, qui non faceret acquirere figuram concludentem: sicut est locus, sub quo componi tur syllogismus in prima figura, cuius minor est negatiua. Et cum locorum facientium acquirere per se figuram orationis syllogisticę dependentis ab eis. Et figurarum syllogisticarum quędā sunt manifestę conclusionis per se, & quę-
dam non manifestę, sicut præmissum est. Diuisa itaq; sunt loca secundum hanc
Loca ppositionū vtium appropriata ad inuenien das propositiones particulares. diuisionem. Sicque in eis est quod est notum per se, & quod indiget alio, per quod declaretur, sicut infra videbitur: & cū totum hoc fuerit, vt prędiximus, iam manifestum est, quod loca sint præmissę vniuersales ordinatę in anima in potentia propinqua actui secundum ordinem syllogisticum vniuersalem, non ad quęsitum proprium particulare. Quod quidem sint præmissę vniuersales, est propterea, quia præmissę, quas accipimus in declaratione quęsiti cuiusque artis, sunt particulares sub illis. Quod vero sint ordinatę ordine syllogistico, est, ex quo figurę speciales, quibus construuntur de vnoquoq; quęsito, habent suas species sequentes genera locorum, sub quibus quidem illę sunt, verbi gratia,

A quia cum fuerit apud nos promptus hic locus, videlicet quod omne prędicatum, quod prędicatur de omnibus speciebus alicuius subiecti, quod ipsum inuentatur in toto subiecto, inuestemus tāc super subiectum, & diuidemus ipsum in suas species, deinde aduertamus, si inueniretur prędicatum in omnibus illis, & si inuenerimus ipsum in omnibus illis, iudicamus quod prędicatum insit toti subiecto, & componetur ex hoc syllogismus in prima figura, verbi gratia, sit nostrum quęsitum, an febris sit calor extraneus. Et diuidemus febrem in febrem ephemeram, & putridam, & ethicam, & vnaqueq; istarum est calor extraneus: concluditur itaq;, omnis febris est calor extraneus. Sicque ergo hoc loco procedimus ad inuentionem præmissarum particularium, quibus concludetur hoc quęsitum particulare, & ad locum intertionis syllogismi eius: & hoc modo in vnoquoque loco: & ideo sit vere locus sermo, qui est in potentia omnes syllogismi particulares, qui sub eo: & quod est in potentia res aliqua, est illi elementum, vel quasi elementū. Et cū res ita fuerit, loca itaq; describent, q̄ ipsa sint elementa sylloꝝ, sicut literę, & intendo per literas ipsas literas alphabeti ipsius scripturę. Et ideo, q ea definiuit, & dixit quod eis sint præmissæ vſes, non definiuit ea ex eo quod sunt loca: & qui ea definiuit quod sint syllogismi vſes, non dixit verū, quia non sunt syllogismi in actu. Et manifestum est, B
quod cum nō fuerint apud nos promptę hę normę, occursus noster ad id, quod intendimus pro inuentione alicuius quęsiti per suum syllogismum, esset per accidens, & absque via artificiali, sicut qui faceret demonstrationem prćter quod sciat conditiones demonstrationis, & medetur prćter quod sit medicus. Et hinc apparet vtilitas horum locorum. Et hę normę conueniunt cum normis conditionatis in libro priorum, ex quo faciunt acquirere syllogismum notificantes ipsum, nisi quia hę sunt magis proprię quam illę, illę autem sunt magis vniuersales: & non est in potestate vniuersi lis remotę vniuersalitatis, q̄ per ipsum insinuetur particulare singulare, nisi difficile, & secundum speciem quandam accidentis, quoniam similis est processus ab eo ad particulare processui ad ipsum ex nō ente, & aliter quam via artificiali, immo a casu. Proprio vero proximo particulari est hęc potentia, hoc est dictu, quod eo patetur processus ad inuentionem particularis: & ideo discernuntur hę normę in hoc loco per hanc operationem aliter quam illę. Illis autem normis propter suam vniuersalitatem non est aliquid prćter potentiam notificationis particularium solum: & ideo hi syllogismi sunt specialiter proprij in comparatione ad syllogismos datos in libro priorum vniuersales in comparatione suorum particularium, & quia vniuersales res non concipiuntur in explicatione quęsiti particularis, neque eas poneremus præmissas, ideo fuit etiam harum normarum hęc C
dispositio. Et verum fuit de illis quod nō dicatur de eis, q̄ sint præmissę, neq; syllogismus. Sed qū fuerunt istę normę conuenientes cum normis traditis in libro priorum ad largiendum formas syllogismorum particularū, & differunt per attributionem præmissarum, quę sunt in illis syllogismis particularibus estimatur, & dicitur quod sint præmissę, & non syllogismi.

Et hoc est, quod mouit Abumazar ad definitionem locorum, ex eo quod ipsæ sunt præmissæ vniuersales, quarum particularibus vtuntur in vnoquoque syllogismo. Et istam definitionem ingreditur error duobus modis. Quorū vnus est, quoniam præmissa non est genus loci nisi per accidens, postquam præmissa vere fuit, quæ ponitur pars syllogismi. Et secundus est, quod ipse dimiserit operationem suam propriam, quæ est ipsum largiri formam syllogismi particularis: attamen cum dicit in eo, dicens q̄ ipse inuenerit syllogismos plures particulares, vel q̄ largiatur syllogismos plures particulares, iam tulit per genus suū substantiale, & per dfriam suam propriā. Et quia hæc oratio est in potentia oēs syllogismi qui sunt sub eo, ipsum descripsit Arist. per viam exēpli, q̄ ipsa sit elementum syllogismorū. Et qm̄ descripserunt locum, q̄ sit præmissa, cuius partes vtunt præmissa maiori in vnoquoq; syllogismo, & fuit hoc inuentū in præmissa vſi, sicut est gratia exempli, præmissa dicens, qđ res vni rei æquales sunt æquales, oportuit eos distinguere inter illā & illam. Sicq; dixerunt oēs expo

Quid intelligatur per loca.

sitores, ꝙ non omnes præmissæ vniuersales sint loca, sicut imaginati sunt ali- D
qui homines, sicut est dictum nostrum, res vni rei æquales ipsæ sunt æqua-
les, quoniam similes istarum præmissarum sunt præmissæ maiores vniuscu-
iusq; syllogismi & artis: & ideo tales præmissæ fuerũt loca. Hoc itaq; erit per
æquiuocationem nominis, quia est magna differentia inter id, quod accipitur
pro declaratione rerum, ex eo ꝙ est norma logica, & inter id, quod capitur in
sua declaratione, ex eo ꝙ est syllogismus. Sed an conueniat, quod sit subiectum
præmissæ maioris in syllogismo ad particulare ipsum idem acceptum in loco,
sicq; hoc non est impossibile. Et postquam iam declaratum est quid sint hæc
loca absolute, & quæ sit eorum operatio, conuenit itaq; ꝙ sciamus qualis sit
operatio in eis absolutæ: deinde declarabitur post hoc numerus vniuscuiusque
locorum, & videbimus qualis est operatio in ipso.

Dicimus itaq; quod operatio in istis præmissis, ex parte qua sunt instrumẽ-
ta, erit, cum statuerimus omnes ipsas in intellectu nostro apud id, quod perscru-
tabimur de quæsito. Et vlterius resoluemus quæsitum in prædicatum & subie
ctum, & exquiremus ea in vnoquoq; locorum constituentium aut destruentiũ.
& dum inuenitur sub vno eorum solum, iam inuenerimus suum subiectũ, quo
construetur aut destruetur: & per hanc operationem vocabitur hæc pars logi-
cæ resolutio.

Resoluti o Hic locus ꝙ diuisionẽ cõ tinet sex lo ca. Primus lo cus. B

Sicq; ex his locis sumptis per viam diuisionis, & per hunc locum, qui est
locus diuisionis, sub eo ingrediuntur sex species locorum. Quorum vnus est,
ꝙ omne prædicatum, quod prædicatur de omnibus speciebus subiecti, aut de
omnibus speciebus suarum specierum quotquot fuerint istæ species, hoc est di
ctu, siue fuerint primæ vel mediæ, aut vltimæ, illud itaq; inuenitur tori subie-
cto. Et modus operationis huius modi est ꝙ diuidamus subiectum quæsiti in
suas species proximas, & inuebimur an inueniatur prædicatum in omnibus
illis, & dum ipsum inuenerimus in omnibus illis, iudicabimus ꝙ prædicatum
inueniatur tori subiecto, & si non inuenerimus ipsum in omnibus speciebus
proximis, tunc diuidemus etiam illas species in species, quæ sunt sub eis, & cõ
siderabimus in eis. Sicq;, si inuenerimus ipsum in omnibus ipsis, manifestũ est
quod prædicatum inueniatur tori subiecto, licet non inuenerimus ipsum, donec
finierit in species vltimas. Et hic locus dicetur, ꝙ componatur in eo syllogis-
mus in prima figura. v. g quod fuerit quæsitum nostrum, an omnis motus sit
finitus, sicq; diuidemus motum in translationem, alterationem, & augmẽtum.
Et inuenerimus vnumquẽq; istorum finitum, & componetur syllogismus sic.
Omnis motus est translatio, vel alteratio aut augmentum, & vnusquisq; ist o-
rum est finitus: concluditur itaq; omnis motus est finitus. Et si dixerimus qd
ille non profit nisi inductioni, & per inductionem non declaratur quæsitũ igno F
tum per notum per demonstrationem, & non meretur vocari demonstratio, &
erit hic locus proprius topicæ.

2. locus. Secunda species est quod totum prædicatum negetur ab omnibus speciebus
alicuius subiecti, siue fuerint istæ species primæ, vel mediæ, aut vltimæ, sicq;
ipsum est negatum a toto subiecto. Et modus operationis ipsius est sicut præ-
cessit in specie prima, & hoc dum diuiserimus subiectũ in species suas, & dum
inuenerimus prædicatum negatum ab omnibus istis speciebus, declarabitur,
ꝙ ipsum sit negatum a toto subiecto. Et cõponemus hoc in figura prima. v. g.
ꝙ fuerit quæsitũ nostrum, an anima sit sufficiens in operatione sua per se absq;
membris corporeis. Et diuidemus animam in vegetatiuam, & sensitiuam, &
æstimatiuam, & intellectiuam. Et inueniemus nullam istarum sufficientem in
operationibus suis per se. Et componetur syllogismus sic. anima est vegetatiua
vel sensitiua, aut æstimatiua, vel intellectiua: & nulla istarum sufficit per se in
operatione sua. cõclusio est, nulla anima sufficit in operatione sua absq; mem-
bris corporeis. Et harũ duarum specierum locorũ, ex quo inuenit prædicatũ
in eis in pluribus speciebus subiecti, vel negatum a pluribus earum, & indica-
uerimus propter hoc iudicium vniuersale, locus est topicus inductiuus, vel cõ
positus ex syllogismo, & inductione.

A Et tertia species est, quod omne prædicatum inuentum in aliquibus specie- 3. Locus.
bus cuiusdam subiecti, iam ipsum inuenitur parti istius subiecti. Et per istũ lo-
cum componitur species prima figuræ tertiæ. Et ideo fuit modus declarationis
confectionis illius, quod sequitur ex ipso, ille idem modus declarationis con
cludendi speciei tertiæ primæ figuræ. Et modus operationis etiam est, ꝙ diuida
mus subiectum in suas species, vel in species suarum specierum, & dum inuene-
rimus prædicatum in aliquibus earum, iudicabimus ꝙ prædicatum sit in par-
te subiecti. V. g. ꝙ fuerit quæsitum nostrum, an aliquod animal sit cogitatiuũ:
& diuidemus animal in suas species, & inuenierus in sua parte, & est homo
cogitatiuus, & componemus syllogismũ sic, omnis homo est animal, & omnis
homo est cogitatiuus: & concludet per conuersionem affirmatiuę minoris, ali-
quod animal est cogitatiuum.

Et species quarta est, ꝙ totum prædicatũ negetur a specie alicuius subiecti, 4. Locus.
sicque ipsum est negatum a parte istius subiecti, & ille concludet negatiũ par-
ticularem in sexta specie tertiæ figuræ. V. g. ꝙ fuerit quæsitum nostrũ, an ali-
cui animali non sit visus, & diuiserimus animal in suas species. & inuenerimus
aliquam ipsarum non habentem visum, quæ est talpa, & componemus syllogis-
mum sic. Talpa est animal, & talpę non est visus, concludit, alicui animali non
est visus. Sicque hęc quatuor loca sunt ex parte diuisionis subiecti, & relin-
B quuntur duo loca ex parte diuisionis prædicati.

Quorũ vnus est, ꝙ omne prædicatum, cuius aliqua suarum specierũ, siue plu- 5. Locus.
res vel vna sit inuenitur in toto quodam subiecto, sicque istud prædicatum in-
uenitur in toto subiecto. V. g. si fuisset quæsitum nostrum an spongia maritima
sit animal, diuidemus animal solum, & componetur syllogismus sic, in prima fi-
gura. Spongia marina sentit sensu tactus: & omne sentiens sensu tactus est ani-
mal, conclusio est, spongia marina est animal.

Et secunda species est, ꝙ omne prædicatum negatum secundum omnes suas 6. Locus.
species a subiecto quodam, iam ipsum negatur a toto subiecto. Et per istam nõ
declaratur syllogismus in figura prima, qm minor in ea est negatiua, sed compo
nitur secundum quod æstimatur in syllogismo conditionali. V. g. quod fuerit
quæsitum nostrum, an tempus sit motus. Et diuidemus motum in species suas,
quæ sunt translatio, alteratio, & augmentum, & inueniemus tempus negatum
ab omnibus ipsis: & componetur syllogismus sic. Si tempus fuisset motus, is
erit translatio, vel alteratio, aut augmentum, iterum repetemus oppositum cõ-
sequentis, & est quod non sit translatio, nec alteratio, neque augmentum: & cõ
cludet oppositum accidentis, & est, ꝙ tempus non sit motus. Et consecutio
istius quæsiti ex hoc declarabitur secundum modum, secũdum quem declarabi
tur conclusio istius speciei syllogismi conditionalis. Et non differt in hoc loco,
C quando diuiserimus ptũm in suas species, vel in suas differentias, aut in suas
proprietates. Veruntamen non comprehendetur in diuisione prædicati quæsitũ
particulare affirmatiuũ, quoniam, dum aliquę suę species inueniuntur in subie
cto, prædicatũ erit in toto subiecto. Et propterea etiam non comprehendetur in
hoc loco quæsitum negatiuũ particulare, quoniam, quando inuenimus aliquas
species prædicati negatas a subiecto, non sequitur ꝙ sit ptũm negatum a parte
subiecti, sed forsasse inuenitur in toto eo, propter inuentionem alicuius suarum
specierum in illo.

Sermo de locis compositionis. *Cap.* II.

Locus hic ꝙ viam com positionis continet. 7ꝰ loca.

SIcque etiam eorum sunt loca compositionis, & sub istis etiam sunt septem
species. Quarum prima est, ꝙ totum prædicatum inuenitur in toto genere
alicuius subiecti, aut in sua differentia, vel sua proprietate, aut suo acciden-
ti communi inseparabili ab eo, sicque ipsum inuenitur in toto isto subiecto. Et
componetur iste syllogismus in prima figura. V. g. ꝙ fuerit quæsitum nostrũ, an
orbis sit locus: & inuenimus ꝙ corpori, quod est genus orbis sit locus. Et com-

ponetur syllogismus sic. Orbis est corpus,& corpori est locus: conclusio est, D
orbi est locus. Et huius exemplum de differentia est,orbis non est grauis neq:
leuis:omne, quod non est graue neque leue, mouetur circulariter: ergo orbis
mouetur circulariter. Et huius exemplum de proprietate est, orbis mouetur
circulariter motu naturali. Et quod mouetur circulariter, habet centrum,supra
quod gyratur: sicque orbi est centrum, supra ꝙ gyratur.Et huius exemplum
de accidenti communi inseparabili est: orbis mouetur:& omne,quod mouetur,
est in loco.Sicque orbis ergo est in loco.

1.Locus. Secunda autem species est,quod omne prędicatum,quod inuenitur negatum
a genere cuiusdam subiecti, & a sua differentia,& proprietate, & accidenti sit
negatum ab hoc subiecto toto. Et hęc species etiam componitur in prima fi-
gura in specie negatiua illius,Verbi gratia de genere ꝙ fuerit nostrum quęsi-
tum,an orbis secundum suam totalitatem cadat in vacuum. Et dicemus, orbis
est corpus: corpus non conseruatur in vacuo. Orbis itaque non conseruatur in
vacuo. Et huius exemplum de differentia est,orbi est centrum supra quod gy
ratur. Et illud, cui est centrum, supra quod gyratur,non gyratur super v cui:
orbis itaque non gyratur supra vacuum. Et huius exemplum de proprietate
est corpus sphęricum non mouetur secundum sui totalitatem in loco. Et quod
est talis dispositionis,non habet locum, ad quem transferatur. Corpus itaque E
cœleste non habet locum,ad quem transferatur secundum se totum. Et huius
exemplum de accidenti est, corpus cœleste mouetur. Et quod mouet, nō mo-
uetur in vacuo,neque supra vacuū. Sicquelcorpus cœleste non mouetur in va
cuo,neque supra vacuum.

2.Locus. Tertia autem species est, quia omne prędicatum,quod inuenitur in toto ac-
cidenti cuiusdam subiecti, dum hoc accidens fuerit inseparabile magis pro-
prium quam ipsum subiectum, illud prędicatum est in parte huius subiecti,
verbi gratia,aliqua corpora mouentur motu recto.Et omne,quod mouetur mo
tu recto,habet contrarium:cōcluditur, aliqua itaq; corpora habent contrariū:
& hoc fit in prima figura.

4. Locus. Quarta species est, omne prædicatum negatum ab omni accidenti alicuius
subiecti quod accidens est propriū subiecto,illud est negatum a parte illius su-
biecti,& hæc concludit negatiuam particularem in prima figura. verbi gratia,
aliquod corpus mouet circulariter:nullū,quod mouetur motu circulari, habet
contrariū: conclusio est, aliquod corpus non habet contrariū. Et hæc quidem
quatuor species sunt acceptæ ex parte subiecti. Et non intelligitur hic quod
declaremus in loco generis, vel differentiæ, aut accidentis communis quęsitū
particulare,neque affirmatiuum,neque negatiuū:ex quo impossibile est, quod
inueniatur aliquod istorū magis proprium ꝙm subiectum, sed erit æquale subie- F
cto,sicut est dispositio in differentia & proprio: vel sit magis vniuersale, sicut
est dispositio generis & accidentis. Species autem acceptæ hic ex parte prædi-
catorum sunt tres.

5. Locus. Quarū vna est,omne prędicatū,cuius genus, vel differētia, aut propriū, vel
accidens cōe est negatū a toto prædicato,negatū est ab hoc toto subiecto. Et
componitur syllogismus huius loci in secūda specie secūdæ figuræ,ex quo fuit
medius terminus in ea prædicatū de ambobus extremis: & ideo cōponitur con
sequentia illius,quod componitur ex hoc loco in specie,qua declaratur cōclu-
sio huius secūdæ speciei secundæ figuræ. Et huius exemplū de genere est, qđ
fuerit nostrū quæsitum,an intellecta apprehensa a nobis sint genita. Et dicitur
intellecta non transmutantur. Et genitum transmutatur:concluditur, intellecta
non generantur: & hoc per duas conuersiones,per cpnuersionem præmiſſ, &
per conuersionem conclusionis: & ideo fit quod hic locus non fit per se
notus. Et huius exemplum dedifferentia,& proprio,& accidenti cōmuni non
est difficile.

6. Locus. Secūda species est,omne p̄dicatū,cuius dria,vel ꝓpriū inuenit in toto aliquo
subiecto,illud itaq: inuenit in toto subiecto:sed breuibus nos expediemus hic
de differentia,& proprio,propterea quod conuertuntur:& ideo possibile est in

λ hoc loco,ꝙ concludit in secunda figura,ex duabus affirmatiuis,& non cōtin-
git hoc in genere,& accidenti.

Tertia species est,omne prædicatum,cuius accidens commune, vel propriū, 7. Locus.
aut differentia,vel genus inuenitur negatū a parte alicuius subiecti, illud non
inuenitur in parte huius subiecti Et hæc componitur in quarta specie secun-
dæ figuræ. Et huius exemplū de proprio est,ꝙ fuerit nostrū quæsitū, an aliqđ
ens non sit corpus,& dicetur,omni corpori est locus aliquibus entibus nō est
locus:ergo concluditur aliqua entia non sunt corpus. Concludit hic locus par
ticulare affirmatiuum,& hoc est de differentia,& proprio in quibus potest es-
se quod conuertantur. Et hoc est,quia omne prædicatum, cuius propriū, vel
differentia inuenitur in parte alicuius subiecti, illud inuenitur in parte huius
subiecti,verbi gratia,quæramus an aliquod animal sit homo, & inuenimus
proprium hominis,quod est ipse risus alicui animali. Et componetur in secun
da figura sic, aliquod animal ridet. Et omnis homo ridet & concluditur ali-
quod animal est homo. Et dum conuertimus maiorem illius, fit in prima figu
ra,aliquod animal ridet: omne ridens est homo,& concluditur aliquod ani-
mal est homo. Et cum acceperimus subiectū hic magis proprium ꝙm prædica-
tum,ꝙ inuentum sit in toto subiecto,non componitur ex illo syllogismus per-
fectus,qm sua maior fuerit particularis in prima figura. Et hoc non concludi- Q
tur,verbi gratia,quæramus an omnis homo sit animal,& inuenimus risum ali-
cui animali & omni homini, & componitur syllogismus sic in prima figura,
omis homo ridet,Et aliquod ridens est animal;& hic etiam non concludit.

Sermo de locis definitionis. Cap. III.

Locus hic per viā defi nitionis cōtinet. 4. loca.

SVB hoc loco sunt quatuor species,quarum vna est, omne prædicatum,
quod inuenitur in definitione alicuius subiecti, vel in partibus definitio-
nis,illud inuenitur in toto subiecto. Modus autem operationis in hoc est,
qđ nos definimus subiectū,& si inuenerimus p̄dicatū in sua definitione, vel i
partibus suę definitionis,iudicabimus qđ inueniat in toto subiecto. Et cōponit
hic syllogismus i prima figura, V.g.ꝙ fuerit nostrū q̄situm,an corpus sphęricū
sit finitū.Et dicemus, corpus sphęricū est ꝙ circuit vna superficies, intra quā
est p̄ctus,a quo oēs lineę exeūtes ad circūferētiā sunt ęquales;& qđ est talis
dispositionis,est finitū:cōclusio est,corpus itaq: sphęricū est finitū. Et ex cēplū
scđi est,omne p̄dicatū,qđ inuenit negatū a definitione cuiusū subiecti, vel ab
oibus partibus suę definitionis,illud negat a toto hoc subiecto. Et hic conclu-
dit negatiuā vlem in prima figura,V.g.ꝙ fuerit quęsitū nostrū,an locus sit va C
cuū. Et dicemus,locus est vltimū cōtinētis. Et vltimū cōtinētis nō est vacuū:
cōclusio est,locus itaque nō est vacuū: & hęc duo loca sunt ex parte subiecti.
Sed ex parte p̄dicati iste cōponitur in secūda figura,ex quo definitio cōuertit
secū, V.g.qñ fuerit nostrū quęsitū,an circulus sit perfectus. Et dicamus perfe-
ctū est,cui non potest addi,neq: ab eo potest subtrahi aliquid sui generis: circu
lus est talis dispositionis:circulus ergo est perfectus.

Secūda species est, omne prædicatū, cuius definitio inuenitur negata a toto 4.Locus.
aliquo subiecto,aut inuenitur negatę ab illo partes eius definitionis, totū il-
lud prædicatū negatur a toto hoc subiecto, V.g.ꝙ fuerit nostrū quęsitū, an li-
nea recta sit perfecta.& dicemus perfectū est,cui non potest addi, & a quo non
potest subtrahi aliquid sui generis: & lineæ rectæ pōt esse additio & subtractio:
remanet itaque quod linea recta nō est perfecta.Et hic etiam concludit in pri-
ma specie secūdę figurę. Hę itaque sunt species locorū occurrentiū hic.

Potētia syllogismorum conditionaliū est potētia p̄dicatorum.

Et numeraūimus ea secūdū id,qđ est magis famosum,& magis ꝓpriū syllo
gismis cōpositis in hoc loco, qui sunt syllogismi cathegorici,ex quo pās con
ditionū occurentiū in eis est potestas prędicatorū ex parte,qua dō capiunt secū
dū modū conditionis,sunt syllogismi cathegorici,ex quibus subtracta est vna
suarū p̄missarū, V.g.ꝙ dicamus,ꝙ circulus sit, cui nō pōt addi,nec subtrahi ab

Universidad de Deusto Biblioteca

circulus ergo est perfectus. Deficit itaque hic maior premissa. Et similiter aliquando est possibile, ꝙ deficiat minor, vt gratia exempli, dum dicimus, si perfectum sit, cui non potest addi, neque ab eo subtrahi: circulus est perfectus: & ideo tales conditiones non fuerunt veræ conditiones. Maxime autem propria locorum demonstratiuorum sunt loca compositionis & diffinitionis, cum in eis inueniantur quinque prædicata, ex quibus componuntur syllogismi demonstratiui, secundum ꝙ est declaratum in libro demonstrationis, quæ sunt genus, & differentia, & diffinitio, & accidens commune, & proprium. Sed hæc loca sunt communia artibus demonstratiuis, & topicis, & sophisticis: sicque demonstratiuus accipiet ex illis loca compositionis ex generibus veris: & topicus accipiet ex generibus famosis, & differentijs famosis: & rhetor accipiet ex genere & differentia, quæ sunt in initio primi affatus illius, quod æstimatur ꝙ sit famosum.

Loca cõia topico & demõstratiuo.

D

De locis syllogismorum conditionalium. Cap. IIII.

ET inueniuntur loca, quæ sunt propria syllogismis conditionalibus, videlicet loca illationis, & loca oppositorum. & conuenit hæc referre, quatenus possibile sit nobis eis vti in demonstratione. Et incipiemus a locis illationum, quæ sunt duarum specierum, aut ꝙ sequatur inuentio ex inuentione, aut remotio ex remotione. Initium itaque locorum est illatio inuentionis ex inuentione: Qui est, quod omnis propositio, ad cuius inuentionem inuenitur aliquod quæsitum, quando hæc propositio est, tunc est illud quæsitum. Et hic construitur in prima specie conditionalis coniuncti, in quo repetitur ipsummet antecedens, & concluditur illud idem consequens: vt. V.g. sit nostrum quæsitum, an pilorum crementum in pectine sit vt ipsum cooperiatur, & occultetur ab oculo videntis, nec ne. Sicque quæremus propositionem, ex qua sequatur hoc quæsitum, & dicemus, si sit prouidentia de homine, pili oriuntur in pectine apud vulvam loco impediendi oculum a visu suæ turpitudinis. Et manifestum est quod hic locus sit vere locus constitutionis semper quia ille non intelligitur nisi repetitione antecedentis. Repetitio vero oppositi consequentis in eo est impossibilis, ex quo consequens est ipsum quæsitum, quæsitum autem non repetitur.

Primus locus cõsequẽtiæ.

B

Secundus locus est omne quæsitum, ex cuius inuentionis positione sequitur inuentio alicuius propositionis, sicque, quando ablata fuerit hæc propositio, auferetur & hoc quæsitum, & manifestum est ex fua re, quod construetur syllogismus in secunda specie conditionalis cõiunctiui, & est in quo repetitur oppositum consequentis, & concluditur per ipsum oppositum antecedentis: ipse enim est locus confutationis & destructionis semper, quia quæsitum est ipsum antecedens, verbi gratia, si vacuum sit, spatium separatum est: vlterius, repetemus, sed spatiũ separatũ nõ est: & cõcludit, vacuum itaque non est.

2. Locus.

F

Locus vero illationis remotionis ex ablatione est duarum specierum, quarũ vna est, quod omnis propositio, quæ quando aufertur, sequitur ex illius ablatione quod auferatur ipsum quæsitum, quando auferetur, infertur quod auferatur illius quæsitum. Et huius syllogismus sit in prima specie conditionalis coniunctiui, in quo repetitur ipsum antecedens. Et hic quidem semper est locus destruendi. Hoc autem est notum de eius re: vt, gratia exempli, quod fuerit nostrũ quæsitum, an vacuum non inueniatur. Et dicemus, si spatium separatum non inueniatur, non inuenitur vacuum. Et iterum repetitur in eo, sed spatium separatum non inuenitur: & concluditur, vacuum itaque non inuenitur.

3. Locus.

Secundus autem locus est, omne quæsitum, ad cuius ablationem auferetur aliqua propositio, & aliqua res, dum inuenitur hæc propositio, inuenitur & quæsitum. Et huius syllogismus construitur in secunda specie conditionalis coniunctiui, in qua repetitur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis. Et semper est locus construendi: vt. V.g. quod fuerit nostrum quæsitum, an deus sit, si deus nõ est, prouidentia non est, iterum repetitur oppositũ consequentis, videlicet prouidentia est. Et concluditur oppositum antecedentis, videlicet deus est. Et possibile est vti his quatuor locis illationum in demõstratione, quando illatio in eis fuerit secundum conditionem illationum demõstratiuarum, quæ vero præter hæc, quæ hic sunt facta, fuerint, illa sunt topica vel litigiosa. Dicimus vero, quod hæc loca sint magis propria syllogismis conditionalibus, quoniam maior pars syllogismorum conditionalium, qui componuntur in eis, sunt difficilis compositionis in figura cathegorica, vel non conuenit nisi per additionem & diminutionem, qua mutatur sensus orationis. Conditiones autem, quæ sunt talis dispositionis, sunt in quibus antecedens & consequens non communicaret in eis in vno subiecto, sicut est nostrum dictum, si sol oritur, dies est. Et iterum ostensio rerum, quarum inuentio absolute quæritur, magis propria est syllogismis conditionalibus. Sed, quoniam non vtimur syllogismis conditionalibus separatim ad quæsitum ignotum, vt ostensum est in libro priorum, sed illa loca, quatenus eis vtuntur in demonstratione, indiget locis, quæ præmissa sunt, ex quibus construitur figura cathegorica. In topica vero ipsa sufficiunt per se.

4. Locus.

Quartus autem locus est, ꝙ omnis dispositio, ex cuius inuentione sequitur ablatio alicuius quæsiti, quando hæc dispositio inuenitur, auferetur hoc quæsitum, & hic locus est destruendi, verbi gratia, si fuerit nostrum quæsitum, an cõ ueniens operatio sit conueniens ex suppositione, & dicetur, si inuenitur felici-

A

In locis vero oppositorum illatio est contraria illationi rerum, quæ illatiua nuncupantur: hoc autem est, quia ibi certe sequitur inuentio ex inuentione, &

B ablatio ex ablatione. Hic vero sequitur inuentio ex ablatione, & ablatio ex inuentione, ex quo hæc est oppositorum dispositio. Et in his locis accipitur illatio acceptione contraria, scilicet ꝙ accipiat oppositio de vno subiecto, prout est nostrum dictum, si hic numerus sit par, non est impar. Et aliquando accipitur recte, & est quando capitur oppositio de vno subiecto, aut oppositum subiecto orationis, vel oppositum sui prædicati. Quando autem fuerit subiectum secundæ orationis oppositum subiecto primæ orationis, & illius prædicatum ipsi prædicato, vocabitur recta ex vna parte, prout est nostrum dictum, si homo est animal, quod non est homo non est animal, & si delitia est bona tristitia est mala. Et dum prædicatum secundæ orationis fuerit oppositum subiecto primæ orationis, & illius subiectum illius prædicato, tunc vocatur recta ex vtraque parte. Et acceptio contraria aliquando capitur vniuersalis, & aliquando capitur singularis, hoc est, particularis. Veruntamen locorum, quæ capiuntur acceptione vniuersalis, vnus est, quod omne quæsitum, ex cuius ablatione sequitur inuentio alicuius rei, & ex illius itaque remotione inuentio huius quæsiti, & semper continuo est locus construendi: gratia exempli, quod fuerit quæsitum, an mundus sit nouus, accipiemus itaque rem, quod quando aufertur nouitas illa, inueniatur videlicet, ꝙ mundus fuerit sine efficiente. Et construet syllogismus sic, si mundus non fuerit nouus, mundus fuit sine efficiente: iterũ repetemus, sed mundus non est sine efficiente, & est oppositum consequentis. Concluditur itaque, quod mundus sit nouus, quod est oppositum antecedẽtis.

C

De locis ex oppositis.

Primus locus oppositionis.

Secundus autem locus est, omnis res, quæ dum aufertur, inuenitur locus quæsitus, illa res quanto & quando aufertur inuenitur locus quæsitus, verbi gratia, quod fuerit nostrum quæsitum, an mundus sit antiquus, & dicemus, si mundo non fuerit hyle, ex quo generetur, ergo est antiquus, sed ei non fuit hyle, ergo est antiquus. Et hic etiam locus est semper & continuo locus construendi.

2. Locus.

Tertius locus est, quod omnis positio quæsiti, ex cuius inuentione sequitur ablatio alicuius rei, quando hæc res inuenitur, auferetur hoc quæsitum. Et est locus destruendi, verbi gratia, quod fuerit nostrum quæsitum, an anima sit immortalis, & dicemus, si anima est mortalis, non habet actionem, quæ ipsam appropriet. Et iterum repetemus, & dicemus, sed ipsa habet operationem, quę ipsam appropriat, sicque concluditur, ꝙ anima sit immortalis.

3. Locus.

Quartus autem locus est, ꝙ omnis dispositio, ex cuius inuentione sequitur ablatio alicuius quæsiti, quando hæc dispositio inuenitur, auferetur hoc quæsitum, & hic locus est destruendi, verbi gratia, si fuerit nostrum quæsitum, an cõ uenientes operatio sit conueniens ex suppositione, & dicetur, si inuenitur felici-

4. Locus.

tas naturalis acquisita per cõuenientem operationem, operatio cõueniens non est conueniens ex suppositione. Et iterũ repetemus, sed inuenitur felicitas talis dispositionis. Concluditur itaq;, quod operatio conueniens non sit conueniens ex suppositione.

Loca particularia.

Particularia vero loca eorũ sunt accepta ex ipsis quatuor oppositis, quæ sunt affirmatiuũ & negatiuũ, & contraria, & priuatio, & habitus, & relatiua. Vnus aũt horum locorum est, ꝙ quando negatiua verificatur de aliqua re, falsificetur affirmatiua, & quando falsificatur affirmatiua, verificetur negatiua. Et hoc, inquamũ est species affirmationis & negationis, quarũ consuetudo est continuo dijudicare veritatem & falsitatẽ quocunque tempore, & sunt ipsa contradictoria. & hoc est, quando affirmatio & negatio sunt cum conditionibus, quarũ conditionis sit, quod secernant veritatem & falsitatem omni tempore. Iam aũt distinximus quot speciebus inueniatur affirmatio & negatio, & qualis est earũ oppositio, & comparauimus inter eas, & inter cæteras oppositorum species in eo ꝙ præmissum est, & non est propositi vt reperatur hic. Et locorũ sumptorũ ex priuatione & habitu est, ꝙ in quacũque re inuenitur priuatio propinqua alt cui rei, auferatur ab illa re habitus huius priuationis. Et similiter, a quacũque re auferatur aliquis habitus, ei inuenitur priuatio illius habitus. Et in hoc loco, & præcedente est possibilis constructio & destructio. Locorũ aũt acceptorũ ex contrarijs est, quod nulli rei in, qua inuenitur vnũ contrariorũ, inuenitur alterũ contrariũ. Et non sequitur ex ablatione vnius cõtrariorũ a subiecto, ꝙ inueniatur alterũ contrariũ, nisi in contrarijs, inter quę nõ est mediũ. Et ideo vtplurimum hic est ad destruendum. Dispositio aũt relatiuorũ est sicut dispositio cõtrariorũ, inter quæ est mediũ: qm̃ sequitur ex inuentione vnius relatiuorum in aliquo subiecto, quod non inueniatur alterum relatiuum, & nõ conuertitur, ita quod sequatur ex ipsius ablatione inuẽtio alterius: exempli gratia, si Nicomachus fuit pater Aristo. non est verum ꝙ sit eius filius. Quartus vero locus sumptus, recte ex his oppositis non est locus demonstrationis. Sed solum tria loca in affirmatione & negatione, & accepta ex duabus partibus, secũdũ quod præmissum est, quorum vnus est locus qui nominatur per conuersionem contradictorij, & est locus proprius in demonstratione. Secundus locus est conuersio negationis vniuersalis supra scipsam. Locus vero, qui notus est in conuersione contradictorij est duarum specierum: quarum vna est, quod cuiusque prædicati affirmatio sequitur id, de quo affirmatur subiectum negatio subiecti, sequitur id, a quo negatur prædicatũ, verbi gratia, quod fuerit nostrum quæsitum, an entia, quæ non sunt in loco, non habeant corpora, & dicemus, si omne corpus est in loco, quod non est in loco non est corpus: & hęc est conuersio cõtradictorij antecedentis. Secunda autem est, quod cuiusque parti negatio est consequens ad id, a quo negatur subiectũ, affirmatio subiecti sequitur ad id, de quo affirmatur prædicatum. verbi gratia, quod fuerit nostrum quæsitum, an corpus sit in loco, & dicemus, si omne, ꝙ non est in loco, non est corpus, omne, ꝙ est corpus, est in loco. Et declarabitur hic locus, quando nos dicemus, si nõ sequatur ex nostra positione, omne corpus est in loco, aliquod, quod non est in loco, est corpus. Et iterũ hęc conuertetur, quia est affirmatiua particularis, & est, aliquod corpus non est in loco. Iam autem fuerat nostra positio, quod omne corpus sit in loco: hoc itaque est falsum repugnans.

2. Locus.

Secundus vero locus est, qui est conuersio negationis vniuersalis, & est qũ cuiusq; prædicati negatio sequit̃ id, quod sequitur subiectũ, negatio subiecti sequitur id, de quo affirmatur prædicatũ, V.g. dã dicimus, si quod est homo nõ est lapis, quod est lapis non est homo.

3. Locus.

Tertius est, qũ cuiusque prædicati affirmatio sequitur id, de quo negatur subiectũ affirmatio subiecti sequitur id, de quo affirmatur prędicatum. Verbi gratia, quod dicimus, quod non nutritur, est inanimatum, quod non est inanimatũ, nutritur. Demonstratio autem de secundo loco est demonstratio de conuersione negationis vniuersalis, quæ iam præmissa est. Hęc itaque sunt præcipua loca, quibus possibile est vti in artibus demonstratiuis.

De locis translationis similium, æqualium, &c. Cap. V.

LOCA vero trãslationis, & similiũ, & ęqualiũ, & additionis, & diminutionis, & cętera loca, q̃ numeraumur in secũdo libro topicorũ, oĩa sunt pfuasiua, aut ꝓbabilia pter locũ excessus. Iã. n. estimat quod ipso vtantur aliquo modo in demonstrationibus. Et vna quidẽ specierũ ingredientiũ sub hoc loco est, quod omne prędicatũ, qđ inuenit additũ illi, cui addit̃ suũ subiectũ, illud inuenit in subiecto, V.g. si qđ est sapientius est nobilius, sapiẽtia est nobilitas. Et cõuenit. qđ qñ vtimur hoc loco i demõstratione, qđ accipimus antecedẽs vt̃e, sicut est omne, qđ est sapientius, & erit secũdũ veritatẽ illud, qñ fuerit additio vnius illorũ sequens additionẽ alterius secundũ substantiam. Secunda aũt species illorũ sequens additionẽ alterius secundũ substantiam. Secunda aũt species vnius illorũ sequens additionẽ alterius secundũ substantiam. Secunda aũt species est, ꝙ omne prędicatũ, qđ inuenitur in aliquo subiecto inuentione excellẽti, & inuenit̃ in alio subiecto viliori, & vlterius inuenit in eo quod est vilius. illu i dignũ est vt inueniatur in eo quod est excellentius. Et econtrario, qñ nõ inuenitur in eo quod est excellentius, dignius est vt non inueniatur in eo qđ est vilius. Et hoc quidẽ verũ est, si per dignius intellexerit in hoc loco id, quod est naturaliter, & per prius, sicut fecit Arist. quando voluit probare quod motus circulari non sit contrariũ, quia ipse dixit, si motui circulari sit contrarium, dignior est rectus vt sit ei contrarius, quam circularis. Et iterũ ostendit quod rectus non sit ei contrarius. ergo digni or est circularis, vt ei non sit cõtrarius. Quãdo aũt acceperimus dignius ex famoso, sit topicum, vel si capiatur secundũ primũ affatum est rhetoricum: & hanc speciem syllogismorũ vocant loquentes nostri tẽporis syllogismũ primum, & dignissimum: & construitur quidẽ super eo, qđ recipit additionẽ & diminutionẽ: hęc quidẽ est quãritas locutionis de locis, quę sufficit scũm nostrã intentionẽ. Posteaquã aũt iam locuti sumus de rebus cuibus speciebus formationis & verificationis, dicemus itaq; ea, ꝙ propria sunt vnicuiq; illarũ, & icipiemus a verificatiõe vera, & formatione plecta.

EPITHOME AVERR. CORDVB.

IN LIB. ELENCHORVM.

De elenchis, seu sophisticis fallaciis. Cap. I.

C VANDO locuti sumus de rebus, quibus cognoscit̃, quid posit̃ sit secundum modũ demõstrationis, quę est ipsa demõstratio, & quid positũ sit scũm modũ veręe definitionis, quę est definitio, & loquemur de rebus, quibus fallitur. Notum aũt est, quod cadat error in his generibus ex notitia præcedenti duas partes quæstionis, hoc est formationẽ & verificationẽ. Cognitio autem agens vtrunque istarum, & dirigens, & fallens, est duum generum, secundum dictiones, & secundum res.

De dictionibus. Cap. II.

DIctiones aũt sive sint noĩa, sive verba, aut literę sunt duarũ specierum, aut ęquiuocę, aut diuersiuocę: ęquiuocę aũt quędã sunt incõplexę, & quędã cõplexę. Incõplexę aũt quędã sunt ęquiuocę secundũ se, & quędã sunt ęquiuocę scũm declinationes. & quiuocę autẽ secundũ se, quędã sunt secundũ quandã contingentiã, & quędam sunt analogę, & quędã translatę, & quędam accõmodatę. Iam autẽ præmisimus præliminia de his. Et quiuocę vero secundũ declinationẽ sunt, sicut cuius declinatio est vt declinatio pluralis, & nõ pluralis, vt Venetię, aut cuius declinatio vt feminina, vt sophista. Compositorum vero exẽplũ est, quęcũque. Socrates dixit ꝙ ille tu sit, ille est illum, quem

dixit. Socrates autem dixit lapidem ꝙ sit lapis. ergo Socrates ipse est lapis. D
Æquiuocatio itaque hic est solum in dictione ipsa. Dictionum autem diuersiuocarum, quædam sunt diuersiuocæ in se & quædam diuersiuocæ secundū sua agnomina. Et diuersiuocæ secundum agnomina, quædam sunt diuersiuocę secundum agnomina earum, quæ sunt in eis, & quædam sunt diuersiuocæ secundam agnomina earum, quæ sunt extra illas. Diuersiuocarum vero in se, quædam sunt, quæ differunt secundum se totas, & loco earum permutatur vna dictio, & quædam sunt quæ differunt secundum quasdam suas partes, & cū suis connotatis. Diuersiuocarum vero secundum se totas sunt multæ species: quædam sunt, quibus mutatur nomen loco nominis, sicut dū mutatur vinū in fluū, & quædam sunt, quibus permutatur nomen in orationem, vt quando mutatur vinum in fugantem mœstitiam. Et earum sunt quędam, quibus permutat oratio in orationem, vt permutatur animal risibile in emptorem, & venditorem. Diuersiuocæ vero secūdum partes, quædam sunt, vt dicendo habens manus, & habens duas manus. Et sicut est permutatio quoddam ipsarum regimen, vt dicendo impossibile est ꝙ agat, & non est possibilitatis vt agat. Et harū sunt, quibus permutantur sua regimina essentialia, vt dicēdo alyzmel & al yuamal. Diuersiuocarum vero secundum agnomina illorum, quę in eis sunt, quędā sunt, quæ permutantur a diuisione in compositionem, prout dicendo, Socrates est
B cęcus, & est secundū mentem: ergo est cecus secūdum mentem. Aut ex cōpositione in diuisionem, sicut dicendo, Quinarius est aggregatum ex pari & impari ergo est par. Et quędam sunt, quibus permutantur loca pausę, sicut dicēdo, Homo videt quicquid videt: & homo videt lapidem, sequitur hinc quod lapis videt. Et quędam sunt permutatæ ordine, sicut dicendo, non est dignum quod agat, & dignum est ꝙ non agat: & quędam sunt quibus permutatur vox, quę assimulatur alicui rei in vocem, quę assimilatur alij rei. Diuersiuocę vero secūdum agnomina illorum, quę de foris sunt, quędam sunt, quibus permutatur ipsarū dispositio & forma, & hanc partem subintrat ipse accentus: & quędam sunt, quibus mutatur dispositio dicti, & eius forma & habitudo, vt quod res explicetur per suum agnomen, aut per suū genus. Et quędam sunt diuersiuocę secūdum agnomina extrinseca dicto, & hęc sunt, sicut agnomina patentia diuulgata, quę connectūtur: sicut pronunciando aliquam orationem cum dicto, quę assimilare faceret aliquid, quod non faceret assimulare sine eis, quando illud esset separatum. Dictiones vero quędam fallunt in illis quatuor generibus scibilium: & quędam fallunt in vno illorum: & quędam in pluribus quam vno: quę quidem fallunt in quatuor partibus sunt, sicut nomen ęquiuocum, & eius partes. Exemplum vero suæ fallaciæ in scientiam dirigentem ad formationē, manifestum est quod non facit intelligere rem, cuius formatio intenditur. Sua
F vero fallacia in scientiam agentem formationem est, quando fuerint dictiones incomplexę, quę significant partes definitionis ęquiuocę: sicut est legis definitio, quod sit operationum directiua. Sua vero fallacia in scientiam dirigentem ad verificationem ht, dum quę situm diuiditur in duas partes contradictionis, & illas significat nomine ęquiuoco, putatur de illo, quod est quędam multa, qđ sit vnū quędam situm: aut de illis, quę sunt contradictoria multa, ꝙ sint duo contradictoria: sicut est, an mūdus sit compositus ex materia & forma, aut non sit cō positus ex eis: mūdus itaq; dicitur de omnibus eius partibus secūdum quandam speciem ęquiuocationis: & similiter materia & forma.

Fallacia vero in scientiam agentem verificationem est, sicut dicendo versum esse circulū: & circulus est figura, in cuius medio est pūctus, a quo omnes lineę exeuntes ad circūferentiam sunt ęquales: oratio itaque metrica est talis. Fallacię aūt nominis ęquiuoci sunt multę nimis: & conuenit, vt caueatur ab illis. Loca aūt, quibus constat, quod nomen sit ęquiuocum, aut quod hoc nō sit eius, notū est ab initio rei, siue consideremus definitiones harū rerum, quas significant nomina: & quando illas inuenerimus differentes, nomen est ęquiuocum: & similiter etiam, si fuerint differentes secūdum partem definitionis, videlicet genere, aut differentia. Et aliquando constituemus hoc ex suis proprietatibus, &

A bus, & descriptionibus. Et iterum, dum rei opposita fuerint multa, res erūt multę, hoc est, per opposita eis contraria, & priuationem & habitum, & affirmationem & negationem: quoniam vnicuique illorum est vnum oppositum necessario. Vt, gratia exempli, grauitas dicitur de voce, & corpore: vnum itaque oppositorum est leuitas, & aliud est acumen. Exemplum aūt illius, quod fallit pluribus vno genere diuersorum in ordine. Illa enim fallunt in scientiam directiuam ad verificationem, & in agentem, verbi gratia, ꝙ ordinemus dictionem infinitam vice dictionis negatiuæ, aut econuerso. Sicque estimabitur de negatione ꝙ sit infinitatio: & quando ponetur minor in prima figura, de illa, quæ non est conclusio, ꝙ sit conclusio. Quando autem acciperemus duo opposita, quatenus sint opposita oppositione nominis simplicis & infinitati, quæ est oppositio habitus & priuationis, & illa opponuntur oppositione affirmationis & negationis, fit illa fallacia in scientiam dirigentem ad verificationem. Et similiter est huius contrarium, vt quod capiatur graue & leue, quod sint opposita oppositione affirmationis & negationis: & quando diceretur, formasie inuenitur aliqua pars, quæ non est grauis neque leuis, non admitteretur hoc, nec apud illum esset possibile hoc esse. Exemplum autem illius, quod fallit in vno genere tantum, est dictio mutata a diuisione in compositionem, vel ex compositone in diuisionem: quando autem
B alicui viro peruenerit aliqua harum rerum, poterit cauere animam suam ab errando in id, in quod erratur vno genere harum notionum, aut pluribus quam vno genere.

De rebus Fallentibus. Cap. III.

REs autem fallentes sunt octo generum: quoddam est accidentis: & quoddā est consequentis: & quoddam est vocis simpliciter. & connexę clausulæ: & quoddam est, quod capiantur multæ interrogationes, ac si esset vna. Et quoddam est, quod ignorentur aliquæ conditionum oppositorum. Et quoddam est locus petitionis principii. Et aliquod est acceptio non causæ, vt causa. Et alii quod est locus translationis & commutationis. Illud quidem, quod est secundum accidens, vniuersaliter oppositum est illi, quod est essentialiter, vt premissum est: id enim, quod est essentialiter, est ꝙ prædicatum sit de essentia subiecti, aut subiectum de essentia prædicati. Id ergo, quod est secundum accidens, est ita ꝙ neutrius essentiæ sit ꝙ alterutri insit: hoc autem est duarum partium. Quarum vna est ꝙ hę res, quæ coniunguntur per accidens, insint alicui subiecto essentialiter: qđ autem vnum illorum prędicatur de altero, aut secum connectitur, est iudicatio sua
C per accidens, aut connexio per accidens: prout inest risus illi, qui vendit & emit. Secunda autem est, ꝙ hæ res, quæ coniungētur per accidens, non sint connexæ secundum dispositionem illius, quod est essentialiter: vt ꝙ corruscar corruscatio & moriatur aliquod animal. Et hæc pars est remotissima illarum, quæ sunt per accidens: & eius notio sit facilis, cum ipsius casus sit raro. Prima vero pars est multæ fallaciæ cum sit semper, & vera, & ipsa fallit in scientiam agentem verificationem & formationem. Fallacia quidem formationis est, vt ꝙ concipiatur corpus naturale ꝙ sit diuisibile in tres superficies, quia superficies diuiduntur in lineas, & lineæ in puncta. Hæc itaque est formatio corporis naturalis per accidens: & ideo hæc formatio fallit in verificationem, adeo ꝙ putetur ꝙ corpus naturale sit compositum ex punctis. Et ex hoc loco erravit, qui asseruit partem indiuisibilem, aut ex quo res est possibilis per accidens, impossibilis essentialiter. Quando itaque caperemus quod est per accidens vice illius, quod est essentialiter, putabitur de illo, quod est possibile, quod sit impossibile: prout est apud illum apud quem impossibile est fuisse res transmutabiles successiue in infinitū in prædicato. Tale itaque forsan est possibile per accidens, licet sit impossibile essentialiter: & similiter est esse infinitam virtutem corpori æquali, licet sit impossibile essentialiter, non est impossibile per accidens, hoc est ex parte, qua accidit huic corpori aliqua dispositio. Et aliquando res est possibilis essentialiter, impos-

sibilis per accidens. Id aũt, quod est secũm accidens, fallit in multis diuersis locis. D

De fallacia cõsequẽtis.

Locus vero consequentis est, quod res denominetur secundum aliquam dispositionem. Deinde denominetur aliud per illam, & exprimat secundam esse primam, aut sicut iudicium primæ, verbi gratia, ꝙ denominemus per Heraũum alĩ quem virum, qui sit Diogenes. Deinde denominemus alium per illud, & putemus quod sit ille primus, aut sicut primi iudicium: & similiter videmus mulierẽ, cuius corpus tumescat ob imprægnationem. Deinde cernimus aliam mulierem, cuius corpus tumescat, & putemus illam prægnantem. Et hoc æstimãtes ꝙ semper affirmatiua vniuersalis conuertatur secundum suam dispositionem secũdum suam quantitatem & qualitatem. Et vniuersaliter hoc loco construitur syllogismus ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Hic autem non concludit, vt præmissum est. Et aliquando etiam fallit aliqua species fallaciæ, sed secunda intentione, verbi gratia, quando hoc loco euenerit nobis aliquod prũm conuertibile cum suo subiecto, putamus ꝙ conuersa contradictorii huius prædicati conuertibilis sit vera. Vt verbi gratia, dum putamus de tumore corporis, ꝙ sit imprægnatio, & verificatur nobis conuersa contradictorii huius orationis, videlicet. cui non fuerit imprægnatio, illi non est tumor corporis: hoc autem est falsum. Falsum autem non accidit hic occasione conuersi contradictorii, qui est locus demonstrationis: quia, si fuerit omnis homo animal, ꝙ non est animal, non est homo. Ostenditur autem veritas huius loci: quia si non verificatur id quod dicimus, quod nõ est animal, non est homo, verificatur eius contradictorium, quod est aliquid, quod non est animal, est homo, ipsum autem est falsum: suum ergo contradictorium necessario est verum, videlicet, ꝙ non est animal non est homo, & vniuersaliter vis illius loci, in quo repetitur oppositum consequentis conditionalis coniuncti. Verum tamen errauit hic, quia euersum contradictorii, quod non est verum.

De fallacia simpli, & secũm quid.

Connexiones vero sunt res, quarum consuetudinis est, ꝙ sumantur connexæ cum tempore, aut loco, & putetur ꝙ verificentur simpliciter, verbi gratia, hoc acetum est vinum permutatum, ergo est vinum: hoc autem est falsum: quando vero absoluuntur connexa, sunt vera, dum seruantur in eis duæ res, quarum una est, quod non teneatur in oratione oppositum illius, quod secum connectitur, si uefuerit nomen illi oppositi, quod significet ipsum, eo quod est oppositum sumptum secundum suum nomen, siue fuerit oratio ipsum significans, quæ sit secundum illud nomen. Exemplum autem connexi, quod quando absoluitur, tenetur in illo suum oppositum ex parte qua sumitur secundum suum nomen, est, Socrates est animal mortuum: quando itaque, hoc absoluitur, tenetur in eo suum oppositum, & dicimus, Socrates est animal, ex illo intelligitur oppositum connexi in eo, quæ est mors. Exemplum autem connexi, quod dum absoluitur, tenetur in eo oppositio ex parte, qua ipsum significat oratio, est dum dicimus, hic homo est mortuus: id enim, quod intelligitur ex significato hominis, dum absoluitur F est oppositum mortuo. Secunda vero conditio est, ꝙ prædicatum connexum nõ sit prædicatum causa illius, per quod connectitur: vt dicendo Socrates est poeta, quoniam verificatur nunc prædicatio de ly est, ob ipsum connecti cum poetra: & ideo quando absoluitur, falsificatur. Absolutæ vero sunt res, quæ sumptæ sine explicetur, patatur ꝙ verificẽtur connexæ clausulis, & sequitur hinc mendacium, aut nugatio. Et exemplum quidem illius, ex quo sequitur mendacium, est, vt dicendo Socrates est medicus, & Socrates est in foro, Socrates itaque est medicus in foro. Exemplum autem puerilis, & nugationis est, Socrates est homo, Socrates est asinus. Sicque Socrates est homo animal: hoc autem est superfluum, quia animalitas continetur in humanitate eo modo, quo pars continetur in toto. Conuenit ergo, dum voluerimus de his absolutis, quod verificentur connexa, ꝙ sint sibimutuo connexa essentialiter, & quod non sequatur ex superfluum, & nugatio: sicut sit dicendo, Socrates est animal: & Socrates est ambulans: Socrates ita que est animal ambulans.

Fallacia multarũ interrogationũ pro vna,

Sumendo vero multas interrogationes, ac si esset vna, sit fallacia huius oratio nis in quæsito, cuius subiectum sequuntur duo iudicia oppolita, sicut est dicere, an totum sit aqua & terra: Quando itaque non distinguit oratio, & dicitur in po

A tentia aut in actu, possibile est nobis putare ꝙ lutum sit terra permista cum aqua, ex quo duo miscibilia non inueniũtur in genere mistionis in actu. Et huius loci est ambiguitas Mennonis notoria, quando voluit destruere disciplinam, & sumendam demonstrationem, quando dixit. Non euadit quæsitum, quin sit ignotum, vel notum: si sit notum, non fit de eo nobis quæstio, si autem sit ignotum, non est nobis modus ad eius adeptionem, quoniam ipsum scimus ex parte qua est notum. Ac etiam, dum occurreret nobis, nescitemus ꝙ illud sit id, quod quæsiuimus: sicut qui quærit scrutum, quem non prænouit, quem dum et ille occurreret, nesciret esse illum. Locus autem fallaciæ in hac oratione est, ꝙ ipse vtitur hoc loco noto vno modo, illud autem dicitur duobus modis, quorum vnus est in potentia, & alter in actu. Esset tamen necessaria hæc ambiguitas, si nostrum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in omnibus modis, est vero ignotum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in omnibus modis, est vero ignotum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in omnibus modis, est vero ignotum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in omnibus modis, est vero ignotum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in omnibus modis, est vero ignotum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in omnibus modis, est vero ignotum quæsitum esset notum in actu, aut ignotum in potentia, ex quo ostensum est quod syllogismus procedat processu a toto ad partem: pars autem continetur in toto in potentia. Plato vero, qa non fuit ei notificatus modus solutionis huius ambiguitatis, fullimuit scientiam esse reminiscentiam. Quando autem volumus, quod hic locus non sit fallens, conuenit quod diuidamus quot modis dicatur res, & consideremus singulos ipsorum separatos.

De fallacia elenchi,

B Ignorantia vero elenchi fit in loco suæ fallaciæ, quando ignorantur aliquæ conditiones, quæ appositæ sunt clausulæ conditionum oppositorum, & nunc sunt oppositæ: iam autem retulimus has conditiones in his, quæ præmissa sunt. Aut quando capitur, quod non est oppositum, ac si esset oppositum, diuidicans veritatem & fallitatem. Fallacia autem huius loci sit duobus locis, quorum vnus est syllogismo contradictorii, & alter est syllogismo cathegorico, sed in illo est suppositio. In syllogismo vero contradictorij capimus, quod non est contradictorij cuius constitutionem intendimus, ac si esset illius contradictorium: quantitatem, qualitatem, & coniunxerimus illi propositionem veram & ex eo itaque fecerimus hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominis : sicut qui ostenderet vacuum esse in mundo, quia in eo sit locus, in quo non sit corpus. Tertius autem est, commutare nomen loco orationis, & est illius contrarium. Quartus autem est : commutare orationem loco orationis, sicut qui ostenderet, quod locus, in quo non sit corpus, inueniatur, quia inuentatur spatium abstractum. Notum autem est, quod medius terminus omnium horum syllogismorum sit ipsummet subiectum quæsiti, quod est minor extremitas syllogismi, & maxime quando differentia inter illa fuerit per nomina solum. In illis vero, quorum loco nominum commutatur oratio explicans illa, potentia medij erit potentia minoris extremitatis, quando oratio explicans, & nomen simplex fuerint æqualis significationis, & neutrum erit notius altero: quando vero vnum fuerit altero notius, tunc non erit vere petitio, quia nomen incomplexum non est oratio explicans in actu, sed in potentia, ex quo sua significatio est confusa, & significationes orationis explicantis, æqualiter siue fuerit descriptio, aut definitio, illæ sunt distinctæ. Et sic potest esse, quod accipiantur definitiones, & descriptiones medij termini demonstrationum. Aliquando vero contingit quod ipse idem medius terminus sit maior & minor. Hoc autem est possibile, dum capiuntur duæ partes quæsiti, quatenus sunt duæ res, & in veritate sunt vna res, non est impossibile quod talis eueniat per synonymitatem nominum, immo tale secundum veritatem non est quæsitum, sed est dictio incomplexa, & hæc eædem partes petitionis occurrit in formationem, sicut qui definiuit morum per id, quod sit corporis recessus. Ostensio vero secundum circulum est, sicut diximus quod capiatur ad ostensionem quæsiti id, quod ostensum est per ipsum quæsitum sicut quod ostendamus figuram stellarum esse sphæricam, quia ipse non mouentur. Deinde ostendamus, ꝙ ipsæ non mouentur, quia ipsarum figura sit sphærica & hæc est per se manifestæ cadentię: quando vero acciperemus aliquid aliud ad ostensionem huius rei primæ rei secundum aliam dispositionem, hoc non esset impossibile, vt ꝙ ostendatur sphæricitas per luminis crementum, deinde capiatur ad ostensionem causæ crementi sui luminis ipsius sphæricitas. Et aliquando occurit ostensio circuli in formationem, vt qui definiret solem, eo quod sit stella oriens in die: differentia enim istius definitionis, quæ est ortus solis, est causata a sole, ex quo sol fuit sumptus in definitione diei, sicque qui fecerit tale, solum petit in definitione, & sic est qui definiuit imparem, eo quod non sit par, & parem, eo ꝙ non sit impar. Formatio vero vtriusque relatiuorum per definitionem alterutrius expedit necessario, quia quidditas duorum relatiuorum largitur hoc, quia quando nos formaremus patrem, & filium separatim, impossibile est quin accipiatur filius inclusus in patris formationem, sicque est illorum dispositio, licet non formentur, inquantum sunt relatiua : & iam exposuit hoc Abumazar Alpharabius manifeste. Veruntamen dicto Auicennæ de hoc non est aliqua ratio. Hæc itaque vere sunt omnia loca, quæ sunt petitiones principij secundum primam positionem. Illæ vero, quæ æstimatur quod sint petitiones, & non sunt petitiones secundum veritatem, sunt quædam loca, quorum est, quod capiatur vniuersale ad ostensionem particularis, aut particulare ad ostensionem vniuersalis. Et quidam eorum est, quod capiatur consequens rem ad rei ostensionem. Et quidam eorum est, quod capiantur consimilia ad ostensionem aliquorum aliorum consimilium eis. Et quidam eorum est quod capiantur partes rei ad ostensionem rei ; quando vero capitur vniuersale ad ostensionem particularis est demonstratiuus, & est modus, sine quo non est possibile, quod sit oratio concludens essentialiter, tunc enim continet significatum dicti de omni, prout expositum est in libro priorum. Iam autem prolata sunt verba multorum virorum nostri temporis, quod syllogismi cathegorici sint petitiones secundum veritatem. Dixerunt enim hoc esse, quia vniuersale rei est ipsa res, qui scit quod omne animal sit sensitiuum, scit quod omnis homo sit sensitiuus. Et hęc fallacia subintrat locum, in quo capiantur quæsita contradictoria, ac si essent quæsitum vnum, quoniam vniuersale rei est res in potentia, & nō est res in actu. Acceptio vero particularium ad ostensionem vniuersalis est inductio : ego autem futurus sum ferr: sermonem de ea in topicis. Acceptio vero consequentis rei

ad ostensionem rei est etiam locus demonstratiuus, sicut ꝙ ostendatur, quod mundus habeat partes graues, & leues, quando ostenditur quod mundus habeat partes graues tantum. Deinde ostendetur, ꝙ ipse habeat solum partes graues. Deinde ostendetur ꝙ habeat partes graues & leues simul, & hoc quidem verificatur de rebus, quæ verificantur separatæ, & verificantur coniuncte, iam autem præhabitum est, quæ sint hæ res.

Locus vero consimilium est locus rhetoricus, vt posiea veniet. Hæc itaq; est summa petitionum secundum primam positionem. Petitiones vero, quæ sunt de opposito quæsiti, & sunt illæ, quibus semper indagatur destructio, sunt duarum partium. Prima quidem pars facit petitionem principii de opposito illius cuiusdē quæsiti secundum modum, quo fit petitio de ostensione quæsiti. Species autem huius partis sunt æquales his, quas numerauimus. Secunda vero pars est, quod ipsimet quæsito connectamus suum oppositum, præter ꝙ putetur de illo, ꝙ sit ipsius oppositum, & sequatur ex illo falsum necessario, & putatur, ꝙ falsum sequatur ex positione quæsiti, sicut ꝙ poneretur, ꝙ scientia contrariorum sit vna. Deinde poneretur, ꝙ quorundam contrariorum scientia non sit una: ex hoc enim sequeretur, ꝙ quædam contraria non sint contraria, sed non acciperetur in hoc rei oppositum ostensum per ipsam, nisi modo quo lateret: res autem, quæ laterēt in illis esse oppositas, sunt ipsæ eædem, nisi ꝙ aliquę earum sit, de qua putatur, quod non sit opposita, & est opposita secundum veritatem, & sunt loca dictionū. Sed de quatuor locis putatur, quod sint petitiones de contradictorio quæsiti, & non sunt petitiones, secundum quod sunt petitiones de ipsomet quęsito, Quia autem res, quæ sumuntur hic ex oppositis, sunt trium specierum, Affirmatio & negatio, & habitus & priuatio : & contraria immediata, dum multiplicamus illa quinque per hæc tria, prouenient quindecim loca: quorum locorum tria sunt petitiones secundum veritatem, & sunt loca orationum, & de duodecim putatur, ꝙ sint petitiones, & secundum veritatem non sunt petitiones. Exemplum autem locorum, quæ sunt petitiones affirmationis & negationis secundum veritatem, est hoc. Aequalitas est vtilis & medium non est vtile. Hic autem locus diuiditur secundum diuisionem modorum commutationum dictionum, quos numerauimus. In priuatione vero & habitu est, vt fertur æqualitate gaudeatur, & mediocritate tristatur. Et contrariorum exemplum est, æqualitas iuuat, & medium nocet. Aliorum vero locorum, quæ non sunt petitiones secundum veritatem, exemplum est, quod supponas omne animal mouere mandibulam inferiorem. Deinde admittemus, quod crocodillus non sit huiusmodi. Et hæc quidem est vera destructio. Exemplum autem totius & partis est, quod ponatur mundus totaliter antiquus. Deinde admittamus quod sit nouus secundum quasdam partes eius. Et hæc etiam est vera destructio. Exemplum autem consimilium est, ꝙ ponamus conuenire reges esse multos. Deinde admittamus quod proportio regis ad regionem sit, sicut proportio dei ad mundum. Deus autem est vnus, ergo non conuenit reges esse multos. Hic autem locus est destructio rhetorica, & non est petitio: putatur autem de his locis, quod sint petitiones, quoniam quod assimilatur alicui in principio considerationis est ipsa res, & similiter etiam est de toto, & suis partibus, & de re, & consequente ipsam, & de vniuersali, & suis particularibus. Explicatio vero horum quatuor in contrariis, & priuatione & habitu, non est res difficilis apud illum, qui considerat illa.

De locis cō similium.

Acceptio vero non causæ, vt causa, cadit in cathegorico, & in syllogismo cō tradictorii simul: ipsius quidem casus in cathegorico est duobus modis. Quorum vnus est oratio corruptæ formæ, sicut quod concludatur ex duabus negatiuis. Secundus autem est, ꝙ sit corruptæ materiæ, vt ꝙ præmissæ acceptæ sint falsæ omnes, aut quædam, vel aggregantur ambæ res simul, & ille dicitur corruptus genere, vt qui diceret, omnes res sunt in tempore, & omnes res sunt in sphæra mundi. Tempus itaque est sphæra mundi. Et de illis est quod præmissæ sint uerę, sed non proportionatæ, sicut quod ostendatur, quod duo latera trianguli sint longiora reliquo latere, quia vnum mobile mouetur per illa longiore tempore, quā sit tempus, quo mouetur per reliquum latus, & hanc partem subintrant logica

De fallacia non causæ, vt causa.

quodammodo. De illis etiam est quidam, qui concludit verum, sed per accidens, D quoniam accidit ꝙ solum propositio minor syllogismi sit falsa, & conclusio sit vera, vt dicendo, homo est equus, & equus est animal, homo itaque est animal. Et quidam eorum est, quod modus conclusionis sit secundū vnam rem & præmissæ secundum aliam rem, vt quod concludat conclusionem necessariam, & in syllogismo sit iam sumpta præmissa contingens, vt dicendo homo ambulat, & qđ ambulat est animal: homo itaque necessario est animal. Et aliquis illorum est, quod medius terminus, qui accipitur causa in demonstratione simpliciter, aut in demonstratione causæ tantum, sit causa per accidens, vt dicendo quod non habet finem non mouetur, quia non habet locum, ad quem moueatur. In hac itaque causa sine dubio est proportio accidentalis, ex quo imaginati sumus locum, ad quem moueatur. Et de illis est quod sit syllogismus concludens, sed non concludat quæsitum, sicut est oratio Parmenidis. Quicquid est præter ens non est: & quod non est, non est aliquid: ens itaque est vnum. Hic itaque concludit quod id quod est non ens, non sit aliquid, non quod ens sit vnum. Et illorum aliquis est, qui non concludit quæsitum primo sed secundario, vt qui ostendit quod partes substantiæ sint substantiæ, dicendo per destructionem partium substantiæ destruitur substantia, & per destructionem illius ꝙ non est substantia non destruitur substantia. Qui concludit in secunda figura est, quod partes substantiæ non sint non substantiæ. Et de illis est quidam, qui caret maiori præmissa, putando quod ipsa desit ob ipsius diuulgationem, prout consueuerunt facere habentes demonstrationem, illa autem secundum veritatem est falsa, sicut dum dicimus, hic nocta prædatur, ergo est latro. Veruntamen in syllogismo contradictorij hoc fit duobus modis. Quorum vnus est, quando subiectum propositionis veræ ei attributæ non fuerit compositum compositione syllogistica, adeo quod ex hoc sequatur falsum. Secundus autem est, quod falsum sit sequens absque subiecto æqualiter, siue fuerit non coniunctum cum subiecto omnino, aut verisimile sit, quod sit coniunctum, præter quod ita sit secundum veritatem: sed primus modorum harum duarum partium, ipse redit ad corruptionem formæ syllogismi. Alter vero modus continet duas res partes, quod falsum sequatur sine subiecto, & additus subiecti in illum erit superfluus, & incassum. Exemplum autem illius, in quo subiectum est superfluum, & in cassum, & putatur ꝙ connectatur subiecto, est dum dicimus, Si mundus non fuerit nouus est antiquus: quando autem mundus positus fuerit inuentus in actu, & infinitus erit inuentus, & non inuentus simul, hoc autem est falsum, mundus ergo est nouus. Quoniam vero attributum non coniungitur subiecto, quasi non est saltigraphus. Et aliquando inuenitur tale in syllogismo cathegorico, & illud fit, quod capiamus id, cui non est additus ad conclusionem, ac si ei esset additus, hoc autem contingit in oratione virorum sophistarum sugationis. F

De translatione, & permutatione. Cap. IIII.

TRanslatio vero, & permutatio est, quod translatio semper sit ad id, quod potest capi vice rei, & putatur quod sit ipsa res, & fallit. Hoc autem est dictio, aut res, ipsa autem res aut est similis, aut vniuersalis, aut particularis, aut consequentia priora, aut posteriora, aut coniuncta, aut imagines rei in anima, aut sua simulacra sensata, & in his rebus sunt quędam res, quæ appropriant eas in se, & quando in eis imaginantur res aliæ oportet quod in eis imaginentur res, quæ inuentantur in his rebus. Exemplum vero dictionum constituarum vice rerum est, sicut qui credit propositionem, cuius sunt nomina synonyma esse propositiones multas. Vniuersalis vero, & particularis est, sicut quod attribuamus homini rationem, deinde transferamus illam ad animal, aut econuerso. Translatio vero ad simile est manifesta. Et ex loco exit oratio assimilationis. Coniunctum vero est, sicut oratio dicemis, tempus interfecit

A ipsum, tempus enim non interficit, sed est coniunctum interficienti. Similitudines vero rei, notum est, quod ipsæ dum capiuntur, quod sint res, ipsæ in se fallent, sed maior pars fallaciæ harum similitudinum fiunt in rebus, quas difficile est imaginari in se, sed imaginantur in aliis ab eis, aut fiunt in rebus, quas impossibile est imaginari in se, verbi gratia, prima materia, quæ non est formata certe potest imaginari in suo proportionali; quando autem intenditur imaginari in se, capitur formata cum imagine formæ, & non imaginatur secundum id, quod ipsa est in se, sicut est, quando dicimus, quod non sit extra mundum vacuum, neque plenum, non potest hoc imaginari, sed semper æstimatur, quod extra mundum sit vacuum, aut corpus. Hic aūt locus est, qui induxit ad orationem de vacuo, & ideo dicunt loquentes de creatore, quod sit, quem non conciperet ipsum intellectus, hoc est, dum imaginaretur. Fallacia itaque eorum, quæ dicta sunt, cadit ex hoc in rebus, ex quibus fit doctrina, quę vocatur constantia ad oculum. Hoc autem fit in geometria mathematicorum.

De rationibus probabilibus, & litigiosis. Cap. V.

B POstquam autem iam locuti sumus de rebus, ex quibus cognoscitur verificatio vera, & formatio perfecta, & postea locuti sumus de rebus, quę falsunt in eis, loquemur itaque de verificationibus topicis, & litigiosis secundum quantitatem, qua iuuatur vnaquęque illarum: sermo vero, quo compleantur hę artes, non est necessarius nostro proposito. Hinc autem incipiemus de sermonibus topicis, & dicemus ꝙ quantitas, quam adipisci facit, est coniecturę proximę veritati. Coniectura autem vniuersaliter est, quod credatur de re, quod sit secundum quandam dispositionem, & potest esse secus quam creditur: & illius proprietatis est, ꝙ auferatur in controuersia contra id, quo est demonstratio, quia illius proprietatis est, quod non auferatur per contradictionem: hic autem est duarum partium, quarum vna est, quod non coniecterur eius contradictorium, & hęc est topica. Altera autem est, quod coniecterur eius contradictorium, & hęc est oratoria.

Topicarum orationū materia.

Quod vero hęc sit quantitas verificationis, quam hęc ars facit acquirere, est euidens ex diffinitione orationum facientium ipsam acquirere, ex quo oratio topica est syllogismus compositus ex præmissis diuulgatis notis. In ipsis autem præmissis diuulgatis euenit verificatio ex parte attestationis totis ipsis, aut matori ipsarum parti, non ex parte qua res ita sit in se: econuerso illius, quod est C res in demonstratione, quoniam in illam occurrit nobis veritas certe vera ex præmissis, quibus nobis euenit illius veritas ex parte qua ille sunt in rebus secundum quod sunt extra animam, non ex parte qua est significatum nostri dicti. Hoc autem sic existente, vtplurimum hę propositiones topicæ sunt falsę secundum partem. Si autem inuentantur verę secundum totum, hoc inest eis per accidens, hoc est ex parte qua contingit diuulgato quod sit extra animam id eius, quod est in anima: nos autem non sumimus eam in his syllogismis ex hac parte, vt diximus, sed solum ex parte, diuulgationis: & ideo oportet necessario syllogismum verum secundum figuram compositum ex talibus præmissis, quod faciat adipisci opinionem occurrentem.

Topicarum orationum forma.

Postquam autem expolita est quantitas verificationis, quam facit acquirere hęc ars, dicemus species orationum agentium illam. Et dicimus, quod syllogismi ex quibus sequitur opinio propinqua veritati, necessario oportet, quod sint veri secundum figuram. Si autem, essent orationes falsigraphę. Et ideo species syllogismorum, quę fiunt hic, sunt tres species dictę in libro Priorum hoc est cathegoricus, & conditionalis, & syllogismus contradictorii tam simplex quā compositus illorum; possibilis namque est constructio quęsiti, ipsiusque destructio talibus syllogismis topicis compositis, ex quo muniuntur apud nos præmissæ diuulgatæ conferentes quæsito. Et aliquando hæc ars vtitur alia specie veri

Universidad de Deusto
Biblioteca

sticationis propria ei, quæ est inductio. Hæc autem species rerum agentium verificationẽ est illa, quæ enunciat aliquid de re vniuersali enunciatione vniuersali, quæ affirmat aut negat esse hanc enunciationem in maiori parte illorum, quę sunt sub illa re vniuersali, verbi gratia, enunciatio, qua enunciamus, ꝙ omne corpus sit nouum, cum nos inuenianmus maiorem partem corporum talis denominationis. Et est oratio, cuius vis est vis syllogismi primæ figuræ, cuius minor extremitas est hæc res vniuersalis, medius autem terminus sunt ipsæ partes, & maior est ipsa enunciatio. Sed res est contra illud, quod est res in ipso syllogismo, quoniam per syllogismum semper procedimus ad verificationem rei particularis ignotæ per vniuersalem, quæ sit nota apud nos, & per æquale notum ad æqua le ignotum, secundum quod non sumemus hic vniuersale æquale notum præmissam maiorem, inquantum est æquale, sed ex parte qua est vsꝰ siue sit naturaliter, aut impositione. Illud vero, quo innuitur verificatio rei particularis ex vniuersali, quod est apud nos, est, sicut quod ostendamus, quod omnis homo sit sensitiuus, quia omne animal est sensitiuum. Sicque homo, qui est minor extremitas, hic subintrat maiorem præmissam, & continetur in ea. Exemplum autem illius, quo procedimus ab æquali, est, quod ostendamus, quod omnis homo sit risibilis, ex quo omnis homo est rationalis: rationale enim est æquale risibili, quoniam pacto risibile sumitur vniuersaliter distinctum per rationalitatem, & subintrans eam, & si sit illi æquale ex quo hoc non nocet, & ideo diximus de tali, quod sit vniuersale secundum suppositionem. In inductione vero semper innuitur a particulari ad vniuersale, quia, quando gratia exempli ostendimus, ꝙ omne corpus sit nouum, cum inueniamus quædam corpora noua. Patet, quod nos procedamus ad hanc enunciationem vniuersalem, videlicet, omne corpus est nouum, cum inuenerimus quædã corpora noua, sicut sunt aqua, & terra, & aer, & ignis, & cætera, & veniet compositio orationis, cuius vis est vis syllogismi primæ figuræ, sic, corporum quoddam est ignis aer aqua & terra. Et hæc sunt noua. corpus itaque est nouum, excepto quod quando hoc fecerimus per inductionem separatam in se ad ostendendum quæsitum ignotum, non erit fortis persuasionis: quoniam, dum videbitur per inductionem, quod prædicatum insit subiecto, quæsitũ erit præmissa per se nota ostensa per inductionem, & non erit ignota. Hæc autẽ ars ex parte, quæ constituit syllogismum de quæsito ignoto, non sumit per se notum inquantum sit quæsitum, sed tale conuenientius est in regulis rhetoricis: & ideo illa ars pro maiori parte vtitur inductione ad verificationem matoris præmissæ. Veruntamen inductio non est vtilis ad rale: quoniam, quando nos induxerimus per multitudinem singularium ingredientium sub præmissa maiori, & in illis, quę inquisiuerimus non erit aliquod, quod sit subiectum quęsiti. Vnde eueniet nobis, quod hoc sit contentum sub præmissa maiori, & vt vniuersalius inquam, vnde nobis proueniet veritas vniuersalitatis huius præmissę. Si autem subiectum quęsiti fuerit in summa illorum, quę induxerimus, redderetur ipsum quę situm secundum se præmissa ostẽsa per inductionem, & redibit primum dubium. In arte vero topica non perficitur res tali perfectione, sed illa enunciat esse enunciationem in omni ob eam esse in maiori parte. Diuulgatum enim est, quod paucum sequatur multum.

Quę sit vis inductionis.

Inductio vero, inquantum inductio est, licet in ea completa sint omnia particularia, tamen non largitur per se primo prędicatum necessarium essentiale, ex quo non est impossibile, quod illud vniuersale sit prędicatum de omnibus his singularibus per accidens, sicut qui opinatus est, quod omne, quod generatur, generetur ex ente in actu. Et ideo tales præmissę sunt præmissę diuulgatę. Inductio vero, quę fit in demonstratione, fit ad dirigendum ad veritatem, non ad illius acquisitionem primo & per se, magnum autem discrimen est inter id, quod fit ad dirigendum, & inter id, quod fit vtile per se. Et ideo non oportet in præmissis, quarum veritas acquiritur per inductionem, vt inquiramus omnia singularia, sed sufficiant ad hoc quædam illorum. Veruntamen ad facere inductionem indigebimus ob alteram duarum rerum. Aut, quia adhuc non intelligitur hoc genus præmissarum per sensum suorum singularium, sicut qui non sentit omnino,

A quod scamonea purget choleram. Talis itaque indiget inductione, quousque eueniat prædicatum essentiale. Et hæ sunt notę inter præmissas expertas. Quę quidem præmissę mutuo se excedunt secundum quantitatem illorum, quę oportet sentire de suis singularibus, vt occurrat veritas illarum: hoc autem est secundum datam materiam. Dẽ quibusdam enim oportet, quod sentiamus vnum singulare sectam materiam. Dẽ quibusdam enim oportet, quod sentiamus vnum singulare solum, sicut sunt multæ propositiones arithmeticæ, & de quibusdam oportet, quod sentiamus plusquam vnum. Altera autem res, qua indigemus facere inductionem in demonstratione, est, quia maior pars hominum non concedit vniuersalitatem multarum præmissarum, sed concedunt vnam suarum partium, vt quod sciatur, quod cognitio sanitatis & ægritudinis sit vnius scientiæ, quæ est scientia medicinæ, quando autem diceremus illi, ꝙ cognitio contrariorum sit vnius scientię, nõ concederet hanc vniuersalitatem, donec ipsam inquirat, & tunc occurrit ei illius vniuersalitas. Hæc itaque est forma orationum topicarum. Sua vero materia sunt præmissę diuulgatę, vt præmissum est.

Orationum topicarũ species quæ,

Illius autem species sunt istę, quia quędam est, quę est diuulgata apud omnes, & hęc species est nobilissima illarum, & possibile est quod in hac conueniant omnes gentes diuersę cum discrimine suarum regionum, & sue educationis, si cut quod commendatio studiosorum sit bona, & honor parentum sit opportunus. Et quędam illarum sunt, quę sunt diuulgatę apud maiorẽ partẽ, præter quod sint apud reliquos, & in his est discreparia, vt quod deus sit vnus. Et quędam sunt

B diuulgatę apud scientes, & habentes sapientiam aut maiorem partem, vt quod cœlum sit sphęricum. Et quædam sunt diuulgatę apud artifices, præter quod vulgares repugnent illis, sicut quod est in medicina, quod scamonea purget cholera, & coloquintida flegma. Aut sint apud notum inter sapientes in arte, præter quod repugnet eis aliquis vir illius artis, sicut est dictum Hippocratis quod labo res prouenientes sine causa precedente prognosticent morbos. Aut sint apud maiorem partem illorum, & iterum sint similes diuulgatis, ac si essent diuulgatæ vt quod scientia contrariorum est vna, sicque & sensus contrariorum est vnus idem. Et iterum, quod est contrarium diuulgato, est diuulgatum, verbi gratia, si sit diuulgatum, ꝙ amico expediat bene facere, inimico itaque expedit malefacere. Nobilissimum autem horum est, cui attestantur omnes, aut maior pars. Illæ vero, quibus omnes attestantur, sunt vulgatę testimonio omnium, aut maioris partis, sicut sunt opiniones sapientum, quę quidem sunt diuulgatę, quia omnibus, aut maiori parte videtur, quod conueniat, quod admittantur illorum opiniones. Et tales sunt opiniones proprię artibus & reliquę. Hæ autem præmissæ diuulgatæ necessario sunt vniuersales, ex quo particulares sunt latentes, & non sunt communes omnibus secundum sensum, licèt capiantur in his syllogismis indefinite, & non aduertatur in eis nimium quod eas exponant cum signis, & ideo mentiuntur secundum partem.

Prędicata topica quot,

C Vniuersales autem, vt præmissum est, tam simplices quam compositę illarum, sunt octo partium, genus, & species: & differentia, & proprium, & accidens, definitio, & descriptio, & oratio, quæ non est definitio neque descriptio. Hoc autem sic existente, prędicata topica necessario sunt vnius istarum partium: quia vero species non prędicatur nisi de singulari, & in enunciatione, cuius subiectum est singulare, qua non vtuntur in hac arte, ideo non numeratur hic prędicatum. Descriptio vero subingreditur proprium, quando illorum potestas est vna. Et similiter oratio, quę non est definitio, neque descriptio subintrat accidens. Sunt itaque prædicta topica necessario, quinque partium, definitio, genus, differentia, proprium, & accidens. Definitionis autem descriptionis sufficit, quod sit oratio significans dispositionem rei, qua est ipsius constantia & esse. Genus vero tam definitum est, quod sit prędicatum de multis differentibus specie in eo ꝙ quid est. Differentia vero est prędicatum de multis differentibus specie in eo quod quale est. Proprium autem est, quod non significat rei quidditatem, & inuenitur tori ei, & soli & semper. Accidens vero discribitur hic duobus descriptionibus: quarum vna est quod ipsum capiatur pro re, & non sit genus, neque differentia, neque proprium, neque definitio. Secunda autem est quod

sit id, quod potest vni eidem rei inesse, & non inesse. Describitur vero his duabus descriptionibus, quoniam aggregatum ex eis euenit ad accidentis formationem absolute: quoniam vna descriptio illarum attribuitur accidenti inseparabili, & altera illi, quod separatur. Notum autem est quod hæ descriptiones hic positæ non sufficiant ad formationem vnius istarum perfecta formatione, sed sufficit de illius significato hic: perfectio enim formationis rerum, ex quibus cõponuntur definitiones, est in libro Posteriorum. Sicque quod accepimus hic in generis definitione, notum est, quod generis vltimi generum. Et similiter de differentia non sufficit, quod sit prædicatum in eo quod quale, præter quod sit propria rei, cuius est differentia. Quando autem prædicata in propositionibus talibus fuerint vnius istarum quinque partium, oportet necessario species syllogismorum topicorum, quod sint secundum quod componuntur ex his quinque, quæ sunt formata secundum hunc modum formationis: & hoc est, quando accipiuntur prædicata naturaliter, vel econuerso, & fuerunt positi tres termini syllogismorum, qui proportionantur sibimmicem secundum vnam harum quinque proportionum, prout est proportio definitionis, aut alia proportionum, vel secundum cõpositas, vt quod vnius termini proportio sit differentiæ, & secundi sit proportio accidentis, aut alia proportio. Aut capiantur semper vno modo, videlicet, qd duo termini semper proportionentur ad tertium, aut maior extremitas, & medium ad minorem, aut minor & medium ad maiorem, præter quod inter duas extremitates proportionatas sit aliqua proportio istarum proportionum, sed sua prædicatio erit per accidens: hoc autem est duobus modis. Aut quod ponamus amborum istorum ad extremitatem proportionem vnam, vt quod sit proportio medij termini ad minorem solum proportio definitionis, aut quæuis harum quinque proportionum, vel econtra, hoc est, quod minor & medius proportionetur ad maiorem secundum hanc proportionem, aut alterius illorum. Aut, quod ponamus proportionem amborum ad aliud extremum duas proportiones, vt ꝙ proportio extremitatis maioris ad minorem sit proportio definitionis, & medij ad maiorem sit proportio differentiæ, aut aliqua alia proportio ex illis. Quando autem processerimus in combinationibus horum syllogismorũ, hoc modo, fiunt species syllogismorum topicorum duplum specierum syllogismorum demonstratiuorum: hoc autem est, quia illi non seruant in illis prædicationem naturaliter, neq; predicationem essentialem: ob vehementiam autem assimilationis illorũ, & suæ affinitatis ad species syllogismorum demonstratiuorum, multi viri putauerũt ꝙ multi istorum syllogismorum demonstratiuorũ cecidertint ex libro Abumazar: illi autem, secundum veritatem, sunt syllogismi topici. Hic autem est vna pars specierum orationum verificatiuarum, quæ notæ sunt inter logicas orationes, vt delicet. species, quæ componitur ex præmissis veris, quæ non sunt essentiales, sed sunt communiores quã genus, quo vtuntur: ex parte itaq;, qua est vera, æstimatur ꝙ sit numerata in speciebus demonstrationum, & ex parte, quæ non est essentialis, æstimatur de ea quod sit topica. Themistius vero ostendit de hac parte, ꝙ non sit topica. Quod vero videtur ex vi verborum Abumazar, est, ꝙ illa sit topica. Nos autem dicimus, quod si causa occursus vetitatis in aliquo quæsito non fuerit quæ putatur in anima, quod sit prædicatum de essentia subiecti, aut subiectum de essentia prædicati, in hac verificatione non sit aliqua res præter diuulgationem, aut inductionem, illa autem, quæ est talis consuetudinis necessario est topica. Veruntamen tales syllogismi sunt in eminentiori grado, quã syllogismi topici, quia non sunt falsi, nec in parte. Hæc itaque quantitas, quam diximus est sufficiens secundum nostrum propositum hic. Aristo. vero quia apud eũ hæ orationes topicæ distinctæ sunt a demonstratiuis, non solum in materiis, sed etiam secundum orationem, opinatus est, ꝙ tales, & si non sint demonstratiuæ, habeant de illis exercitium ex magis diuulgato illarum. Ex quo enim pro maiori parte præmissæ diuulgatę sunt oppositæ, possibile est ꝙ vna eadem res construatur & destruatur ex his præmissis, quando propositioni minori coniunguntur duæ propositiones contradictoriæ, opinatus est quod talibus syllogismis vtantur ambo aduersarij ad confirmationem & destructionem rei, secundum quod alter eorum

intendat cautionem illius, & alter destructionem. Et eueniet inde magnum exercitium modo, quo euenit in artibus, quæ sunt præter modo aliarum, sicut est ars dialectica & aliæ ab ea. Et propterea posita est hæc ars inter interrogantẽ & respondentem; & instituit interrogantem modo, quo recipiat a respondente id, quo destruat illius positionem: Respondentis autem modum instituit, ꝙ non admittat rem, qua destruatur eius positio. Et tradidit ad hoc omnia loca, quibus adipiscantur syllogismi in omnibus quæsitis secundum clausulam conditionis, sicut quæritur simpliciter, siue fuerit quæsitum secundum conditionem annexam, vt quæratur an sit genus, aut definitio, aut vlla quinque proportionum. Deinde cum hoc tradidit quo modo interroget interrogans, & respondeat respondens. Et cum hoc dedit præcepta propria interroganti, & præcepta propria respondẽti. Et hinc est quod hæc ars definitur ꝙ sit habitus, quo valeat interrogans facere ex propositionibus diuulgatis syllogismum ad destructionem vtriusq; duorum extremorum contradictionis, quod interrogans recipit a respondente. Et illo valet respondens non admittere interroganti aliquam rem, ex qua sequatur contradictorium illius, quod posuit. Huius etiam artis sunt alia inuamina, quæ numerata sunt in libros topicorum. Sed tale exercitium putatur, quod non sit necessarium ad perfectionem artis demonstratiuę. Si vero fuerint, sine dubio est ex parte manifestioris.

QVAESITA CLARISSIMORVM QVORVNDAM ARABVM, & præcipue Auerr. Cordub. in hanc Logicæ partẽ.

Abramo de Balmes interprete, Ad librum Prędicabilium.

Abbualkasis Benadaris Quæsitum vnicum. De Notificatione Generis, & speciei.



Intentio huius sermonis est, ꝙ speculemur sermonẽ Alpharabij dicentis, ꝙ genus, & differentia conueniant in eo, ꝙ vtrumque eorum notificat essentiam & substantiã speciei: misi ꝙ genus notificet substantiam speciei, in qua conueniunt alia: differentia vero notificat substantã speciei, qua determinatur ab aliis, aut suam substantiam, in quantum determinatur ab aliis. Nostra autem expositio circa hoc erit, vt nostri moris est circa reliqua, quæ speculamur: illa autem est speculatio necessaria, & speculatio propter melius. Necessaria quidem speculatio in hoc tractatu est illius verus intellectus, præter quem non verificatur, quod imaginemur. Dicimus itaq;, ꝙ prędicata simplicia, quæ de subiectis prædicãtur, & simplices res, quibus respondetur in rẽtione quid est vel qualis est, partiuntur duabus diuisionibus veris notorijs in notificatione. Quarũ prima diuisio est, quia illa diuidunt in ea, quę notificant ea, quæ sunt de essentia, & in ea, quæ notificant ea, quæ sunt extra essentiam. Alia autem diuisio est, quia illa partiuntur in ea, quæ notificant rem vtem & in ea quę notificant rem proprtam. Hic autem est tertia diuisio, quam decernunt naturæ illarum rerum, sicut decreuerunt illæ duę diuisiones, ad quam tertiam diuisionem excitauit nos Alpharabius, quę est, ꝙ illa partiantur in ea, quæ notificant totum ipsum cognoscibile, & in ea, quę notificant partem ipsius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes autem hæ diuisiones sunt rerum simplicium secundum duas notitias, veri D
ficationem id est, an sit, & formationem, id est, quid sit. Ex quo autem res ita se
habet, oportet illum, qui loquuturus est de genere, & differentia sermone logico,
ꝙ notificet quid vtrumque illorum contineat de notitia, quia est, vel quid est, &
an notitia vtriusque sit essentiæ, aut illius, quod est extra essentiam, vel totius spe
ciei, aut eius partis. Ideoque Alpharabius prædixit in præcedenti sermone,
ꝙ notificatio generis & differentiæ sit essentiæ, non illius, quod est extra essen
tiam: & hoc, quando dixit, ꝙ genus & differentia conueniantur in eo, ꝙ vtrũ
que ipsorum notificet essentiam speciei. Hoc itaque sermone notificauit, in qua
re notificationis conueniant, & quę notitia sit, in qua conueniant, quæ est notifica
tio substantiæ. Postea vero fecit mentionem de distinctione substantiæ, quã no
tificat ipsum genus a substantia, quam notificat ipsa differentia. Et hoc, quia sub
stantia, quam notificat ipsum, genus est tota ipsa species notificata, vel id, quod
continet illam, & aliam ab ea. Substantia autem, quã continet differentia est to
ta ipsa species, aut id, quod appropriat illam ab aliis. Necessaria autem est ex
posito duarum rerum conducentium notificationem generis ipsius speciei duo
bus modis differentibus, & duarum rerum conducentium notificationem diffe
rentię, ipsius speciei duobus differentibus modis. Sicque, nunc faciemus mentio
nem circa vtrumq; eorum de duabus rebus propter varietatem modorum siq; no
tificationis: & hoc, quia ex quo notum est de intentione generis, ꝙ conuenit cũ B
differentia circa esse amborum in ipsa specie, & ꝙ inter ea in specie sit differen
tia secundum esse; & ideo species, quæ est composita ex ambobus illis, est vna
in actu, & non duæ. Sicq; oportet propter esse vnionem generis cum differen
tia in ipsa specie secundum esse, & vtrũque ipsorum esse est inseparabile ab alio,
& indifferẽs ab illo secundũ esse, ita vt genus, quãdo prædicatur de ipsa specie,
aut quando per illud respondetur ad quæstionem quid est ipsa species, ꝙ notifi
cet totam ipsam speciem, sed ipsum non notificat illam per id, quod appropriat
illam, ex quo pars notificans est communis illi, & reliquis suis speciebus diffe
rentibus: sicque suum notificare totam ipsam speciem, non secundum partem il
lius ratione suæ conuenientiæ cum differentia in specie secundum esse, & ipsum
notificare illam totalitatem, inquantum continet ipsam speciem, & aliam ab illa,
est propter genus esse commune illi speciei, & aliis speciebus distinctis. Hec ita
que est causa notificandi genus ipsum totam speciem secundum substantiam cõ
munem, sicut causa notificandi genus de ipsa specie partem suæ substantiæ: & est
id, quod continet ipsam speciem, & alia ab ea, quod est esse intẽtionem generis,
& eius essentiam ex parte, qua ambo illa sunt essentiæ distinctæ, nõ ratione qua
ambo simul insunt ipsi speciei: & ideo intendo, ꝙ propter genus esse essentiã spe
ciei illius intentio est alia ab ipsa differentia, & conueniunt ad esse speciei. Ideo
necessario notificauit ex hac parte genus de specie partem essentiæ speciei, & F
hoc est, ꝙ intendebat quando dixit: nisi ꝙ genus notificat essentiam speciei, in
qua conueniunt alia ab illa, & intendebat notificationem generis de specie totam
ipsam speciem, quando dixit: aut suam essentiam, inquantum secum conuenit in
illa aliud ab ea. Et per hoc idem ostenditur notificatio differentiæ de ipsa spe
cie secundum suam totalitatem, aut suam essentiam, quæ illam appropriat, hoc
est, ꝙ differentia sit essentia speciei, & pars essentiæ speciei: ex quo species est ex
duabus essentijs, quarum vna est ipsa differentia, quæ notificat partem speciei.
Ex quo autem in duabus notificationibus totali & partiali differentia est essen
tia propria ipsi speciei, eius notificatio toti speciei est secundum id, quod appro
priat ipsam speciem, & eius notificatio est partis speciei proprię. Construuntur
autem de duabus notificationibus generis duæ demonstrationes & similiter est
de differentia.

Demonstratio aũt de notificatione generis ad totam speciem, inquantum con
tinet speciem, & alia ab illa, Construitur sic, Genus est essentia communis spe
ciei, quæ inest illius totalitati, id autem, quod est substantia communis speciei in
existens suæ totalitatis, notificat speciem, inquantum continet speciem & alia ab
illa: infertur inde ꝙ genus notificet totalitatem speciei, inquantum continet spe

A ciem, & alia ab ea. Demonstratio autem notificandi ipsum de ipsis speciebus,
vt partem suæ essentiæ communis, & constituitur sic. Genus est pars essentiæ
communis speciei. Id autem, quod est talis denominationis, notificat essentiam
speciei communem: & inde infertur, ꝙ genus notificet essentiam speciei com
munem. Demonstratio autem notificandi differentiam totam ipsam speciem se
cundum id, quod ipsum appropriat, constituitur sic. Differentia est essentia spe
ciei propria, quæ toti ipsi inest: illud autem, quod est essentia speciei propria
toti ipsi inexistens, notificat totam speciem per id, quod appropriat ipsam speciẽ.
Demõstratio aũt notificandi differẽtiã de ipsa specie ipsam speciei propriã essen
tiam, construitur sic. Differentia est pars essentiæ propria speciei: id autem, qd
est talis dispositionis notificat essentiam speciei sibi propriam. Differentia ita
que notificat essentiam speciei sibi propriam. Ex parte itaq; ineſſendi genus, &
differentiam toti speciei est nonficatio vtriusq; ipsorum de tota specie, & ex par
te essendi vtrumq; ipsorum partem speciei, est partis tantum. Genus vero est ipsa
pars communis, & sic quando notificat totam speciem, notificat ipsam secundũ
partem communem, Differentia vero est pars propria: & sic, quãdo notificat
totam speciem, notificat ipsam secũm partẽ propriã. Sicq; cõpleta est & perfecta
speculatio necessaria perfecta, & vera huius quæsiti. Speculatio vero de illo,
quæ est propter melius, est stabilire ordinem sermonum speculantiũ sermonem
B Abumazar alpharabij de illo quæsito. Illorũ aũt sermones, quos stabiliui circa
hoc, sunt tres. Quorũ primus sermo, quem stabilitui in hoc loco, est sermo Abu
harahmanbin thahar. Id aũt, quod ex illius verbis resultat, est, ꝙ ipse intellexe
rit ex sermone Abumazar, & hoc sit illud, quod intellexerat ex suo sermone in
libro Posteriorũ analeticorũ. Genus vero est, quod significat id, qd' currit cursu
conclusionis demõnis, est dignius, & maius, ac vehementius. Differentia ve
ro est id, quod significat id, qd' currit cursu principii demõnis, & est dignior, &
porior, & vehementior: & intellexit ex duobus locis vnum intellectum, & con
stituit ipsum aliud esse idem: hoc aut, quod Abumazar imaginatur in libro Po
steriorum analeticorũ circa hunc locum est, ꝙ duæ partes diffinitionis, quæ sunt
genus & differentia, ponantur in demõne, quando mutatur diffinitionis ordo in
demõnis ordinem, ex quo, vt expositum est in libro Posteriorum analeticorum,
diffinitio est demonstratio positione differens, & de vtroq; & genere & differen
tia meminit, q̃ pars demõnis sit, quãdo variatur positio partium diffinitionis in si
tum demonstrationis ex eo qd' genus est genus, & ex eo qd' differentia est dif
ferentia, & ex eo ꝙ diffinitio generis sumatur loco generis, & differentię diffini
tio sumatur loco differẽtię: & cõparauit inter duas significationes generis & dif
ferentię, & expositit, ꝙ genus sit commune, & differentia sit propria, & ꝙ, qñ
mutatur diffinitionis ordo in demõstrationẽ, stat genus conclusum in demõstratio
C ne: & propterea est demõstrationis conclusio, & differentia est demõstrationis
medium: & ideo sit demõstrationis principiũ, cum demõstrationis principiũ sit
ipsius medius terminus. Et notum est, ꝙ quicquid est, de quo meminerit de vtro
que ex demõstrationis ordine, sit ordinatum, ex quo differentia est propria, &
genus est cõmune. Cõmune autem infertur ex proprio: sicq; ergo oportet, ꝙ ge
nus sit in suam cõmunitatẽ sit demõis conclusio, & differentia sit in suam appro
priationẽ est demõis principiũ. Hi aũt duo ordines, qui sunt generis & differẽtię
ad demõstrationem insunt illis, ex eo ꝙ vtrumq; eorũ sit sumptum in demonstra
tione per se: sumpsit vero loco vtriusq; illorum suam diffinitionẽ, nec ambo cur
runt processu vnius partis demõstrationis. Sed generis diffinitio significat totũ
aggregatũ, qd' est demõstrationis principium, & illius conclusio. Sicq; & diffe
rentiæ diffinitio, ex quo ambę diffinitiones partiuntur in genus, & differentiam.
Sicq; generis ordo in demõe est gradus, qui sibi inest, qui est ipsum esse demõis
cõclusionẽ, & differentię ordo est gradus, qui sibi inest: qui est ipsum esse demõis
principiũ. Exemplũ aũt ordinis, qui est generis & differentię in demõstrationæ
secũm se, non secũm assumptionem suarum diffinitionum, quando variatur positio
diffinitionis in demõis positionem, est, sicut ꝙ mutetur diffinitio hoīs, quę est aīal
rationale, & dicatur homo est rationalis, & rationale est aīal. Sicq; rationale ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

bilitretur in diffinitione sub gradu principii, & animal sub gradu conclusionis: qñ autem sumeretur animalis diffinitio loco animalis: summa generis diffinitionis significaret aggregatum in demonstratione, quod est illius principium, & eius conclusio: & hoc, quia animalis diffinitio est corpus nutribile sensitiui. Sicque nutribile sensitiuum poneretur sub gradu principii, demonstrationis, & corpus sub gradu conclusionis demonstrationis, & conecteretur demonstratio ex mutatione positionis diffinitionis sic, hō est nutribilis sensitiuus, nutribilis aūt sensitiuus est corpus, hō itaq; est corpus: notum autem est q̄ gradus rei, quę est illi p se in demonstratione, est verior, & dignior q̄ illi attribuatur, & est vehementioris fidei, & maioris vsus: sit autem verior, quia est secundum rei essentiam, nō secūdum id, quod ipsam infert, quę est eius diffinitio. Sicq; inter duas notificationes duorum locorum, est differentia, quę iam expolita est, ac etiam quomodo terminetur ordo ordinis demōstratiōis, & ordo ordinis notificationis rerū separatarū. Id aūt, quod fallit per nomen equiuocū, est in duobus locis, quorū vnus est, qñ dicit summam aggregati: qñ per summam aggregati intellexit Hadadh alrahmā ipsam speciem, quando species est summa aggregata ex genere & dīa: intentū autem per illud in libro Posteriorum analeticorum est aggregatum ex hac demō strationē & eius cōclusiōe: alter aūt locus insinuat illius rīsum: quia Habuhabdh aerahman intellexit suum rīsum de specie: intellectum aūt de illo in libro Posteriorum analeticorum est suum rīsum de ipsa diffinitione, inquantum suę conditionis est, q̄ sua positio mutetur in positionem demostrationis.

B

Stabilius aūt mentē huius nobilis iudicis, in quo deus sibi complaceat circa duos sermones. Primo circa sermonē, quo in diuersum deuiauit est, quia Abumazar meminit vtrobique de genere, & dīa notificatione vera, & translatitia. Vera quidem est notificatio vtriusq; ipsorum scdm partē: trāslatitia vero est notificatio vtriusq; ipsorū scdm totū multū udini plebis: ex quo illud, cui inest notificatio partis scdm ueritatem, notificat ipsum totū scdm translationem, non est aūt in doctrina demōstratiua locus translationi. Scdm aūt intellectū, ad qd̄ transfertur, est, q̄ illud, de quo meminit Abumazar de ambabus notificationibus in vtroq; & genere & dīa, & cōstruitur super opinionibus Antiquorum circa esse generis & dīę in ipsa spē. Sicq; ille, qui credidit veritatē essendi amborū illorum in illa, quæ est illorū esse simul vniri in illa, non hoc esse in illa solum scdm diffinitionē eius de hoc, posuit notificationē vtriusq; ipsorū cōsequentē hoc esset & sicut esse est in tota specie, ita notificatio sit totius illius. Ille aūt, qui credidit, q̄ ambo illa, hoc est, ipsum genus & ipsa differentia sint in ipsa specie per modum inhęsionis, non scdm modum unionis: sicut est granum in generatione frumenti, posuit notificationem secundum hoc scdm partem, non scdm totum.

C

Hęc aūt secunda opinio est falsa, nec est aliqua utilitas, q̄ notificatio conferat ordinem cōsequentem falsam opinionem circa ipsum esse: & complaceat sibi deus in illo, qui me primo excitauit ad hęc duo loca, quæ numerauit Abubahdhalrhaman q̄ sint diuersa. Quartus vero sermo est sermo illius, qui stabiliuit agentem motum secundum cognitionem, & secundum operationem, quod est, quia Abumazar notificauit de utroquę illorum & de genere, & de differentia duas notificationes, quarum vna est credentis generis esse plures species, & illa est notificatio vtriusque illorum secundum partem speciei: generis quidem secundum partem communem, & differentię secundum partem propriam: & credēte generis non esse nisi vnicam speciem. Sicque apud sic credentem, genus notificat speciem secundum se totam: ex quo apud illum non est alia species. Dicendum autem esse vsum huius sermonis est manifestum illi, qui illum scrutatur: & est sermo, circa quem deuiauit a veritate Abubahabdhalrhaman, & credebat vnionem duorum locorum distinctorum, quod & suus pater crediderat. Sic que completus est sermo de modo speculationis huius quæstit: & hoc in ciuitate Dhanig tempore speculationis, quę fit inter viros circa decisiones legales: & hoc in nocte introitus quarti diei mensis Sahaban anni quingentesimi noni. Deus autem est ille, qui ad rectum dirigit.

A

AD LIBRVM PERIHERMENIAS.

Eiusdem Abbualkasis Benadaris.

De Nominis deffinitione,

Quæsitum. 1.

DIxit Eximius iudex Abualkasin benadarius. Deus ipsum custodiat. Diffinuit Aristo. nomen in libro Peryhermenias, q̄ sit dictio significans impositione abstracta a tēpore, & nulla suarum partium significat sola. Et dixit Abumazar Alpharabius, oēs expositores conuenerunt q̄ adiectio dicti impositione sit superflua, ex quo dictio nō significat nisi impositione: & ideo dixerūt q̄ per dictionē hic, ille intellexerit vocem. Hoc aūt non habet aliquā intentionē, quia inconueniens est definitio deferre genus remotū, & dimittere proximū: & hoc, si concesserimus q̄ vox sit genus dictionis. Abumazar vero dixit, q̄ de tulerit illam, quia aliquando vocātur etiā multa, q̄ canit aīal q̄ dictiones ob esse illorum expressionē proximā expressioni dictionū hoīs. Et hoc etiā est casum, quia genus, quod dicitur equiuoce, non cōuenit q̄ stat in definitionibus: sicut qui definiuit hoīem q̄ sit aīal. & accepit hoc nomen significans animal sensitiuum & pictum. Quando aūt tam constituerit dictum illorū, nos dicimus q̄ additum dicendi ipsum in hac definitione impositione, est additum necessarium, & per illud pficiet definitio. Hoium. n. dictiones diuiduntur in illam, q̄ significat & in nō significantem: & ideo quod detulit genus supremum, qd̄ est ipsa dictio ipsum propriū, reddidit p significationem: & dixit dictionē significantē: & ex quo significatio est cōmunior dictione, quia quædā est significatio vocū, & aliqua est significatio dictionū: & significatio vocalis, qua vtuntur bruta, secernitur dictionaria p id, qd̄ dixit impositione: dictionaria. n. est impositione, & vocalis est naturaliter: ideo apposuit hoc additum vltra significationem, & dixit impositione ad distinguendum inter illas duas significationes: & hęc spēs definitionū est de speciebus definitionū communiter accidit. n. primæ differentię, qua diuiditur primum genus in definitione, q̄ sit diuidens genus primū. & genus, qd̄ est sup eos: & qñ tertur differētia primi generis oportet q̄ succedat dīa quę ipsam distinguat a dīa, qua distinguitur genus primi generis: cuius exemplū in definitionibus est, qui definiuerit hoīem, q̄ sit aīal mobile bipes, dicendo mobile diuiditur aīal in duas partes. & diuiditur p illud suum genus, qd̄ est ipsum corpus. Quādo aūt additur in illius definitiōe bipes, distinguitur p illud mobile, qd̄ est aīal a mobili, qd̄ non est aīal, & distinguitur p illud illa spes aīalis, quæ definiri intenditur a speciebus distinctis ab ea in suo genere. Et huic simile contingit in hac definitione, quia inquātum detulit dictionē significantem, distinguit per illud dictionē, quę est genus nominis per genus, sub quo intrat nomē, qd̄ est ipsum significēs: & cum detulisset significans, & cū hoc q̄ p ipsum significans bipartitur dictio, p ipsum ēt partitur genus dictionis, qd̄ est ipsa vox: quia quædam vox est significans, & aliqua est non significans: & deinde tulit differentiam, qua distinguitur significatio vocalis a significatione dictionaria: & dixit impositione.

B

C

Et de hiis, quæ nbi manifestant hanc rem, est, quia dicere dictionem non significat ipsam impositionē: quia ex dictionibus, quibus homo loquitur, sunt illæ, quę non sunt impositæ, quę sunt prętermissę dictiones, nō institutę in ydiomatę: neq; dicere significantem significat impositionem. Sicq; ergo necessario apponitur in definitione impositio. Sicq; dictum expositorum, qui dixerunt dictionē significare ipsam impositionē est error: dictiones. n. prætermissę nō sunt impositæ: & ñ illę absq; dubio sunt dictiones: sicut gra exempli, est dictio, q̄ cōponitur ex zada: quia tu inuenies de illis aliqua, q̄ imponitur, & aliquā q̄ non imponit. & hīc est ja reliquis compositionibus latentibus. Impossibile ergo est sine additione signi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficationis vltra dicere dictionem, quia quedam dictio est significans, & quedam non significans. Et impone est absq; additione per impositionē vltra significatem: quia significans quedam est naturaliter, & quedam impositione. Nec est alicuius dicere, ꝙ non sit impone, ꝙ nomen dictionis non significet impositionē, & nomen significationis etiā non significet impositionē: & qñ connectetur dicto cū significatione, & additur clausula conditionis in ea, significant impositionē: quia si hoc concederetur, vltima differentia in hac definitione delata esset implicite, non expliciter. Differentias autem vltimas definitionum cōuenit significare significatione explicita simplici, non significatione insinuationis. Dictio enim est dictio, & vox, & ex quo est vox, eius significatio est naturaliter, & ex quo est dictio, habet significationem per impositionem. Impossibile ergo est alterius explicationem per dictionem, quę significet per suam figuram, & declinationem ipsam impositionem. Et si diceretur satis esse in definitione nominis, ꝙ dicatur ꝙ sit dictio significans: ex quo hęc clausula conditionis est equalis dictio p impositionē: melius itaque est ꝙ explicetur in definitione figura huius clausulæ conditionis. Sicq; iam commonstratum est tibi, ꝙ qui definiuit nomē hac definitione, & alie cerat ab illa dictionem impositionis, errauerit decisiua enunciatione. Deus ante est, qui dirigat ad rectum illum, quem voluerit. Et talis est mos hominum cum hoc viro in omnibus, quæ argumentantur contra ipsum. Dico autem homines illos, qui sunt vere philosophi. g

De prædicatis compositis, & diuisis. Quæs. II.

PHilosophus opinatur, ꝙ prædicatorum simplicium quædam sunt, quæ cū cōponuntur, fit ex eis prędicatum vnum per se, & hæc verificantur diuisa & composita necessario, & quædam sunt, quæ dum componuntur, fit ex eis prædicatum per accidens, & hęc dum verificantur, cum horum sit verum & falsum. Et proprietatis prædicatorum, quæ verificantur diuisa & composita, sunt duę res quarum vna est, ꝙ esse vnius ipsorum duorum alteri sit per se. Secunda autem est, ꝙ vnum ipsorum non dependeat ex altero: nam, quando vnum dependet ex altero ipsorum duorum, euenit orationi nugatio: dum vero alterum ipsorum non inest alteri per se, euenit huic falsitas: & exemplificauit de his, quæ verificantur diuisa, & falsificantur composita de dicto dicentis, Nicomachus est medicus, & Nicomachus est speculatiuus, potest esse ꝙ falsificetur prædicatio de eo, quando esset medicus, non speculatiuus circa artem medicam, & ꝙ verificetur dum esset speculatiuus circa ipsam. Et exemplificauit, dum insunt illi duæ conditiones, prout dicimus, homo est animal, & homo est rationalis, nam verificatur ꝙ dicatur ꝙ homo sit animal rationale: In quibus vero euenit nugatio, & superfluitas, est, prout dicimus, homo est animal, & homo est corpus. nam dum componuntur hęc duo secundum prædicationem, euenit huic nugatio, & superfluitas. Put diceremus, homo est animal corpus, nam animal includit ipsum corpus: repetitio itaque eius esset superflua. Et iam putauerunt quidam, quod huic euenit falsitas, quia successio corporis ipsi animali decernit, quod animal sit vniuersalius corpore, & quoddam sit corpus, & quoddam sit non corpus: hoc autem est falsum: hoc itaque est quod opinatur Philosophus de prędicatis, quæ verificantur diuisa de vna re, & nondum componuntur, & quæ sint prędicata, quę verificantur composita, hoc est, coniuncta: Philosophus itaque opinatur de eis, ꝙ sint duarum specierum, quædam species, quę verificatur, dum est diuisa, & quędam species, quę falsificatur: Exemplum illius, quę verificatur composita: & falsificatur diuisa, est, prout dicimus, Homerus est poeta, verificatur composita, & falsificatur dum diuiditur, nam Homerus non habet esse, tamen verificatur de eo nūc quod sit poeta. Exempli gratia, quia dicimus de mortuo, quod sit homo mortuus, cum vero diuiditur hoc, & dicitur, qd sit hō, est falsum, & dum cōponit, verificatur.

Et opinatur, quod conditiones horum dum verificantur sint duę res: quarū una est, quod res non prędicetur de alia re per accidens, sicut est prędicatio non entis de Homero. Prout dicimus, Homerus est poeta, nam prędicatur de eo hęc dictio D

A ctio propter connexionem cum poemate. Secunda autem est, quod res connexa non sit opposita rei, cui connectitur, nec in potentia, neque in actu, sicut est oppositio nominis hominis ipsi mortuo: & secundum hunc intellectum sermonis Philosophi in hoc loco conuenerunt omnes expositores, prout retulit Auicenna: & hęc ipsa est opinio Abumazar, sicut videtur de suo sermone in libro elenchorum. Auicenna, uero iam dubitauit contra omnes circa hanc rem dubio non modico, & arguit eos, & instruit, & exposuit sermonem Philosophi de his uerbis secundū aliud significatum, prout in fine narrabimus, & summa illius, quo dubitauit circa hanc rem est, quod ipse dixerit, oportet si hic essent prædicata, quę uerificantur diuisa, & quando componuntur falsificantur, quod suum significatum sit tēpore compositionis, intellectum vero de ipsis sit suum significatum tempore diuisionis, dum vero perscrutatus suum significatum tempore cōpositionis &, diuisionis, si ibi accidat falsitas, prædicatum, quod falsificatur tempore diuisionis, non est prædicatum, quod verificatur tempore compositionis: & sic quod verificatur tempore diuisionis non est falsum tempore compositionis: & ait, quod dum obseruueris, quod significatum prædicati in diuisione, & compositione sit idem, euenit necessario, quod id, quod verificatur compositum, verificetur diuisum, & quod verificatur diuisum, verificetur compositum. Exempli B gratia, quia dum intelligimus de hac dictione speculatiuus dicēdo, quod sit medicus speculatiuus, id, quod intelligimus de ea diuisim, est, quod ipse sit speculatiuus: & oratio composita est vera, dum vero intelligimus de ea significatum aliud a significato, quod intelligitur de ea diuisim, quæ est speculatio medicinæ, esset falsa. Hæc autem intelligentia euenit nobis per accidens ob eius connexionem cum medico, & sic dum verificatur de Homero, quod sit poeta, & falsificatur de eo quod sit simpliciter, intellectum de oratione, quæ est falsa, est aliud ab intellectu orationis entis, quæ significat solam copulam. Si autem intelligeretur de dictione entis vnum significatum illorum duorum significatorum & est suum significatum copulatiuum, non verificaretur neq; falsificaret, dum diuideretur. Si autem intelligeretur de ea esse verum, falsificarentur ambo significata, id est compositio & diuisio de ea: & sic, dum dicimus quod verificetur de hyreo ceruo, quod sit imaginarius, & non verificatur de eo ꝙ sit simpliciter, hoc est, quia per dictionem entis non intelligitur in duobus locis vnū significatum: dum vero de ea intelligitur vnum significatum, quod est esse imaginarium, esset oratio vera secundum diuisionem & compositionem. Philosophus vero intēdit hic notificare, quod hic accidit intellectum falsum propter vsum & consuetudinem, non ꝙ hoc sit annexum ipsi rei, prout accidit illi, qui intellexit sermonem dicentis, quod quidam homo sit rationalis, & quidam irC rationalis, nam hoc accidisset, si intellexisset falsa intelligentia, hoc vero non est naturæ particularis, hoc vero est per accidens: re autem existente, vt putauit, error hic euenit, dum putatur falsum ei accidens, quod sit verum, non quod ex hoc loco inferatur falsum per se: & o vtinam scirem quonam pacto Philosophus non numerat absolutas, & connexas inter fallentes per se in libro elenchorum. Hæc itaq; est summa illorum, quę dixit hic vir contra Peripateticos circa hoc quæsitum, & est dubium verrens contra ipsum Philosophum, & expositores fautantes ipsum. Et non habet significatum decens illi, quod exposuit ipse circa sermonem ipsius Philosophi: nam ars logica non speculatur errorem, qui est per accidens, sicut non speculatur res, quæ sunt decentes & reēte secundum accidens: & dispositio eius est sicut dispositio omnium artiū demonstratiuarum: re autem ita existente, hoc dubium primo verterat cōtra Philosophum, & secundo contra eius imitatores, occasione modicæ aduertentiæ, quam habuerunt ad errorem occurrentem huic loco.

Nos autem dicimus, quod intellectus dictionis prædicati secundum diuisionem & compositionem non euadit quin sit vndiq; vnum, aut vndique diuersum, vel differens secundum magis & minus. Si est diuersum, vndiq; sua verificatio & falsificatio, dum diuiditur & componitur, sit per accidens, sicut verificatur de homine, quod sit medicus solum, & speculatiuus per se solum, dum au

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem componitur hoc.& dicitur, quod sit medicus speculatiuus intentum per D
ipsum est,quod sit speculatiuus in medicina,possibile est,quod hoc verificetur
de illo,qui est speculatiuus in medicina,& falsificetur de illo, qui non est spe-
culatiuus in medicina. Sed esse veritatis huius compositionis,vel falsitas, qñ
attribuitur veritati,quæ est in diuisione,fit per accidens, nam peritus in medi
cina,& speculatiuus secundum se non est vndiq; idem.Prædicatum itaq;,quod
componitur,non est illud,quod diuiditur. Si vero intellectus dictionis in diui-
sione esset vndiq; illud idem intellectui eius in compositione,& est verũ, ipse
est ipsum copulatũ.Notum itaq: est, quod qñ prædicatum diuiditur, & intelli-
gitur de eo res,quæ intelligitur de eo,dum est copulatum,quod adhuc sit copu
latum,& non diuisum,sed quod sit copulatum per signum, & si non sit dictio
copulans.Iudicium aũt diuisionis & compositionis fit denominando rem per
signum,verbi gratia,quia ex quo verum est de hyrcoceruo, quod sit imagina-
rius,notum est,quod dum absoluimus sermonem de eo,& dicimus quod sit,&
intelligimus per dictionem entis ipsum ens imaginarium,nondũ transtulimus
a compositione ad diuisionem. Expedit ergo talibus,dum diuiduntur, quod
transferantur a complexione ad dissolutionem:notum autem est, quod dissolu-
tio decernat,hoc est,quod diuisio superaddat,& faciat additionem rei comple- E
xę:nam,cum dixerimus, hyrcoceruus est imaginarius, complexum decernit,
cum vero diuiditur & dicimus, hyrcoceruus est,tunc superaddit ei intentionẽ
complexionis, quoniam per ens intelligitur esse extra imaginationem, vltra
esse in imaginatione: nam ablata est copula, & diuisum eandem absolutius est
quàm complexum, prout dicimus,Socrates est bonæ formæ, dum diuiditur,
& dicitur,Socrates est bonus,tunc fertur ipsum absolutum, & continet plus
quam complexum, quod fuerat bonum quodammodo secundum additionem
alicuius rei vltra rem complexam:translatio ergo a compositione ad diuisio-
nem est translatio a complexione ad dissolutionem, id est a secundum quid ad
simpliciter.Et ex quo multæ res verificantur complexe, & non verificantur
incomplexe,euenit huic loco,quod dum fuerit verus secundum compositionẽ,
quod fallat absque dubio, dum fuerit diuisus. Verificatur itaque dictum no-
strum de hyrcoceruo,ꝙ sit imaginarius,& fallit dictum nostrum,quod sit,dum
intelligitur per ipsum ipsa diuisio. Verum est itaque, quod credidit Auicenna
circa hunc locum quod quando subintellectum per dictionem in diuisione sit
ipsum idem, quod est subintellectum in compositione diuisionis, & sensus sit
verus,sed latuit ipsum,quod ibi non sit diuisio, sed est compositio in potentia.
Et similiter prædicata,quæ sunt vera diuisa:si diceremus itaque etiam, quod
oporteat subintellectum ex eis tempore diuisionis esse subintellectum tempo- F
re compositionis absque additione & imminutione, illa nondum sunt transla-
ta a diuisione ad compositionem,cum compositio sit complexio quædam.Cõ-
plexio autem decernit vnionem complexi per modum denominantis, & per
hoc fit complexum vnum.Exempli gratia,dum dicimus medicum speculatiuũ
decernit,quod speculatiuus sit denominatiuum limitans medicinam. Dum ve-
ro ex dicto nostro speculatiuus,intelligimus eandem denominationem tempo-
re compositionis,quam intelligimus tempore diuisionis,hæc est oratio non cõ
posita,neque vna,neque per se,neque per accidens:nam non refert in diuisio-
ne,siue facias prædicare diuisa de re duobus temporibus,siue prædicentur vno
tempore,dum ex hoc non intelligitur, quod quodam ipsorum sit prædicatum
alicuius,verbi gratia,quia dum prædicauerimus de Nicomacho, quod sit medi
cus diuisim,& prædicauerimus de eo,quod sit speculatiuus diuisim, deinde præ
dicauerimus de eo ambo hæc prædicata simul,& non intelligetur ex nostro di
cto speculatiuus,quod sit denominatio medici,sed Nicomachi,tunc notum est,
quod ibi non sit pœnitus vlla complexio,neque prędicatum est vnum:non exi
stente autem ibi complexione, non fit translatio a diuisione ad compositionẽ,
& perinde,dum prædicauerimus de Nicomacho quod sit medicus,& quod sit
speculatiuus suo oculo,deinde prædicauerimus de illo compositum ex ambo-
bus his,quod est medicus speculatiuus suo oculo, opportunum est necessario,

A quod intelligatur in compositione,quod speculatiuus suo oculo sit denomina-
tio medici,non denominatio Nicomachi,absque quod sit denominatio medici:
nam re ita existente,prædicatum non esset vnum per se, neque per accidens,
nec esset ibi penitus compositio,id est,quod diutiũ staret in se, & non perue-
niret ad compositionem neque per se, neque per accidens,& ex quo non com-
plectitur speculatiuus cũ medico,enunciationes sunt semper diuisę in potẽtia.
Oportet ergo,dum fit translatio a diuisione ad compositionem, quod multi-
tudo transferatur ad vnitatem, vel per se,aut per accidens. Et proinde, dum
Philosophus perscrutatus est prædicatum compositum,quando fit vnum,pro-
tulit sermonem, quod prædicatum compositum aliquando sit vnum per acci-
dens,& aliquando per se,dum autem est vnum per accidens,potest verum dice
re,vel falsum ex parte qua est vnum.Ex quo autem Auicenna non intellexit,
quod translatio a diuisione ad compositionem sit translatio a multitudine ad
vnum,intulit quod intellectum per cõpositionem,& diuisionem sit vnum: hic
autem est maximus error.Expedit ergo, dum transferur a diuiso ad compositum,quod transferatur a resolutione ad complexionem, & dum transferur a
composito ad diuisum,quod transferatur a complexione ad resolutionem.& a
multitudine ad vnum:& notum est,quod resolutio decernat intentionem addi-
tam complexioni: re autem ita existente, oportet necessario,quod aliqua com B
plexa,dum resoluuntur, dicant falsum:& hæc est res opportuna ex natura ip-
sius resolutionis,prout dicimus,quod hyrcoceruus est imaginarius:nam resolu
tio,quando dicimus,est,dum intelligitur, inde ipsa diuisio dicit falsum ex natu
ra ipsius diuisionis,non ratione imaginationis & vsus, prout putauit Auicen-
na. Vnio vero compositionis decernit per se translationem ipsius sensus a re-
solutione ad complexionem, & ex complexione ad resolutionem,& ex multi-
tudine ad vnitatem, & ex vnitate ad multitudinem,non quod oporteat, quod
intellectum sit vnum,prout credidit Auicenna,neque est etiam vndique diuer-
sum,quia fieret translatio per accidens,prout intulit inde,Quod autem deiecit
hunc virum in tales errores,fuit maxima extimatio sui de se,aliter enim si ali-
qua persistentia perstitisset in se,manifestæ fuissent ei hæc res. Deus autem diri-
git,quem vult ad id,quod decet.

EPISTOLA HAEC AVERR.

impressorum incuria prætet intentionem hic inserta est, cum
ad lib. post. pertineat, si propriis locis singula accommo-
demus quæsita. Nos vero, ne studiosos longius defati-
gemus, suo etiam loco in lib. post reponemus.

Auerr. Corduben. Epistola.

De primitate prædicatorum in demonstrationibus.



ILLVD quidem, de quo meministis ex conditionibus demõ
strationum positis ab ipso philosopho, quod sua prædicata sint
prima,& alibi fecit mentionem,ꝙ prędicatum, vt plurimum,sit
vniuersalius subiecto.Conuenit,quod intelligatur de suis condi
tionibus prædicatorum,ꝙ sint propria prædicatis ipsarum præ
missarum, & prædicatis quæstionum, & annectit conditioni-
bus prædicatorum ipsarum præmissarum cum hoc, ꝙ sint pro-
pria,ꝙ sint et immediata.Prædicata quidẽ quęstionũ absq; dubio sunt prima,
qñ prædicata sunt propria subiectis,q̃ ostendant p illas præmissas,& hę cõnes
vocant primę,& illę prę missę dñr primæ:huius aũt causa est,quia intentio de-
mõstrationũ est formatio per definitionẽ,definitiones aũt sunt pprię definitio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem prædicatum quæstiones fuisset vniuersaliur subiecto, prædicatum nõ D
esset pars definitionis, quoniam prædicatum vniuersale non cuadit, quin sit accidens aut genus. Si autem fuerit accidens, medius terminus etiam esset causa sui inesse ipsi subiecto, non causa sui esse simpliciter. Demonstrationis autem sine dubio est, ꝙ terminus medius sit causa essendi prædicatum ipsius quæstionis simpliciter, & causa sui inesse ipsi subiecto: quoniam hæc est causa essentialis, quæ quando inuenitur inuenitur & prædicatum, & quando auferetur auferetur & illud, hoc autem accidit illi, quia hoc prædicatum est proprium suo subiecto, & posterius eo: & ideo non fit in demonstrationibus absolutis, ed in accidentalibus, hoc est in demõstrationibus definitionalibus, & non fit penitus in essentia, & ideo substantia non ostenditur per demonstrationem. Abumazar autem putauit ꝙ ostenditur per demonstrationem, quando posuit genera ostendi per demonstrationem per ipsas differentias, & hoc, quia ille putauit ꝙ in demonstrationibus sufficiat ꝙ medius terminus sit causa amborum extremorũ, vel vlterius ipsorum, vt in suo libro dixit: res autem non ita se habet, vt ipse opinatus est: quoniam causa, quæ decernit esse ipsius rei conuenit, ꝙ decernat suum esse simpliciter, & ipsius ablatio illius ablatione simpliciter. Si enim illa res esset ex his, quæ sunt in subiecto decerneret ambas res simul. Si autem esset ipsummet prædicatũ, hoc est, ꝙ esset ex his, quæ non sunt in subiecto, esset priori subiecto, cum instituens conditionem, ꝙ causa sit prior maiori extremo secundum esse, adeo ꝙ sit causa sui esse simpliciter, & esse ipsius subiecto, & eius ablatio decernat ipsius ablationem simpliciter, & ablationem eius a subiecto. Differentiæ autem quæ sunt medij terminj ad ostensionem generis de specie, non sunt huius conditionis, nam causæ per se sunt, quę dum auferuntur causata simpliciter. Veruntamen dum auferitur differentia, non auferitur genus simpliciter, sed si auferitur, auferitur ab illa a qua auferitur vna suarum differentiarum. Et similiter, dum inuenitur non inuenitur genus simpliciter, sed inuenitur in habenti differentiam, hæc autem est res, quæ non inueniuntur in causis per se, hoc est, ꝙ dum auferuntur causæ per se, auferantur sua causata simpliciter & perinde Aristotel. tradidit in principio sui libri posteriorum canones, quibus regulantur hæc prædicata, & cauit a rebus fallentibus circa ea. Sermo vero philosophi asserens, ꝙ pro maiori parte prædicata sint vniuersaliora subiectis, est hæc eadem res. Et perinde verę demonstrationes sunt rarioris esse, ꝙꝫ demonstrationes dialecticę communes, quæ non sunt diffinitiones in potentia. Iam autem exposuimus hoc quæsitum in libro posteriorum & in quæstitis logicis.

Id vero, ꝙ quæstueras de sermone philosophi dicentis, ꝙ dictum nostrum ꝙ album sit lignum, non sit enunciatio, cum alibi in suis libris iam exemplificauerit de talibus. Nouissimi autem nostri non intendit hic per prædicatum accidens prædicatum de subiecto, cuius causa est, quia dicere album habet duo sub intellecta, quorum vnum est, quod de albo intelligatur ipsummet accidens, & est ipse color albus: dum vero de albo intelligitur ipsum recipiens albedinem, propositio esset vniuersalior suo prædicato, & non esset enunciatio, & esset secundum gradum illius qui posuerit differentiam prædicatam de ipso genere, & ideo fertur de talibus, ꝙ sint prædicata præter naturalem consuetudinem per id vero, quod dicit. Nouissimi autem nostri non intendunt hic per prædicatum accidens prædicatum de subiecto, significauit illud nomine denominuat. Quoquo autem modo substantia quæ prædicatur de subiecto, significatur nomine denominatiuo, prout fit in secunda præmissa, ita vero esset, si dixisset progiores nobis esse fidelitas erraticas: totum autem hoc est notum.

AVERROIS CORDVBEN.
IN LIB. PRIOR. ANALIT.
QVÆSITA OCTO.

De diffinitione termini. *Quæsitum I.*

DESCRIPSIT Arist. partem propositionis, quam vocat terminum, quando dixit: Voco autem terminum, in quem resoluitur propositio. & hoc est, sicut dictum, & id, de quo dicitur. Et quidam nouissimorum, qui dicitur Alexander Aphrodiseus increpat hanc descriptionem, & ait, ꝙ si dixisset ꝙ sit, sine quo non possit inueniri propositio, posset euadi ab eo, in quo potest falli per hanc descriptionem: nam propositio iam resoluitur in syllabas, & tandem in literas, quæ sunt in ea. Ac etiam circa sermonem Alexandri est difficultas, nam propositio nequit esse propositio, nisi per copulam prædicati ad subiectum, & copula ipsa non vocatur terminus. Abumazar autem putauit, ꝙ id, quod ferunt Alexandrini, sit deuiatio ab intellectu sermonis ipsius Alexandri, & quod Alexander intellexisset, quod dum adijcit hæc conditio, dicto eius, in quem resoluitur propositio, non euenit obiectio: hoc est, si diceretur, quod sit in quem resoluitur propositio, sine quo nõ potest esse propositio, quia hoc adiecto, descriptio non indigeret exemplo, quod induxit Aristo. vt non perficeretur nisi exemplo ipso, id est, quando dicit Aristo. postquam dixerat in quem resoluitur propositio, sicut dictũ, & id, de quo dicitur, hoc est, quod prædicatum est subiectum. Ego autem dico, quod Alexãder aphrodiseus non euadit quæstionem per hoc superadditum, & quod descriptio Aristo. non sit imperfecta, nisi perficiatur exemplo, prout opinatus est Alexander, & ei assensit Abumazar. Quod vero descriptio Alexandri non euadat difficultatem, est notum propter copulam orationis perfectæ, id est, propter dictionem significantem copulam prædicati cum subiecto: nam propositio resoluitur in illam, & impossibile est, quod sit sine illa, & hoc expresse, vel implicite. Implicite quidem absq; ipsa dictione, prout est moris sermonis arabici, cum non sit aliquis terminorum syllogismi. Quod vero descriptio Aristotelis sit per se sufficiens, non indigens robore per exemplum, vt per hoc concedatur, sicut putauerat Alexander, & consensit Abumazar, notum sit, quia in quem resoluitur propositio, quidam est per se, & quidam per accidens, simpliciter vero loquendo, prout conuenit fieri in absoluta arte, intelligitur inde ille, qui est per se, dum vero intelligitur ex sermone Arist. in quem resoluitur propositio per se, necessario ille est subiectum, & prædicatum. Hoc autem fit, quia id, in quod res resoluitur per se, est illud, quod potest inueniri solum per se, absq; re inquam resoluitur res per se, & est illud, in quod resoluitur: exempli gratia, quia corpus compositum resoluitur in elementa per se, cum inueniantur sola sine eo, & resoluitur in alias res quæ insunt ei per accidens, quæ nequeunt esse nisi in composito, prout est forma, quæ est in composito. Cõstito autem hoc, prædicatum & subiectum, quando in ea resoluitur propositio, inueniuntur per se absque reliquis suis partibus, sicut copulę syllabæ & literæ, prout est res artis inuentę per se de partibus orationis cathegoricæ, quæ potest intelligi per se, absque quod sit pars orationis cathegoricæ. Ac copula etiam significat habitudinem prædicati & subiecti, & est in propositione secundum modum coniunctionis in propositionibus hypotheticis, & secundum modum compositionis in rebus compositis ex rebus, ex quibus componuntur, & sicut compositum non dicimus, quod resoluatur in compositionem, sed dicimus quod resoluatur in res, ex quibus dum componitur, fit compositum, sic dicimus de propositione, quod nõ re-

1. Prior. c. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solua tur in copulam, sed resoluitur in res, quarum coniunctionem significat copula, nam copula est quædam coniunctio. Ostensum itaque est de hac diffinitione termini, quod sit definitio perfecta, cui nihil deficit, vt non perficiatur nisi exemplo, prout putauerunt Alexander & Abumazar, & quod additio Alexandri addit defectum, nam qui vltra modum superaddit, subtrahit.

Quid sit propositio absoluta, id est de ineſſe. *Quæsitum II.*

1. prior. c. 2.

INTENTIO huius sermonis est scrutari propositionem, quæ vocatur de ineſſe, & absoluta quid sit, & quæ sit opinio Aristotel. & expositorum, qui disceptrauerunt circa hoc. Dicimus quod circa id, quod ad nos peruenit dictum ab expositoribus, prout scriptum inuenimus in libro Themistij, & prout narrauit Abumazar, sunt duæ opiniones, quarum vna est opinio Themistij, & Budemi, & altera est opinio Theophrasti. Opinio itaque Theophrasti est, quod propositio absoluta, id est de ineſſe, est illa, in qua deficit modus necessarij, & modus possibilis, & neuter ipsorum exprimitur in ea, & oratio secundum se est necessaria, vel possibilis. Propositio itaque de ineſſe secundum opinionem istorum est propositio non habens modum, & quasi est genus necessariæ & possibilis, ex quo apta sit, vt ei addatur alter horum duorum modorum secundum materiæ exigentiam. Hæc itaque est opinio peripatericorum de absoluta. Alexander vero & nouissimi expositores omnes, præter Themistium, opinantur, quod propositio de ineſſe sit propositio possibilis, dum est in actu: hoc est, dum suum prædicatum ineſt in actu ipsi subiecto tempore præsenti, quilibet enim istorum putat circa hoc, quod eius opinio fuerit opinio Aristotel. Et vtraque duarum sectarum argumentantur ex parte rei in se, & ex verbis Aristotel. in se, & sortiores sunt illorum, qui argumentantur secundum opinionem Theophrasti. Ratione quidem rei in se est, quia propositio de ineſſe secundum opinionem Alexandri difficile est, quod inueniatur vniuersalis, sed inuenitur contingenter & raro, & talibus propositionibus non vterentur agricolæ, tanto minus topici, aut demonstratiui. Rationes vero ipsorum ex verbis Arist. in se sunt, quia apud mistionem possibilis cum absoluta: hoc est, cū absoluta fuerit maior, non fiunt tales absolutæ de ineſſe per se: hoc est, quæ sint veræ vniuersales aliquo certo tempore & raro: & proinde dixerūt hi, q dum philosophus putat, q hæc species mistionis inferat falsum, ostensio illius est, q debeant fugi tales absolutę, & fiat absoluta non connexa, i. non limitata sēm quid. Sermo aūt Arist. est hic. Expedit, quod inueniantur propositiones, q̄ sunt de omni sine tempore limitato, prout est præsens, vel aliquod certum tempus, sed absolute: talibus enim propositionibus vtuntur syllogismi, nam si sumerentur præmiſſę, quæ sunt secundum de certo tempore, non fit syllogismus. Et ex quo tulit hunc sermonem, induxit terminos inferentes verum secundum hanc mistionem, & terminos inferentes falsum. Exemplum inferentium falsum est, sicut dictmus, omnis homo pōt moueri, & omne, quod mouetur nūc est equus, sequitur inde quod omnis homo sit equus, quod est falsum. Et exemplū illius, quod infert verum, est, omnis homo potest moueri, & omne, quod mouet nūc, est animal, dum contigerit, quod non moueatur aliqua res, nisi ipsum animal: sicq; omnis homo est animal, & hoc est verum. Hæc itaq; sunt sortiora illorū, quibus argumentantur ex verbis Arist. & ex re ipsa in se.

Secunda vera secta argumentat ad hoc ex re ipsa in se, & ex sermone Arist. Ex re ipsa in se, quia ipsi putant quod intentio philosophi hic, hoc est, in libro priorum, sit loqui de modis propositionum ex parte qua sunt absoluti esse extra intellectum, non ex parte qua sunt in intellectu solum. Absolute aūt secundum opinionem primę sectæ, hoc est secundum opinionem Theophrasti, nō habet esse nisi in intellectu. Hoc itaq; est in modalibus dum proportionat eius vis indefinite in habentibus signum, dum proportionat illis, & sicut de indefinita dicit ibi, q eius vis sit vis particularis, sic expediret hic, q dicatur, q vis absolutæ sit vis possibilis, & non limitat in sermone, exempli gratia, quia expediret q diceretur hic de negatiua absoluta, q non cōuertat, & aūt esset necessaria, conuerteretur. Oportet itaq: q dicatur de hac, q non conuertat, sicut dicit quod ex duabus indefinitis non inferatur aliquid, sicut ex duabus particularibus. Ac ɜt omissus esset ab Arist. quidam modus essendi, cuius ipse non memi nisset, nisi modum illationis, quæ est de ineſſe, quę est extra animam. Hoc itaq: est ex fortioribus, quibus hi argumentati sunt ex parte rei in se. Ex parte vero verborum Arist. est quia Arist. in ostensione permutat propositionē possibilē loco de ineſſe, & hoc significat, q illa sit inuenta in actu. Ac etiam exemplum illius, quod tulit de mistis ex de ineſſe, est, quia mista est, quæ ineſt in actu toti subiecto quodam certo tempore, contra exemplum, quo vsus est in de ineſſe simplici, quia ipsam posuit de materijs necessarijs: & ideo etiam altera secta argumentata est circa hoc. Abumazar autem declinauit ad opinionem Alexandri. Auicenna autem circa hoc habet opinionem, quam vltimo dicemus. Abumazar,

Constitis aūt his dubijs, dicimus nos, quod per se notū sit, quod propositio vnis sit, cuius prędicatū ineſt toti eius subiecto, & q eius sint duę species, quarum vna est, quod prędicatū insit tori subiecto in actu, altera aūt est, quod non insit toti subiecto in actu, nisi possibiliter, hoc est, tpe futuro. Illius autē, cuius prędicatū ineſt toti subiecto in actu, quędā est, cuius prędicatū ineſt semper, & est ipsa necessaria, & quędā non semper & illa est ipsa de ineſſe, & illa, quæ nō est semper, est duarū specierū, quędā species, cuius prędicatum ineſt toti subiecto pro maiori parte tpis, & est cuius subiectum non recipit suapte natura nisi vnū duorum contrariorū. Alterum aūt ineſt per accidens, prout dicimus omne habens oculos videt. Quam spēm propositionū retulit Arist. in libris perihermenias, & altera spēs, cuius prędicatū non ineſt pro maiori parte, sed pro minori, vel æqualiter: & hęc est, cuius subiectū recipit duo cōtraria æqualiter, prout somnus & vigilia insunt animali: propositio itaq; de ineſſe sēm prædicata est triū specierum pro maiori parte, & pro minori parte, & media inter ipsas: & hoc fit sēm dispositionē possibilis, quia quędam pro minori, & quædā æqualiter Sed hę tres differentię accidunt possibili ratione subiecti: hoc est, ratione prędicationis pro minori parte & raro. Illi vero, q est de ineſſe, accidit ratione tpis. Notum aūt est, quod illa de ineſſe pro maiori parte, plurimo tpis sit possibilis pro minori parte in pausillo tpis, hoc est, qū prædicatum non ineſt toti eius subiecto in actu pro maiori parte rēporis, est ipsa possibilis, quę dum permutat in de ineſſe, fit de ineſſe pro minori parte, & non vtuntur ea in scientijs. Illa vero, quę est possibilis pro maiori parte per pausillum temporis, & de ineſſe per plurimum temporis, notum est, quod vtuntur in scientijs. Et iam exposuit Abumazar in suo libro posteriorum, dum ait, quod non necessarium est duarum specierum, aut de ineſſe in maiori parte subiecti, aut aggregatū ex amb habus rebus, vel de ineſſe in minori parte, & æqualiter: nam duę aliæ diuisiones speculant illas, & hanc speciem propositionū subintrāt propositiones simi les necessarijs, cum non sint necessariæ, sicut q omnis cornus sit niger, & omnis nix est alba: & sic sunt propositiones, quas Abumazar dicit esse propinquas perfectæ veritati, & sunt illæ, quibus nullus sensus contradicit: nam propositiones veræ necessariæ sunt, quas intellectus excogitat secundum proportionem per se inter prædicatum & subiectum. Dum vero intellectus non excogitat secundum hanc proportionem, dirigitur ad illas ipsa possibilitas. Directa vero ad eas hac possibilitate ipsę sunt de ineſſe non necessarię, & sępe hę propositiones subintrāt scię tias, imo maiorem partem syllogorum, prout ait Aristo, sunt ex his propositionibus. Dixit aūt hoc, quia illę, quę sunt p se, sunt rari esse: & ob hanc eandē rem dixit Arist. in libro posteriorū, q omne per se sit necessarium, quia quod nō est per se, est de ineſſe: ex quo possibile est, quod prędicatum cathegorici non insit subiecto pro aliquo tempore.

Re autem sic se habente, propositio de ineſſe, quam intendit Aristo. non est, quę est pro minori parte, prout quidam viri intellexerunt ex Alexandro, sed Aristo. intendit ambas res simul, sed ipse prima intentione intendit eam, quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

est pro maiori parte,& illas alias secunda intentione,quatenus ipsæ conferunt D
quibusdam locis,prout confert syllogismo ducenti ad impossibile, quando ad
eam transmutatur possibilis,q̃ est pro ultimo temporis,& Aristo. vtitur hac,
quę est pro minori parte temporis permutationis,quia non est differentia inter
vtranq; in hoc loco illationis,& inter illam,quæ est pro maiori parte: nã pro-
positio,quæ ei connectitur in his locis,non est possibilis,& cauetur ab ipsa in
connexione cum possibili: hoc est,dum possibilis fuerit ipsa minor, nã ex am-
babus non conficitur species aliqua concludens. Aristo itaq; congregauit ei
summam rei specierum absolutarum, prout congregauit summam rei specierũ
possibilium: hoc est,quod ipse non distinguat in hoc libro,nisi illas, quæ sunt
pro maiori parte,& illas,q̃ sunt pro minori: & iã diximus cãm huius in nostra
expositione huius libri: & notã est,q̃ duæ spẽs propositionũ: hoc est, illæ, q̃
sunt de inesse pro maiori pte, & illę,q̃ sunt pro minori parte,trãsferuntq; a possi
bilitate:sed de inesse pro maiori parte trãsferi ab ea,quę est possibilis,qd pro
minori parte temporis est ea vero,q̃ est de inesse pro paucioribus, transfertur
ab ea,quæ est possibilis pro minori parte temporis. Aut itaq; latuit Alexan-
drum hæc res,quã diximus de dispositione absolutæ,aut latuit viros illos hæc
res de verbis Alexandri,& erraverunt per illam,& putauerunt quod intende-
rit per hanc absolutam pro minori parte,cum præter hos non sint imaginabiles B
viri aliqui. Illud autem est id,quod est decens,& conuenientius:quomodocũq;
autem res se habeat, illud est,quod expedit nobis, vt substentemur, & per ip-
sum exponamus opinionem Aristo.de propositione de inesse, nam illa est opi-
nio,ex qua auferuntur omnia præcedentia dubia,quæ consequuntur vtranque
sectam.& cum hoc sit res per se verã & nota, cum per eam innotescant prima
principia. Vos autem videte opinionem Aristo.quam vehementis conuenien-
tiæ est ipsi veritati,& quam maxime remoti sunt homines ab eius intellectione
circa plures res per se notas,tanto magis circa notas per aliud. Deus autem eli
git & exaltat quem vult. Apud me autem fertur,quod Aristote.intendat per
absolutam,id est,de inesse cõmunem necessariæ, & de inesse in actu,& sit pro-
positio de inesse secundum hoc,cui nõ adijcitur conditio, nisi esse in actu absq;
quod sumatur temporalis,aut necessaria.Id autem,quod intelligitur de eius si-
gnificato,est quod sit necessaria,aut temporalis:pro maiori autem parte syllo-
gismus componitur ex connexione harum propositionum.Arist.autem exem
plificauit de esse temporalis in mistione necessarij,& absoluti, quia in hoc est
potentia vtrorum,prout vis indefinitæ est vis particularis,quod sit,dum caue-
tur vsus propositionis de inesse pro minori parte in mistione possibilis & de
inesse, extat illius præceptum,quod non constituat id,quod contineat hãc spe-
ciem propositionis de inesse.Sed potest poni,quod continet necessariam, & de P
inesse pro maiori parte. Iam autem exposuimus hoc in nostris commentarijs
supra verba Arist.circa hunc locum:nam dei gratia iam expletus est sermo ma-
joris partis illorum.Qui autem vult,quod ei constet perfectio huius rei,consi-
deret illum librum.Auicenna vero erravit circa hanc rem magno errore.

Expositio autem illius,quod dicitur circa hoc,est,quod prædicatio necessa-
ria propositionum apud ipsum sit quinque modis:quorum vnus est, quod præ
dicatum insit subiecto semper & est necessarium simpliciter:hoc est, quod non
cessauit,neque cessaturum est,prout dicimus.Deus vult,& cęlum movet cir-
culariter secundum opinionem illius,qui opinatur illud esse æternum. Secun-
dus autem est,quod prædicatum insit necessario toti subiecto,quod ad perseue
rauerit esse substantiam subiecti,prout dicimus,omnis homo est animal neces-
sario. Tertius autem est, quod prædicatum insit subiecto necessario, quo ad
subiectum perseuerauerit denominari per illud, prout dicimus, omne album
est coloratum necessario: hoc est, quo ad perseuerauerit denominari per il-
lud. Quartus autem est, quod prædicatum insit necessario ipsi subiecto pro
aliquo tempore, & hoc aut interminato, prout dicimus omnis homo morie-
tur: aut terminato,prout dicimus,luna eclipsabitur in mane. Quintus autem
est, quod prædicatum insit subiecto, quoad perseuerauerit prædicatum inesse

A illi.Et ait quod quidam viri aiunt,quod absoluta siue de inesse est,cui pœnitus
non adijcitur conditio alicuius modi,nec necessarij, neque possibilis alicuius
aliqua harum quinque est necessaria & aliqua possibilis: & dicit, Aliqui vero
aiunt quod absoluta sit trium vltimorum modorum exceptis duobus primis.
Necessaria autem est duorum modorum primorum.Puto autem, quod per hæc
insinuauerit Alexandrum eiusque sectatores. Qui vero dixerit illam de inesse
esse,cuius prædicatum inest subiecto,quo ad perseuerauerit ipsi prædicato, est
opinio inanis:sic ait in libro,quem dicit alfapha,sed in libro alnaiaha posuit ab-
solutam,id est,de inesse dici quatuor modis,videlicet,tribus hic dictis,& secun
dum modum,quem hic absolute dixit,& attribuit hanc opinionem Alexan-
dro.Totum autem hoc est error,& peruersio,nam homo est animal, nunquã est
ablata,neque auferetur eius talis prædicatio,siue vnus homo inueniatur neces-
sario & semper,siue non inueniatur:nam vniuersalia non sunt generabilia, neq;
corruptibilia: hoc est,illa,ex quibus componitur propositio vniuersalis, sicut
dicimus homo est animal,id autem,quod dixit,est necessarium in sexta propo-
sitione,& hoc quidem latuit illum,qui putauit quod non peruenisset notitia ne-
cessaria de rebus generabilibus & corruptibilibus:& sic non differt in cathe-
goricis ipsum necessarium,& similiter est,dũ dicimus homo est animal neces-
sario,& albus necessario,sed non indiget hæc propositio conditione, quam di-
B xit,dum propositio sumitur singularis. Id vero,quod dixit de necessaria tẽpo-
rali,est sub quando,sed est quædam species necessarij. Veruntamen euenit ei
in prædicatione contrarium illius,quod euenit ipsi necessario. Sicque non est
dicendum, q̃ illa sit,quam Alexander intendebat per absolutam, ex quo Ale-
xander intendebat per absolutam tertium genus præter necessarium & possi-
bile. Puto autem,q̃ hic vir optimatus sit ea ,quæ cogitauit de his capitulis , ex
quo quidam viri definiuerant ipsum necessarium,quod sit id,quod non est ablа-
tum,neque auferetur, & aiunt q̃ absolutum sit,quod res insit subiecto quo ad
perseuerauerit esse,aut per se,si non sit in subiecto,aut in subiecto, si illius esse
fuerit in subiecto. Et ait hic vir, quod nomen necessarij dicatur æquiuocę de
hoc significato,& de absoluto,cum putauerit hic vir quod id, quod dicitur de
differentijs entis simpliciter,sint differentiæ propositionum vniuersalium ne-
cessariarum,& quod nomen definitionis primi necessarij sit ,quod est semper
secundum singulare:& hæc definitio continet species necessarij secundum sin-
gulare ex parte qua est vniuersale. Definitio itaque naturæ vniuersalis commu
nis necessario,& absoluto,& possibili,est definitio propositionis necessarię vni
uersalis,& non definitio propositionis absolutæ:& similiter est propositio vni-
uersalis possibilis:& hinc credo quod ortus sit error huius viri: Deus autem
C nouit veritatem.

De conuersionibus, quæsitum. III.

AVicenna dubitat contra Philosophum, quando dixit, quod particularis affirmatiua contingens conuertatur contingens, & quod necessaria particularis affirmatiua conuertatur necessaria, & quod vniuersalis contingens conuertatur particularis:& similiter dum ait,quod negatiua de inesse cõuertatur vniuersalis:& contradicit suo sermoni per materias,nã ipse ait, quod dum dicimus aliquis homo scribit, est contingens,cum eius conuersa non sit cõtingens:& per idem etiam ostendit,quod necessaria non cõuertatur necessaria, neque vniuersalis contingens particularis:& similiter destruit dictum de negatiua de inesse,intelligendo per de inesse,id,quod putat Alexander, quod sit vt affirmetur prædicatum de toto subiecto, aut negetur a toto subiecto pro aliquo tempore,& hoc per materias,nam verum est dicere nullus homo ridet contingenter pro aliquo tempore,quo non est homo ridens, & non verificatur pro hac hora huius conuersum,hoc est,nullum ridens est homo. Et iam respondit Abumazar de contingenti responsione, quam ipse non admittit, Quod, prout

1. Prior. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puto, ipse intendit contra quosdam egregios. Nos autem respondemus ei per D
ea, quę nos credimus, aut putamus esse expedientius in communioribus: deinde
feremus in medium responsionem ipsius Abumazar, & argumenta eius con-
tra ipsum.

Dicimus itaque, quod quando dicimus aliquis homo potest esse scribens, si
per id intelligatur, quod aliquis homo, inquantum homo, qui est homo simpli-
citer, hoc est, quauis denominatione denominetur, potest esse quod sit scribēs,
aut inquantum est homo priuatus ab habitu scripturę, aut ab eius actione, si
per scribens intendamus actum, & non habitum: cum ex hoc possint intelligi
ambo significata simul, notum est, quod possibilitas scripturę non est hominis,
inquantum est homo simpliciter, nam si hoc esset scribentis in actu, possibile
esset quod esset scribens. Sed non est possibile, quod dicatur, quod sit possibile
quod sit scribens inquantum est scribens in actu, nam possibilitas inest rei ex
parte potentię ad rem possibilem: existente autem significato dicti nostri, om-
nis homo pōt esse, quod sit scribens, hoc est, ex parte qua est priuatus scriptu-
ra, notum est, quod verum sit, quod aliquis scribens potest esse homo priuatus
scriptura, aut in ętate pueritię, si per scripturam intendimus ipsum habitū, vel
tempore, quo non agit actum scripturę, si per scripturam intēdimus ipsum actū. E
Et similiter significatum affirmatiuę necessarię particularis, quę dicit, quod ali-
quis scribens sit homo necessario, quod aliquis, qui denominatur per scripturā
in actu, est homo necessario, & secundū quod ipsum esse denominatum per ip-
sam in potentia, est notum, quod vis propositionis sit, ꝙ omnis scribens in po-
tentia sit homo necessario: hoc autem ita est, quia impossibile est, quod aliqua
res p̄dicetur necessario de aliqua re, qua illa resilit denominata p denominationē
possibilē, nisi per accidens. Notū aūt est, qd quando significatū huius proposi-
tionis fuerit hoc, eius conuersum est, quod quidam homo sit scribens in poten-
tia necessario, illa itaque est necessaria, prout diximus. Et similiter dictum no-
strum, nullus homo nunc ridet in actu, conuertitur nullus nunc ridens est ho-
mo, quatenus est ridens in actu. Fit autem conuersio falsa, quatenus vtitur
hoc, inquantum est in potentia, Sicque hoc ostensum est: Deus autem nouit
veritatem.

Abumazar aūt respondit ad hoc dicēs, qđ dū dicimus, oē aīal potest esse qđ
dormiat, suū significatum est, qđ omne aīal potest esse dormiens ex parte qua est
dormiens. Hoc aūt sic existēte, quoddā dormiens, quatenus est dormiens, pōt
est qđ sit animal, quia eius vita non inest ei necessario qua est dormiens. Avi-
cenna aūt contradicit huic sermoni, nam ipse ait de hac ꝓpositione, omne ani-
mal est dormiens ex parte qua est dormiēs, qđ nō euadat hęc cōditio, quin sit
pars predicati, vel pars subiecti. Dum autem posuerimus illam partē subiecti, F
esset dictū nostrū, omne aīal, inquantū est aīal, pōt esse dormiens, cū illa ꝓpo-
sitio sit possibilis, nō propositio denudata ab hac cōditione. Erit itaque dictū no-
strū, omne animal pōt esse dormiēs: & si cōcesserimus conuersionē illius propo-
sitionis, in qua est ipsa cōditio, nō sequitur ex hoc, qđ cōuertat hæc, in qua nō
est conditio. Intentio aūt est expositio huius. Et similiter dicat, si hęc conditio
ponatur pars p̄dicati, qđ tunc propositio est possibilis, nō illa possibilis, in qua
non est hæc conditio. Si aūt non fuerit pars prædicati, neq; pars subiecti, nō ve
rificaretur hoc, nisi notificetur, quod non sit differentia inter duo significata
propositionis, & ꝙ illa sint vna ꝓpositio expressa duabus expressionibus. Hic
aūt nō est aliqua res, quæ nos cogat ad illud, sed scimus ipsas esse duas propo-
sitiones, quarū vna sit absoluta, & altera secundū quid: & verum esset quod di-
ceretur, & impossibile, quod contradicit illi.

Nos aūt dicimus, ꝙ dum dicimus, omne aīal est dormiēs possibiliter ex par
te qua est dormiēs, est oratio vera, quam significat ipsa absolutio: nā aīal potest
esse dormiens ex parte qua est dormiens, non ex parte qua est equus, aut aliud,
vel ex differētijs, quæ insunt ipsi dormiēti. Hoc aūt sic existēte, hęc cōditio est
implicita, siue exprimat, siue nō exprimat in eisdē duabus ꝓpositionibus: hoc
est, in qua exprimitur hæc conditio, & in qua non exprimitur hæc conditio.

A Esse autem hanc conditionem partem prædicati est per se notum: nam animal
impossibile est, ꝙ sit dormiens ex parte qua est dormiens in actu, sed si est, est
in potentia. Hoc autem sic existente, dormiens inquantum ipse est, possibile
est, ꝙ sit animal, sed accidit ei esse animal necessario, ex parte qua dormiēs in
potentia est necessario animal: sicque hæc propositio est necessaria per accidēs,
possibilis per se. Dum autem dicimus, ꝙ omne dormiens sit animal, & intelli-
gimus per illud omne dormiēs in potentia, est necessaria per se, & dum intelli-
gimus omne dormiens in actu, est necessaria per accidens, possibilis per se: ex
quo aūt significatum illius, quando dicimus, omne animal potest esse qđ dor-
miat, est, potest esse dormiens in actu, non in potentia. Si intellexerimus de dor
mienti in potentia, propositio esset necessaria, non possibilis: & oportet quod
in conuersione possibilis intelligatur dormiens in actu, & in conuersione ne-
cessariæ dormiens in potentia. Hoc itaque dictum est verum, & connexū solu
tioni dubij inducti de conuersione necessarię in necessariam, & possibilis in
possibilem: & licet Abumazar non tulerit hoc pro solutione dubij inducti cir-
ca necessariam, nos asserimus illud pro solutione dubij inducti de conuersione
ipsius necessariæ. Illud vero, quod diximus circa conuersionem possibilis in
possibilem, est solutio manifestior, quam hæc: & proinde verificauimus dictū
circa illud, quia difficile est apud plures viros, quod res sit ex quadā parte ne-
cessaria, & ex aliqua parte possibilis, quia necessarium est, quod semper est, &
B possibile quod intelligitur esse & non esse. Possibilitas itaque, quæ est in con-
uersione secundum huius dubij solutionem, dicitur æquiuoce cum possibili as-
sumpto in propositione: ex quo homo est intelligibilis quod sit dormiens, &
quod non sit dormiens. Dormiens autem non intelligitur, quod aliquando sit
homo, & aliquando non. Sed secundum nostram solutionem dubij, quæ est ex
parte conditionis priuationis ipsius somni in homine, dormiens potest esse ho-
mo priuatus somno, & possibile est, quod non sit talis. Per hoc itaque ostensa
est differentia inter dictas solutiones dubij lati de ipsa possibili. Solutio vero
lata de necessaria intelligitur ex eo, quod dixit Abumazar de possibili, de quo
dubio oportet quod fiat distinctus sermo propter dubium Auicennæ circa il-
lud. Reliqua vero dubia, quæ dixerunt, sunt facilia, & iam completus est ser-
mo de eius solutione. De eo autem, quod propositum fuerat, iam satis completus
est sermo.

De omni, de inesse, & de mistione. *Quæst. IIII.*

C *Quid sit de omni priori ſſico.*

CAP. I.

INtētio in hoc tractatu est, quod scrutemur, Quid sit dici de omni, quod dest- 1. Prior. c. 1.
niuit Aristotel. in principio libri priorum, & posuit ipsum radicem, qua di- 2. 10. & in-
gnoscatur oratio concludens a non concludente. Quia differunt in hoc ex- fra.
positores magno discrimine. Deinde post hoc scrutabimur etiam de proposi-
tionibus de inesse, quibus vtitur in suo libro, quæ propositio sit, quia exposito
res etiam diuersi fuerunt quo ad hoc magna differentia: tertio perscrutabimur
modos conclusionum syllogismorum mistorum. Quia quidam dubitauerunt in
hoc contra Aristo. magnis ambiguitatibus.

Incipiemus itaque & dicemus, ꝙ Aristoteles inchoauerit, & dixerit definis-
tionem dicendi de omni, quod est, quando non inuenitur in toto subiecto ali-
qua res, de qua non dicatur, & similiter est oratio de eo, quod est dici de nul-
lo in enunciatione negatiua vniuersali, & non intendit per ipsum quod deno-
minatur per subiectum, vt putauit Alpharabius, vt expositum est in nostro li-
bello: hæc enim significatio est secūda significatio. Et illa significatio est prima
significatio, quæ est significatio prędicationis definitionis de eo, quod signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ipsum nomen: definitio enim prædicatur de eo, quod significat nomen defi- D
niti prima significatione. non quod significat secũda significatione, & est quic-
quid significat nomen definitum significatione vniuersali. Oportet ergo, quan-
do prędicatum dicitur de toto subiecto, quod dicatur de omnibus eius partibus,
& similiter, quando negatur a toto subiecto, oportet quod negetur ab omni-
bus eius partibus. Sin autem non esset negatum a toto. Pars enim est, quæ inten-
ditur, quando dicitur de toto subiecto. Et expedit quod intelligatur hic de par
te, quæ est secundum modum quantitatis, & quæ est secundum medium quãti-
tatis, dico species, quæ subintrant generi, hoc est, quod continet illas, & sic ei
est dispositio singularium, in quæ dividitur species. Hoc autem sic existente,
notum est quod dici de omni continet duas propositiones: quarum vna est in
actu, & est ipsa vniuersalis: & altera est in potentia, & est ipsa particularis: &
ideo ait, quod non fiat syllogismus concludens, nisi ex duabus præmissis, quã-
tum proportio vnius ad alteram est proportio vnius ad alteram, & erit absque
dubij scrupulo minor affirmatiua. Sin autem non erit eius proportio ad maiorẽ
proportio totius ad partem, & maior sine dubio est vniuersalis. Sicque ergo
non est differentia inter dici de omni, & inter præmissam vniuersalem, nisi ex
parte qua insinuatur in præmissa maiori esse præmissam minorem affirmatiuam
dependentem ab ea in potentia. Hoc autem sic existente, quod Alpharabius ait B
de significato dicendi de omni non est verum. neque de eo, quod finxit circa
hoc de Alexandro, & quod reliquos veteres expositores latuerit significatum
dicendi de omni. Et ideo non conueniunt cum Aristo. in eo, quod dixit de mo-
dis conclusionum syllogismorum mistorum. Id autem est quod Alpharabius
dicit de significato dicendi de omni, quod id, quod intelligitur de eo, sit quæ-
dã res addita vltra intellectum præmissæ vniuersalis, & quod differentia inter
illud, & inter præmissam vniuersalem est, quod præmissa vniuersalis sit, quod
affirmetur, aut negetur prædicatum de omnibus partibus subiecti, præter quod
per hoc se conuertat ad prædicationem prædicati de omni, quod est subiectum
subiecti, aut subintrans ei. Significatum vero dicendi de omni est, quod præ-
dicatum sit affirmatum, aut negatum ab omni eo, quod est pars subiecti, aut de-
nominatur per subiectum in actu, prout ipse fingit de Alexandro, aut quicquid
denominatur per subiectũ in potentia, & actu simul, prout ipse asseuerat, & di-
cit quod per hanc conditionem fiant syllogismi compositi ex contingentibus
concludentibus, adeo quod putauerit Alpharabius, quod inueniatur de re dic-
ta de omni aliquid, quod concludat ex duabus negatiuis, & ex negatiua mino
ri, & maiori affirmatiua, prout est dicere, quod non est animal, non est homo.
Deinde adijciemus huic, quod imago non sit animal. Sicque concludet, quod F
imago non sit homo, & quod id, quod non est animal, est inanimatum, imago
autem non est animal. Si autem hoc ita esset, ille est, qui magnificauit ambi-
guitates contra Aristo. hoc est, quare dicit, quod non concludatur ex duabus
negatiuis in aliqua figurarum. Et cur adiecerit clausalam conditionis, quod
minor præmissa in prima figura sit affirmatiua.

Veruntamen, dum considerabimus rem vera consideratione, videtur quod
id, quod opinatus est Alpharabius de significato dicendi de omni, non sit
de significato dicendi de omni, quod est conditio in inferendo syllogismum per
se, absque quod connectatur præmissis acceptis in eo alia res præter ipsas. Di-
cere enim a de omni b, est præmissa vna cathegorica, a qua dependent præmis-
sæ particulares cathegoricæ affirmatiuæ multæ. Quando autem connexa fue-
rit vna illarum huic præmissæ, concludetur ex oratione aggregata ex illis pri-
mo, & per se conclusio, absque quod indigeat ad concludendum quod sit addi-
ta ei, neque in prolatione, neq; in signo aliqua res addita. Dicere vero omne,
quod est b, est a, est præmissa conditionalis: & est secundum veritatem compo-
sita ex duabus cathegoricis, & eueniet hæc oratio composita ex tribus propo
sitionibus. Iam autem ostensum est, quod syllogismus cathegoricus sit compo-
situs ex duabus præmissis solum. Et iam euidens fit tibi differentia, quæ est
inter hunc syllogismum, & inter syllogismum cathegoricum, quia in syllogis-

A mo cathegorico affirmatur prædicatio maioris termini de minori, aut negatur
ab illo occasione ipsius affirmationis ipsi medio, aut ipsius negationis ab illo:
quando autem dicebas, quod quicquid est b, sit a: & supponebas quod aliqua
res sit b, sequitur quod hæc res sit a, præterquam præassumatur qualitas ipsius
a, quæ est maius extremum de b, quæ est ipsum medium. Hoc autem est diuer-
sum ab illo, quod inuenitur in syllogismo, ex quo infertur conclusio per se ex
duabus præmissis maiori & minori: dico quod inferatur in illo esse maius ex-
tremum minori ob illud inesse medio. Et hinc errauit Auic. & opinatus est,
quod inueniantur alij syllogismi præter syllogismos cathegoricos, & præter cõ
ditionales, & vocauit illos combinationes, & posuit numerum illorum secun-
dum numerum cathegoricorũ, aut prope cathegoricos. Ille enim considerauit
propositiones cathegoricas, & eas expressit expressione conditionalium, & cõ
posuit ex illis orationes compositione trium figurarum, & immiscuit etiã ca-
thegoricas cum his, scilicet cum conditionalibus. Et constituit illud composi-
tione quadam modo, quo opinatus est ipse, & omnes, qui eum imitati sunt, qã
superaddiderit Aristo. multas species syllogismorum. Hos autem syllogismos
non inuenit nouiter Auic. cum illi inueniantur apud quosdam christianos Phi
losophos, non apud aliquem peripateticorum: notum enim est, quod quæcunq;
enuntiatio cathegorica profertur prolatione conditionis. Veruntamen omne
B cõditionale impossibile est, quod redeat cathegoricum, verbi gratia, quicquid
non est sic, non est sic, impossibile est, quod redeat negatiuum cathegoricũ. Et
ideo noluit Arist. quod sit syllogismus ex duabus præmissis negatiuis nec in
potentia, neque in actu. Hoc itaque est, quod nobis visum est de significato di
cendi de omni post longum scrutinium.

Quid sit propositio de inesse. Cap. II.

QVæ vero propositio sit propositio de inesse, expositores quidem conten-
dunt in hoc, quidam enim ipsorum dicunt, quod ille voluerit per de ines-
se, quod prædicatum insit subiecto absolutæ, & quod hæc contineat ne-
cessariũ, [& possibile, & ens in actu,] & hoc finxit Alpharabius, quod esset opi
nio Themistij, & Ammonij. Ille autem qui ferret eorum dictum, & opinare-
tur quod hi intenderẽt per de inesse quod continet necessarium, & ens in actu
quod est naturæ contingentis, & illud est, quod magis videtur ex verbis illo-
rum. De Alexandro vero finxit Alpharabius, quod intenderit per enuntiatio-
nem de inesse illam, quæ inest in actu, quæ est naturæ contingentis, qua est vni-
uersalis tempore sensato, prout dicimus, omnis homo nunc est albus, hoc enim
C non est impossibile. Et argumentatur, quia Aristo. vtitur in suis exemplis hac
specie præmissarum, & quod illa sit natura media inter necessarium & contin-
gens. Intentio autem hic est numerus discriminũ præmissarum primarum, quę
sunt entis, inquantum est ens. Et quod melius est in hoc, est quod feramus in
hoc capitulo seriem ipsiusmet Arist. & consideremus illam secundum id, quod
videtur ex suis dictionibus, & secundũ ipsam rem in se. Ait Arist. Quia præ-
missæ absolutę & necessariæ, & contingentes differunt a seinuicem: multæ. n.
res sunt necessario, & aliæ res sunt, excepto, quod illas esse non est necessario,
& aliæ res sunt, quas nõ est necessario esse, neque sunt, sed possibile est ꝙ sint.
Notum est, quod syllogismi compositi ex singulis speciebus harum præmissarũ
sint differentes, & non sint illorum termini vni iidem. Sed syllogismus neces-
sarius est ex terminis necessarijs, & absolutus ex terminis absolutis, & contin-
gens ex terminis contingentibus, necessarij vero sunt affines absolutis, quia
sunt vniusmodi ex ordine terminorum, qui sunt in præmissis necessarijs, & ab-
solutis, siue sit syllogismus, siue non sit. Differentia autem inter illas est, quia
in necessarijs apponitur nomen necessarij vltra ipsos terminos. Absolutæ ve-
ro sunt, quæ feruntur sine additione. Reductio autem negatiuarum in præmis-
sis necessarijs est, sicut reductio ipsarum in absolutis, & vna definitione defini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in eis dici de omni, & nulli, hæc est series quanti eloquutus est Aristo. de differentia inter has tres propositiones. D

Nos autem dicimus, quod ipsum vocare illam absolutam facit putare, quod euidentius sit dictum illius, qui dicit quod intendat per de ineſſe, quod continet tres modos de modis entitatis, aut duos tantum, hoc est, quod continet necessarium, & ens in actu. Alexander vero, prout cœpit de eo Alpharabius, dicit quod intendat per absolutum ipsum absolutum secundum dictionẽ, & nõ secundum signum, sicut dicit ibi Alpharabius, absentia modi est indicium modi: & forsasse hoc erat promulgatum in suo idiomate: veruntamen quod apparet ex textu est, ꝙ ipse tradit, quod illius intentio hic sit, quod diuisio propositionum in has tres partes sit secundum diuisionem naturæ entium in has tres partes, non quod quædam ipsarum sit secundum inquisitionem & opinionem, hoc est secundum quod est in anima. Et ideo dixit quod multæ res sunt in entitate absque necessitate. Quod autem videtur ex hoc est, quod ille intendat per de ineſſe illas, quæ sunt de natura contingentis: & ideo sic sunt propositiones vniuersales appropriatæ in entitate aliquo certo tempore: vt est dicere, omnis homo nunc ambulat, quia non inueniuntur propositiones vniuersales de ineſſe de natura contingentis, nisi hæ propositiones. Postꝙ autẽ asseuerauerat, quod non inueniantur propositiones vniuersales de ineſſe, nisi hæc species propositionum, exposuit ipsum voc re absolutas ex positione, quæ præmissa est: ipse enim putauit, quod omne de ineſſe, aut est vtplurimum, aut æqualiter, aut in paucioribus, & in singulis horum videtur de ipsorum re, quod non inueniantur de illis propositiones vniuersales de ineſſe. Dico, quod quando dicimus, omne sic est sic, non est dubium, quod dicatur de illo vtplurimum, aut æqualiter, aut in pauctoribus: & hoc, aut secundum ipsa subiecta, aut secũdũ ipsum tempus: quicquid autẽ est huius cõditionis, numeratur in illis de ineſſe particularibus, & nõ cum vniuersalibus de ineſſe. Ille vero loquitur de vniuersalibus de ineſſe. Nos autẽ dicimus ꝙ id, qđ dixit illis viris, fuit, quia ipsi non intelligunt quid intenderit per propositiones de ineſſe, & per propositiones necessarias. Ille enim intendit per propositionẽ de ineſſe, & sunt in quibus affirmatur prędicatum de subiecto semper in materia possibili, non in materia necessaria: dico ꝙ oportet esse in materia possibili, & hoc est, ꝙ dicebat, & non sunt illorum termini vni iidem, sed syllogismus necessarius est ex terminis necessarijs, & absolutus ex terminis absolutis, & contingens ex terminis contingentibus. Propositio, necessaria est, in qua prædicatum inuenitur affirmatũ subiecto quocunque tempore, & huius causa est, quia duo termini non mutantur, vt sit vno tẽpore secundum vnã denominationem, & alio tẽpore secundum aliã denominationem. Et ex quo hoc est significatũ propositionis necessarię, & causa essendi ipsam necessariam, oportet ꝙ definitio propositionum de ineſſe in absolutis, sit in qua prũm inest subiecto non semper, sed quando inuenitur subiectũ inuenitur prędicatũ non semper, dico quando est tantum: & hoc est significatum absolutionis in illis: & hoc inest illis aut sensato certo tempore, & illa est, quã putauit Alexan. quod esset de ineſſe, quã intendit Arist. solum, aut ꝙ inueniatur connexio in illis inter prędicatũ & subiectũ toto tempore, quo ponitur subiectum esse, prout dicimus, omne ambulans mouetur, quia quando ponitur ambulãs, oportet quod sit ipsum mouens, sed non semper, hoc est omni tempore, quæ esset prædicatio necessaria, quia tũ mutatum est, & sit ambulans in potentia. Et hæ sunt propositiones de ineſſe, quibus vtuntur in syllogismis, de illis vero, quæ sunt primæ speciei mistorum, non sunt syllogismi in arte demonstratiua, neque concluditur ex eis cũ propositionibus contingentibus aliqua res, prout significat series verborum Arist. vbi intendit loqui de mistione necessariatũ cum postibus, & de ineſſe, prout referemus hoc, quando referemus sua propria verba, vbi attigerimus expositionẽ illius, qđ dicit de hac mistione. Et manifesta significatione indicabit, ꝙ Arist. explicat, quod qñ fuerint duæ res cõnexæ, si prima fuerit, secunda ẽt erit ens: & si prima fuerit necessaria, & secunda erit necessaria, & si fuerit contingens, & illa erit contingens: & hæc est dispositio prę- E F

A missarum necessariarum, & absolutarum: & ideo propositio conditionalis consuncta est naturæ illius de ineſſe. Id autem, ꝙ fefellit hos viros, qui putauerunt ꝙ tales propositiones sint necessariæ, est ob esse prędicatum earum connexum subiecto omni tempore, quo inuenitur ipsum subiectũ, & non considerauerunt generationẽ huius nexus, & ꝙ sic necessarius non est semper. Et hæc est sententia sermonis Arist. Differentia aũt inter vtrasque illarum est, quod in necessarijs est superadditũ nomen necessarij ipsis terminis, absolutæ vero dicuntur absq; additione alicuius rei. Et magis miratus sum in hoc quæsito quo pacto latuerit quẽlibet Peripateticorum, cuius verba in his propositionibus venerunt ad nos cũ expositione verborum Arist. adeo ꝙ illi fuerũt nobis causa, vt nos lateret hoc, & fieret difficile in summa illorum, quę nobis ambigua sunt. Et hinc expedit, quod accidens sit causa ambiguitatis cuiusdam in ipso posteriori, quæ non sit percepta de illo, neque sit causa directionis earum, sed hoc sit per accidens, & quid sit dispositio antecedentis in posteriori, vt sit causa educendi veritatem, & instituendi eam.

De mistione syllogismorum. *Cap. III.*

B

QVando autem iam explicatum est quid sit dici de omni. Et quę sint propositiones de ineſſe, & necessarię, expedit quod perscrutemur, quod dicit Aristote. de mistione harum pręmissarum. Ait Arist. Iam accidit, qđ conclusio sit aliquando necessaria, nisi quod non est quæuis earum contingerit, quę sit, talis, sed ipsa maior, quando dicimus quod a necessario est in b, aut non est in eo, & b est in c. Et quando præmissę sunt sic acceptę, erit a necessario in c, aut non est in eo. Sicque ex quo a est necessario in omni b, aut in nullo illius est. Et c est in b, notum est quod a dicatur necessario de omni c, aut nõ dicatur. Expositio est hęc. Expedit, quod scias quod propositiones de ineſſe sint, quę sunt ex terminis de ineſſe contingentibus, & necessarię ex terminis necessarijs significatum autem terminorum necessariorum est, quod terminus sit vnus per se, & hę sunt, quę sunt compositę ex subiecto & prędicato essentiali ipsi subiecto, aut ex subiecto & accidente inhęrente connexo ipsi subiecto. Illę vero, quę sunt ex terminis de ineſſe, sunt quę compositę sunt ex denominationibus, quę aliquando insunt denominato, & aliquando desunt. Sed dum inuenitur aliqua denominatio illorum in subiecto, oportet quod inueniatur denominatio consequens illam necessario, quę est ipsum prędicatum, vt est dum dicimus, C omne ambulans mouetur, quia quando inuenitur ambulans in actu, oportet quod sit motum, & quando ablata est ambulatio ab illo, ablatus est & motus. Hę sunt propositiones de ineſſe simplices, quę sunt absque tempore sensato certo. Et illę sunt, de quibus primo intendit loqui in hoc libro, & subiectum in illis, similiter & prędicatum est vnum per accidens. Et inuenitur altera species propositionum, quę ex aliqua parte est de ineſſe, & ex aliqua parte est necessaria, quę est, quod subiectum sit compositum ex substantia, & denominatione differenti, & sequatur ex illa prędicatum compositum ex subiecto denominationis, & ex denominatione essentiali fundamentali, & sit subiectum in illis vnum per accidens, & prędicatum vnum per se, prout est, quãdo dicimus, omne ambulans est animal: & hęc est de ineſſe ob denominationem subiecti denominati. Et necessaria ob prędicatum denominationis: & ambulatio, quando inuenitur, significat animal significatione discontinua, sed tempore, quo ingrit ei ambulatio. Subiectum autem ambulationis infert esse animal semper, quontã subiectũ ambulationis, & denominatum per ipsum est animal necessario: & hęc propositio est necessaria ex aliqua parte, & de ineſſe ex aliqua parte de ineſſe per se, & necessaria per accidens. Propositio vero, quę est huius cõuersa, & est cuius subiectũ est necessariũ, & ꝓdicatũ materię de ineſſe, illa ẽt est de ineſſe simpliciter, & nõ euenit ei ꝙ sit necessaria per accidens. Quę vero est de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ineſſe temporalis, dico in qua ſubiectum infert prædicatum aliquo ſenſato certo tempore, non inuenitur in ea de re ipſius neceſſarij, niſi connexio prædicati ipſi ſubiecto hoc tempore ſolum. Et de huius proprietate eſt, quod prædicatum in ea non connectatur ſubiecto omni tempore, quo inuenitur ipſum ſubiectum, ſed tẽpore ſenſato certo ſolum: & ideo ſit, quod ait Ariſt, quod ex hac de ineſſe non fiant ſyllogiſmi in actibus, neque componatur ex illa cum contingenti ſyllogiſmus omnino. Quando autẽ hoc ita exiſtit ex de ineſſe ſimpliciter, quæ non eſt tempore ſenſato certo, non congeritur minor, neque maior cum propoſitione neceſſaria. Hoc autem ſic exiſtente non relinquitur, q̃ coniungatur cum neceſſaria maiori, niſi quæ eſt de ineſſe per ſe, & neceſſaria per accidens: & hęc oportet neceſſario, q̃ ſit concluſio, quæ concluditur ex illis in materijs in materia neceſſaria per accidens, ex parte qua in illis inuenitur dici de omni neceſſarium per accidens.

Veruntamen oportet quod præmiſſa minor, quæ dependet per dici de omni neceſſarium, ſit neceſſaria, quia prædicatum eius inuenitur in ea neceſſario omnibus partibus ſubiecti, & omnes termini ſubiecti ſunt termini neceſſarij. Quãdo autem poſita eſſet aliqua partium propoſitionis neceſſarię, dico aliquam partiũ ſubiecti non neceſſariã inexiſtens omnibus illis. Quando aũt propoſitio minor dependẽs ſub maiori neceſſaria fuerit neceſſaria, vt cũque fuerit concluſio, eſt neceſſaria per ſe. Et hęc eſt dicta inter concluſionẽ, quę ſit ex duabus neceſſarijs per ſe, & inter illã, quę ſit ex maiori neceſſaria per ſe, & minori neceſſaria per accidẽs, & de ineſſe per ſe: & ideo adiecit demonſtrationibus clauſulã cõditionis, q̃ ſint ex duabus præmiſſis neceſſarijs. Cõcluſio aũt, quę infertur ex de ineſſe minori, & neceſſaria maiori, exped it quod intelligatur ex dicto Ariſto, quod illa ſignatur neceſſaria cum hac ſpecię de ineſſe, & ideo dixit de neceſſitudine inuentionis dicti de omni in illis, quod c dicatur de b, oſtendet tibi: gratia exempli, quod ſpecies ſcriptoris ſit de homine, prout dicimus, omne ſcribens eſt homo, & omnis homo eſt animal, & alię que ſimiles ſunt huic cõpoſitioni. Proprietatis enim huius propoſitionis de ineſſe eſt, quod ſubiectum in ea ſit ipſum prędicatũ: homo, n. ſcribens eſt ipſe idẽ homo, & ideo ſit, qd Ariſt. numerat hanc ſpeciem præmiſſarum in præmiſſis, in quibus dicitur, quod ſubiectum ſit ipſum prędicatum per accidens, prout expoſitum eſt in metaphyſicis. Quando vero congeſta fuerit præmiſſę neceſſarię maiori aliqua de ineſſe tempore ſenſato certo, & congeries aliquando concludet neceſſarium, & aliquando concludet non neceſſarium, quia non inuenitur in illis dici de omni. Exemplum illius, quę concludit neceſſarium eſt, quando dicimus, omne album nunc eſt animal, & omne animal eſt corpus, illa itaque concludit, omne albũ eſt corpus, quæ eſt neceſſaria de ſpecie illius, quę eſt per accidens. Exemplum autem illius, quę concludit contingentẽ eſt id, quod dicimus, omne album nunc eſt homo, & omnis homo eſt ſenſitiuus. Sicque concludet, omne album eſt ſenſitiuũ. Hoc autem eſt non neceſſarium niſi tempore, quo non inuenitur album aliquã niſi homo. Et ideo expedit, q̃ intelligatur ex dicto Ariſt. Et iam accidit, q̃ cõcluſio ſit aliquando neceſſaria ſecundum hanc ſpeciem compoſitam ex neceſſaria, & hac de ineſſe, non ſecundum omnes ſpecies, quibus maior eſt neceſſaria, & de ineſſe quæcunque ſpecie contigerit ex tribus entibus. Et hęc non remouent dubia ex ſermone Ariſto. & non fit quod intelligitur ex ſuis dictis, ſicut elargiuntur eius radices, hoc eſt, quando nuper dixerat, quod de ineſſe ſit ex terminis de ineſſe, & neceſſarię ſunt ex terminis neceſſarijs. Qui vero intellexit ex ſuo ſermone, quod ipſe opinetur, quod quando præmiſſa permiſta fuerit cuique de ineſſe, quę contigerit illa, concludet neceſſariam. Ille quidem differt a radicibus Ariſt. & differt ab ipſa veritate in ſe tab illius quidem radicibus, quia ille dixit, quod cauſa combinationis harum præmiſſarum ſit combinatio naturę terminorum. Et quod dici de omni in præmiſſa neceſſaria, nunquã fiet, niſi quãdo minor dependens a maiori generis ipſius maioris: ſinautem nõ erit minor in poſitia in maiori, nec erit proportio vnius earum ad alteram proportio totius ad partem. quia totius, quod eſt neceſſarium, partes ſunt neceſſariæ

A tię ſine dubio. Sed accidit præmiſſis, quę ſunt de ineſſe per ſe, neceſſarię per accidens, quod dependeant a neceſſario dependentia partis a toto. Et dicimus, qd̃ concluſio neceſſaria, licet ſit neceſſaria p accidens, eſt de ineſſe per ſe, quia non inuenitur in illa ſignificatum dici de omni ex eo, quod ipſa eſt de ineſſe. Et hę ſemper ſunt prędicatiuę præter naturalem conſuetudinem. Repugnantia vero dicti illius, qui expoſuit Ariſt. quod eius opinio fuerit, quod quando congeritur præmiſſa vniuerſalis neceſſaria minori de ineſſe, quæcunque de ineſſe cõtigerit, concludatur neceſſaria eſt manifeſta, verbi gratia, quãdo dicimus, omne album nunc eſt homo, & omnis homo eſt animal, concluditur quod omne animal nunc ſit animal: hoc autem non eſt neceſſarium. Et ſic vult ille reſpondens contra Ariſto. in locis, quibus putat de eo, quod Ariſto. opinio fuerit, qd̃ quando maior præmiſſa fuerit neceſſaria in hac miſtione, quod concluſio ſit neceſſaria, licet minor in talibus præmiſſis ſit de ineſſe. Et ſecundum eius æſtimationem etiam eſt, quod neceſſaria ſit, in qua prædicatum continuo affirmatur de ſubiecto, licet fuerit naturę ipſius contingentis. Et ideo contradicit ei, quando dicit, quod ſyllogiſmus, qui componitur ex præmiſſa de ineſſe temporali, & neceſſaria contingentium terminorum, quod illa non concludat neceſſarium: vt dicimus, omnis homo nunc ambulat, & omne ambulans mouetur, concludetur contingens, aut omnis homo mouetur nunc.

B Nos autem non inuenimus tale ex congerie illius de ineſſe temporalis cum neceſſaria, q̃ concludatur ſemper concluſio de ineſſe, ſed aliquando concludetur neceſſaria: ſicut dicimus, omne album nunc eſt homo, & omnis homo eſt corpus, ille itaque concludet, quod omne album ſit corpus. Illa autem eſt neceſſaria, licet ſit neceſſaria per accidens. Alpharabius vero, ex quo opinatus eſt de neceſſaria, & de ineſſe hanc opinionem, & inuenit rem ipſam in materiis aliter, quam opinatus eſt de Ariſto. in hac miſtione. Et excuſatus eſt de hoc, qua dixit, quod Ariſt. opinatus ſit hanc ſententiam in materiis, in quibus verificetur ſignificatum dici de omni, cuius expoſitio eſt, quod gratia exempli ſit quod a ſit prędicatum neceſſario de omni eo, quod eſt b in potentia, vel in actu. Iam autem præmiſſum eſt ex eius dicto, quod dici de omni non ſit huiuſmodi. Et iterum quia tales præmiſſę ſunt numeratæ in neceſſariis per accidens. Alexander vero, neſcio quomodo exponat hoc, ſecundum id, quod ei attribuitur de eius opinione de illis de ineſſe. Et quod concipitur ex eo eſt, quod ſignificatum dicti de omni ſit, quod maius extremum ſit prędicatum de medio ex parte qua eſt ens in actu ſimpliciter, & non quodam tempore, dico quod quãdo de ineſſe apud eum ſit ipſa temporalis, quomodo conuenit ei quod dicatur quod conditio dicti de omni in præmiſſa neceſſaria ſit a, neceſſario eſt de omni, quod eſt in actu b: hoc enim apud eum non inuenitur vllo vnquam tempore. Veruntamen accidit ei hoc, C quia non eſt adeptus quid voluerit Ariſt. per de ineſſe abſolutam. Dictum vero eius in hac miſtione eſt, qſi maior fuerit de ineſſe, & hęc eſt eius verborum ſeries. Ait Ariſt. Et ſi non ſit præmiſſa a b neceſſaria, eſt ergo præmiſſa b c. Sicq; non erit concluſio neceſſaria, quia ſi ita eſſet, accideret q̃ a ſit in quodam b neceſſario, & oſtendetur hoc in prima, & tertia figura. Hoc autem eſt falſum, quia contingit q̃ b ſit ex rebus, quarum contingit nulli ineſſe a. Et iterum notum eſt ex terminis, quod concluſio non ſit neceſſaria, quia ſi a ſit ipſum mobile, & b ipſum animal, & c, ipſe homo, quia omnis hõ eſt animal neceſſario, & eſt mobilis non neceſſario. Sicque homo non mouetur neceſſario, & ſimiliter accidit ſi præmiſſa a b fuerit negatiua, & huius demonſtratio eſſet hæc eadem demonſtratio. Expoſitio eſt, primo quidem expedit quod ſcias, quod non inueniatur in hac figura, cuius maior ſit de ineſſe ob eius ambos terminos ſimul, hoc eſt, ob prędicatũ & ſubiectum, prout eſt dicere, omne ambulans mouetur neceſſario, ſed non ſemper, quia quando fuerit minor neceſſaria, non erit medius terminus, niſi neceſſarius per ſe, & non contingit, quod componatur hæc ſpecies ex de ineſſe cum neceſſario, eo quod minor ſit neceſſaria, & maior de ineſſe, & non congeritur in illa iterum de ineſſe, quæ eſt neceſſaria per accidens, quia ſubiectum, quod eſt medius terminus in illis, non eſt naturę ipſius neceſſarii. Sicque ergo ita de in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, quæ congeritur præmissæ minori necessariæ est necessaria secundum subiectum de inesse secundum prædicatum: & ideo cauit hic vir dicere, quod modus conclusionis sit de inesse: sed dixit quod non sit necessaria. Hoc autem notum est ob naturã præmissæ, cuius conditionis est, vt sit de inesse, & maior cũ necessaria minori. Declinauit vero ad ostendendum hanc varietatem, quia dici de omni non sit in hac materia, nisi per accidens, quia de inesse, quę est in hac specie, continet præmissam minorem necessariam per accidens, prædicatum enim affirmatur subiecto affirmatione necessaria, quando subiectum in illis sumptum fuerit secundum denominationem de inesse non necessariam, vel adiecit clausulam conditionis in illis tempus certum sensitum. Hęc autem conditio non inuenitur in præmissa de inesse primo, & per se, sed si fuerit, est per accidens.

Syllogismus vero contradictionis, qui fit ad ostensionem conclusionis in hac mistione, non est necessarius, quando enim ponneremus conclusionem necessariã, hoc est, ex terminis necessariis, oporteret quod maior terminus præmissę maioris sit necessarius, & similiter terminus præmissæ minoris. Quando autem coniunxerit conuersam præmissæ minoris necessariæ, tuliset syllogismum in prima figura ex duabus necessariis, & concluisset ꝙ a, quod est maius extremum, necessario insit b, hoc est, ꝙ affirmetur de illo affirmatione continua non aliqua dispositione, neque aliquo tempore. Et similiter oportet in tertia figura, dum sumpserimus conclusionem, & coniunxerimus ei minorem præmissam. Exemplum vero, quo vsus est hic, potest esse quod intelligatur, secundum ꝙ sit de inesse temporalis, & possibile est quod intelligatur secundum quod sit affirmatiua tempore incerto. Possibile namque est, ꝙ contingatur illi, quod dicimus, omnis nõ est animal, id quod dicimus, & omne animal nunc ambulat. Si hoc accideret quo dam tempore, & concluderetur quod omnis homo ambulet. Et possibile est, quod intelligatur ex nostro dicto, quod omne animal ambulet necessario aliquo tempore, aut eius conditionis est quod ambulet. Et ideo dubium fuit hoc exemplum ipsi Alpharabio, quia ipse putauit, quod dicere cuiusque animalis conditionis est, quod ambulet, sit ex præmissis necessariis, cum ipsa eadem sit ex præmissis de inesse. Quando autem res ita se habet in compositione, quæ fit ex duabus vniuersalibus, licque secundum hoc expediret, quod intelligatur apud ipsum res in speciebus, quæ componuntur hac mistionis specie, qua conclusio sit necessaria, prout descripserat quando maior fuerit necessaria, non cum quacunque de inesse, quæ contigerit, sed cum de inesse, cuius terminus subiectus in ea sit in materia de inesse possibili, & sit ex materia necessaria. Et sic expedit quod intelligatur ab eo res, quando maior fuerit de inesse, quod conclusio non sit necessaria cum de inesse, cuius conditionis est, quod contingatur minori necessariæ, & est cuius prædicatum sit ex natura de inesse possibili, & subiectum ex natura necessaria. Et id iterum, quod dixit in secunda figura in hac mistione, expedit ꝙ redeat suum iudicium ad suum in primam figuram iudicium primæ figuræ, prout exposuimus in hac eadem figura, excepto ꝙ ipse dixit in compositione, quæ sit in hac figura ex præmissa particulari negatiua minori necessaria, & ex præmissa de inesse maiori, quod non concludatur necessaria semper, sed aliquando concluditur contingens, cuius exemplum est in necessaria contuncta cum præmissa temporali. Et esset cuiuspiam quærere, & dicere cum breuiloquus fuerit in explicatione huius in hac figura, & secundum id, quod dixerat, est res communis omni illi, qui componitur ex præmissis necessariis maioribus cum de inesse temporalibus, dico ꝙ ille aliquando concludet de inesse, & aliquando necessarias. Et quare subiecit illud ibi, & loquutus est de eo hic, & subiecit hic speciem, quæ ostenditur suppositione in tertia figura, quæ concludit necessariam, & est quæ componitur cum præmissa de inesse ob prædicatum tantum. Dicimus autem ꝙ subiecere illam hic, sit euidens, dico ꝙ non concluditur necessarium semper cum præmissa de inesse temporali: euidens enim est quod non sit in illis, significatum dicti de omni, & attestatur hoc nobis, dum dixit aliquando. In hac vero specie dico, quia compositus in secunda figura ex minori particulari negatiua necessaria, & maiori de inesse, ex quo ipsa res non est in illis euidens, cũ illatio huius speciei sit ostensa per contradictionem, aut suppositione, expedit declarare hoc per materias.

Dubium

Solutio

Sed apud Alpharabium secundum eius expositionem super Arist. quod quando maior fuerit necessaria in potentia in secunda, & tertia figura, hoc est, ipsam reduci ad primam, fiat conclusio necessaria: hoc dictum repugnat illi, quod præmissam est, & ideo explicuit supra illud, quod sit error, qui ceciderit in textu, quod est radix præposita. Totum autem hoc accidit eis ob ignorantiam naturæ præmissarum de inesse, & naturæ necessariarum. Notum autem est, quod quando aliquod c non est b necessario, & omne a nunc est b, ꝙ oporteat ratione suppositionis, ꝙ aliquod c non sit a. Sed hoc aliquod contingit quod non sit a tempore quo omne a est b, & fit conclusio de inesse contingens, & contingit quod rediat affirmatiua, & contingit quod de hoc aliquo sit a negatum semper: exempli gratia, ex materiis, dicendo: quoddam animal non est homo, & omne album nunc est homo. Quando itaque acciperemus aliquod animal ipsam columbam, verax est de illa tempore, quo omne album est homo, quod nulla columba sit alba. Possibile autem est quod sit alba, quando mutatur dictum, omne album est homo. Si autem caperemus aliquod animal ipsum coruum, esset dicere aliquod animal non est album, verũ necessario. Alterius vero in tertia figura modus conclusionis sequitur maiorem præmissam cum quouis modo ipsarum de inesse, quoniam non conuertitur in hac figura maior, sed conuertitur ipsa minor. Si autem illa de inesse fuerit temporalis, sit dum conuertitur de inesse non temporalis, hoc est tempore interminato, & quando maior præmissa fuerit necessaria, concludet necessario conclusionem necessariam. Si autem illa de inesse fuerit maior, concludet conclusionem de inesse, & non variatur in hac figura de inesse temporalis in non temporalem. Et ideo, quando Aristote. meminit de specie, quæ ostenditur in hac figura per suppositionem, non dicit ꝙ non concludat conclusio nem necessariam semper, vt fecit in specie, quæ ostenditur per suppositionem in secunda figura. Sed tulit exemplum ex præmissa necessaria negatiua particulari maiori, & de inesse temporali, & videtur quod concludat conclusionem necessariam, verbi grana, dicendo, omne animal nunc mouetur, & aliquod animal non est bipes. Quando, n. conuertitur dictum, omne animal nũc mouetur, sit nobis, aliquod, quod mouetur, est animal: & hæc de inesse non est temporalis. Quando autem caperetur de animali per suppositionem id, quod non est bipes, ac si diceres quadrupes, esset conclusio, aliquod, quod mouetur, non est bipes, quæ est verax semper. Et componitur syllogismus sic, aliquod, quod mouetur, est quadrupes, & nullum quadrupes est solum bipes: sicque sit conclusio, aliquod, quod mouetur, non est bipes. Sic itaque conuenit ꝙ intelligatur id, quod dixit Arist. in hac mistione, quia illud est veritas secundum se, & conuenit ꝙ sit, quod intelligitur ex suis verbis, immo euidentior fit secundum hoc eius series, quam secundum id, quod intellexerunt illi, quorum expositio huius loci peruenit ad nos.

Dicimus autem quod ipse dicat ꝙ syllogismus, qui componitur ex præmissa possibili, & de inesse, aut possibili & necessaria, ꝙ cũ maior fuerit possibilis, syllogisent in hac specie mistionis sunt perfecti, & modus conclusionis in illis est idem modo præmissæ maioris. Huius aũt causa est manifesta, quia in præmissa maiori possibili inuenitur significatũ dicti de omni, quia oẽs minores differentiã modorũ pẽdent in ea, & illius proportio ad singulas illarũ est, ꝓportio totius ad partem. v. g. cũ verificatur dicere a de b contingenter, verax fit necessario de speciebus ipsius b, & de omni parte ipsius b, quæ est contingenter, aut in actu, aut necessario, sicut dicimus, ex omni genitura pot esse, ꝙ fiat alal species illius, cuius est illa genitura, quia hæc, propositio verificat de oi, cũ est genitura in potẽtia, & de oi, cũ est genitura in actu. & si esset ens necessario, esset hæc ipsius dispõ, & hoc de oibus suis partibus, q̃ sunt sc̃dm q̃titatẽ, aut quãtitatẽ. In maiori

vero necessaria non inuenitur significatum dicti de omni cum contingenti, quoniam prædicatum necessarium inuenitur in subiecto necessario, non in contingenti, nisi esset necessarium per accidens, prout dicimus, omne ambulans est animal. Et similiter est dispositio præmissæ maioris de ineſſe cum contingenti. Totum autem hoc est oppositum præmissæ contingentis, in præmissa enim contingenti non est dubium, quod eius prædicatū sit naturæ contingētis. Subiectū vero aliqñ erit naturę cōtingentis, & naturę non contingentis: & ideo qñ minor fuerit contingens aut necessaria, concludit contingentem. Hic aūt non est res ita, quia maior est necessaria, aut de ineſſe, quia necessariæ subiectum impossibile est, qđ sit nisi necessartum, & illius de ineſſe, nisi de ineſſe: & inde fit q dixit Aristo. de istis, q sint syllogismi imperfecti: perfecti enim apud eum sunt, in quibus est significatum dicti de omni, & dicit q illi concludant conclusionem extortam. D

Talium autem syllogismorum conclusiones ostendantur per contradictorium. Dum autem illos comprobauit hoc modo, inuenitur syllogismus compositus ex præmissa minori contingenti affirmatiua, & ex præmissa affirmatiua de ineſſe concludit sine dubio affirmatiuam: in illo vero, qui est per contradictorium, quæ infertur expositione conclusionis negatiuæ, notum est quod sit affirmatiua, & quando fuerit affirmatiua veræ tribus modis q eius conclusio sit extorta, aliquando concludit affirmatiuam necessariam, & aliquando contingentem, & aliquando de ineſſe. Verumtamen, quomodo syllogizans construeret syllogismum contradictorii, qui inferret hoc, iam retulit Aristo, in suo libro & illud exposuit Alpharabius in expositione syllogismi, & nos ipsum exposuimus in huius libri expositione. Quando vero hæc cōbinatio fuerit ex præmissa minori contingēti, & negatiua de ineſſe, notum est etiam, q non concludatur affirmatiua, quia, quando posuerit conclusionem affirmatiuam contradictorium per suam positionem, intelliget affirmatiuam, sicque ostensum est ei de re huius cōbinationis, q concludat semper negatiuam vniuersalem. Ex quo autem vniuersalis negatiua est duarum specierum, aut negatiua absoluta, hoc est, de ineſſe, aut negatiua necessaria, quia negatiuæ contingentis vis est vis affirmatiuæ. Quando autem hæc species mistionis non concludit cum de ineſſe, quæ sunt certi temporis, arrestatus est huic, dum dixit, q ex talibus præmissis, hoc est, de ineſſe temporalibus, non fiunt syllogismi, & tulit materias, in quibus fallit hæc combinatio cum de ineſſe temporalibus: dicendo enim, homo possibile est quod ambulet: & omne ambulans nunc est equus; infertur hinc, q omnis homo sit equus: quod est mēdacium. Et dixit q de ineſſe, quibus vtuntur in hac specie mistionis, sunt absolutæ, quarum species numerauimus in præmissis. Deinde retulit etiam materias, ex quibus apparet, q aliquando concludant negatiuam necessariam, & aliquando negatiuam de ineſſe, & dixit exemplum illius, quæ concludit negatiuam necessariam, est dicere omnis homo contingens est, q cogitet, & nullum cogitans est coruus, hic enim concludit, nullus homo est coruus, hoc autem est necessarium omni tempore, non aliquo tempore, excepto alio tempore. Ex quo autem apud Alpharabium orario dicens, & nullum cogitans est coruus, est negatiua necessaria, non de ineſſe, & apud ipsum erat quod de ineſſe sit appropriata tempore certo, ambiguus ei fuit hic locus. Et dixit fortasse sensus cogitationis hic est ipsa phantasia. Termini vero, quibus vtuntur in illo, qui concludit de ineſſe, sunt vt dicere, omnis homo contingens est q sciat, & nullum sciens mouetur, id est tempore suæ scientiæ, hic enim concludit, nullus homo mouetur tempore, quo scit. Conclusio autem hic est necessaria cum conditione, & illa est, quam dicimus q sit absoluta vera, aut vna species ipsius absolutæ, quibus sunt syllogismi in scientia topicæ. Iam itaque ostensum est hinc intentum huius viri, & solutæ sunt ambiguitates quæ remanserunt contra eum vsque ad hæc nostra tempora: hæc enim est huius viri consuetudo cum illis, qui in eum dubitant. Dico quod tempus fuit dat ad soluendum quod in ipsum dubitant. Et ideo non est debilitoris considerationis inter homines, vel minoris scientiæ, quam ille, qui dubitat contra ipsum, & in suo tractatu respondet per id, quod ei videtur, & præcipue quando non est id vitium illi, qui eum præcesserit, prout inuenimus fecisse Auic. in E F

A omnibus suis libris. Et deterius quod hic nouus fecisset, est deuiare a sua disciplina, & progredi alio itinere præter suam viam, vt contingit Alpharabio in suo libro logicæ, & Auicennæ in scientiis naturalibus, & diuinis. Sicque expletus est tractatus de eo, cuius expositionem intendimus: & si doctrina sit breuis, præparat tamen ad rectitudinem.

De conditione syllogismorum contingentium, circa duo eorum attributa, videlicet de numerositate illationis, & de figura, in quæ non concludunt. Quæst. V.

THemistius contendit cum philosopho circa syllogismos contingentes simpliciter bino. Primo circa id, qđ opinatur, qđ inferentes in prima figura sint dupli inferentium de ineſſe, & necessariorum, quia sui negatiui cōuertuntur in affirmatiuos, hi autem vocantur imperfecti, quia non conuertuntur. Secundus autem locus est circa id, quod ponitur, quod hæc materia non concludat in secunda figura. Primus itaque locus destruit suamet verba, quia in scientiis vtimur possibili pro maiori parte, non possibili æqualiter, neque possibile in minori parte, ipse autem asserit, q negatiui, dum fuerint vt plurimum, qui vtiles sunt scientiis, non conuertuntur in numeratos, neque fit ex eis syllogismus, & perinde non conferunt vtilitatem per hanc conuersionem: negatiuis vero in minori parte non vtimur, sicut nec vtimur affirmatiuis in minori parte. Et his nō vsitatis, non inueniuntur itaque in artibus negatiui, qui transferantur in affirmatiuos pro maiori parte, & arguit Arist. ex eo, quod ipse iam exposuerat hic, qđ his, qui sunt pro minori parte, non vtimur in scientiis, & admiratur ipsum, quo modo latuerit eum ex hac eius positione, cum sit ad oculum ex quo est clarissimum, quam ob rem ait, q oporteat subtrahere hos quatuor superadditos, qui sunt imperfecti, cum non sit ad propositum numerare syllogismos, qui non conferant vtilitatem. Abumazar autem iam respondit hoc dicto, quia præmissis possibilibus æqualiter vtitur ars rhetorices, & non est remotum in topicis, quod proponentis sint præmissæ negatiuæ pro minori parte, quas dum aduersarius admittit, procedit ex eis ad eas, quæ sunt pro maiori parte, in quas conuertuntur. B

Nos autem dicimus, q possibiles æqualiter, & pro minori parte sint propriæ libro elenchorum, cum sint speciei illius, quod est per accidens, & sic nos inuenimus in hac materia, q concludant negatiuam necessariam: prout dicimus, omnē coronam potest consequi pluuia, & omni cometa possibile est quod non succedat pluuia: illæ sunt duæ præmissæ possibiles pro maiori parte, & conclusio est necessaria, quæ est quod halo, id est corona, non sit cometa. Et sic nos inuenimus in materia, & in hac figura illum, qui concludit conclusionem affirmatiuam necessariam, prout dicimus, omnis homo, inquantum est homo, potest esse q non sit luscus, omnis autem glaucus potest esse luscus. Hæ itaque duæ præmissæ sunt pro maiori parte, conclusio autem est, q omnis glaucus sit homo necessario: euidens itaque est ex hac specie id, quod dixerat ipse Philosophus, q hic aliquando inferat negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuam necessariā. In loco autem negatiuæ necessariæ non dicitur, q concludat affirmatiuam possibilem, nec in loco affirmatiuæ necessariæ dicitur, q concludat negatiuam, cū quælibet harum repugnet alteri. Erauit autem hic vir, quia ipse inuenerat in quibusdam materiis, quod negatiua pro maiori parte conuertatur, & proinde putauit, q conuertatur in omni materia, prout dicimus omnis homo viuus possibile est, q habeat sex digitos, & omne habens sex digitos viuum, possibile est q sit homo habens sex digitos. C

Nos vero dicimus ei ad oppositionē, quā dixerat cōtra Philosophū, quod eā latuerit, supponendo, q id sit clarissimum, quod modo latuerit eum. Illud quoque est ex suis præsumptionibus: ornauit enim suam responsionem contra ipsum Philosophum. Et si ipse modicum considerasset ipsam rem, esset ei euidens, dum exemplificauit in hac materia, q verum sit dicere, q semper in ortu canculæ

1. Priorum. cap. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

impossibile sit q̃ sit pluuia, nã maior pars pluuiæ necessario nõ inueniẽ tpe ortus D
caniculæ. Sicque tam ostensa est ex hoc sermone veritas, ad quã inclinauit Philosophus circa hanc rem, vt destructio illius, ad quod declinauerunt alii, prout moris eius est cum eius aduersariis, & hoc est, quod ostendere intendebamus. Totius autem huius causa est, quia negatiui in hac materia sunt vere affirmatiui: & ideo subintrant eos caracteres negationis, & vera negatio impediens illationem non impedit eam in hac materia, cum sit negatio non vera, sed est affirmatio quædam. Dum vero connecteretur negationi veræ ipsa illatio, impediretur illius illatio in hac materia, ex quo negatio in ea non est vera. Et proinde non est alicuius dicere, quod non expediat quod affirmatio, quæ in potentia est ipsa negatio, impediat illationem in secunda figura magis, quam quod negatio, quæ est in potentia ipsa affirmatio impediat illationem in prima & tertia figura: hoc enim esset necessarium, si negatiui in eis essent negatiui veri, prout affirmatiui in eis sunt affirmatiui veri, sed negatiui ipsarum sunt affirmatiui imperfecti, & operantur in illatione opus affirmatiuorum perfectorum, cum sint generis affirmatiuorum ratione inuentionis proprietatis affirmatiuorum, quæ est subintroitus negationis in ipsos. Proinde non est nostra asserere, q̃ sint negatiui imperfecti, prout esset nostra dicere, q̃ sint affirmatiui imperfectiuam negatiui sunt remotio speciei affirmatiuorum perfectorum, & imperfectorum, remotio autem non discernit perfectum & imperfectum, vt affirmatio diuidatur in perfectam & imperfectã. Proinde negatiui sunt secundum numerum infinitorum, & priuatiorum in affirmatiuis, & non numerentur inter negatiuos, neque esset iudicium negatiuorum in materia possibili iudicium negatiuorum verorum. Si autem negatiuorum in materia possibili iudicium esset iudicium verorum negatiuorum, vna eadẽ esset congeries concludens, & non concludens. Concludens quidem, quatenus ei inest vis affirmationis, non concludens vero quatenus ei ineſt vis negationis: & tunc esset contrarium illius, quod dixerat ipse Philosophus. Oratio itaque, si fuerit, contingens æqualiter, esset per accidens, ex quo non speculatur præmissas, quatenus sunt possibiles secundum esse, sed speculatur eas, quatenus sunt possibiles secundum imaginationem, & hanc rem iam ostendit Abumazar in expositione libri priorum analyticorum. Ile non est remotum, q̃ inueniantur artes non demonstratiuæ præter elenchum, quæ vtantur his, quę raro fiunt, sicut est ars notoria & magica, quibus vtebãtur nostri maiores. Et sicut possibile est, q̃ maiori parte quoddã est p se notũ, & quoddã est notũ p syllin ex præmissis, quæ sunt p maiori parte, sic contingens pro minori parte quoddã est possibile, qd sit per se notũ, & quoddam est quod potest notificari per nota per se: & hic syllus non fit necesario ex præmissis, quæ sunt pro minori parte. Hæc autem perscrutatio de contingenti pro minori parte est propria scientiæ theologicæ. Hoc itaque dubium facile est ad soluendum & non est loquendum amplius de eo. F

Secundum vero dubium habet difficultatem quandam, nec respondet ad illud Abumazar ar quantum est in his, quæ nobis constant, Aristo. enim argumentatur, q̃ syllogismus non fiat in secunda figura ex duabus contingentibus ratione trium rerum, quarum vna est, quia vis negatiuæ contingentis, quæ fit in secunda figura, est vis affirmatiuæ, in hac figura autem non concluditur ex duabus affirmatiuis, sicut non concluditur in de ineſse simpliciter, neque in necesariis. Secunda autem ratio est, quia illatio inferentis in hac figura ostenditur per alteram dearum rerum, aut per cõuersionem, aut per syllogismum ducentem ad impossibile, illa autem per neutram harum rerum ostenditur, prout notum est: quia negatiua non conuertitur, quia secum est vera affirmatiua contingens, & perinde si conuerteretur negatiua vniuersalis, conuerteretur etiam affirmatiua contingens, quę secum vera existit: & hæc res etiam ostenditur ratione materierum, nam si verum sit, quod omnem hominem possibile est non esse album, & non est verum, quod omne album possibile sit non esse hominem, cum quoddam album, prout sunt multæ res, non sit homo ex necessitate. Non conuertibili itaque existente negatiua contingenti, impossibile est quod illatio in hac figura ostendatur per conuersionem. Et similiter videtur, quod non possit ostendi eius illatio per im-

A possibile, quia non sequitur inde impossibile aliquod. Tertia vero ratio sumpta ex materiis est, quia in quibusdam materiis inuenitur quod illæ inferant negatiuam necesariã: nam impossibile est quod sit omnis homo albus, & omnis equus possibile est quod sit albus: illata autem est negatiua necesaria, quæ est, quod nullus equus sit homo. Et ex quo ex affirmatiuis contingentibus in hac figura inferantur necesariæ, prout dicimus, omnis homo possibile est quod habeat quinque digitos, & omnis Ethiops possibile est q̃ habeat quinque digitos. Conclusio itaque est, quod omnis Ethiops est homo, quæ est necesaria affirmatiua. Sicque syllogismus, qui est huius processus ex duabus præmissis, quarum vna est negatiua, & altera contingens, prout dicit Philosophus, non põt quispiam dicere, q̃ inferat contingentem, neque negatiuam, neque affirmatiuam. Negatiuam quidem quia tam inferret per cõuersionem conclusionem affirmatiuam necesariã nec affirmatiuã contingentem, quia tam infert negatiuã necesariã. Hoc itaq; est totũ, quo intendit Philosophus, q̃ non concludatur in secunda figura in hac materia.

Themistius autem destruit totum hoc, ex quo omnes hæ rationes sunt veræ de negatiuis contingentibus æqualiter, non de negatiuis contingentibus pro maiori parte, quia conuertuntur, & non inuenitur in hac materia, quod inferat negatiuam necesariam. Et ostendit quod declarationes, quibus vsus fuerat Aristot. circa hoc, sunt particulares, ipse autem vtitur eis vniuersalibus. Res autem non B
est, prout putauit, nam cum animaduertes ipsam rem, apparet, quod hæc ostensio
sit vniuersalis, cum suppoſuerimus negatiuam pro maiori parte conuerti in affirmatiuã p̃ minori parte, & suppoſuerimus q̃ affirmatiua p̃ minori pte vniuersalis non conuertatur vniuersalis, siue ars vtatur illa, siue non vtatur ea. Notum itaque est, q̃ non semper conuertatur contingens vniuersalis negatiua, cum non semper conuertatur contingens pro minori parte affirmatiua ei connexa, nam verum est dicere, omnis fodiens suam vineam est vnus, raro multi, & non est verum omnis vnus multi est raro fodiens suam vineam, nam multi, qui sunt maiores natu necesario fodiunt suam vineam. Igitur hæc ostensio, qua vtitur, est vniuersalis, non particularis, prout putauit Themistius, & si videas de negatiua pro maiori parte in priuatiuis, quod non conuertatur, prout dicimus, omnis homo possibile est q̃ non habeat quatuor digitos. Hæc enim negatiua est pro maiori parte, & non est verum, quod omne habens quatuor digitos possibile sit, quod non sit homo, nam multi habentes quatuor digitos non sunt homines necesario, prout sunt aues. Cum autem negatiua contingens non semper conuertatur. Syllogismus itaque, in quo occurrit non semper concludit. Iam autem dictum est in definitione syllogismi, quod in eo occurrat semper, q̃ sit oratio, in qua positis pluribus rebus, quam vna, sequitur res alia semper. Si autem secunda figura concludit semper, quia negatiua in ea conuertitur semp, hic ergo nõ est syllogismus.

C *De modis illationum mistorum ex ipsis tribus modis. Quæs. VI.*

INtentio huius sermonis est, q̃ perscrutemur modos illationum mistorum ex tribus modis absoluto, & necesario, & possibili: nam veteres Peripatheti ci discerpauerunt cum Arist. circa hoc, ac etiam posteriores expositores contenderunt circa modum interpretationis textus Aristo. circa hoc. Et instituemus nostram considerationem de hoc in prima figura: nam illi conueniunt quod modi illationum in secunda figura, & perfectorũ mistorũ consequuntur suos modos in prima figura. Dicimus itaque quod iam ostensum sit, quod impossibile sit, quod congeries primæ figuræ inferat, dum maior non fuerit vniuersalis, siue fuerit affirmatiua, siue negatiua: & quod oportet minorem esse affirmatiuam, siue fuerit vniuersalis, siue particularis, & hoc sit significatum dici de omni vniuersaliter, quod institutum est esse conditio syllogismorum inferentium, vt dicendum sit secundum affirmationem, aut negationum de omni, q̃ ipsum est secundum affirmationem. Notum autem est, quod cum posuerimus existentiam propositionum talis condirionis, q̃ c est b, significat q̃ b prędicetur de toto c. Hoc autem fit ex istente, propositiones itaque minores syllogis- 1. Prior. cap. 15.

morum inferentium dependẽt ex vi propositionum maiorum eo modo, quo pars D
dependet ex toto. Hæc autem dependentia peruenit nobis ratione ambarum con
ditionum simul, hoc est, ratione, qua propositio maior est vniuersalis, hoc est, con
tinens ipsum minorem, & qua minor est affirmatiua: nam his duabus conditio-
nibus inest eis habitudo totius & partis. Hoc autem sic existente, notum est qđ
ex qualibet propositione maiori modali dependeat propositio minor, & suus mo
dus, ac etiam modus ipsius conclusionis illius syllogismi sequitur modum propo
sitionis maioris: exempli gratia, nam si diceremus a esse de omni b necessario:
hoc est a est necessario prædicatum de omni, quod est b in actu. Cum autem po
suerimus omne c esse b in actu, oportet ꝙ a ꝓdicetur de c necessario, ex quo iam
positum est c secundum modum conditionis in prædicatione maioris propositio-
nis: & similiter etiam per se notum est, ꝙ dum modus pendens in propositione
maiori fuerit alius a modo propositionis minoris, non oportet ꝙ intrepide modus
conclusionis cõsequatur modum propositionis maioris, dum minor non depen-
det a maiori nisi ratione affirmationis solum, sicut ꝙ haberemus a est de omni b
necessario dicitur de omni quod est b in actu, & posuerimus ꝙ c sit b in poten-
tia. Sicque notum est ꝙ non sequatur ex illa dependẽtia, quod a dicatur de omni
c necessario, sed sequitur ꝙ dicatur de omni c affirmatiue, aut negatiue solum.
Sicque contigit ꝙ modus conclusionis sit minoris, & contingit ꝙ sit maioris, &
contingit ꝙ sit ambarum rerum simul. Huius itaque species mistionis modus con B
clusionis est ignotus. Primæ autem modus conclusionis est notus: & si res ita in-
ueniretur in materiis vocaremus hãc speciẽ mistionis perfectũ in hoc capitulo.
dum modi conclusionum sunt noti per se, sicut vocauimus perfectos syllogismos
eos qui sunt primæ figuræ, dum sue conclusiones sunt per se notæ. Secundam aũt
speciem mistionis vocamus ignotam, dum modi conclusionum eius non sunt noti
per se, sicut vocantur imperfecti syllogismi secundæ, & tertiæ figuræ, dum modi
conclusionum earum non fuerint per se noti. Et si hæc res ita sit in materiis, hoc
est, ꝙ in quibusdam propositiones minores dependeant ex maioribus, & in qui-
busdam non dependeant, notum est ꝙ oporteat, ꝙ in syllogismis mistis respectu
modorum suarum conclusionum sint hæ duæ species: hoc est: perfecta & imper-
fecta, prout visus fuit Arist. qua vis ergo propositione maiori posita, siue necessa
ria, siue possibili, siue de inesse fuerit, connectuntur illi tres modi. Notum itaque
est, ꝙ omnes syllogismi misti sint perfecti: hoc est, quod modi suarum conclusio-
num assequantur propositionem maiorem: & hoc sit notum de sua re: exempli
gratia, si significatum dicti nostri a est de omni b possibiliter, & necessario, & in
actu, qualibet propositione minori appolita huic ꝓpositioni, siue eius modus fue
rit de inesse, siue necessarius, siue possibilis, oportet ꝙ conclusio sit necessaria: &
similiter oportet, ꝙ dum maior fuerit possibilis & absoluta, & inest ei hæc con-
ditio: hoc est, ꝙ modus conclusionis sit modus propositionis maioris, toto hoc ita E
existẽte res se habet, sicut se habet res huiusmodi in materiis, nam ex hac parte
potest esse ꝙ nobis constet opinio Arist. circa hoc, & secundum veritatem in se:
& hoc, dum perscrutabimur prædicationem trium propositionum vniuersalium
in omnibus materiebus.

Dicimus itaque, ꝙ dum dicimus, omne b est a necessario, nos intelligimus inde
dum absoluimus sermonem alterum duorum significatorum, quorum vnum, est,
ꝙ omne, quod est b, in actu solum non in potentia, ipsum est a necessario, prout
dicimus omnis homo est rationalis necessario, eius sensus est, ꝙ quicquid est ho-
mo in actu, non in potentia, est rationale necessario. Secundum autem significa-
tum est, ꝙ quicquid est b in potentia, vel in actu est a, prout dicimus, omne mo-
bile est corpus: nam intellectus huius propositionis est quod quicquid mouetur
in potentia, vel in actu est corpus. Notum autem est, quod dum nos absolueri-
mus sermonem, & dixerimus, ꝙ omne b sit a necessario, impossibile sit quod in-
telligatur ex eo, ꝙ quicquid est b in potentia sit a, nisi per hoc exponatur ꝙ ve
rus sit noster sermo, omnis homo est rationalis, & ꝙ verificetur de rationali in
potentia, & non verificetur de eo, quod est in actu rationale: & dicitur, prouqui
dam diceret, quod dum non exponitur dictio in potentia, sit sermo inanis, nisi di-

A stinguatur. Euidens itaque est ex hoc, quod dum absoluimus prædicationem
propositionis vniuersalis necessariꝫ. Huius intellectum esse alterum duorum si
gnificatorum, aut quod a necessario dicatur de omni, ꝙ est in actu b solum, aut
de eo, quod est in actu & potentia, non de eo, quod est in potentia solum, nisi hoc
exponatur de prædicatione. Re autem sic existente, conditio perseuerans in ꝓ
positione vniuersali necessaria, quę non insinuatur, quia fertur sine materia, est
ꝙ a sit necessario prædicatum de omni, quod est b in actu. Re autem sic existẽ-
te, oportet ꝙ dum permiscemus propositionem necessariam maiorem cum mino
ri de inesse, conclusio sine dubio in omni materia sequitur modum proposi-
tionis maioris. Dum autem illam admiscemus possibili, sit modus conclusionis
non manifestus de dispositione dicti de omni, & sic inuenimus quod fecisset Ari
stote, nam ipse dixit quod dum minor fuerit possibilis, syllogismus est imperfe-
ctus, & dicitur ꝙ dum maior fuerit necessaria, & minor de inesse conclusio est ne
cessaria sine dubio. Postquam aũt ostensum est, qualiter est modus conclusionis
propositionis maioris necessariæ tempore mistionis, speculabimur etiam quomo
do res se habeat in hac propositione maiori existente de inesse. Et dicimus ꝙ
dum dicimus, quicquid est b est a in actu, nos inuenimus ꝙ eius significatum est
aliud, videlicet id, ꝙ diceremus, ꝙ quicquid est b in actu solum sit a, si ex absolu
to, hoc est, de inesse, intelligatur potentia secluso actu, aut actus & potentia si-
mul: hoc est notum de intellectu sermonis propositionum vniuersalium de inesse
B licet accidat quibusdam propositionibus vniuersalibus, ꝙ verificetur prędicatio
propositionis de inesse de eo, ꝙ est ens secũdum ambas res simul: hoc est, in actu
& secundum possibilitatem, prout dicimus omne animal quiescit, dum non inue
nitur aliqua res, quæ moueatur: nam hæc oratio est vera de eo, quod est animal
in potentia & in actu, sed putatur quod hæc res sit contingens, & quod eius si-
gnificatum non intendatur de sermone, & oratione vniuersali de inesse, econuer
so propositionis necessariæ circa hoc. Quouis autem modo res se habeat, dum
supponimus quod de propositione absoluta non intelligatur nisi actus, sicut est
dispositio necessariæ, notum est, ꝙ dum maior fuerit de inesse, & minor necessa-
ria conclusio sit de inesse in omni materia: nam conditio cathegorica de inesse
illius est propositionis minoris, quæ est ipsam esse in actu: nam necessarium cõ-
tinet actum, & aliquid vltra. Et notum est, quod dum minor fuerit possibilis et
maior de inesse, quod syllogismus sit imperfectus, & sic dixit Aristo. de hac spe-
cie mistionis, quod sit imperfecta ab origine, & ait de mistione ipsius de inesse et
necessarij, quod iudicium huius mistionis sit quædam species imperfectæ. Post
quam autem expositum est, quo pacto sit prędicatio propositionis necessariæ vni
uersalis & de inesse, scrutabimur quo modo res se habeat circa hoc de propositi-
one possibili vniuersali. Et dicimus, quod dum dicimus b est a possibiliter
C vel possibiliter nullum a est b, vbique locorum nos intelligimus inde vnum &
idem significatum, quod est, quod quicquid est b in actu, & potentia, est a pos-
sibiliter. Hoc autem sic est, quia quod prædicatur de aliqua re possibiliter, dũ
res illa est in actu, hoc est, ipsum subiectum, illud prędicatur necessario possibili-
ter de re, de qua prædicatur suum subiectum possibiliter: nam possibile est, quod
possibile sit possibile. Re autem sic existente, notum est quod cuiuslibet syllo-
gismi maior propositio fuerit possibilis, ille est syllogismus perfectus, & eius cõ
clusio est possibilis, siue fuerit de inesse, siue necessaria: nam conditio perseue-
rantis prędicationis inest illi, quod est esse in actu: & ideo Arist. ait de hac mistio
ne, quod sit perfecta. Sicque tam ostensum est ex hoc sermone veritas illius, ad
quod declinauit Arist. de eo, quod syllogismi misti ex de inesse, & necessaria sint
perfecti, & modus conclusionum ipsorum assequatur propositiones maiores, &
quod misti ex possibili & de inesse, aut necessaria, dum ipsorum maior fuerit pos
sibilis, syllogismi sunt perfecti, & ipsorum modi assequuntur propositiones ma-
iores. Dum vero possibilis fuerit ipsa minor, syllogismi sunt imperfecti, & mo-
di conclusionum non assequuntur propositiones maiores. Reliquum autem est
perscrutari, quę sint conclusiones, quas inferant hi syllogismi, quos Arist. dixit
esse imperfectos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Initium autem huius perscrutationis est, quod primo scrutemur significatum sui dicti de illis, quod sint imperfecti, numquid per hoc intenderit, quod non sint manifestæ, illationis, quo ad rem ipsius dici de omni, aut quod in eis non sint noti modi conclusionum, & quod esse illationem ipsorum affirmatiuam, aut negatiuam notam sunt modi conclusionum: nam videtur ex præcedenti sermone, quod cuiuscunque syllogismi modus conclusionis consequitur modum propositionis maioris, ille sit notus & perfectus secundum illationem in se: & hoc fit dum modus minoris dependet ex propositione maiori. Relinquitur itaque perscrutatio de syllogismis, quorum modi propositionum minorum dependent ex maioribus, numquid sint perfecti necne? hoc est, numquid inferant, prout dictum est aut non inferant? Et hinc ostendetur nobis conditio ipsius dici de omni, quod est commune huic libro, quid sit, cum varij sint expositores eius. Dicimus, itaque, quod si ponamus quod conditionis syllogismi notæ illationis secundum se: sit, quod modus propositionis minoris dependeat ex propositione maiori; cum summa affirmatione, oportet quod id, quod ostendimus, non sit conditio ipsius dici de omni inferens in omnibus speciebus syllogismi vna conditio. Nam iam expositum est nostrum dictum, quod aliud sit dici de omni in propositione necessaria, & de inesse, & aliud in propositione possibili: nam conditio singularitatis necessarij est, quod a gratia exempli, necessario inueniatur in omni, quod est b in actu, cum hanc non euadit vlla materierum, vt sit eius dispositio huiusmodi. Quo itaque pacto ait Arist. quod conditio ipsius ctici de omni, quæ vniuersaliter fit in hoc in libro, est, ꝙ a sit b necessario, absque quod distinguat rem in propositionibus necessarijs, & possibilibus, & de inesse. Si ita res se haberet prout diximus, non oporteret quod conditio ipsius dici de omni, quæ fit in hoc libro, significet, quod a prædicetur necessario, aut in actu de omni eo, quod est b in actu, & possibiliter, & vt vniuersalius inquam, oportuit Alexandrum exponere hanc descriptionem communem ipsi dici de omni, quam induxit in principio huius libri, hoc est, libri priorum, quod expediat quod intelligatur cum conditione affirmationis cõditio ipsius actus, adeo qd significatum ipsius dici de omni communis huic libro sit, quod prædicatum affirmatiuæ, aut negatiuæ, siue fuerit de inesse, aut necessarium, aut possibile, sit de omni quod est b in actu solum, & eius dictum est id, quod videtur de eius conuenientia circa id, quod dicunt de mistione ipsius de inesse, aut necessarij de re modorum ipsarum conditionum assequentium propositionum maiorem, quod etiam dixit de mistione possibilis cum necessario, & de inesse: nam dum possibilis fuerit ipsa minor, syllogismi sint imperfecti: nam hoc conuenit huic conditioni, quæ est dici de omni. Sed Abumazar arguit ipsum, nam si hæc conditio ipsius dici de omni communis huic libro esset syllogismus compositus ex duabus propositionibus possibilibus, non manifestę illationis ex significato ipsius dici de omni. Hoc autem est contrarium illius, ꝙ ponit Aristo. & illius, ꝙ est ipsa res secundum se. Re autem sic existente, credidit Abumazar, prout videtur ex eius sermone, quod conditio ipsius dici de omni communis huic libro sit, quod a dicatur affirmatiue vel negatiue de inesse vel necessario, aut possibili de omni eo, quod sit b in actu, aut possibiliter, aut necessario. Nam ipse putauit ꝙ hac conditione fiat illatio manifesta in syllogismis simplicibus, & mistis, & quam bona & recta esset hæc conditio, si esset conformis omnibus materijs, & non esset omnis syllogismus inferens & existens per hanc conditionem: nam iam ostensum est ex nostro sermone, quod hæc cõditio sit conformis materijs ipsis in propositionibus possibilibus in necessarijs autem, & de inesse non est conformis ipsis materijs, sed bene conformatur eis, hoc esse in actu solum: hoc est, quod a sit prædicatum necessario, aut in actu de eo, quod est b, licet Aristote, iam instituerit hanc conditionem in syllogismus manifestę illationis secundum se: vt sit conditio ipsius vniuersalis, quo vtuntur in hoc libro. Nos tamen sumus inter duas has res cum hoc, quod ibi concedatur quod qui non est secundum hanc conditionem, non est notæ illationis secundum se. Sequitur itaque ex hoc quod is, qui est notæ illationis in

A hoc libro, comprobetur secundum materias ipsas. Iam autem ostensum est, quod hæc conditio non insit omni materiei, quod Abumazar admittit. Hoc autem est contra intentum hic, cum hic intendatur tradere regulas necessarias veras de omni materia: & propterea Aristote. fugit hic illationem duarum affirmatiuarum in secunda figura, licet hoc opportunum sit in quibusdam materijs: & similiter fugit illationem vniuersalis in tertia figura cum hoc, quod hoc sit verum in quibusdam materijs.

Hoc itaque oportet esse dum admittimus, quod inferens in hoc libro sit id, cui inest hæc conditio; dum vero non admittimus hoc, quod est ipsa veritas, secundum quod hac conditione non indigetur in simplicibus, & mistis de inesse, & necessario: nam dum gratia exempli, a dicitur affirmatiue vel negatiue necessario de omni, quod in actu solum est b: & posuerimus quod omne c sit b in actu, notum fit quod a insit omni c necessario per significatum illius, quod est dici de omni proprio huic materiei, hoc autem sic existente, quilibet ergo cui inest hæc conditio, infert in omnibus syllogismis huius libri simplicibus & mistis, sed non quemlibet, qui est illationis, hoc est, notæ illationis secundum se oportet ꝙ ei insit hæc conditio. Et miror quid conferat instituere conditionem rem, quæ non distinguat illatiuum a non illatiuo in hoc libro. Sed nescio quomodo hoc latuerit Abumazar: & si inuentremus ꝙ in hoc loco suæ expositionis libri

B Priorum supersederit tractare de illo, hoc est, dum Aristote. descripsit dici de omni vniuersaliter in procemio sui libri, & sequeretur ex hoc, quod in mistione, qua maior est necessaria, & de inesse, & minor possibilis, sit perfectus & imperfectus: hanc autem rem non dicerit Aristote. Re autem sic existente dicendum est quid sit dici de omni vniuersale in hoc libro. Et dicimus quod hoc fiat, & dum a fuerit prædicatum affirmatiue vel negatiue solum de omni eo quod est ipsum b affirmatiue solum, quouis modo fuerit ipsa prædicatio: hoc est, siue dependeat modus propositionis minoris a modo propositionis maioris, siue non dependeat inde: & ideo, dum fuerit dependens syllogismus, sit perfectus ambabus rebus simul, hoc est, secundum expositionem conclusionis, & secundum expositionem illationis. Dum autem propositio minor non dependet a maiori, nisi solum ipsa connexione absque suo modo, tunc syllogismus est notus per se secundum illationem, sed est latens modus conclusionis eius: exempli gratia, dum a fuerit prædicatum necessario secundum modum, quo ipsum est b in actu tantum, non in acto & potentia, & posuerimus quod c sit b in potentia: dico itaque, quod notum sit ex modo dicendi de omni, quod ipsum prædicetur de omni c affirmatiue, aut negatiue, absque ꝙ ibi appareat vllus modus omnino. Id autem, quod dum a gratia exempli, prædicatur necessario affirmatiue vel negatiue de omni, quod est b in actu, illud est prædicatum possibiliter de ouni eo, quod est c prædicatum affirmatiue, dum autem illud prædicatum de eo affirmatiue: notum est ꝙ a prædicetur de c simpliciter. Intendo autem hic per simpliciter id, quod est vt genus tribus modis, & verificatur de singulis ipsorum, & hoc est, ꝙ putauit Theophrastus, quod illud sit, quod Aristote. intendebat in hoc libro per propositiones absolutas, seu de inesse. Iam autem alibi ostendimus rem esse econtrario huius. Sicque ostensum est de significato huius conclusionis, ꝙ ipsa sit affirmatiua vel negatiua, & ignorus sit de ea suus modus. Aristote. autem ait de his, quod sint imperfecti solum ex hac parte: & similiter accidit, si ponatur maior propositio de inesse, & minor possibilis, & eius modus non dependens ab ipsa maiori. Sed oportet hic cauere ipsum raro inesse, quod sit certo tempore: nam, cum hæc componitur cum possibili, nõ sit inde penitus cõcludens syllus, prout summus, omnis homo potest esse quod dormiat, & omnis dormiens nũc in actu est equus. Huius autẽ causa est, quia modus propositionis minoris nõ dependet in propositione maiori in affirmatione. Sicq; dode sequitur vnũ, quod est, quod omnis homo sit equus. Hoc autem fit, quia possibile est futurum, id autẽ, quod est nunc, est in presenti. Presens autem non continetur in futuro: tales itaq; inferuntur cum illa de inesse, in cuius prædica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione non instituitur conditio, vt sit in actu de omni eo, quod est ipsum subiectum D
in actu pro aliquo tẽpore omnino, prout dicimus, a inest ipsi b in actu, idest, omni
ei, quod est b in actu, absq; hoc ꝙ dicamus ꝙ insit omni quod est nunc b in actu,
sed dum b fuerit in actu. Hæc itaque species ipsius de ineſſe est, quæ infert vna
cum ipsa possibili.

Ostensum itaque est ex hoc sermone, quid sit significatum ipsius dici de omni quod instituitur conditio modi conclusionis, & ꝙ id, quod dixerat Abumazar circa hoc, nullo pacto sit verum. Euenit inde id quod ait Alexander: nam Alexander dicit, quod a non dicatur de omni eo, quod est b possibiliter, neque verificatur de omni eo, quod est b in actu, sed verificatur de omni, quod est b possibiliter, ex quo verificatur de omni eo, quod est b in actu. Sicq; conditio communis omnibus conclusionibus simplicibus, & mitis huius libri est, quod a insit omni, quod est b in actu. Veruntamen ex hoc sequitur quod congeries, quæ fit ex propositione maiori necessaria, & minori possibili, non sit notæ illationis secundum se, cum modus propositionis minoris non dependeat ex propositione maiori. Iam autem nos ostendimus, quod sit illatiua per rem ipsius dici de omni, & oportet, quod intelligatur ex sermone Aristo. in diffinitione ipsius dici de omni, quod est ꝙ a prædicetur de omni eo, quod est b a affirmatiuæ in actu: & propterea est, quod dicitur de conditione cuiusque syllogismi illatiui esse, qd eius sit propositio vniuersalis & affirmatiua, & quod omnino oporteat ꝙ per affirmatiuam intelligatur existens in actu. Sicq; iam ostensum est ex hoc sermone veritas illius, ad quod declinauit Aristo. & quod non indigeat supplemento pro diffinitione ipsius dici de omni in hoc libro, & quod illationes sint secundũ suas species, prout ipse instituit, & quod id, quod intendit veritas suę opinionis de modo conclusionum, quæ sunt syllogismorum, sit completa narratio, quod est ꝙ ipsorum maior sit necessaria, vel de in esse, & minor possibilis. Et iam scrutati sumus de hoc alibi, & instituimus initium eius perscrutationis hoc principiũ, quod est hic ostensum, quod est, ꝙ illorum illatiuus sit, qui infert secundum dictũ proprium singulis materiebus. Et vocauimus primum illatiuum secundum connexionem, & secundum illatiuum secundum dependentiam. De quo non occurrit pro nunc sermo.

De conditionali, an per ipsum ostendatur quæsitum primum ignotum. *Quæst. VII.*

2. Prio. cap. 2. ARisto. opinatur quod impossibile sit, quod neque per syllogismum conditionalem coniunctum, neq; diutius ostendatur quæsitum ignorum primum. In E
tendo autem per quæsitum primum, quod per se primo ostenditur ex præmissis primis, non quod ostenditur mediante ostensione alterius quæsiti. Huius autem causa apud ipsum est, quia omnis syllogismus conditionalis, cum non sit vt per ipsum ostendatur ignotum naturaliter, oportet quod repertum ipsius ostẽdatur per syllogismum cathegoricum, vel ipsi coniunctio per syllogismum coniunctum. Sicq;, quod ostenditur pær syllogismum conditionalem, est quæsitũ secundum necessario. Circa hoc autem est non parum dubium, nam iam putatur ꝙ definitio syllogismi simpliciter concludat ambos syllogismos simul, hoc est cathegoricum & conditionalem: quia sicut in syllogismo cathegorico ponuntur duæ præmissæ, & ex eis inferrur alia res necessario, sic etiam in syllogismo conditionali ponuntur duę præmissæ, quarum vna est conditionalis, & reperita est cathegorica. Ac etiam in scientijs iam reperiuntur multa quæsita, quæ ostenduntur per syllogismum conditionalem simpliciter. Et proinde ait Abumazar ꝙ proportio partium illorum, qui contexuntur ex demonstrationibus conditionalibus, sit proportio partium illorum, ex quibus contexuntur cathegorici, & dixit in libro Priorum analyticorum, quod syllogismi, qui componuntur per locum inferentium connexionis, & est congruentia coniunctionis, sint conditionales, & ostẽdit quod hæc loca sint demonstratiua, & vt vniuersalius inquam, ipsa largiuntur in syllogismo conclusiones, quarum sunt quæsita prima: & sic de reliquis locis, ex quibus contexuntur syllogismi conditionales. Totum itaque hoc est, quod dubitatur circa hunc sermonem. Quod videtur autem ex intentione Abumazar, & Auicennæ est, ꝙ ipsi concedant ꝙ diffinitio syllogismi simpliciter contineat ambos syllogismos: hoc autem sic existente, possibile est qd vtroque ipsorum ostendatur quæsitum primum. Dicamus itaque nos, ꝙ si syllogismus conditionalis intelligatur esse quoddam genus syllogismorum aliud, quã genus syllogismorum cathegoricorum, oporteat necessario quod syllogismi conditionales, qui sunt huiusmodi, non sint in potentia syllogismi cathegorici: nam omnis syllogismus conditionalis posset reddi syllogismus cathegoricus, præter quod eius intellectus permutetur, & hoc per mutationem sui ordinis, & per additionem in eum, aut imminutionem ab eo. Sicque syllogismus cathegoricus, qui excidisset, fuerit secundum formam conditionalis: eius itaque figura est figura conditionalis, eiusq; opus est opus syllogismi cathegorici: is autem, qui est huiusmodi, est cathegoricus: iudicium enim est secundum ipsum actum: proinde cathegoricus est, cuius actus est actus cathegorici, licet aliquando non insit ei figura cathegorici in actu, prout est oratio inferens inordinata artificialis: nam tales orationes sunt syllogismi cathegorici, licet non insit eis figura cathegorici in B
actu, nam illorum opus est opus cathegorici, ex quo ineſt eis forma cathegorici in potentia. Verificato itaque nobis, quod omnis oratio, cuius est opus, cathegorici, habeat figuram cathegoricam in potentia, est syllogismus cathegoricus, & multi syllogismi conditionales sunt in potentia syllogismi cathegorici, notũ est, ꝙ hi sint syllogismi cathegorici, licet non sit eis in actu figura cathegorica, & ꝙ ipsi non concludant per conditionem primo, & per se, sed concludunt quatenus est eis vis figurę cathegoricæ, & vt vniuersalius inquam, hi syllogismi sunt, quorum antecedens resoluitur in tres terminos in potentia. Veri autem conditionales sunt, quorum antecedens resoluitur in duos terminos solum. Propterea expedit ꝙ primo perscrutemur species syllogismorum conditionalium verorum, qui non sunt syllogismi cathegorici in potentia, quorum antecedens impossibile est, quod resoluatur in tres terminos, in quos resoluuntur syllogismi cathegorici, sicut dicit Arist. Opportunum itaque est ꝙ proprium syllogismis conditionalibus veris sit hoc proprium: Si inueniatur syllogismus conditionalis distinctus genere ab ipsis syllogismis conditionalibus.

Dicimus itaque, quod omnis syllogismus conditionalis coniunctus ratione, qua componitur ex duabus premisis cathegoricis, non euadit reliquum quinq; modorum, aut ꝙ duæ præmissę non communicent in vllo suorum terminorum, C
prout dicimus, si sol ortus est, est dies: aut communicant in aliquo suorum terminorum, & hi sunt quadripartiti: aut prædicatum antecedentis est subiectum cõsequentis, prout dicimus, si homo est animal, aliquod animal est rationale: aut est subiectum amborum simul, prout dicimus, si homo est sensibilis, est animal: aut est prędicatum ambarum simul, prout dicimus, si luna est sphęricę figurę, sol itaque est sphęricę figurę. aut subiectum antecedentis est prædicatum consequẽtis, prout dicimus, si rationale est illud, quod concipit extra, pro ut sunt angeli, est rationale. Hoc itaque existente notum est, ꝙ syllogismus conditionalis, cuius antecedens & consequens non communicant penitus in vllo terminorum suorum, non est syllogismus cathegoricus in potentia, & hoc notum est ex his, quę dicta sunt in libro Priorum. In illo vero, cuius subiectum antecedentis & consequẽtis est vnum & idem, est vis vnius propositionis, hoc est vis consequentis. Et iam ex ipsis est aliquis, cuius vis est vis syllogismi cathegorici compositi, ille vero, cuius vis est vis vnius propositionis, est, prout dicitur, cum fuerint duo trigoni se superequitantes, illi sunt equales. Ille vero, cuius vis est vis syllogismi cathegorici compositi, est, sicut dicitur, si hoc dst animatum, ipsum est animal, & hic fit, dum fuerint de syllogismis, quorum repetitur ipsummet antecedens, & infertur ipsummet consequens, & notum est, quod ille sit syllogismus cathegoricus primæ figurę, ex quo sublata fuerit eius maior præmissa, prout dicimus, si

hic homo anhelat, ipse est animal. Antecedens itaque horum syllogismorum D
est minor præmissa, & consequens est ipsa conclusio. Hoc autem sic existente,
hic syllogismus conditionalis non est vere syllogismus conditionalis, postquam
resoluitur in terminos cathegorici. Ille vero huius speciei, in quo reperitur op-
positum consequentis, & infertur oppositum antecedentis est, prout dicimus, si
hic esset homo ipse esset animal, sed non est animal, ergo non est homo: huius ita
que vis est vis syllogismi ducentis ad impossibile, quia vis huius orationis est, si
hic, qui videtur, est homo, homo itaque est animal, & sequitur inde, quod hic, qui
videtur sit animal: hoc autem est falsum, igitur hic non est animal: sicque nō est
homo, nam cum fuerit falsa ipsa conclusio, est falsa & præmissa, ex qua sequitur
& inuenitur hic consequentia manifesta per se, absque quod indigeat, quod osten
datur per ostensionem oppositi, ex quo falsum sequitur ex præmissa eius dubia
non ex vera: nam conclusio falsa posita est sequi per hunc syllogismum ex præ
missa, cuius confutatio intenditur, & ostensum est per syllogismum cathegori-
cum, & ablata conclusione aufertur præmissa, absque q̄ ostendatur hic per præ-
missam veram, quod est notum in illa, nam quod ostensum est hic per præmissam
maiorem veram, oportuit q̄ ostenderetur ducendo ad impossibile, & dicitur q̄
hęc conclusio sit falsa. Falsum autem sequitur ex præmissa dubia non ex vera.
Vis itaque huius speciei syllogismorum conditionalium sine dubio est vis syllo-
gismi cathegorici ducentis ad impossibile, & ille est cathegoricus, qui fit per B
syllogismum compositionis. Aut dicamus q̄ eius vis secundum se totum sit
vis syllogismi contrapositionis, & tunc hic est syllogismus compositus ex duo-
bus syllogismis, videlicet ex cathegorico, & conditionali, prout est ostensum de
syllogismo contradictionis.

Et in rei veritate eius vis est vis syllogismi secundę figuræ. vt sic, hic, qui vi
detur, non est animal, homo autem est animal, hic itaque non est homo. Ille
vero huius speciei, cuius vis est vis vnius præmissę, est propositio conditionalis
simplex, quæ non resoluitur, & ille est syllogismus conditionalis in rei veritate.
Hi vero, quorum, vis est vis syllogismi cathegorici, non sunt veri conditionales,
neque secundum veritatem. Possibile autem est, q̄ Aristo. dicat de talibus, q̄
per eos inferatur quæsitum primum, ex quo subintrant syllogismum simpliciter,
dum resoluuntur in duas præmissas, & tres terminos. Ille vero huius speciei,
qui communicat in prædicato, dum animaduerimus eius conditionem, est duarū
specierum. Secundus vero est, cuius prædicatum est dictio, est, & illa sint quæ
sita simplicia, prout dicimus, si homo est animal est. Videtur itaque de re illorū,
q̄ sint syllogismi conditionales veri, ex quo non resoluuntur in duas præmissas,
& tres terminos, non resoluuntur autem, quia vis eorum est vis propositionis E
vnius cathegoricæ, nam vis dicti nostri, si homo est, animal est, est q̄ omnis ho-
mo sit animal. Illorum vero, quorum prædicatum est alia dictio a dictione, est,
qui sunt ipsa quæsita composita, quidam est, cuius vis est vis rationis comparati
uæ, prout dicimus, si luna est sphæricæ figuræ, sol itaque est sphęricæ figuræ, nā
vis huius orationis est vis exempli, & vt vniuersalius in quam, est oratio compa
rativa expressa expressione conditionis, & perinde resoluitur, in quę resoluitur
ipsum exemplum. Iam autem ostensum est, q̄ exemplum resoluatur in duos syl
logismos cathegoricos, & non est conditionalis verus, sed habet solum figurā cō
ditionalis. Et aliquando inueniuntur huius speciei aliquis, cuius vis, est vis condi-
tionalis, prout dicimus, si rex est bonus, respublica est studiosa. Species vero
conditionalis, cuius prędicatum antecedentis est subiectum consequentis est quī-
dam, cuius vis est vis tertiæ figuræ, prout dicimus, si homo est animal, aliquod
animal est rationale, & si angelus est rationalis, aliquis rationalis non est homo:
hi itaque syllogismi cathegorici in tertia figura, in qua ex primitur vna præmis-
sa, & ipsa conclusio, & perinde eius conclusio non est vera, nisi particularis: nā
si dicerimus, si homo est animal, aliquod animal est rationale, aut dicimus homo
est animal, & homo est rationalis, aliquod itaque animal est rationale. Notum
autem est de dispositione huius congeriei, quod sit tertiæ figurę. Hęc itaque spe

A cies syllogismorum non est conditionalis vera, ex quo est resolubilis in duas
præmissas, & tres terminos. Sed aliquando reperitur in ea aliquis, cuius vis est
vis conditionalis simplicis, cuius antecedens non resoluitur in duos terminos,
prout dicimus si homo est animal, quod non est animal, non est homo, & hic est
per contrapositionem idest per contrarium contradictorii. Illorum vero, quorū
subiectum antecedentis est prędicatum consequentis, quidam est, cuius vis est vis
secundę figuræ prout dicimus si propheta est qui intuetur. Mahumetus est pro-
pheta. Vis itaque illius est vis syllogismi secundæ figuræ ex duabus affirma-
riuis, qui sic componitur. Mahumetus intuetur, & propheta intuetur, Ma-
humetus itaque est propheta. Dum autem in talibus conclusio fuerit negatiua,
syllogismus sit necessarius, prout dicimus, si propheta est qui intuetur, Masil
non est propheta: Sed dum eius affirmatiua fuerit cōuertibilis, syllogismus sit ve-
rus, & illa est, qui intuetur est propheta, & si conclusio sit affirmatiua. Et non
est remotum, q̄ harum specierum sit aliquis, cuius connexio sit per se nota, aut
ignota indigens syllogismo, & fiunt hi conditionales numerati inter simplices:
& quidam illorum est, cuius vis est vis propositionis conditionalis, prout dici-
mus, si nullus homo est lapis, nullus lapis est homo, & est conuersio vniuer-
salis, & vt vniuersalius inquam, in hoc genus subintrat conuersio enuntiatio-
num. Sicque iam ostensum est q̄ nulla harum specierum concludat, nisi illa in
B qua possibiles sunt ambæ res simul, præter speciem, cuius præmissæ communi
cant in vno suorum terminorum.

De conditionalibus vero distinctis videtur, q̄ non resoluantur in duas præmis
sas, & tres terminos, sicque omnes sunt sylogismi conditionales veri. Quod ve
ro hæc species, quæ non resoluitur, non cognominetur secundum diffinitionem
syllogismi simpliciter, est notum, ex quo syllogismus resoluitur in duas, præ-
missas, hic autem resoluitur in vnam præmissam, vel in duas præmissas, quę
non communicant in vno termino: & in rei veritate hic non resoluitur in duas
præmissas, quia secunda est ipsa conclusio. Ille itaque, qui vitur his syllo-
gismis, ponit in suo syllogismo vnam præmissam, eiusque connexum, & in-
fert primo hoc connexum. Deinde secundo ponit præmissam, qua est conne-
xum, & ex hac oratione non infertur aliqua res, nisi ex parte, qua aspicitur
connexio eius, quod est contra dispositionem syllogismi cathegorici, & proin-
de est, quod ait Aristote. quod syllogismi conditionales magis proprii sint libro
Topicorum, qui nominat eos suppositiuos, quia supponitur in eis ipsamet con-
nexio, & si tales essent syllogismi, ex quocunque infertur aliquid, illud numera
retur inter syllogismos. Iam autem dictum est, quod non quicquid infertur, in-
feratur syllogistice: cum, si ita esset conuersio propositionis, conuertibilis es-
set syllogismus, & oporteret esse syllogismum ex vna propositione, sicut dici-
C tur, sol ortus est, dies itaque est. Et magis ostenditur hoc, cum ostensum sit de
re horum syllogismorum, quod non inferant quæsitum primum, & hoc est,
quod ille dixit: nam ex quo operis syllogismi, inquantum est syllogismus, est
q̄ per ipsum dignoscatur naturaliter ignotum ex naturaliter noto, naturaliter
autem notæ in syllogismo sunt ipsæ præmissæ, & naturaliter ignota est ipsa cō
clusio, oportet necessario, q̄ in animo eiusdem viri congregentur notitia præ-
missarum, & ignorantia conclusionis, & si præmissę non sint de primis notis,
neque sit ibi primum ignotum naturaliterr: re autem sic existente, notum est
de re ipsius syllogismi, prout ostendit Aristote, in libro Priorum, quod possibile
sit, q̄ inueniatur nobis circa ipsum simul ignorantia conclusionis, et notitia præ-
missarum, & hoc ex parte, qua est nobis notitia illarum in ordinata ordine, quo
inferatur inde ipsa conclusio: dum vero præmissæ, quæ fuerint notæ apud nos
secundum esse, fuerint etiam notę scilm ordinem, & figura fuerit per se notę illa
tionis, impossibile est animo vnius viri inesse notitiā præmissarum, & ignorantiā
conclusionis. Notum itaq; est de dispositione syllī ex hac parte, quod possibile
sit, quod procedatur in eo a naturaliter notis ad naturaliter ignota. Sed de his
syllogismis conditionalibus, hoc est de veris, quorum antecedens non resolui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in duas præmissas, sed in vnam præmissam, euidens est, ꝙ sit syllogismus no D
tus naturaliter, cum eius conclusio fuerit naturaliter ignota, nam quod præ supponitur, est ipsa connexio, & illa propositio vna est: vnde est ipsa connexio, & similiter est contradictio, & propositio, ex qua fit contradictio: notum autem est, ꝙ dum apud nos fuerit præmissa naturaliter nota, & quo aliquid illi connexū fuerit, ideſt ipsa connexio naturaliter notum, impossibile sit ꝙ cum hoc congre gentur in anima scientia, & ignorantia connexi, nam connexio est ad aliquid. Verbi gratia quia, si ortus solis fuerit sine dubio per se notus, & connexio diei ad suum ortum fuerit per se nota, & esse itaque diei apud nos sine dubio est per se notum, ex quo impossibile est esse diei est ignotum apud nos sine dubio, nam dum connexio fuerit nota, & alterum duorum connexorum similiter notum, & alterum connexum sit itaque notum, nam duo connexa sunt correlativa. Et similiter, si fuerit apud nos hæc connexio nota, & ablatio diei nota. Sicque & ab latio ortus solis sit per se nota apud nos, licet non sit remotum pluribus rebus, vt alterum duorum connexorum sit notius altero. Hic vero excessus, qui est in ter illa, nō attingit ad hoc, quod vnum sit notum & alterum ignotum naturaliter sicut contingit in syllogismo cathegorico de præmissis, & conclusione.

Ostensio vero, quæ procedit hoc processu, est modus ostensionis per particula ritatem, & totius, per partes, & hoc modo ostensionis præueniunt nobis plura
prima nota, sicut est notitia de re ipsius animæ, & ipsius naturæ, quarum esse ve R
rificatum est nobis per sua opera, ex quo sunt notiora apud nos. Sicque etiam eodem modo constabit nobis, quod multæ res non habent animam, cum nō sint illarum opera ipsius animæ. Dispositio autem conditionalis disiuncti est, sicut dispositio secundum perfectionem, ꝙ sit impossibile, ꝙ quæsitum ignotum osten datur per vnam præmissam, licet connexum eius sit per se notum, nam sermo de ostensione huius sit in libro priorum. Re autem sic existente, notum est, ꝙ syllogismus conditionalis vniuersaliter sit, qui diuidatur in duas præmissas in actu, absque ꝙ sint vna præmissa in potentia per se nota: nam, dum vis duarum præmissarum eius fuerit vis vnius præmissæ notæ, non ostenditur per illum penitus illud quæsitum ignotum, & si vis ambarum illarum fuerit vltra hoc, esset aliquis syllogismus, quo ostenderetur vna præmissarum, & ipsa conclusio. Et hinc fit no tum, quod diximus, ꝙ impossibile sit ꝙ per hanc speciem syllogismi ostendatur aliquod quæsitum ignotum primum, neque quæsitum ignotum non primum, nisi ostendatur per syllogismum cathegoricum, quod repetitur in hac specie syllogismi, & connexio per syllogismum coniunctum, aut repetitum per syllogismum coniunctum. Quod vero vtamur eis in editione quarundam rerum per se notarum, hoc est, ad directionem doctrinæ illis, qui non aduerterint res illas ob paruitatem suæ euidentiæ, eo modo quo, fit inductio, & diuisio, & exemplum, hoc est,
per se notum: & Aristo, sepe vtitur hoc, Secundum autem quæsitum, quod osten F
ditur per hunc syllogismum, non est vere quæsitum: nam secundum quæsitū est illud, quod primum infert ad primas præmissas, hoc est, quod sit primum notum apud eundem virum, & secundum ignotum, sed impossibile est quod præmissæ sint notæ, & ordo primi sit ignotus. Omne autem quæsitum aut est primum, aut post primum, & dum vtimur syllogismo conditionali ad aliquod quæsitum, il vtimur syllogismo cathegorico, prout illius moris est, quod ostendatur per cathe goricum solum, aut per vnum, vel per plures vno: quo existente, vsui syllogismi conditionalis contingit malitia, quæ contingit reliquis, quorum moris est osten di per syllogismum vnum duorum syllogismorum, vel per plures, hoc est, quod qui vtitur illo, eueniat ei quod vtatur demonstratione de re superflua: & hāc ob rem abiecit eum Arist. & non construit ipsum in libro priorum, cum eius prima intentio in libro priorum per se fuerit tradere syllogismos conferentes demonstrationibus. Ex hoc itaque sermone ostensæ sunt species syllogismorum cōditionalium verorum, & quod illi non sint syllogismi, nisi æquiuoce, quod dixit Aristo, ex quo non ostenditur per eos aliquod quæsitū, & quod illi proprij sint libri topicorum: ac erta expositores consentiunt huic rei, sed deuiauerunt suis sermonibus a responsione Philosophi de imminutione syllogismorum conditionaliū

Initio Aristote. in lib. Prior.

a libro

A a libro priorum, & quod illi sint proprij libro topicorum, & putatur quod nō
fiat mentio de vlla re conditionalium verorum, quę eis insit, quod nos inuenimus dictum ab Abumazar in libro posteriorum.

Proportio autem partium illius, qui componitur ex demonstrationibus cō ditionalibus, est proportio partium illius, qui componitur ex illis cathegoricis, prout dicimus, quod mobilia mouentur ad amatum, quod est melius eis, & dum speculatus est connexionem sui motus, ostensum est ei quod causa suę cō nexionis non sit hęc, qua mouentur, & quod id, quod eis acquirere facit connexionem, est amatum ab illis: & ex quo connexio consequitur mouens peni
tus immobile, est conducens quod sit mouens non corpus, neq: vis corporis, 3. de ani. cō.
& ꝙ sit intellectus abstractus, prout etiam ostensum est in libro de anima, ex 16.
quo id, cuius semita est hęc semita, est intellectus abstractus, & quod hoc corpus cœleste subministret huic intellectui, nam conceptio per intellectum est, quam extendit secundum hunc amorem. Et speculatus est etiam causam eternitatis cœli, & ostensum est ab eo in fine primi libri cœli & mundi, quod ipsis non insit penitus potentia, & ostensum est etiam de re potentię, qua mouentur cœli motu locali quod est anima concupiscibilis, cuius non est materia quę est in potentia ad locum solum. Et cum exposita sit hęc notitia de his tribus causis, completa est ei notitia dispositionis cœlorum, & ostensum est etiam ex aggregato huius, quod dixit in primo libro cœli & mundi, quod si essent in cœlo
B plures stellę numero, aut maiores quam sunt, cessaret motus. & si cessaret motus, cessaret connexio, quę inest illis, ex quo motus est quędam conditionum connexionis, & ex toto hoc ostenditur, quod largiens connexionem motus, largitur motum cœlorum, & quod nisi ipse esset, cessaret motus, & si cessaret motus, destrueretur cœlum, nam cœli sunt ratione sui motus, & si cessaret motus cœlorum, cessaret motus entium quę sunt sub cœlo, & destrueretur totus mundus. Sicq: hinc verificatum est, quod largiens connexionem motus largitur re liquum esse entium. Demonstratio vero, qua vtitur in fine octaui phylicarum auscultationum, quod non inueniatur potentia infinita in corpore finito, vbi fuerit potentia illius quod componitur ex illis in prędicatis, & causę conditio nalium, sunt suę premissę repetitę. Hi autem non sunt veri conditionales, sed sunt conditionales ꝙ quiuoce, & perinde cum nō distinguatur ipsa dispositio ipsorum, non separatur ab hoc dubio. Themistiū vero inueniemus imitari Philosophum in hoc processu, absq: quod proposuerit dubium de illo, quod non est facile dubitatu. Abumazar vero ipsum nos inuenimus firmari in hoc, qua ars conditionis secundum se decernit dubium in repetito. Hoc autem est valde no
C tum per dictionem si, sed in dictione vel, res non est manifesta. Dum autem syllogismi conditionales non decernunt per se, ꝙ eis insit res notę connexionis in syllogismis coniunctis, vel contradictio in syllogismis disiunctis, quęcunque oratio exprimitur, exprimitur conditio repetita eius per se nota, & cōiunctio, & contradictio est per se nota: sicq: illa propositio, ꝙ est per se nota, est expressa per processum syllogismi conditionalis. Hoc aūt, quod ait, est verū, sed oportet quod distinguat eius significatum in oibus orationibus, quę procedunt, processu conditionis: & illi quidem sunt in rei veritate syllogismi cathegorici, & quidam sunt, qui procedunt processu conditionis, & in rei veritate sunt propositiones per se notę. Et quidā procedunt processu conditionis, qui procedunt processu expositionum, ꝙ fiunt in rebus, quę minus latēt ꝙ ignota naturaliter, sicut est species expositionis, ꝙ vocatur inductio, & quę vocat diuisio. Et qdā sunt orationes procedentes processu conditionis, & illi sunt in rei veritate syllogismi conditionales, quorū repetitū & coniunctio est ignota. Sequit aūt sermonē ipsius Abumazar ꝙ non sit syllogismus conditionalis ille, cuius repetitum sit per se notū, & coniunctio per syllogismum. Iam aūt attribuimus ei ꝙ sit cōditionalis verus, ex quo quęsitū eius est quęsitū ignotū, sed non primū. Auic. vero cōsentit huic rei, sed non admittit expositionem ipsius Abumazar, & firmat ipse in hoc, ꝙ qū coniunctio, gratia exēpli, fuerit per se nota, & repetitū per se notū: qū coniunctio syllogismum includit in sententia repetiti, non oportet ꝙ redeat &

Universidad de Deusto
Biblioteca

repetat: repetitionē aūt includit sensus coniunctionis, dum repetitū fuerit per se notū. Si aūt velit qd sensus significati cōiunctionis decernit sensum significati ipsius repetiti decreto primo, & p se, est error: nā significatū ipsius cōiunctionis est aliud a significato cōcessionis ipsius esse rei, cui accidit coniūctio. Si aūt vellet quod apud illū, cui venit in mentē in actu ipsa coniunctio, venit ẽt repetitio in actu per modum connexionis, Cōiunctio itaq; apud ipsum est notior q̄ esse rei, cuius est coniunctio, & esse rei, cuius est coniunctio, est notus quā esse coniuncti, & secundum hoc relatio esset notior, quam esse vtriusq; correlatiui. Hoc autem est absurdum & abnuendum. D

Ac ẽt, si supponeremus qd esse cōiunctionē per se notā largiat ipsa per se cōiunctū eius per se notū in aliquo locorum, & repetitū. i. cui inest coniunctio, est ignotum scām esse. Si aūt putauerit, qd coniunctio largiat hoc, dum repetitum fuerit per se notū, & ideo largiat illud per accidens, non est eius, qd ponatur ratiocinatio, dum esse repetiti & coniunctionis fuerit per se notū, quia hic nō fit syll's: totū hoc est sermo falsus. Id aūt, & qd dixerat Abumazar, est melius, sed indiget distinctione q̄ diximus. Auicē. vero in eo q̄ putauit, q̄ hęc ostensio trāsgrediat apud ipsum, q̄ dictū sit notū scām esse, & eius coniunctio rei sit per se nota scām esse, & coniunctum ignotum scām esse: hoc aūt est summum inconueniens, nam dum cognoscitur vnum duorū connexorū, cognoscit & alterū, ex quo ambo sūt correlatiua. Ipse vero vsus est circa hoc syll'o alfigrapho: nā ille dixit, si omne coniunctū rei est per se notū scām esse, & coniunctio per se nota, non inuenit aliquid naturaliter ignotū: nam ipse putauit, q̄ hæc sit dispō syll'i cathegorici cū ipsa cōclone, & pręcipue primę figurę: nā eius premisse sunt p se notę, sil'r ẽt connexio conclusionis est per se nota, & conclusio est ignota. B

Nos aūt dicimus, verū est qd premissæ sint per se notę. & conclusio ignota, sed hoc est de his, quarum connexio conclusionis veniat in mentē. Dum vero venerit in mentē, impossibile est q̄ cōclusio sit ignota, qā premisse fuerint cōpositæ compositione syllogistica. Differentia aūt inter illos est, quia cōnexio syll'i cathegorici est, quia omnis syll's concludens ex præmissis naturaliter notis: ipsæ & conclusio sunt vnius gradus ignorantiæ, sed in syll'o conditionali, quod ponit scām gradum præmissæ, est vnū: & ideo oportet q̄ conclusio sit p se nota, qā coniunctio, & res cui inest cōiunctio, fuerint per se notæ. Modus itaq; fuæ fallentię, aut erroris fuit, quia ipse dixit, q̄ coniunctio conclusionis ipsis premissis sit per se nota, & accepit orationē, ac si esset simp'r dicta, cū nō sit dicta simp'r, nam coniunctio conclusionis cū ipsis præmissis non est per se nota simp'r, & hoc ẽt in prima figura. Coniunctio aūt conditionaliū est per se nota simp'r. Et maior pars libri sufficientiæ philosophiæ huius viri est cōtexta ex talibus sermonibus peruersis tam in logicis q̄ in alijs: & qui vult initiari in his artibus, expedit ei, q̄ fugiat eius libros, nā illi faciunt errare hominē, & extrahunt ipsum a recto, potiusq̄ ipsum dirigāt & ordinent ipsum ad veritatē. Constito aūt hoc de propositionibus cōditionalibus, videlicet q̄ quędā ipsarū sit simplex, & est illa, cuius vis est vis vnius propositionis cathegoricę, & q̄dam est cōposita, & est cuius vis est vis syll'i cathegorici, propinquū est intelligere, q̄ id, qd Auicenna putat, qd hic sit tertia spēs syll'orū non cathegoricorū conditionaliū, nō sit sermo verus: nā ipse ait q̄ syll'orū contextorū sint duæ spēs, cathegoricus, & conditionalis repetens, & q̄ cathegoricus sit contextus ex præmissis cathegoricis & inferat q̄sita cathegorica. Cōditionalis aūt sit, q̄ contexit ex premissis conditionalibus, & infert q̄sita conditionalia. & q̄ duo syll'i differant specie, nam qd infert vnus non est illud, qd infert alius: nā sicut quęrunt in scientijs q̄sita cathegorica, sic quęrunt in eis quęsita conditionalia consequentia species syll'orū cathegoricorum, qui cōponuntur ex premissis cathegoricis, hoc est, q̄ sicut illi sunt tres scām figuram cathegoricam, sic ẽt sunt figurę conditionaliū: nam, qā consequens primę præmissæ conditionalis fuerit antecedens secundæ, huius contextus est tertiæ figuræ, & opinat q̄ spēs generum contingentes singulis figuris harum figurarū de numero præmissarum, ex quibus componunt ratione quantitatis, & ratione qualitatis sint, sicut generā accidentium in figura cathegorica: & sil'r videtur sibi q̄ quędā propositiones F

A conditionales sint affirmatiuæ, & quędam negatiuæ, & vtes, & particulares & superant species huius contextus species cathegorici, quia illi componunt ex præmissis cathegoricis solum, cathegorici aūt non differunt species: sed conditionales, qua habent species, oportet q̄ duplices sint species harum figurarū, cū propositiones conditionales habeant spēs: quædā itaq; ipsorum est ex duabus coniunctis, & quædam ex duabus contradictorijs, & quædam ex contradictoria & coniuncta, si aūt considerasset conuertibiles, non conciperentur illæ tres figuræ, nam nō est in illis antecedens, neq; consequens naturaliter, & vtriusq; harum duarū specierum aut contradictoria est maior & coniuncta ipsa minor, aut econtra: & sic ẽt apud ipsum componunt cathegoricæ his cōpositionibus, cum vnaquaq; conditionaliū: & hæ ẽt sunt duarum specierū: nam aut cathegorica est ipsa maior, & conditionalis minor, aut econtra, & multiplicant illos, qui fiunt per cathegoricā per hos tres, & sunt sex vicibus duplices illorū, hoc est, concludentes & non concludentes ipsorū: & ille quidem nititur conducere propositionibus conditionalibus illas differentias, quę sunt propositionum ca thegoricarum de æqualitate, & simplicitate, & oppositione, & affirmatione, & veritate, & falsitate, & conuertibilitate, & alijs proprietatibus, quæ numerate sunt in libro perihermenias: & cum hac sua positione cōfiteatur, q̄ hæc species figurarum non sit species cathegorici, & q̄ proprietates concludentis eius, & B non concludentis, sint proprietates concludentium, & non concludentium ipsorum cathegoricorum.

Postquam aūt directæ sunt vniuersaliter opiniones circa hos syll'os, quos vocant congeries cōditionales, expedit q̄ nos ẽt speculemur hoc, & ponamus nostram considerationem circa hoc, primo circa congeries, quas dicunt primę figuræ, huius speciei syllogismorum: nam, cum ostensa fuerit dispositio huius, expedientius fit, q̄ ostendatur dispositio congerierum, quę vocantur huius speciei secūdæ & tertiæ figuræ, aut maioris partis huius. Dicimus itaq;, q̄ si duæ præmissæ, quæ contexuntur in prima figura, fuerint coniunctę, non euadit res reliquarum quinq; dispositionum, aut q̄ sint de præmissis conditionalibus nō simplicibus, quæ resoluuntur in duas præmissas & tres terminos, aut q̄ sint de conditionalibus simplicibus. Iterum, si sint de conditionalibus simplicibus, nō euadunt ab vno quatuor modorum, quorum vnus est, vt sint notæ coniunctionis, & noti esse: aut ignotæ secundum ambas res simul. Rursus non euadit, quin quæratur in illis quæsitum cathægoricum, aut conditionale, si autem fuerint de præmissis non simplicibus, prout diximus. Si hic, qui vr, est homo, ipse est animal, & si est animal, est sensitiuum, ergo si est homo, est sensitiuus. Vis itaq; sermonis compositi ex similibus his duabus præmissis est vis duorum syllogismorum cathegoricorum: ex quo ostensum est, q̄ singuli horū conditionalium C sint syllogismi cathegorici, quibus ostenditur præmissa minor, & conclusio, & insinuatur ibi ipsa maior: conclusio nanq; est q̄ hic, qui vr, est sensitiuus, & q̄silium huius loci est cathegoricum, licet sit expressum secundum sensum conditionalis: & hoc est cōe omnibus his compositionibus, quæ fiūt ex talibus præmissis: igitur hæc congeries est syllogismus cōpositus ex cathegoricis. Sicq; non expedit, q̄ constituatur species aliqua, nisi species cathegoricorum. Si vero duæ præmissæ, ex quibus cōponitur syllogismus, fuerit ex conditionali simplici quæsitū sit cathegoricum, sicq; si fuerint notæ coniunctionis ignoti esse, vel econtra, oratio cōposita ex eis est syll'i duarum conditionalium. Iam autē componit conditionalis dispositionis per syllogismū cathegoricū. v. g. si sol est ortus, dies est, & si dies est stellæ non vr, hæc enim repetit. q̄ sol sit ortus: & ibfert quod dies sit. Proinde supponit quod dies sit, & infertur, quod stellæ nō videantur. Rursus cōponitur sic cathegoricus, si sol est ortus, dies est, dies aūt est, stellæ itaq; non lucent. Hæc aūt congerie composita existēte ex syllogismo cōditionali, & cathegorico sic, quo modo poterit dici, q̄ sit aliqua species alia a specie conditionalis? Et similiter, si coniunctio fuerit ignota, & esse notum est huius speciei. Cum iam ostensum sit ex nostro sermone, q̄ hi duo sint cuiusdam speciei syllogismi veri conditionalis, & similiter, si ignorantur ambæ res

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul. Iam enim ostensum est de syllogismis conditionalibus, qui sint hmõi. D

Si vero fuerint duæ præmissæ conditionales noti esse & notæ coniunctionis, ille duæ præmissæ sunt cathegoricæ & permutata est oratio a cathegorica in conditionalem, & illud quæsitũ est conditionale, prout dr, dum fuerint duo latera vnius trianguli æqualia duobus lateribus alterius trianguli, & angulus, quem continent duo latera vnius illorum duorum, fuerit æqualis angulo, quem continent duo latera alterius trianguli, illi duo trianguli sunt æquales, cuius demonstratio est, quia dum fuerint duo trianguli hmõi, illi sunt superequitantes, & dum fuerint duo trianguli hmõi, illi sunt equales: inam nõ est differentia inter hanc orationẽ, & quod dicit oẽs duo trianguli hmõi sunt equales superequitantes, & oẽs superequitantes sunt equales. Oẽs itaq; duo trianguli hmõi sunt æquales. Cum aũt hic idem sit sylls cathegoricus absq; additione, & diminutione præter declinationem orationis, quo modo valet dici quod sit aliqua species præter speciem cathegoricam? Hoc itaq; infertur necessario esse de quæsitis, quæ primo quæruntur, non propter aliud, & illa sunt quæsita cathegorica: nam intentum cuiuscunque quæsiti est conclusio cathegorica, nam & syllogismus conditionalis, & cathegoricus inferũt quæsita cathegorica: hoc autem sic exist enter, quæsita, quæ sunt primæ intẽtionis, sunt cathegorica, quæsita vero conditionalia possibile est quod quærãtur propter cathegorica, prout accidit duobus terminis, quorum vnus sit ignotæ connexionis cum altero, & B ponitur vnus illorum antecedens, & alter consequens, & infertur hinc conclusio cathegorica. Esse itaq; huius coniunctionis ostendi per syllogismum cathegoricum, sit sermo suarum præmissarum præmissa cathegorica, cum ille sit cathegoricus in rei veritate: & notum est, q dum fuerint duæ conditionales notæ coniunctionis noti esse, prout quæritur, nunquid dum est a sit c, & dicimus si est a, est b, & dum est b, est c. Concludit itaq; q dum est a, sit c, & putatur q vis talium præmissarum sit vis præmissarum cathegoricarum, & non sunt cathegoricę, sed sunt conditionalis literaturæ: & similiter est quæsitum, q infertur ex illis, quã verificatur q illarum coniunctio & esse sint nota per se, aut per syllm, quia possibile est q sequestremus eas in duas oẽs. Dum vero esse est ignotum, & coniunctio nota, quo modo est possibile, q iudicetur de vno per alterũ cathegoricę? quis de aliqua re per aliam rem iudicatur notitia amborum simpliciter, prout dictmus, si hircocervus est, ipse est animal compositum ex duobus animalibus, sicut verificatur nobis hoc, dum ambę res. hoc est, coniunctio & esse duorum terminorum sunt notę, prout dicimus, si homo est, animal est: vis enim huius est vis dicti nostri, omnis homo est animal.

Est autem cuiuslibet dicere de talibus præmissis, & conclusionibus, quod non sunt cathegoricæ in potentia, dum autem conclusiones syllogismorum cathegoricorum & conditionalium sunt cathegoricæ. illi non sunt cathegorici F neque conditionales. Sicque dum non fuerint cathegorici in actu, neque in potentia, & syllogismus cathegoricus ostenderit, quo modo præmissæ cathegoricę sint in potentia, vel in actu, necessarium est, quod syllogismus compositus ex his non sit syllogismus cathegoricus. Et sil'roporiet quod non sit cõditionalis, quia conclusiones conditionalis sunt cathegoricę. sed putatur, prout dixi mus, quod talia quæsita nõ sint secundum primam intentionem. Ille vero, qui concedit, quod omnis præmissa conditionalis possit reddi cathegorica, non potest dicere, quod hic sit syllogismus compositus ex præmissis conditionalis secũn modũ syllogismi cathegorici secundã speciem, qm̃ posuit differentes nõ secundum materiam, neque secundum actum, si quidem secundum formã essent in potentia neq; in actu. Si autem secundum materiam sunt in actu non in potẽtia. Mirum autem est de Auicenna!, quod ipse posuerit ambas res. i. quod ipse Auicenna. confiteatur, quod ois propositio conditionalis põt reddi cathegorica, & similiter omne quæsitum conditionale possit reddi cathegoricum, & iterum ponit q sint quidam syllogismi, qui componuntur ex congruentia syl'orum, q sunt ex cathegoricis. Dum aũt cõsideratur dispositio harũ enunciationum, videtur quod impossibile sit qd reddantur cathegoricæ, nisi secũn quantitatem ipsius esse ipsarũ, prout dicimus hircocervus, dũ imaginat eus, est alal cõpositum ex

A duobus alalibus, hoc aũt sic existẽte, aut cõfirmamus, qd omnis enũtiatio cõditionalis habeat duas expressiones, cõditionalẽ & cathegoricã, & nõ sequit qd inueniãtur syllogismi nõ cathegorici, nã res, quæ cõueniũt in sua materia & forma sunt eędẽ. Si vero nõ ponamus hoc, cõsiderandũ est nũqnd sit nobis dicendũ, quod nõ inueniat syllogismus aliquis pter syllogismos cathegoricos secũdũ suã formãinam si dispositio syllogismi sit sicut dispositio entiã naturalium, non cõuenit qd dicamus hoc, quia species naturales differũt per suã formã & suis materijs. Hi aũ syllogismi differũt suis materijs nõ per suã formã: & ideo proprietates cõditionaliũ, qui reddãtur cathegorici quo ad illationẽ eius q: priuationẽ, sunt proprietates illorũ. Si vero dispositio illorũ fuerit sicut dispositio rerum artificialiũ, hoc est, quod differãt suis materijs, & cõueniant in formis, et suę differẽtię sint ratione materierum. Iam itaq: possibile est, qd dicamus qd congeries cõditionales sint alię a cathegoricis. Si vero speculatio libri priorũ fuerit speculatio secundum formã, hoc est, secũdũ formã syllogismi, oportet qd nõ tractemus hic hanc speciẽ syllogismorũ, & precipue ũ suę differentię, quæ sunt ratione materierũ, nõ sint eligẽdę in opere syllogismi inquantum est syllogismus, hoc est, in illatione eiusque priuatione.

Differẽtię vero, per quas oportet, qd̃ fiat diuisio in arte logicæ, in libro priorũ sunt dręę electę ad opus syllogismi, qd est ipsa illatio, nõ differẽtiæ, quę non B eligunt ad hoc, & syllogismi congesti differãs ratione præmissarũ cõditionalium, & cathegoricarũ. & proinde illa dręa nõ eligat ad illationem, nõ oportet quod tractet hic hęc diuisio syllogismi, & mora circa hoc est superuacua: prout fecit Auicẽna. Et totũ hoc esset, cũ cõcessum fuerit hic esse aliquã speciẽ ppositionũ cõditionalium, quas impossibile sit reddi cathegoricas. Ac etiam si cõcesserimus totũ hoc, hæ propositiones essent obmittendæ ob miranduꝝ suum esse & modicum ipsarũ vsum in scientiis, qd non sit aduertendũ ad illas, hoc est, ad ppositiones ignoti esse notæ cõiunctionis, nã regulæ traditæ in hac arte sunt, quæ inueniunt pro maiori parte, & q̃ sunt in nobis. Notũ itaq; est ex hoc sermone, qd̃ illud, qd fecerit Arist. qd deuenerit ab hac specie syllogismi, & posuerit ipsum secundã speciẽ syllogismi cathegorici, est opus illius, cui cõtinerit eius dispositio, nõ opus illius, qui cõsiderat qd est i imaginationis initio, & primo sue menti occurrit. Arist. vero pro maiori parte in suis libris vtitur in antibus cõditionalibus propositionibus cathegoricis, hoc aũt notũ est apud illũ, cui constat de eius libris. Subticerat vero hoc in libro priorũ, ex quo vis vsus nõ est alia vis. Auicẽna aũt deuenit in cõfusionẽ circa hoc capitulũ: nã induxit in ipsum syllogismos præter naturã, hoc est, quibus nõ vtit humana cogitatio naturaliter, put vtit ipsis cathegoricis: & similiter hic vir numerat inter species cõdi- C tionaliũ cõiunctarũ quasdã ppositiones pręter naturã, quas vocat alithaphrkitas idest cõnexas, prout dr, dũ homo est, equus est, & aut qd hę sunt vere contingẽter. Mirũ aũt est de hoc viro, quod repleat eius librũ talibus ppositionibus, cũ confiteat veritatẽ ipsarum esse contingenter, cum vbique ipse audiuerit, qd id, quod contingenter est, sit infinitũ: & ideo nulla artiũ cõsiderat illud. Et sic etiã, prout puto, numerat inter propositiones contradictorias tales propositiones, prout est oratio dictis, aut homo est, aut vacuũ. Ostensum itaq: est ex hoc sermone, qd omnis syllogismus, & omnis oratio syllogistica sit aut conditionalis, aut cathegorica, vel cõposita ex vtrisq; quę cõtra potẽtia, seu ducẽs ad impossibile vocat, prout ait Arist. in prioribus analyticis, & hoc est illud, cuius ostensionem intendebamus.

De mistione contingentis & necessarii. *Quæsit.* VIII.

IAM est alicuius quęrere & dicere, quo Arist. dixit in syllogismis mistis in quibus maior est negatiua absoluta, & minor affirmatiua contingens, qui sunt negatiui imperfecti in hac mistione, quia illi concludunt duas conclusiones, quarũ vna est negatiua cõtingẽs, & altera negat ux necessaria, aut quia illi concludunt cũ negatiua cõtingẽti negatiuã necessariam, & subticuit conclusio nẽ absoluã. Illi aũ aliqñ concludant eam, vt in demonstratione cõtradictoriꝝ quam facit Arist. in commonstrando, quod cõcludatur negatiua necessaria, &

Possibile utilitatis dr.

contingens, enunciat quod cõcludatur absoluta, & vniuersaliter possibilẽ negatiuã æquiuoco noie dico possibile, quod dr tribus modis. Et qõ dixit in syllogismis, in quibus maior est necessaria, & minor affirmatiua contingens, qui est imperfectus in hac mistione, qđ concludantur ẽt duę cõclusiones, quarũ vna est negatiua absoluta, & altera negatiua possibilis: & dixit qđ nõ inueniatur i hac specie demonstratio, quod concludatur negatiua necessaria, cũ iam ostẽsum sit de re illius, quod cõcludat necessariã. Et demonstratio cõtradictorij, qua vsus est in ostẽdendo illã concludere ipsum possibilẽ, & negatiuã absolutam significat huius possibilitatẽ. Numquid in hoc toto sit differentia inter affirmatiuas & negatiuas huius mistionis, quã vocauit imperfectam, & est in qua non fit maior possibilis, id. n. quod hinc intellexerunt expositores, quorũ tractatus venerunt ad nos, est ꝙ combinationes affirmatiuę in his duabus speciebus mistionis sint contra negatiuas, & quod illarũ affirmatiuę concludunt possibiles veras. Hoc aũt, quod dixerũt expositores, est qđ decernunt fuæ simplices dictiones, aut quod nõ sit hic dria inter affirmatiuas & negatiuas olim duarũ specierũ, quæ concludunt conclusiones possibiles nominis æquiuocatione, prout vẽ ex illo, qđ decernit demõstratio cõtradictorij, quę fit hic, & ſcdm ꝙ vẽ ex eo quod opinatur Alpharabius in sua expositione huius loci.

D

Nos aũt dicimus nunc, qđ conclusio vniuersaliter, aut fit ob cãm vltatis, aut fit ob cãm connexionis. Dico aũt vniuersalitatẽ, quod contineat dici de omni ipsam pręmissam minorẽ, & illam ingredi sub prędicatione maioris termini de minori. Connexionẽ vero dico, qđ dici de omni obseruet esse mediũ termini nõ prędicatũ affirmatiuę de minori solũ, absq; quod cõtineat modum, hoc est, modũ minoris pręmissæ, sed cõtinet suũ genus, qđ est solũ affirmatio & eius cõnexio perfecta, quę est quod ambę pręmissę sint affirmatiuę, & aliqua est imperfecta, quę est quod maior sit vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua solum. Aristo. aũt, qñ considerauit has mistas, inuenit ex illis, quę concludit secundũ vniuersalitatẽ semper, & in omni materia, hoc est, ꝙ maior eius præmissa conueniat modũ cõclusionis, & enũciauit de his decisiuam enũciationẽ, ꝙ modus cõclusionis sequatur præmissam maiorẽ. & hoc in mistione de inesse, & necessarij, & in mistione possibilis cũ necessarijs, & de inesse in illius specie perfecta, hoc est, qñ maior sit possibilis, qm̃ vniuersalitas inuenitur in his cõbinationibus, vt notificatũ est ex nostro sermone. Et dũ considerauit speciẽ mistionis possibilis cũ necessaria, & de inesse & necessarij, in quibus minores pręmissę sunt possibiles inuenit illarum vniuersalitatẽ particularẽ, hoc est, in quibusdã materijs, & abiecit cõclusionem, quæ fit in hac mistione ob ipsam vniuersalitatẽ, & rediit ad exponendũ conclusionẽ, quę fit in his ob connexionẽ, ex quo illa est perseuerans. Significatũ aũt fuę perseuerantię est, ꝙ qñ auferetur eius conclusio a syllogismo, non fit proinde syllogismus, & inferet ex illo cõtradictorilũ, & operatio huius est in duabus speciebus cõnexionis simul, hoc est perfectæ, quæ est species affirmatiua, & imperfecta, & quę est species negatiua, & cognoscet quę cõclusionẽ sequatur vnãquãq; illarũ ex parte cõnexionis, & quæ non sequat, & ꝙ affirmatiua hic sit cõtra negatiuã: & incœpit et notificauit de affirmatiua, quę cõponit ex pręmissa maiori absoluta, & minori possibili, ꝙ cõclusio secũdũ connexionẽ oporteat, ꝙ sit possibilis vera, & ꝙ impossibile sit aliter esse. Ex quo conclusio in hac specie est ex parte cõnexionis. Hoc aũt fit, ostendendo, ꝙ qñ poneremus cõclusionẽ syllogismi huius negatiuam necessariã vniuersalẽ, ꝙ eueniret ex hoc inconueniẽs, quando est falsa negatiua vniuersalis necessaria, põt esse quod sit verax affirmatiua possibilis vniuersalis, & affirmatiua absoluta & necessaria: & omiserat absolutam, quia ipsa sit secundũ vniuersalitatẽ, & cecidit necessaria, quia cõnexio est perfecta, & nõ est in duabus pręmissis modus necessarij, & relinquitur ꝙ sit possibilis vera.

P

Nec conuenit intelligere hunc locum vniuersalem, prout decernit id quod apparet ex eius demõstratione, ex quo qñ accepit cõtradictoriũ conclusionis possibilis, & est ipsa impossibilis, & inferet inde necessaria negatiua, & cõmõstratur falsitas negatiuę. Quãdo aũt commonstrata est falsitas negatiuę mendax est illa ex, qua infertur negatiua necessaria, quæ est impossibilis: qñ autem est

A mendax ipsa impossibilis, sit vera possibilis vniuersalis, & fiet secundũ hoc cõclusio possibilis secundũ nominis æquiuocationẽ. Hic. n. cõtextus totus est falsus, qñ fuerit a prędicatũ de toto b absolute, & b prędicatũ de toto c possibiliter. Dico ꝙ impossibile est, ꝙ prędicetur a de toto c necessario, quia sic fuerit in hac prędicatione vniuersalitas. Sicque a est in c ex necessario, & absoluta simul. Hoc aũt est repugnãs, quia absoluta est naturę ipsius necessarię, prout cõmonstratũ est. Si aũt non esset sic absq; re connexionis, euidẽs est ẽt, ꝙ a insit ipsi c possibiliter, quia qñ a ineſt toti b in actu. & b toti c possibiliter, a necessario ineſt toti c possibiliter nõ necessario: illud. n. ineſt c mediãte ineſſe b toti ei, b aũtẽ ineſt ei possibiliter: sicque a necessario ineſt possibiliter, qm̃, si ineſſet necessario ipsi c ex parte cõitatis cũ b, sequeretur ꝙ b ineſſet necessario ipsi c. Iam aũt positum erat ei possibiliter, hoc aũt est repugnans. Et similiter ostẽdemus, ꝙ non concludat ob cõnexionẽ absolutã, quia cõclusio semper, quę sit secundũ connexionẽ ipsius perfecti, sequitur viliorẽ duarũ pręmissarũ, quia ex quo proportio, quæ est inter terminũ medium et minorẽ, est proportio totius ad partẽ, manifestum est, ꝙ qñ prædicatur res de toto prædicatione dria modo prędicationis totius de ipsa parte, si hę c prędicatio fuerit imperfectior secundum modum, qm̃ prędicatio totius de ipsa parte, ꝙ illud prędicatur de parte modo, quo prędicatur de toto. Si aũtẽ prędicatio totius de ipsa parte fuerit imperfectior secũdm modũ, qm̃ prędicatio illius rei de toto, hæc res prędicatur de parte prędicatione totius de ipsa parte. Et hoc est, quod visum est Eudæmo, & Theophrasto veustioribus peripatheticis de eo, ꝙ conclusio, semper sit in mistis cõsequens viliorẽ duarũ pręmissarũ. Id aũt, quod dixerunt, est verũ in conclusione, quę fit secundum connexionẽ, dico ipsum perfectũ, nõ qui est secundũ vniuersalitatẽ: & hoc est quod latuit illos viros.

B

Iam itaque ostensum est ex hoc ꝙ hęc mistio non concludat omnino cõclusionẽ necessariã, neq; absolutam ex parte cõnexionis, quam Aristo. intendebat explicare, posũ qm̃ hæc fuit particularis, & in quibusdã materijs, ac si esset secundum aliquã speciem accidẽtis, ex quo hęc est ob vniuersalitatẽ. Vniuersalitas aũt est res, quę accidit huic cõbinationi, & taliter, ꝙ in mistione, quę fit ex maiori necessaria affirmatiua, & ex minori possibili affirmatiua, ꝙ cõclusio fiet ẽt ob connexionẽ possibilis vera, dico in hac specie demonstrationis cõtradictorij, & omisit necessariã, quia est per accidẽs in hac cõbinatione. Absoluta vero nõ est possibile, ꝙ inueniatur in illa, ex quo non inueniẽt ſcdm vnum duorũ modorum pręmissarũ, & cõnexionis perfectæ. Id ergo, quod intellexerũt expositores peripatheci de eo, ꝙ cõclusio in his mistis sit possibilis vera, est verũ. Veruntamẽ de syllogismis negatiuis huius speciei mistionis & illi sunt, quorũ cõnexio est imperfecta, quia maior est negatiua. Negatiua aũt est diſiunctio cõnexionis. Aristo. ẽt considerauit modos fuarũ cõclusionũ ob connexionem, non ob vniuersalitatẽ, ex quo est accidens in hac specie mistionis, aliquando erit possibilis vera, hoc est, negatiua, & aliqñ sit necessaria negatiua: quando enim ostendit, ꝙ quando posita fuerit cõclusio huius figurę affirmatiua particularis necessariã, accidat hinc mendacium. Quando aũtem sit mãdax affirmatiua partí cularis necessaria, possibile est ꝙ sit verax negatiua necessaria. Et possibile est ꝙ sit verax negatiua possibilis, & negatiua absoluta, & hæc quidem est res, quæ accidit huic cõbinationi ob defectũ connexionis, hoc est, ꝙ concludat modũ, qui non sit de modis duarum pręmissarum acceptarum in illa, quoniã nõ est impossibile, ꝙ inueniatur vna res negata ex duabus rebus, quarũ vna est necessario, & altera absolute, & vna duarum rerũ ineſt alteri possibiliter, quando in illis non inuenitur vniuersalitas, vt ꝙ sit a non inuentum ipsi c necessario, & ipsi b absolute, & b ipsi c possibiliter. Et subtiçuit hic negatiuam absolutam, quia ipsa infertur ex vniuersalitate. De mistione vero, quæ fit ex negatiua maiori necessariæ & affirmatiua possibili, est res in ea secundum connexionem, ꝙ concludat negatiuã absolutam, & negatiuam possibilẽ, quia ostendit, ꝙ quãdo posita fuerit in hac figura affirmatiua particularis necessaria, sequitur ex illa inconuenies, & ostendit, ꝙ quando mendax fuerit particularis affirmatiua necessaria, ꝙ possibile sit, ꝙ sit verax negatiua absoluta, & negatiua possibilis,

C

& negatiua necessaria, nisi ꝙ ipse omisit negatiuam necessariã, ex quo concludit vniuersalem, & ipsa est particularis. Et ideo dixit ꝙ non inuenitur syllogismus, quo ostendatur in hac cõbinatione concludens negatiua necessariam, hoc est, semper prout ostenderetur esse negatiuæ possibilis semper, quando inferetur vniuersalitas semper, hoc est, in specie perfecta huius missionis. Et non est significatum huius ostensionis, quam fecit Arist. ex eo ꝙ qñ sit mendax affirmatiua ptcularis necessaria, sit verax negatiua possibilis, hoc.n. non est verax. D

Iam autem explicuit hoc Arist. quando scrutatus est hic conuertionẽ negatiuę proprię, decreuit concludentem ob connexionem imperfectã, ꝙ concludat duas conclusiones, quarum vna est secundum imperfectionẽ duarum præmissarum, & altera extrinseca, hoc est, habens modũ, qui non conuenit alteri duorum modorũ præmissarum assumptarum in syllogismo. Adeptio autem modorũ harum conclusionum secundum opinionẽ Arist. est, quia non euadit combinatio, cum inueniatur in ea dispositio vniuersalitatis semper, aut non inueniatur in ea semper: si inueniatur semper, modus conclusionis sequitur modũ maioris præmissæ, & hoc semper. Si aũt non inueniatur in illa dispositio vniuersalitatis semper, sed inuenitur in ea dispositio connexionis, dispositio itaq; cõclusionis sequitur apud eã iudicium connexionis, non iudiciũ vniuersalitatis. Si aũt connexio fuerit semper modus cõclusionis, sequitur modum imperfectioris duarũ præmissarum. Si autem fuerit imperfecta, aliquando modus conclusionis conuenit modo imperfectioris duarum præmissarum syllogismi, & aliquando fit extrinseca, hoc est, nõ conueniens secundũ suum modũ alterutri duarũ modorum duarũ præmissarũ syllogismi. Sic itaque expedit ꝙ intelligatur significatũ Arist. de his conclusionibus. Et puto ꝙ hæc inquisitio expositionis latuerit omnes, præter Alexandrum, quia non peruenerunt ad nos eius tractatus de his rebus: at ille vir est magnæ excellentiæ & grãdis animi. Themistiũ vero inuenimus, ꝙ eum latuerit hæc sententia, sicut latuit vetustiores Peripatheticos. Et similiter verisimile est, ꝙ hæc res latuerit Alpharabium. hoc autem notum est ex eius expositione huius loci. Et ipse mirifica fuit dispositio huius viri, & quã fortis fuit differentiæ suę formationis a reliquis formatis humanis, adeo ꝙ sit, ac si ipse sit, quem eduxit diuina prouidentia ad instruendum nos hominũ vniuersitatem supra inuentionem vltimæ perfectionis speciei humanæ sensatæ, & signatæ, inquantum est homo: & ideo vetustiores eum appellabant diuinum. Nos aũt in nostra expositione horũ locorum in exactis produximus eloquiã, secũdum ꝙ largitur intellectus sui dicti primo aspectu, & est id, quod coaptauimus illi, quod inuenitur modus soluendi dubia cadentia in illud, quousque euidens fuit nobis de illo hic tractatus. Qui autem voluerit permutare textum, ne eueniat, ei ambiguitas, faciat vt lubet. Si autem Deus prorogauerit nostram vitã, declarabimus hunc locum ex suis verbis ad literam, quia vt puto, hic locus nõ est expositus perfecta expositione, dico combinationem possibilis in secunda figura. Gaudeat scriptor, & letetur lector in seculũ, ad Dei laudem. Amen. E F

Auerr. Cordubensis Quæsitorum logicalium.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy.

Omnes sunt quaterni, præter Yy qui est duernus.

VENETIIS Apud Cominum
de Tridino Montisferrati.
MDLX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

